


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13 68 C
67





TRACTATVS DE VERITATE CONCEPTIONIS BEATISSIMĘ VIRGINIS, pro facienda relatione coram patribus Concilii Basileę, Anno Dñi M.CCCC. XXXVII. Mense Iulio.

DE MANDATO SEDIS APOSTOLICAE Legatorum, eidem sacro Concilio pręsidentium Compilatus.

PER REVERENDVM PATREM, FRATREM IOANNEM de Turecremata, sacrę Theologiæ professorem ordinis Predicatorum, tunc sacri apostolici Palatii Magistrum. Postea Illustrissimum & Reuerendissimum. S.R.Ecclesię Cardinalem Episcopum Portuensem, nunc primo impressus.



ROMÆ APVD ANTONIVM BLADVM Asulanum. M. D. XLVII.

FRATER ALBERTVS DVIMIVS DE Catharo, ordinis prædicatorum, sacræ Theologiæ professor: & in sapientia vrbis Romæ, diuinæ speculationis interpres.

Syncerae veritatis amatoribus.



ADMIRANDAM humanæ rationis altitudinem, Deus ipse maximus, eo altius euexisse digno scitur, quo naturali volūtatis affectui nedum creata hæc, verum etiā inuisibilia illa obiecisse conspicitur. Propria nanq; quędam hominū generi innata voluptas, ad diuinam nos fœlicitatem impellit, ita vt omni actione nostra, illā & vaticinemur & quæramus. Hinc factum est, vt Plato ille, quē diuinū ethnicis appellari placuit, animas hominū, allatis curribus ad cœlestes dapes vectas, diuinę veritatis cōtemplationē totis viribus anhelare posuerit. Certamē aūt (inquit) sudorq; fit extremus dū alia alii proire cōtendit, donec ipsum qd verū est intuite, veritatis cōtemplatione nutriuntur & gaudent Hinc olim tot sapientiū sectę, tot scholę, tātiq; scientiarū professores diuersarum, Hinc etiam studiosorū omniū indefessus labor exoritur, quo tanta taliq; solicitudine, veritatem ipsam venari comprobamur. Sed exiguus hic humanæ rationis splendor, tenebris quibusdam admixtus est, dum impedimento nobis est corpus, quo circūsepta anima: & veluti corporalis effecta, ad fantasmatum imagines conuersa, admirabilem diuinę veritatis lucem non discernit, eiusq; splendorem, non in ipso, sed in his nubibus intuetur. Corpus nanq; qd corrūpitur, aggrauat animam, deprimitq;, hęc terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Huic autem hominum calamitati prospiciens Deus, Multifariam multisq; modis olim loquens patribus in Prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo, qui factus est nobis sapientia & veritas. Hic est veridicus sermo ille Dei, in scripturis sacris Christi, Prophetarum, Apostolorumq; ore nobis expressus. Hic est quo diuinę veritatis splendor nobis irradiat. Hæc illa est lux, quæ in humanæ mentis tenebris lucet, quæ omnem illuminat hominem ad hanc venientem, quā humanæ tenebræ non compræhenderunt. Hęc est illa admirabilis & supra q̄ dici pōtest salutifera sacrarum scripturarum veritas, quā intueri datum est, omnibus qui eodem spiritu quo dictata est eam intelligere percupiunt. Nemo nanq; quę Dei sunt nouit, nisi spiritus Dei, omnis autem scriptura proprię interpretationis non est. Non enim voluntate hominis alata est olim prophetia, sed a spiritu impulsi loquuti sunt sancti Dei homines. ¶ Sed audacissima nimiumq; curiosa humanæ rationis temeritas, propriis viribus suoq; iudicio, incōpręhensibilia illa, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis nō ascēderūt, metiri pręsumit. Quo fit vt in plurimos errores lapsa, seipsam ignorantiæ tenebris inuoluat, grauisq; erroribus, veluti lętalibus venenis obruat. Quia cū cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor

In Phędro

Sapien. 9

Heb. 1.

1. Cor. 1.

Joh. 1.

1. Cor. 2.

2. Pet. 3.

1. Cor. 2.

Rom. 1.

eorum, dicentesq́ se sapientes, stulti facti sunt. Qui etiam commutauerunt veritaté Dei in mendaciū, & relictis sacris literis, proprias secuti voluptates, singuli sibiipsis Deos veritatesq́, pro libito statuerunt. Et dum propriis opinionibus pietatem se inuenisse arbitrarentur, impii & veræ pietatis hostes effecti
Ephe. 4. sunt. Qui tenebris obscuratū habentes intellectum, alienati sunt a via Dei pro
Rom. 8. pter cęcitatem cordis ipsorū. Sapientia nanq́ carnis inimica est Deo, legiq́
1. Cor. 2. Dei subiecta nō est. Et cum carnales essent homines, non percipientes ea quæ Dei sunt, quæ spiritualiter examinantur nequaq́ intelligere potuerunt. Hinc
1. thim. 4 factum est, vt in Christi Ecclesia, multi pseudo Prophetę discedentes a veritate, attendentesq́ spiritibus errorū, & doctrinis dęmoniorū, in hypocrisi loquentes mendacia, cautheriatā habentes conscientiam, abducerent discipulos post se, & sequaciū cateruis prǫmuniti, antichristos se populis exhiberent. Hinc tot sectæ, tot hæreses, totq́ schismata suborta sunt, quæ inconsutilem domini tunicam, in partes innumeras diuidentes scissuras ciuitatis Dauid, scandalūomnibus
Esaię 2 [illegible] bus gentibus proposuerunt. Nomen enim Domini propter hos: et per eos
Rom. 2. blasphematur inter gentes. O vere abominabilis hominum cæcitas, & omni scelere detestabilior impietas, & penitus execrabilis ingratitudo stultorum, qui
Rom. 10 ignorantes iustitiā & veritatem Dei, & suas impias falsitates volentes statuere, iustitiæ veritatiq́ Dei, subiecti non sunt, qui neglecta sacrarum scripturarum simplicitate, humanis adiunctionibus, stultis vanisq́ quæstionibus, se ipsos in
1. thim. 6 uoluere voluerunt. Qui etiam, cum non acquiescerent sermonibus veritatis domini, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, inflati sunt nihil scientes, sed insanientes circa quęstiones ac disputationum pugnas; & superuacaneas conflictationes hominum mẽte corruptorū, quibus adempta est veritas. Nos
1. cor. 11 autem qui talem consuetudinem nō habemus, neq́ ecclesia Dei, qui nō sumus
1. Tes. 5. filii noctes & tenebrarum, sed lucis & diei, vt non in humanis tenebris, sed in
1. Cor. 2. lumine Christi ambulemus, qui non spiritum huius mundi accepimus, sed spi
2. thim. 2 ritum qui ex Deo est vt sciamus, quæ a Deo reuelata sunt nobis, qui vanas verborum quęstiones vitamus, qui spretis humanis adiūctionibus, sacris scriptu
1. Cor. 2. ris immobiliter inhęremus, nil aliud sapimus, nilq́ aliud scire nos existima
1. thim. 1 mus nisi Iesum Christum, & hunc pro nobis crucifixum. Hic est qui venit
Lucę. 19 in hunc mundum peccatores saluos facere, qui venit quærere & saluum face
Rom. 5. re qd perierat, qui cum peccatores essemus, pro impiis & peccatoribus mor
Gal. 3. tuus est, qui nos redemit de maledicto cui omnes eramus obnoxii, factus pro nobis ipse maledictum, qui solus cum peccatum nō nosset pro nobis peccatū
Gal. 5. factus est, vt nos efficeremur iustitia Dei in Christo. Nostrarū autē miseriarum
Rom. 11. & naturalis imbecilitatis non immemores, omnes nos in incredulitate & sub peccato conclusos aduertimus. Omnes quoq́ nos homines in vno Adam pec
ibi. 3. casse, & gloria Dei destitui, a quo in omnes in condemnationem. Per quem
ibi. 5. regnauit peccatum in mortem, per quem regnauit mors in eos etiā qui propria electione non peccauerunt: Per quem eramus omnes naturæ filii irę, ad
Ephe. 2. similitudinem transgressionis Adam qui typū gerit illius futuri, vt sit per vnū
Rom. 5. hominem mors, & per vnū hominem dictum resurrectio mortuorum, vt quē
1. cor. 15 admodum in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificentur. Per
Rom. 5. quem cū inimici essemus Deo, recōciliati sumus per mortem filii eius. Quem
ibi. 3. proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine suo, propter remissionem pręcedentium delictorum, vt sit solus ipse iustus, & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi. Hæc autē ex sacris literis accipiētes, tenemus immobile

fidei nostræ fundamentũ, non declinantes neq; ad dexteram neq; ad sinistrã, Iosue. 1.
vt re de intelligamus, ita vt si angelus de cœlo euãgelizaret nobis, præter hoc Galat. 1.
qd euangelizatum est nobis anathema esset. Sed omnibus pie sentientibus Ephe. 6.
est colluctatio aduersus principes tenebrarũ harum, contra spiritalis nequitię
tela, contra omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, cõtra 2. Cor. 10
omnem humanæ temeritatis superbiam, hominumq; ignorantium stultas im Gal. 1.
pietates, qui cõturbant ecclesiam & volunt inuertere euangelium Christi, qui Rom. 2.
contradicunt, & non aquiescunt veritati, credunt autem impietati. Sed omnis puerb. 30
sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus, ideo abiectis operibus te- Rom. 13
nebrarum induimur arma lucis, in omnibus sumentes scutum fidei: & gladiũ Ephe. 6.
spiritus qd est verbũ Dei. Viuus est enim sermo Dei, & efficax & penetrabilior Hebre. 4.
omni gladio ancipiti. Hic est spiritus ille sacer qui scrutatur profunda Dei, 1. Cor. 2.
qui operatus est in nobis qui credidimus. Quicunq; igitur hoc sacrarum lite 1. Thes. 2
rarum spiritu recte imbuitur, quicũq; continua earum lectione enutritur, hic
est qui omnem sapientiã sapientiũ vincit, & in captiuitatem redigit omnem 1. Cor. 1.
intellectum in obsequiũ Christi. Talis autem tantusq; est piorum omniũ zelus, 2. Cor. 11
vt non tantum euangelicæ veritati contraria, verũ etiam quæcunq;, ab eius-
dem fonte nõ emanantia, eiusq; claritati quomodolibet discrepãtia, haud ali-
ter q̃ profana, & Christianæ pietati repugnantia omnino reiiciant, totoq; stu
dio persequantur. Est autem præ cæteris a sacris literis admodum aliena, &
Christi euangelio dissona humana quædam inuentio, nostro infelici æuo ita
errata, vt post habitis sacrę scripturę clarissimis testimoniis, spretis etiã eccle
się sanctorumq; patrũ veterũq; ecclesiæ doctorũ salutaribus monitis & doctri
nis, cuiusdam vanæ deuotionis prætextu, sanctissimam Dei genitricem virgi-
nem, cœli reginã, angelorũ atq; hominum dominã, propriis quibusdam ad-
inuentis laudibus celebrare cupiens, eam non fuisse Adæ peccato obnoxiam
ac perinde Christi sanguinis precio nõ indiguisse, ineptius dogmatizare præ-
sumpserit, vt hinc liceret aliquibus (qui sacris abuti consueuere) liberius vo
rare domos viduarum seducereq; corda simplicium longa oratione oranti- Mat. 23.
tibus, existimantibusq; quæstũ esse pietatem. Quorum audaciã diuus Bernar 1. Timo. 6.
dus Abbas, beatæ virgini super omnes deuotissimus, acrius reprę hẽdit dicens, Berna. ad
Miramur satis q visum fuerit hoc tempore quibusdã voluisse mutare colorem Lugd. ca-
ecclesiæ optimũ nouã inducendo celebritatem, quã ritus ecclesiæ nescit; non non.
probat ratio; non commendat antiqua traditio. Nunquid patribus doctio-
res aut deuotiores sumus? Periculose præsumimus quicquid ipsorum pruden
tia præteriuit. Virgo regia falso non eget honore, veris honorum titulis cu
mulata, & infulis dignitatũ. Non enim indiget Deus nostro mendacio. Hanc Job. 13.
autem fere sanctorum patrum & ecclesię luminariũ, doctrinã, quam Augusti-
nus innumeraq; antiquorum multitudo prædicauit, quãq; posteriores sancti
doctrina & moribus probatissimi amplexati sunt, quã Thomas Aquinas susti
net, Diuusq; Bonauentura Minoritani ordinis. S.R.E. Episcopus Cardinalis,
fortissime tutatur: luce clarius patere poterit, opus hoc Christiana mente le-
gentibus, Horum autem sequaciũ tetigit Deus corda, vt veluti fortissimi mi- 1. reg. 10
lites Christi, sacrã scripturã in sui simplicitate & candore tuerentur & ...ruar-
ret. Inter alios aũt, qui ex sacro Prædicatorũ ordine, (patrũ imitari vestigia)
huic se militiæ deuouerũt. Reuerendissimus olim sacri apostolici Palatii Ma-
gister, ac postea (sic exigentibus virtutũ meritis) S.R.E. Cardinalis Episcopus
Portueñ. D. Ioãnes de Turecremata Hispañ, iussu & mãdato sedis apostolicę,

prę̧senti relatione scripta disseruit. Opus quidem ita synceru & christianæ pietati conueniens, vt nusquã, vel humanę inuentionis tenebra, vel proprię opinionis affectus appareat, sed vndiq; euangelicę veritatis candor splendere videatur.. Opus (inquam) summe necessarium, sed hactenus rarissimũ, & id quidem scriptorũ inscitia innumeris mendis respersum fœdatumq;, neglectui penitus habebatur. Quietior nãq; erat omnium nostrum mens & animus, & huiusmodi quęstionũ oblitis, necessariora fidei dogmata tueri animo insederat, & temporũ opportunitas exigebat. Sed immoderatior quorundam audacia, dum apud doctos & vere Theologos minoris se extimationis aduertunt, uulgarem debilẽmq; mentium auram iamdiu sepultis nouitatibus affectantes, in Tridentina synodo, de huiusmodi humani conceptus immunitate, verbum facere verita nõ est. Quo factum est, vt Reuerendus pater frater Bartholomeus Spina Pisanus ordinis prędicatorũ, sacrę Theologię professor, & sacri apostolici Palatii magister, zelo fidei accensus, opus hoc erroribus expurgari, typisq; excussum, in publicum prodire, magno labore curaret. Accessit (Deo fauente) sanctissimi D.N.D. Pauli Papæ Tertii consensus, & fauor. Affuit etiã Illustrissimi ac Reuerendissimi D. Ioannis de Toledo, ex ordine prædicatorũ S.R.E. tituli S. Clementis presbyteri Cardinalis, magnifica liberalitas, quę eo studio, quo ab adolescẽtia sacras literas prosequi curauit, tam opportuno operi consummando, largissimas impensas curasq; exhibere dignata est. Decebat equidem, vt qui proprio labori in acquirenda scientiarũ, (pręcipue sacrarũ) excellentia, non pepercerat, alienis etiam laboribus, nobilitatis suę, benigna largitate prodesset. Mihi etiã curę fuit, vt (licet publica lectura impeditus) tãti domini desiderio satisfacerem, tantoq; magistri mei labori succurrerem, ne & senectus illius, & longa infirmitas, tanto labori succumberent. Insolitũ autem mihi, valdeq; laboriosum opus assumpsi. Erat enim liber, scriptoris ignauia, ita corruptus, vt alicubi minus intelligibilis videretur. Quo factum est, vt in attingendo sensu potiusq̃ in orthographicis grãmaticalibusq; minutiis occuparemur. Premebamur autem & temporum angustia, & typorum penuria. Grauabat Reuerendi magistri longa & inueterata infirmitas, qua etiam incõsumato opere decessit. Vrgebat nimia aduersariorum solicitudo, & supramodum importunitas: vnde fuit, vt multa negligentius debito cõsyderarentur. Sed non deest diuina gratia zelantibus veritatem, cuius auxilio cœptũ opus, ad perfectionem perduxi. Et quæ olim maximis mendis summopere fœdata erant, nunc pristino candori restituta sunt, sed & faciliora redacta. Diuiserat autem auctor librum centum capitibus, quem (vt planior esset) placuit supra nominato magistro, illum in partes tresdecim primo, singulas deinde partes, in plura capita diuidi, & in marginibus materias auctorumq; nomina annotari; & capitulis titulos superponi, quibus tota eorũ substantia cõtineretur. Sed, & tabulam capitulorum, operi anteponi libuit, in qua duplex numerus appareat. Ille quidem qui tabulę insertus est, partes ipsas in capita diuidit: qui autem margini anteponitur, veterem auctoris diuisionẽ, numerumq; centum capitulorum designat, ita vt totũ id qđ inter duos marginales numeros contentum est, prioris capituli numero ascribatur. Ita vt hoc q̃ maxime notandum sit, vt dum in parte. 3 1. capitulis. 1 4. 1 5. 1 6. 1 7. auctor opinionũ adducens differentias, seipsum allegare videtur, allegationũ numeri iuxta veterem auctoris diuisionem margini inscriptam, accipiendi sunt. Sed & index alphabeticus omniũ materiarũ operi post additus est, in quo pars & capi

tulum signatam materiā continens allegantur. Partem quidem.p.litera,capitulum autem.c.signauimus. Adiectus est autem vltimo disputationū index,in quo breuissime totius operis intentio , & pro vtraq; parte rationes collectę monstrantur. In vltima autem disputationum, vsq; ad quinquaginta quinq; erronea ex aduerso dicta referuntur, quo facile quisq; syncerus inter aduersariorum inuentionem, & nostrum sacrę scripturæ zelum discernere queat. Christianum lectorem obtestor, Nil vnquam sapere,nil quærere, nilq; temere diffinire præsumimus,qd non sacrarum literarum,ecclesiæ catholicæ,sanctorumq; patrum auctoritas approbat. Non enim alio tendit ista disparitas,quā vt hinc sacrę scripturę germana veritas,& ecclesiæ,sanctorumq; patrū & doctorum,aprobata doctrina, laudatissima pietas, & vera religio , Illinc autem quædam vulgarium affectata deuotio, sacris literis & doctoribus non admodum consona,quinimo (vt quibusdam visum est) repugnās,& ab antiqua ecclesiæ consuetudine aliena,deffendatur. Hinc Christi vniuersalis redemptio, & super alios omnes sacrę humanitatis eius excellentiæ prærogatiua, Illinc æqualitas virginis sacratissimę & pię Dei genitricis, ad filium Dei hominem Deum,& a reatu inimicitię Dei,& naturali captiuitate peccati immunitas,pro pietate defenduntur. Illis,qd vulgaribus,qdue mulierculārum auribus gratū iudicauerint pietatem astruentibus . Nobis econtra nil pium , nil deuotum, nilq; Christiana celebritate dignum existimantibus,qd nō ex sacris literis auctoritatem habere comprobatur. Hieronymi,non nostra est hæc pia sententia,qui ea quæ sacræ scripturę testimonio fulcita non sunt, eadem potestate contemni qua etiam probari posse edocuit. Ne inquiens perdentiæ suæ inuitatur homo,dum ea quę sibi ipsi dicenda videtur, patrū decretis anteponit. Ad demi/randū sup/ pucr. 3 o.

Attende obsecro pie lector,& pondera sacrarum literarum auctoritatem , in sui simplicitate,& iuxta patrū nostrorū pium sensum, vbiq; seruari debere. Ne addas quicq̄ (inquit sapiens) nec minuas de verbis illius,ne arguaris,inueniarisq; mendax . Non recedat volumen verbi huius ab ore tuo,sed meditare in eo diebus ac noctibus. Hæc si feceris,& zelū Dei animo retinueris, perspicies nos synceram veritatem amplecti ; & relicta impietate hominum , veræ pietatis cultores esse. Accipe itaq; opus hoc Christi bonū odorem redolens, curesq;,vt qui malis est odor mortis in mortem,tibi cū omnibus piis,sit odor vitę in vitā,vt omne os obstruatur,& subditus fiat omnis mundus Deo. Quod si quid boni auferis,Deo gratias agas,eiusq; gloriosissimæ virgini matri , sin autem,sinistrū aliquid aut in expolitum,nostra vel Calcographi nagligentia, oculos offenderit, ignoscas,verumq; sensum, tua probitate perquiras,& gratia domini sit tecum Amen. Pucr. 3 o. Iosue. 1. 2. Cor. 2. Rom. 3.

Romæ Pridie Calendas Aprilis. M. D. XLVII.

TABVLA PARTIVM PRINCIPALIVM & Capitulorum totius operis in singulis, ordinata secũ- dum diuisionem nouam commodiorem.

Procemium.

Prima pars operis.

Incipit quarta pars operis.

Explicit quarta pars. Incipit quinta.

¶ Explicit octaua pars operis. ¶ Incipit nona.

Pars Tertiadecima.

Deo gratias.

PROOEMIVM AVCTORIS.



AVS eius in ecclesia sanctorum. Psal. 141. Si in cunctis rebus dubiis, vt maiores nostri consulunt (Patres reuerendissimi) omni nixu, omniq; deuotionis studio, beatissimæ semper virginis præsidia sunt expetenda: quæ patrona est humani generis: &, in afflictis rebus, medica singularis: multo magis inter profundissimarum causarũ fidei fluctus nauigantes, necessario habent ad hanc præclaram & eximiam maris stellã, si errorum procellis exoptant non obrui, integros animi attollere oculos: quę supremo cardini, scilicet Deo, proxima, miro splendore micans: noctis tenebras discutit: profugat errorum caligines, & hęreses interimit vniuersas. Ad quam illuminationis matrem, eos plane maxime conuenit attendere, serenitatis suæ toto mentis affectu beneficia implorantes, qui in vniuersalibus Synodis, dissoluendi discutiendiq; quæstiones fidei, deputantur officio. Quare vt huius splendidissimi syderis fulgor, in hoc mihi credito ministerio, mentis irradiatione dignetur assistere, pręsentis relationis exordium, laudibus eiusdem gloriosæ Virginis dedicandum institui, inducens illud Psal. Laus eius in ecclesia sanctorum, cuius laus profecto, tanto maiori plenitudine deuotionis, & frequentiori alacritate cõmemoranda venit in ecclesia sanctorum, quanto præ cæteris sanctis, virtutum ornatibus splendidior est, & amplitudine beneficiorum vniuersitati fideliũ profusior inuenitur. In quibus quidem verbis laus sacratissimæ Virginis trinitate designatur insigniri prærogatiua. Habet quidem Primo celsitudinem sublimitatis. Secundo, amplitudinem vniuersalitatis. Tertio, pulchritudinem veritatis. Primum quidem notatur, cum dicitur. Laus eius. Secundum notatur, cum sequitur. In ecclesia. Tertium notatur, cum subiungitur. sanctorum. Splendet quidem in primis laus huius intemeratę Virginis, & tanta gloria celsitudinis, vt quicquid dici possit humanis verbis, minus sit a laude eius, quę (vt ait Hieronymus) diuinis & angelicis est excellentius prædicata & laudata præconiis. A prophetis quidem pronunciata: a Patriarchis figuris & enigmatibus prę signata: ab Euãgelistis exhibita & monstrata: ab Angelo venerabiliter & officiosissime salutata. Sane hęc virgo regia, ita pro suarum amplitudine virtutũ, & singularitate dignitatum, humanæ intelligentiæ altitudine sublimior est, & totius eloquii vincit facultatem, vt teste beatissimo Augustino in sermone Assumptionis eiusdem, si omniũ nostrum mẽbra verterentur in linguas, Mariam laudare sufficeret nullus. Altior enim est cœlo ista de qua loquimur: abysso profundior, cui laudes dicere conamur. Deum enim, quem omnis creatura non capit, ipsa immaculato vtero gestauit. Hæc enim est, quæ sola meruit mater & sponsa vocari, quæ primę matris dãna resoluit. Hæc homini perdito redemptionem adduxit. Hæc Augustinus. Cuius sublimitatis gratia congrue de hac splendidissima Virgine concludere possumus, id quod de eius adorando filio per sapientem dicitur Ecclesiastici. 43. Maior est omni laude. ¶ Secundo, laus fœlicissimæ huius Virginis decoratur pręrogatiua amplitudinis vniuersalitatis: quoniam laudes & gloriam magnificentiæ sanctitatis eius toto orbe terrarũ, sancta confitetur ecclesia, & singulari deuotione cõmemorans, officiosissimo pietatis studio prosequitur & veneratur. De qua amplitudinis gloria virgo ipsa regia diuini luminis illustrata fulgoribus prophetans aiebat. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Meritò quidem beatam illam prædicãt

Hiero.


August.

omnes generationes, cuius beneficiis repletus est vniuersus orbis. Hæc enim est, quæ totius mundi reparatione obtinuit, & salutem omnibus reparauit. Vnde Bernar. Bernard. in sermone. Merito ex hoc te dicet beatam omnes generationes, quia omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti. In te Angeli lætitiam, iusti gratiam, peccatores veniã, inueniunt. Merito in te respiciunt oculi totius creaturę. Quare, in te, & per te, & de te, benigna omnipotentis dei manus, quicquid creauerat, recreauit. Hæc Bernar. Quare de ipsa dr Ecclesiastici. 24. In multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. Ecclesiasti. 34. Laudem eius narrat ecclesia. Tertia, laus huius clarissimæ virginis refulget pulchritudine veritatis; quoniam cũ sit mater veritatis: non nisi verarum laudum venit prædicanda & laudanda præconiis. Non enim virgo regia (inquit deuo- Bernar. tissimus. Bernar. in Epistola ad Lugduneñ.) falso nõ eget honore veris honorũ titulis cumulata & infusis dignitatum. Quãtum. n. vera laus ornat: tantum fal- Esyodus sa castigat (vt ait Esyodus in Epistolari suo). Plane tunc laudes exhibitæ alicui splendore veritatis fulgere dicuntur, cũ nihil falsi aut superstitionis habent admixtum. Quod maxime in cultura dei & veneratione sanctorũ obseruandũ esse videtur, cum dicat Hieronymus super Epistola ad Philemonẽ: & habetur in cap. si quis. ii. q. 3. Si quis sanctum dicit non sanctum, & rursum non sanctum asserit vt sanctum, abominabilis est. Similiter, si quis dixerit iustum iniustum: & iniu- Augustin. stum, iustũ, abominabilis est vterque apud deum. Et beatissimus Augustinus dicit. Perhorrendum est aliquid falsi de deo dicere, et si ad laudem eius videatur pertinere: quia non minori fortassis scelere in deo laudatur falsitas, quam vituperetur veritas. Hæc Augustinus. Et non dubium, quoniam simile iudicium in exhibendis laudibus virgini beatissimæ, ac cæteris sanctis accipiendũ sit. Quare currente circa conceptionem sacratissimæ virginis, tam grauissima & periculosissima varietate dicendi, quibusdam in laudem eius asserentibus sanctum eam habuisse conceptum: aliis vero affirmantibus hanc laudem non virgini, sed soli Christo, vtpote omnium hominũ redemptori attribuendam fore: prouidentissima consyderatione hæc sancta Synodus disposuit, vt viri docti, & maxime Theologiæ professores, accurato studio & cura peruigili viderent, quid doctores sancti & famosi, in schola theologica sentirent super quæstione sequenti, videlicet. Vtrum magis pium sit credere animam beatissimæ dei genitricis fuisse in instanti suæ infusionis in corpore præseruatam a peccato originali, quam credere ipsam virginem fuisse conceptam in peccato originali: & sacro cõcilio fideli relatione explicarent. Sanctũ plane & diuinum studium, & ordo legitimus. Sanctũ dico studium: vt nec a laudibus debitis virgini aliquid detrahatur: nec laudibus eius Augustin. aliquid falsitatis admisceatur aut superstitionis. Quoniam (vt ait Augustinus lib. x. de mendacio.) Mendacium maxime perniciosum est, quod fit in his quæ ad religionem christianam pertinent. Quod a nõnullis doctoribus in præsenti materia formidatur posse contingere. Cum de nocte originalis peccati scribatur. Iob. 3. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Ordo autem institutus legitimus & apud sacra concilia semper habendus est, vt maneat, ea equitate pondere, & auctoritate, prout rerum grauitas exigit, semper obseruandus. Quid magis æquum, quam vt cunctarum causarum & maxime fidei iudicia, doctorum & grauissimorum patrum profunda & accurata procedat, congrua cũ maturitate discussio? Si enim sapiente teste diu deliberandum est, quod stabiliendum est simel: quanto magis id quod ad pietatem christianam pertinere, vel non pertinere diffiniendum venit? Inter quos patres & doctores huic sancto studio deputa-

tos, dispositione reuerendissimi in Christo Patris, & domini Iudicis fidei, annumeratus ego fui, vt quid pro parte negatiua quæstionis propositæ, doctores quos pro meis exiguis viribus videre & intelligere possem sentirent sacræ huic congregationi referrem. Cuius reuerendissimi Patris & domini pro debito meo factam dispositionem humiliter suscipiens, omnipotentis dei virtute & beatissimæ virginis matris eius suffragiis confisus, iniunctam mihi obedientiam prosequuturus accedo. Exoremus ergo, patres reuerendissimi, hanc sanctissimam virginem, cuius res ipsa agitur, q̃ omnes dignis præconiis laudare, benedicere, & prædicare cupimus, vt ipsa quæ iuxta Hieronymum, sola interemit hæreticam prauitatem, nos confirmet in omni veritate: suisq; comendet apud filium meritis, & precibus auxilietur. Amen. ¶ Verum, patres reuerendissimi, quia non lectoris, sed relatoris ministerium, ad quod & fidelitate maxima & integritate opus est, peragendum impræsentiarum iniūxistis, vt fidelius, securius, atq; compendiosius patrum & doctorum sñias referam, relationem ipsam per chartulas legendo percurram.

¶ PRIMA PARS OPERIS.

¶ Capitulum primum de regulis quibusdam magistralibus obseruandis in iudicio præsentis quæstionis: & de modo procedendi in huius relationis tractatu.



RELATVRVS autem, patres clarissimi, vestrarum institutione dominationum, patrum & doctorum sententias: qui quæstionis propositæ, partem illam tenent, videlicet, ꝙ magis pium sit credere beatissimam virginem, in originali peccato fore conceptam, q̃ ꝙ non, vtpote (vt dicunt) doctrinæ veritatis magis consonam, & vniuersalis humanæ redemptionis pietati magis innixam: in ipso relationis capite, iustissimis de causis ab ipso ordine procedendi tenendo in iudicio diffinitiuo causarum fidei, cuiusmodi præsens est, exordiendum duxi. Tum primo, quia claritas & pondus, robur & grauitas auctoritatis, in quæstione diffinitiui iudicii plurimum dependet ex grauitate & integritate debiti processus. Tum secundo quia doctores ipsi, quorum sententias referendi in hac causa ministerium suscepi, conformem ordinem complexi sunt. Tum tertio, quia ꝙ in relatione exaduerso superioribus diebus facta, circa hanc materiam aliqua dicta sunt contra quędā bene dicta per collegam meum in sua relatione, ad quę per me respondendum venit. ¶ Pro quo sit ista prima regula magistralis. In diffinitiuo iudicio vniuersalis concilii in pręsenti materia fidei in quo diffinienda venit & determinanda catholica altera pars quęuis, potissime & principaliter veniunt consyderanda & ponderanda testimonia & dicta sacræ scripturæ. Huius regulæ veritas, auctoritate primo ostenditur sacræ scripturæ. Secundo exemplis sacrorum conciliorum. Tertio rationibus. Auctori-

Hiero.

August.

tas primo habetur Leuit. 24. Vbi ita dicitur. Omnis æstimatio, siclo siue didragma sanctuarii ponderabitur. Vbi glosa ita ait. Omnis diffinitio, sanctis fiat ponderibus, idest de sacra scriptura venientibus. Exteriora enim pondera vt philosophorum vel hæreticorum, nec sancta nec iusta sunt. Quicunque autem aut legem aut Euangelium renuit, non habet didragma: neque eius pondera sunt sancta. ¶ Secundo auctoritas est Deutero. 17. Vbi dicitur. Si difficile & ambiguum apud te iudicium prospexeris, dicit glos. interli. Hoc quoque in ecclesia obseruandum est. Et iudicium inter portas tuas videris verba variari, surge & ascēde ad locum (glo. i. ecclesiam) quem elegit Dominus deus tuus, veniesque ad sacerdotes (glos. interli.) qui custodiant scientiam Leuitici generis (glo. interli.) Legitimos. Et ad iudicem (glos. interli.) Pōtificem qui fuerit illo tempore. Et quęres ab eis qui iudicabūt. glo. interli. In partem non declinātes circa iudicii veritatem: & facies quodcūque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dominus & docuerint te secundum legem: sequerisque sententiam eorum: nō declinabis ad dexteram vel ad sinistram glos. Nō dicitur tibi vt obedias nisi iuxta legem docuerint. Ex quo manifestum est ex ipsa institutione diuina quod in tribunali ecclesiæ lex diuina & scriptura sacra debet esse mensura & regula principalis iudiciorum & causarum fidei. Vnde in Psal. per Prophetam dicitur. Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis. ¶ Secundo ostenditur regulæ huius veritas, per acta multiplicia sacrorum conciliorum: in quibus summos Pontifices & sanctos patres hanc regulam semper obseruasse, ipsa gestarum rerum nos docet antiquitas. Omnes enim vniuersarum suarum diffinitionum principia & fundamenta ab ipso sacræ scripturæ fonte & rupe sumpserunt, sicut exemplariter patet in primis quattuor conciliis vniuersalibus, scilicet Niceno, in quo peruersum Arrii dogma destruitur. Constantinopo. in quo Eunomii & Macedonii error conuincitur. Ephesino primo, in quo Nestorii impietas iudicatur. & Calcedonen. i quo Eutic. & Dyoscori prauitas est reprobata. Hoc etiam manifestū accipimus ex primo capitulo. Dānamus. extra. De Summa Trinitate & fide catholica: in condēnatione errorum Abbatis Ioachin. In quibus omnibus ex ipso fonte scripturę principia sumpta sunt quibus sancti patres fidei quęstiones determinarunt. & arma ipsa quibus fidei hostes prosternerent. Nec mirum quoniam ipsa est Turris Dauid idest Christi manu fortis (dicit glosa interli. ex qua pendet omnis armatura fortium. Canti. 4. ¶ Rationibus aūt præfata regula ostēditur sic primo. Omne illud principaliter & maxime considerandum & ponderandum venit a iudice causæ, secundum quod necessario formare & pronunciare tenetur sententiam in causa illa. Sed lex est huiusmodi: Secundum enim legem & iura pronuncianda est sententia, vt Augustinus ait libro de vera religione, & ponitur in capitu. Mixtis distin. 4. Et Ambrosius super beati immaculati, & recitatur in capitu. Iudicet. 39. distin. & in capitu. Sūmo opere. xi. quęstio. 3. & est dictum Gregorii. Ergo a iudice fidei siue summo Pontifice, siue sacro concilio vniuersali in iudicio diffinitiuo principaliter & super omnia lex diuina & ipsa sacra scriptura venit considerenda. ¶ Secundo sic. In qualibet sententia pricipia sunt pręcipue cōsyderanda & ponderanda ab eo qui in sua facultate sententias & qōnum dubia determinandi & diffiniendi officiū habet: quo optimo genere diffinitionis determinantur qōnes. Sed hmōi prima principia & firmissima fundamenta scientiæ theologicæ sunt articuli fidei quæ nobis per auctoritates sacrę scripturæ innotescūt. Ergo maxime in determinatiōe & diffinitione qōnum fidei ab eo qui cathedrā

Glo. Glo. August. Ambro. Grego.

magistralem habet iudicii diffinitiui earũ, auctoritas sacræ scripturę considerãda & ponderanda prę omnibus est. ¶ Tertio. Omne illud potissime & principaliter per se considerandum est in iudicio diffinitiuo causarum fidei sine quo nulla certa & infallibilis potest haberi quæstio iudicii in causa fidei. Sed huiusmodi est sacræ scripturæ auctoritas, ergo idem quod prius. Cõsequentia est manifesta. Maior patet, et etiam minor clarissima est, quoniã ad ea quæ per se fidei sunt cum oẽm humanę rationis uim transcendant, nullum efficax & infallibile medium conuincens, nullũq; sufficiens testimonium haberi potest, nisi per sacram scripturam quę diuinæ innititur auctoritati. Vnde Hieronymus ad demetriadẽ virginem dicit. Q͞d de scripturis sacris auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur qua probatur. Et Rabanus super Ieremiã. Necessarium nobis est scripturas sacras in testimoniũ vocare. Sensus quippe nostri & enarrationes sine his testibus nõ habent fidẽ. Quare dicit Augustinus in fine secũdi libri cõtra Pelagianos de baptismo Paruulorum. Vbi de re obscurissima disputatur nõ adiuuantibus diuinarũ scripturarum certis clarisq; documentis, cohibere se debet humana pręsumptio, nihil faciens in partem alterã declinãdo. hęc ille. Sacra ergo scriptura est prima quę in omni iudicio si certũ & catholicũ habendum est, principaliter & maxime considerãda & ponderãda est, cõtra cuius auctoritatẽ nulla admittitur auctoritas, sed omni pręfertur auctoritati alię, dicẽte Augustino in libro vnico de baptismo. Quis nesciat sacram scripturam canonicã tam veteris q̃ noui testamẽti certis terminis suis contineri, eamq; posterioribus omnibus Episcoporũ literis ita pręponi vt de prima omnino dubitari & disceptari non possit vtrum verum sit vel vtrum rectum sit quicquid in ea esse scriptum constiterit. Contra cuius auctoritatem insuper nulla admittitur ratio: sed illi captiuãdus venit omnis intellectus, secũdæ ad Corin. I. Maior quippe est huius scripturæ auctoritas vt ait Beatus Augustinus, secundo super Geñ. q̃ omnis humani ingenii perspicacitas. Item cõtra eius auctoritatem nulla admittitur reuelatio, dicente Paulo de firmitate sui Euãgelii. Si Angelus de cœlo euangelizet vobis præter q͞d euangelizauimus, anathema sit. Vbi glo. ita ait. Adeo certus est de veritate Euangelii ꝙ si etiam Angelus aliud nũciaret, nõ crederet: sed anathematizaret. Item cõtra eam nulla pręualet cõsuetudo. Quælibet enim cõsuetudo (vt inquit Cyprianus & habetur in cap. si cõsuetudinem dist. 8.) quãuis vetusta, quãuis vulgata, veritati est postponenda: & vsus qui veritati est contrarius, est abolẽdus. Nulla breuiter insuper vera miracula dicenda sunt quę ei præiudicare videntur. Quare vt Augustinus ait libro de doctrina christiana. Titubat fides si diuinarum scripturarũ vacillet auctoritas. Et ad Hieronymum & pon. in cap. Si ad scripturas di. 9. Si ad scripturas sacras vel officiosa mẽdacia admissa fuerint, quæ in eis remanebit auctoritas: quæ tandem de scripturis illis sñia proferetur, cuius pondere contentiosę falsitatis obteratur improbitas. hæc ille quasi dicens. nullum remanet. Patet ergo veritas regulæ antepositæ videlicet ꝙ in diffinitiuo iudicio fiendo per ecclesiam in causis fidei cuiusmodi est pręsens materia de qua sermo noster est, necessario principaliter & maxime considerãda venit & ponderanda auctoritas scripturæ sanctæ. Ex qua cõclusione sequitur correla. ꝙ licet locus ab auctoritate in humana ratiõe fundatus sit infirmissimus. Vt ait Boetius: locus tamẽ qui fundatur in auctoritate diuina efficacissimus est, omniq; genere argumentationis & ratiocinationis iudicio pręferendus, cum istius auctoritas totius humanæ intelligentiæ capacitatem transcendat, et supergrediatur virtutem; Vbi notandum propter argumenta quę in relatione exaduer-

Hieronymus. Raba. August. August. August. Glo. Cypria. August. August. Boetius

so dicta sunt: ꝙ per illam regulam nō excluditur a iudicio fidei argumentationis processus: quia sine eo nō potest deueniri ad cōclusionē iudicii. Nō excluditur etiam rationis iudicium: quia sine eo argumentationis pondus non potest agnosci. Non insuper ipsa ratio humana qn̄ cōcurrat ad iudicium fidei & theologiā tanq̄ ad diuinā obsecutura pro modulo virtutis suæ, siue ex similitudinibus creaturarū: siue ex principiis naturalibus, faciendo manifestū obiectū veritatis: & ostendendo nō impossibile esse quod fidelibus credendū proponitur. Sed solum per istā regulam datur intelligi, ꝙ in iudicio fidei diffinitiuo in quo determinari habet quā partem quęstionis populus credendi suscipere debeat, auctoritas sacræ scripturæ sit principaliter cōsyderanda & pōderanda, & secundum eam metienda & pronuncianda snīa. Qd cum apud omnē catholicum doctorē indubitatum hoc esse debeat, sequiturꝙ suppositio prima quā collega meus venerabilis scilicet magister Ioānes de monte nigro prouincialis Lombardiæ in sua relatione posuit videlicet ꝙ sacrū conciliū in discussione pręsentis materiæ fidei, magis inniti debeat auctoritatibus q̄ rationibus, vera sit: & per cōsequēs salua pace relatoris exaduerso supersedendū fuerat ab omni impugnatione eius, & pro eo maxime, ꝙ dicens ꝙ in discussione præsentis materiæ magis inniti debeat sacrum concilium auctoritatibus q̄ rationibus nō repellit a iudicio fidei iudicium rationis. vt manifesto colligitur ex serie verborū suorum. licet dicat id nō æquiparandū auctoritatibus. Pręterea. Ipse nō solū auctoritatibus sed etiā rationibus visus est in roboratione partis suę.

¶ Aduersariorū obiectiones cōtra præfatā fundamentalem regulam & suppositionem inde elicitam diluuntur. Cap. 2.

QVAE autē exaduerso inducta sunt: siue ex Aug. primo, siue ex apostolo secūdo loco. in nullo militant contra pręfatā suppositionem. Ex August. aūt duo præcipue adducta sunt ex sermone Assumptionis

August. domine nostræ gloriosissimæ virginis Mariæ. Primum est illud. ꝙ tanto quæ magna sunt cautius tractanda existunt: quanto spālibus auctoritatū testimoniis nō pñt ad liquidū roborari. Sedm fuit circa illud qd agitur de morte btē virginis quid de eius assumptione dicēdū est. Vñ ait. Quū de his scriptura nihil nobis cōmendat, quęrēdū est rōne quod cōsentiat veritati: fiatq; ipsa veritas, auctoritas, sine qua necessaria nō est neq; valet auctoritas. Ex quibus dicit exaduerso relator. ecce qūo Aug. apertissime docet ꝙ vbi in sacra scriptura nō reperitur expresse auctoritas, quęrēdū est rōne qd cōueniat veritati. Et qm̄ de hmōi cōceptione in originali peccato, expressa nō reperitur auctoritas: sup hac re ad inquisitionē veritatis iuuabit plurimū euidētia rōnis. Vnde ex his patet ꝙ prīa suppositio exaduerso posita debet habere sanā intelligētiā. Hæc pręfatus exaduerso proponēs. Hæc aūt inducta ex beatissimo August. in nullo militant cōtra suppositionē pręfatam venerabilis collegę mei; neq; eam redōūt suspectā de veritate sicut relator exaduerso innuere visus est. Nō quidē prīa: quia terminus primæ auctoritatis quæ maxime pōderatur, & vñ argumētū summitur, nō inuenitur cōiter in auctoritate prima. Sed vt vr̄ auctoritas vera est talis. vt allegatur ab

Henri. illo eximio doctore magistro Henrico de Asia in sermone suo profuso de assumptione beatissimę virginis. qui creditur verū & correctū originale beati Aug. habuisse. Tanto quę magna sunt cautius tractāda existūt, quāto validis auctoritatū testimoniis nō pñt ad liquidū roborari. Valida aūt testimonia hñtur in materia

pñti sicut inferius d.o duce videbitur. Secũda quoq; auctoritas nõ militat. qm̃ dato ꝙ in auctoritate prima poneretur terminus ille spũalibus, nõ est bona ista cõsequẽtia, tãto quę magna sunt, cautius tractãda existunt. quãto spãlibus auctoritatũ testimoniis nõ pñt ad liquidũ roborari, ergo in iudicio diffinitiuo cõcilii in cã fidei, vtputa an beata virgo fuit in originali pctõ concepta vel aliqd aliud, quia in speciali & expressa nõ habetur auctoritas, magis standũ est rõni q̃ auctoritati. Auctoritas. n. Augu. verissima est. Sed hoc qd elicitur ex ea in relatione ex aduerso, falsum vr̃ esse & periculosum. Falsum siquidẽ & cõtra oẽm praticã obseruatã tam apud tribunal ecclesię in iudiciis & diffinitionibus causarum fidei q̃ apud magistros in scholasticis determinatiõibus. Palam. n. est si eras qõ surgeret an talis vel talis particularis hõ fuerit in originali peccato cõceptus, sicut beatus Petrus vel Ioãnes, vel beatus Nicolaus, vel aliquis alius ex viuẽtibus, & an p baptismũ cõsecuti essent remissionẽ peccatoꝝ, de quibus ꝙ ita sit cũ nulla expssa mentio hr̃ in sacra scriptura, ecclesia innixa auctoritati scripturę dicẽtis vniuersaliter per vnũ hoiem in hunc mũdũ. i. in vniuersum genus humanũ. Vt ait gl. pctm̃ intrasse. Rõ. 5. iudicaret errare & cõdẽnaret eos qui pf.tos hoies licet de eis mentio nõ fiat spãlis in scriptura assereret nõ in originali cõceptos. Vñ Pelagianis dicẽtibus Ysaac nõ esse cõceptũ in originali peccato: quia filius promissionis, & miraculose genitus & bñdictione multa dotatus, Augus. obuiat dicens 3. lib. cõtra Iulianũ prefatę heresis defensorẽ. Ego aũt scdm sanã fidem ex eadẽ cõcupiscẽtię voluptate cõceptũ esse Ysaac. (sequitur probatio) ex qua & hoies cæteri, excepto vno solo ab hoc malo p quẽ liberemur a malo. Ecce ꝙ Aug. sola auctoritate scripturæ dicẽtis vniuersalr̃ oẽs hoies ab Adã descẽdẽtes preter vnũ solũ. s. christũ obnoxios esse peccato contẽtis rõnibus Pelagianoꝝ (licet satis ap parẽtibus) diffiniuit scdm fidẽ catholicã tenendũ esse Ysaac cõceptũ fuisse in originali pctõ: licet de eo expssa mentio in scriptura nõ hẽretur. Periculosum etiã esse vr̃ si qñ auctoritas sacræ scripturæ expręssa solum in vniuersali loqueretur, & nõ hẽretur in spãli de aliqua psonã vtputa ꝙ in originali cõcepta nõ esset aut moritura aut resurrexitura aut filia, ꝙ magis standũ esset in iudicio diffinitiuo fidei, rõni adinuẽte per hoiẽs q̃ auctoritati scripturę vniuersalr̃ loquẽti. Qm̃ cũ ad talia probãda demõstratiua & sufficiẽter euidẽs rõ haberi nõ possit: fides nr̃a titubaret: cũ solido & certo careret fundamento. Ratio. n. nr̃a licet aliquid possit iuuare ad manifestationẽ veritatis fidei, vt ait Sanctus Thomas. Nõ tñ sufficiẽter potest probare eam. Sed sola ratio diuina quę est ista. Ita est, quia Deus dixit, aut quia euidenti illatione sequitur ex eo qd Deus dixit. Vt. n. dicit Augustinus lib. de vtilitate credẽdi. Quod intelligimus debemus rationi: quod credimus auctoritati: Fides. n. (vt ait Bernardus) fines humanę rõnis trãsgreditur: humanę naturæ vsum & experientiæ terminos excedit. (Vt ait Sanctus Thomas quolibet tertio. arti. vlt.) valde cauẽdum est ne ad ea quæ fidei sunt aliquis demonstrationes inducere præsumat. Propter duo. Primo quidem quia in hoc derogat excellentiæ fidei cuius veritas omnem humanam rationem excedit secundum illud ecclesiastici tertio. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi: quæ autem demonstrari possunt, rationi humanę subduntur. Secũdo quia cum pleruq; tales rõnes friuole sint, dant occasionẽ irrisionis infidelibus dum putant ꝙ propter rõnes huiusmodi his quæ sunt fidei assentiamus. Et hoc expresse apparet in rationibus hic inductis quæ derisibiles sunt & nullius momenti. Hæc San. Thomas. Et ideo notanter inquit Apostolus primæ ad Corin. 2. ꝙ fides nr̃a nõ sit in sapiẽtia hoium sed in virtute dei. Sapiẽtiã vero hoium, siue huius seculi

Glo. Augu. Thom. Augu. Bernar. Thom.

uocat ibi glo. Sapientiam quę humanis innititur rōnibus. Prĕterea quāq̄ veritas ipsa fidei contra aduersarios possit humana ratioue defendi ostendendo nō esse impossibilia quæ credenda proponuntur pro eo ꝙ ea quæ sunt fidei rationi naturali non sunt aduersa, ratio tamen nostra non potest aduersarios fidei veritatem impugnantes cōuertere: cum illam nō possit sufficiēter ostendere, vt dictum est, sed hoc habet auctoritas sacræ scripturæ. Ipsa plane sola est quæ superborū & sublimium colla propria virtute calcat. Ecclesiast. 24. Quinimo (vt ait
Thom. Sanctus Thomas in primo contra Genti. cap. 9. quod est multum ponderādū) Nō tantū ipsa rationū insufficientia hostes fidei nō conuerteret, imo magis in errore suo cōfirmaret, dum extimarent nos propter tam debiles rōnes veritati fi-
Ambrosius. dei cōsentire. Quare prudentissime iubet beatissimus Ambrosius argumenta tollere vbi fides quæritur: quia iam piscatoribus & nō dialecticis creditur. Q̄d pro
Thom. tanto dictum esse Sanctus Thomas in pria qōne primæ partis dicit, ꝙ argumenta humanæ rōnis ea quæ fidei sunt probare non possunt.

¶ Diluuntur aduersa obiecta in secūda auctoritate Aug. fundata. Cap. 3.

CAETERUM secunda auctoritas allegata de Augustino exaduerso quæ fuit de morte beatæ virginis & de eius assumptione dicente vnde scriptura nihil commune nobis cōmendat, quærendum est ratione qd consentiat veritati, etiam non facit ad propositum, licet de ea in relatione exaduerso fiat magnū festum. Patet autē nō esse ad propositū. Tum primo quia in materia pręsenti multa nobis cōmēdat sacra scriptura quæ tam sanctorū doctorū q̄ principaliū magistroꝝ scholæ Theologicæ sufficiens satis testimonium dant in hac re, vt ex infra dicendis manifestū fiet. Tum secūdo quia licet Augustinus dicat ꝙ vbi nihil cōmune dat nobis scriptura, quærendum est ratione quod veritati cōsentiat, nō propter hoc dicit ꝙ in his quæ fidei sunt vbi auctoritas scripturæ nulla in vniuersali nec in particulari apparet, ꝙ ex solo humanæ rationis iudicio diffinitio fidei sumenda sit. Periculosum plane esset Christianæ religioni si in sola ratione humana fidei Christianæ diffinitio fundaretur, cū sæpe teste philosopho li. Topicorū. Multa falsa probabiliora sunt mul-
Philo. tis veris: & rōnes quæ multis videtur euidētes, aliis videtur obscurę & caliginosę. Et quæ quibusdam sunt insolubiles, ab aliis facilime solutionis iudicantur. Et ideo dicit beatus Hieronymus (vt superius habitum est) Q̄d de sacris literis au-
Hiero. ctoritatem nō habet, eadem facilitate cōtēnitur qua probatur. Et in epistola ad
Hiero. Damasum Papam. Nō inde credas si aliquid tibi dixero, qd de veteri vel nouo testamento haberi nō possit. Quare Anselmus lib. 1. Cur Deus homo cap. 2. di-
Ansel. cit vnum, qd vtinam bene notasset qui exaduerso proponēs, multas eius auctoritates duxit in medium. Eo pacto omnia quæ dico volo accipi vt si dixero quod maiorū nō confirmet auctoritas: quāuis rōne illud probare videar, nō alia certitudine accipiatur nisi qa interim mihi videtur donec mihi Deus melius aliquo modo reuelauerit. Hæc ille. Nō enī cōsueuit vniuersalis ecclesia cōcilialiter diffinire: nisi qd ex Doctrina Spiritus sancti magistri sui quo regitur & gubernatur collegerit esse manifestum. Et vt de multis aliquod exemplū in medium ducamus, memoremus historiæ quę est assumptionis gloriosæ virginis Mariæ: quā Dñs relator exaduerso sæpe repetit in fauorē sui. Licet enim de hoc ꝙ assumpta fuerit in corpore sicut in anima sint multę rōnes sanctorum doctorum: sicut Augustini & Bernardi: & persuasiones plurimę aliorū doctorū imo etiam vniuersi-

tas fidelium assumptioně istam sic factam pie credat:nihilominus quia nõ expresse hoc dicitur:nec necessaria illatione infert sacra scriptura,quæ regula est diffiniendorũ in fide in sacris cõciliis vniuersalibus,ecclesia vniuersalis hoc nunquã diffiniuit,imo(vt dicit Hieronymus)magis pie dubitare voluit q̃ aliquid temere diffinire. Cuius ratio potest assignari;quia(vt ait Augustinus in sermone eiusdem festiuitatis)tãto quę magna sunt cautius tractãda existunt quãto validis auctoritatũ testimoniis nõ possunt ad liquidũ roborari. Quare idẽ Augustinus qa de hac assumptione auctoritatẽ scripturæ plene nõ habebat quæ hoc expresse diceret aut inferret de humanę rõnis iudicio nõ per omnia cõfidens,postq̃ multas rõnes ad hoc adduxisset satis validas & apparẽtes,ait in fine illius sermonis. si vera sunt quæ scripsi.ter ago gratias Xp̃e. Si dixi vt debui.approba Xp̃e tu & tui. Si vero nõ vt debui.ignosce obsecro tu & tui. Quæ verba sub tali cõditiona li aut dubitatiua forma,minime per Augustinũ exprimenda fuissent si illud ecclesiæ vniuersalis diffinitio iam haberet. Beatus insuper Bernardus de hac materia qui sequutus est beatũ Augustinũ post longa tẽpora, loquens in sermonẽ, scdo de assumptione virginis gloriosæ,sic ait. Maria siquidem assumpta est ad æthereũ thalamũ in quo rex regũ stellato sedet solio,sed vtrũ assumpta simul cũ corpore vel prorsus relicto corpore sacrũ eloquiũ nõ diffinit. Sepulchrũ tamen eius vacuum remansisse visum est. Vnde secũdum quorũdam opinionem cũ corpore assumptam fuisse sane speratur. Sed beatus Hieronymus cuius eloquẽtia in modum fluminis emanauit se modũ huius assumptionis ignorare asseruit. Sed qđ tanto viro dubium extitit & incertum,si nostræ paruitati ambiguum remansit,nõ putamus erubescendum. Quod enim a Sanctis Patribus nõ est diffinitum, nos diffinire nõ possumus: Sed si forte sunt quæ diffinire nõ valeant,nõ est de leui præsumendum. Hoc aũt diffinire nullatenus attentauerunt: qui tamẽ saluatori nostro tam vita q̃ scientia summopere placuerunt. Hæc ille. Ex quorũ sanctorum doctoꝝ testimonio,clarissima habetur doctrina grauitatis & maturitatis habendę in diffinitionibus fidei:quę maxime reuera obseruãda venit diebus nr̃is, de quibus fortassis Apostolus dicit.2.ad Thimoteum.4. qđ a veritate quidem multi auditum auertent,& ad fabulas cõuertentur.

Hiero.
August.
Bernar.

¶ Diluuntur obiecta aduersariorũ quę fundantur in dictis Apostoli male interpretatis ab eis. Cap. 4.

AETERVM nec obuiat prima auctoritas quæ dicitur ex Apostolo Petro primę Pet.3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide & spe. Tum quia non intẽdit Apostolus dicere ꝙ sufficiens & plena ratio quæ euidentiam faceret possit dari de fide quæ in nobis est:quia talis non stat cum fide: sed loquitur de rõne qua aliquid probatur ex testimonio sacrę scripturæ siue ex pricipiis fidei. Sicut Apostolus facit.1.Corin.15.arguẽs. Si Christus resurrexit.ergo & mortui resurgent. Siue de rõne qua(sicut dictũ est)ostẽditur ꝙ fides nostra nõ continet impossibilia,Et argumenta in cõtrarium ostẽdit nõ procedere. Quod manifestum est ex ipsa glosa quæ ita ait ibidem. Cuilibet fideli necessaria est notitia fidei;& si nõ ad plenum,saltem tamẽ vt possit satisfacere obiectis cõtradicentium. Si enim fides ad plenum sciretur,nequaq̃ fides diceretur,hæc ibi. ¶ Cõsequenter neq; obuiat dicta auctoritas.2.quæ ex Paulo Apostolo inducitur, ad Ro.12.Vbi sic dicitur. Vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei, sicut enim

In vno corpore multa membra habemus: oia aũt mébra nõ eundé actũ habent: ita multi vnũ corpus sumus: singuli aũt alter alterius membra. Habentes autem donationes secũdum gratiam quę data est nobis differẽtes. siue. s. habẽtes prophetiam secundum rõnem fidei &c. ℭ In hac particula dicebat relator exaduerso ꝙ Apostolus dono siue officio prophetiæ attribuit rõnem fidei, & per cõsequẽs doctoribus qui intelliguntur hic per prophetas. Hoc aũt dixi non militare cõtra dicta. Quoniam Apostolus in prefata auctoritate nõ habet eam intelligentiam quã relator exaduerso dicit eum habuisse. Sicut patet ex glosa ibidem ita dicente. Habentes prophetiã secundũ rõnem fidei. Glo. quia prout exigit fides eorum vel auditorũ datur prophetia. Ecce ꝙ non dicit ꝙ prophetæ erat rõne fidei assignare: sed ꝙ iuxta exigẽtiã fidei prophetarũ aut alioꝝ dabatur prophetia prophetis. Præterea posito ꝙ talis esset intentio Apostoli sicut exaduerso dr, intelligenda est auctoritas secundũ intelligentiã datam ad auctoritatem primam adductam Apostoli Petri. 1. Pet. 3. Periculosum enim valde esset ꝙ ratio humana, regula aut mensura cõstitueretur intelligentiæ scripturarũ in determinatione veritatũ fidei, vt satis supra dictũ est. De quo pulchre sub sensu mystico dicitur exo. 20. Altare lapideum facies mihi: & nõ ędificabis illud de sectis lapidibus. Si eni leuaueris cultrũ tuum super eum, polluetur. Acumen enim ingenii (quod per cultrum intelligitur, vt dicunt expositores) super altare fidei leuandũ nõ est, vt ingenium nostrum in his quæ fidei sunt auctoritati sacræ scripturæ preferamus. Q d tunc vr contingere qñ sacra scriptura trahitur ad eum sensum quem sibi vnusquisq; præsumit, & non ex ipsamet scriptura in planioribus locis, aut ex dictis sanctorũ, sensus capitur veritatis. Et ideo optime ait Hugo de sancto Victore super regulam Augustini, ꝙ in oibus auctoritas ecclesiæ magis imitanda est q̃ ratio. Quoniam auctoritas semper obedientiæ & humilitatis est: ratio nõnunq̃ præsumptionis. Hæc ille.

Glo. Hugo.

ℭ Secunda regula magistralis proponitur & declaratur. Cap. 5.

SECVNDA regula magistralis. Post sacrę scripturę auctoritates in huius caę diffinitiuo iudicio sicut & in iudicio cuiuscũq; alterius causæ fidei maxime considerandi & amplectendi veniunt a sacro concilio doctores sancti, & ii maxime quorum dicta in his quę fidei sunt, suscepta & approbata sunt per vniuersalem ecclesiam. cuiusmodi sunt qui sequuntur. s. Athanasius, Hylarius, Basilius, Gregorius theologus, & Gregorius Nicenus, Ambrosius, Augustinus, Theophilus, Ioannes Constantinopolitanus, Cyrillus, Leo Proclus, quorum dicta omnia quę de recta fide & condẽnatione hæreticorum exposuerunt, recepta sunt & approbata in quinto concilio. Vt ait sanctus Thomas in quarto contra Gentiles capitulo. 24. Et in quęstio. de po. Dei quęst. 10. articu. quarto. De quorum etiam numero est Hieronymus vt scribitur in capitulo Sancta Romana Ecclesia distin. 15. Q uæ regula auctoritate ostenditur, ratione, & exemplis. Auctoritate primo per illud Iob. 39. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suũ: in petris manet. Q d de dictis sanctorum patrum Glo. exponit dicens. In petris, sancti viri exprimuntur. Vnde Apostolus. Vos tanquam lapides viui. Aquila

Thom.

itaq; in petris manere dicitur, quia in dictis antiquorum, & sanctorū patrum, mentis statione locatur. Auctoritate etiam colligitur ex capitulo de libellis di.20. Vbi dicit Leo Papa quartus scribens Episcopis Britaniæ. Si emerserit vel contigerit quid inusitatum negocium quod minime posset per illas scilicet canones conciliorum diffiniri, tunc illorum quorū memineritis dicta. s. Hieronymi, Augustini, Ysidori, vel cæterorum doctorum similium si reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda & promulganda, hæc ille. ¶ Ratio vero regulæ colligitur Geñ. primo. Fiant luminaria in firmamēto cœli, & diuidant diem ac noctem &c. Vbi iuxta Glo. sancti Doctores veluti luminaria dicuntur a deo in ecclesia instituti: quorum doctrina corpus illuminetur ecclesię: & veritatis luminari, omnis tenebra fugetur erroris. Et ista ratio assignatur a Papa Bonifatio in capitu. gloriosius. extra de reli. & vene. sanctorum: qui de quatuor doctoribus ecclesiæ. s. Augustino, Hieronymo, Ambrosio, & Gregorio ita loquitur. Horum quippe doctorum prælucida & salubria documenta prędictam illustrarunt ecclesiam, decorauerunt virtutibus: & moribus reformarunt. Per ipsos præterea quasi lucidas ardentesq; lucernas super candelabrum in domo domini positas erroris tenebris profugatis totius corpus ecclesiæ tanquā sydus irradiat matutinum. Hæc ille. Ex quibus manifestum est φ si diuina prouidentia sanctos doctores tanquā luminaria quædam ad dandam doctrinam veritatis pręfecit ecclesiæ φ istorum sententiæ & dicta in his quæ fidei lumen respiciunt post auctoritatem sacrę scripturę ante diffinitionem factam per vniuersalem ecclesiam maxime respiciendę sunt & ponderandę. Nec obuiat dictum capit. noli. di. nona. qđ est dictum Augustini in principio tertii libri de Trinita. diceñ. Noli meis his literis quasi canonicis scripturis inseruire. Sed in illis & quę non credebas cum inueneris, incunctater crede: in istis autem qđ certum nō habebas, nisi certum intellexeris, noli firmū tenere. Hoc autem non obuiare dicebam, quoniā vt dicit ibi Ioan. in glos. loquitur hic secundum ista tempora cum adhuc scripta Augustini & aliorum sanctorum patrum non erant autentica. Sed hodie iubentur teneri vsq; ad vltimum iota. vt infra. di. 11. cap. vltimo. Vel ideo dicit vt ostendat φ maior sit auctoritas veteris vel noui testamenti q̄ sanctorum patrum. vt infra. dist. 19. In canonicis. Hæc glosator. ¶ Exēplis vero pręfata regula ostenditur tam in diffinitionibus conciliorū sacrorum q̄ in diffinitionibus per sūmos Pōtifices factis, q̄ etiā in sanctis doctoribus. De sacris vero conciliis exempla habemus. Primo de septima Synodo quæ in diffinitione an hęretici possent excōicari post mortē, multiplici vtitur auctoritate sancti Augu. Pręterea hoc idem habemus in Lugduneñ. concilio in quo (vt habetur in. c. fideli extra de summa Trini. & fide catho.) Gregorius. 10. q̄onem illam vetustissimam inter latinos & grecos de processione spiritus sancti determinās & diffiniens φ spiritus sanctus a patre & filio procedit post auctoritatem sacrę scripturæ, auctoritatē Romanę ecclesię & sñias sanctorū patrū in determinatiōe sua maxime cōsyderauit & ponderauit, ita dicēs. Hoc firmiter tenet & prędicat, profitetur & docet sacrosancta romañ. ecclesia mater omniū fideliū & magistra. Hoc idem habet orthodoxorum patrum atq; doctorum latinorum & grecorum incōmutabilis & vera sñia. Exēpla vero de Pontificibus hanc regulam obseruantibus. Primū singulare hēmus in sanctissimo Leone Papa qui in epistola ad Leonem Imperatorem successorē Marciani diffinitionē fidei factā i Calcedoneñ. cōcilio cōtra quosdā euticetis discipulos, auctoritatibus doctorū sanctorū videlicet. Hilarii, Athanasii, August. Amb. & multorū aliorū roborare nisus est & cōfirmare.

Leo.

Idem.2.in sexta Synodo cōtra Macharium Constantinopolitanū.Archiepiscopum.Idem.3.habemus de Papa Pelagio in.c.Pudēda.24.q.1.Tertio.Patet regula exaduerso,ex pratica Sanctorū doctorū.Vnde Augustinus in lib.cōtra Iulianum defensorem hęresis Pelagianorū negantium paruulos originale peccatum cōtrahere,maxime se muniuit ad cōfutandū illorum errorem,post auctoritates canonis,auctoritatibus sacrorum doctorū quos in amplissimo numero tam latinos q̄ grecos ducit in testimonium veritatis, sicut infra videbitur. Et ita patet regula nostra,videlicet q̄ post sacrę scripturę auctoritates in causis diffiniēdis fidei cuiusmodi est causa nostra,maxime a sacro cōcilio cōsyderanda veniūt dicta sanctorū doctorum.Ex qua regula sequitur correlarię q̄ istis doctoribus qui Spiritu sancto loquuti esse credūtur, & quorum dicta in his quę fidei sunt iam acceptauit & approbauit ecclesia,cōtradicere in his quę fidem respiciunt, diffinitioni vniuersalis ecclesię cōtradicere videatur. Cui conuenire videtur qd̄ dicitur,in cap.si ille di.1.Quicquid cōtra illorum diffinitionem in quibus Spiritū sanctum credimus esse locutum dictū fuerit,non solum temerarium,sed et periculosum esse non dubito.

Augúst.

¶ Tertia & quarta regula proponūtur cū suis declarationibus. Cap. 6.

TERTIA regula habenda & praticāda in iudicio huius rei & cuiuslibet alterius xpianam fidem cōcernen̄.est,vt testimonia Sāctorū Patrū in medium adducēda in quibus principaliter consistere videtur pondus iudicii,in originalibus respiciantur.Ratio regulę est:Tum primo propter certitudinem hn̄dam maiorem de ea re quę credēda xpiano populo exhibēda est.Tum secūdo quia sępissime circūrescisę, aut detrūcatę auctoritates & minus integrę,aut alteratę in terminis,dant aliud intelligere q̄ fuerit intētio auctoris. Tum tertio quia argumentationis virtus nō ex cortice lrę,sed ex spiritu summēda est.Colligitur aūt sensus & spiritus literę ex pręcedentibus & sequētibus. Ex causis enim dicendi summēda est & venerāda intelligētia dictorū, vt ait Hylarius lib.de Trinit.Hac.n.regula vniuersali vsi fuerunt sacra concilia. Et maxime hoc legimus esse obseruatum in sexta Synodo celebrata ad determinandū non esse duas voluntates & duas opiniones in Xpo,cōtra Patriarcham Anthiochenū Machariū.Cum.n.in disputatiōe hęc regula nō fuisset praticata, maximū iminebat periculū fidei Xpianę,pręfato Machario deflorante & detruncāte testimonia Sanctorum Patrum. Vnde hoc experto,inquit sancta Synodus, dicat Macharius cur hęc & quę necessaria sunt circūrecidit de testimonio probabilis patris Athanasii;Macharius dixit.Quę defloraui,secūdum propriū intentū defloraui.Et infra,Sancta Synodus ait.Ecce,& hoc testimoniū Sācti Patris peremisti.Non cōgruit orthodoxis ita circūtruncatas Sanctorū Patrum voces deflorare. Hęreticorum potius hoc est.Dixit Macharius.Etiam dixi quia quęrens scribere intentionē meam,hoc modo defloraui.Sancta Synodus exclamauit. Hęreticum seipsum manifeste demonstrauit.¶ Quarta regula magistralis est qd̄ in expositione sacrę scripturę si circa intelligentiā eius aliqua surgat dubitatio, pręcipue attendendi sunt pręfati sancti doctores,& similes.Quę regula ratiōe patet & auctoritate.Ratione quidem,qm̄ cum hm̄oi sancti Doctores diuinitus vberiori sapientia infusi acutius cęteris arcana scripturę sacrosanctę penetrare donati esse credantur,merito eorum sententię & expositiones sacrę scripturę maxime amplectendę sunt in his potissime quę fidei integritatem respiciunt.

Hylar.

Quę

Quæ ratio manifeste tangi vr ab Apostolo Petro in primo ca.1. Epistolæ suæ dicēte. Hoc primū intelligentes ꝙ ois prophetica scriptura propria interpretatione nō fit. Non.n.voluntate humana allata est aliqñ prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Vbi glo. ita ait. Sicut prophetę nō sua, sed dei verba scribebant: ita lector nō sua interpretatione vti debet, ne a fide exorbitet, sed laboret attēdere quō voluerit intelligere ille qui scripsit. Et infra. Sicut in ptāte prophetarū nō erat semper habere spiritū, semper futura prędicere, ita nō erat potestatis eoꝝ vt quęcūq; vellent docerent, sed ea sola dicebāt quę a spiritu dei didicerant. Hæc ideo dicūtur ne quis ad libitū scripturas exponat. Hæc glo. Auctoritate vero colligitur regula nra ex illo Prouer.22. Ne trāsgrediaris terminos quos posuerunt pres tui. Glo. Terminos. s. catholicæ fidei quos ab initio statuere doctores. Et ideo Prouer.3. dicitur. Ne innitaris prudētię tuę. Quod beatus Hieronymus exponēs ait. Prudentię suæ innititur qui ea quæ sibi dicenda videntur patrū decretis anteponit. Quam regulā de sequēdo in expositione sacræ scripturę patres veteres & maiores, tangit Clemens Papa in cap. relatum dist.31. ita dicens. Relatū est nobis ꝙ quidā in nostris partibus cōmorātes sacris doctrinis aduersantur: & prout eis vr nō secundū traditiones patrū, sed iuxta suū sensum docere videntur. Multas. n. quidam (vt audiuimus) vestrarū partium ingeniosi hoies ex his quæ legūtur similitudines recipiunt. Et ideo diligenter obseruandū est vt lex dei cū legitur nō secundū propriam ingenii virtutem vel intelligentiā legatur vel doceatur. Sunt.n. multa verba in scripturis diuinis quę pñt trahi ad eū sensum quē sibi vnusquisq; sponte pręsumit: Sed nō oportet. Nō.n. sensum alienū extrinsecus & extraneū debetis quærere, vt quoquomodo ipsum ex scripturarū auctoritate cōfirmetis: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo scientiam discere scripturarū qui eam a maioribus secūdum veritatem sibi traditam seruat. Hæc ille. ¶ Ex qua regula correlarie sequitur, ꝙ saluberrimū est, imo pręnecessarium, vt in his quę fidei sunt, quoꝝ veritas pendet ex sana intelligentia sacræ scripturæ, ponderēt doctores exponētes eandē. Non.n. est securū, maxime in tali materia, grauioribus & eruditis magis doctoribus, & potissime sanctis, minus eruditos anteferre. In quo casu videtur illud accidere de quo Prouer.24. dr. Abhominatio est apud deum pondus & pondus, statera dolosa nō est bona. Vnde Leo Papa. In epistola ad Flauianū. & habetur in. c. quod aūt. 24. q.3. Quid aurē iniquius ꝗ̄ impia sapere, & sapiētioribus doctoribus nō credere. Sed in hanc sentētiam cadunt qui cū ad cognoscendā veritatem aliquo īpediuntur obscuro, nō ad propheticas voces, non ad apostolicas literas, nō ad euāgelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt: & ideo magistri errorū existunt, quia veritatis discipuli nō fuerūt. Plane periculosissimum est fidelibus cōtemptis, sanctoꝝ & veterū patrum expositionibus, nouellas quasdam scripturarū expositiones & interpretationes accipere quas non cōmendat famosa veterū traditio imo cōmuniter cōtradicit: nec vniuersalis ecclesiæ certa & approbans habet auctoritas. Et ideo dicit Apost. ad Hębre. vltimo. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Sanctū plane Apostolicū cōciliū: quoniam vt glo. ait in principio decimi capituli in Leuitico. In spiritum sanctum blasfemare dicuntur qui inspiratam ab eo scripturā praue interpretātur. Qua rōne (inquit Hieronymus, & pon. in capitu. hęresis. 24. quæstio.3.) Quicunq; aliter scripturam intelligit ꝗ̄ sensus spiritus sancti efflagitat a quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hęreticus appellari potest. Hæc ille.

Hieronymus.

Leo.

¶ Quinta regula propoñ. cum suis declarationibus & correlario. Cap. 7.

VINTA regula magistralis est. Q d illi doctores scholastici tã in expositione & intelligẽtia sacrę scripturæ q̃ in diffiniẽda fidei materia prę ferendi sunt, qui ad sacram scripturã & sanctorũ patrũ doctrinã expressius & formalius sententias suas magis resoluunt. Re
Hugo, gulam istam ponit Hugo de sancto Victore in principio libri sententiarũ suarum, ita dicẽs. Vbicũq; possumus auctoritatũ vestigia imitemur: vbi autem certa auctoritas deest, his potissimũ assentire debemus, quæ maxime auctoribus accedunt: & nõ de nobis p̃sumentes, scripturas ex pietate interpretemur. Ratio vero regulæ patet quoniam cum sacra scriptura sit regula secũdum quam iudicandũ venit de vno quoq; an rectum sit, an distortũ, an verum an falsum, illorũ iudicia amplectenda sunt magis qui secũdũ istam iudicant. Et inde est ꝙ cum dñs iuberet Matth. 25. obedire scribis. i. doctoribus dicẽs facite quęcunq; dixerint vobis, pręmisit, Super cathedram Moysi sedebunt scribi & pharisei. ad innuendũ (vt ait
Thom. sanctus Thomas) quolibet. 3. q. 4. ar. 1. in solone vnius argumẽti, vt obediẽtia de illis intelligatur quæ, ad cathedrã legis pertinent: & nõ ea quæ sunt cõtra fidem & bonos mores. Pręfata regula vsum est sacrũ cõciliũ Viennẽse, in quo (vt patet in clemẽtinis primo cap. Clemens quintus in diffinitione & determinatione q̃onis ortę, inter doctores scholasticos circa effectum baptismi in paruulis, ita dicit. Nos aũt attendẽtes generalem efficaciã mortis xp̃i quæ per baptismũ applicatur omnibus baptizatis, opinionem secũdã quæ dicit tam paruulis q̃ adultis cõferri in baptismo informantẽ grãm & virtutem, tanq̃ probabiliorẽ & sanctorum dictis & doctorum modernorũ theologię magis cõsonam & cõcordem sacro approbante cõcilio duximus eligẽdam. Vbi glo. Io. an. super verbo, doctorũ modernorum, exprimẽs doctores quorũ sñias sacrũ cõcilium præ aliis põderabat nominat magistrũ sñiarum, Alexãdrũ de aliis, Albertum magnũ, & sanctum Thomam. Nec est dicẽdum ꝙ sacrũ cõcilium ideo horũ sñias cæteris prætulerit quia moderni siue quia posteriores cæteris erant tẽpore: vt in relatione exaduerso relator ex. 1. verbo modernorũ, colligere videbatur, sed quoniã istorum dicta magis scripturę sacræ, & sanctorũ dictis erant cõformia. Plane si sacrum cõciliũ attendisset id quod exaduerso df cõsyderasse, nõ antiquos doctores sed magis modernos & cõuicinos tempore pręfati cõcilii nominasset. ¶ Sed dicebatur exaduerso ꝙ mirũ nõ videtur ꝙ modernis doctoribus sit aliquid reuelatum qd nõ antiquis. Quã q̃ autẽ ad hoc venirẽt plura dicẽda tã de illuminatione cõtinua nostrę Ierarchiæ, q̃ de modo quo per incremẽtum tẽporis fides nostra dicta est perfectum suscipere: quæ Boemis per eruditos patres huius sacri cõcilii sæpe repetita fuerunt: cũ quatuor suos articulos, quatuor veritates reuelatas nouiter regno Boemiæ esse affirmarent, breuitatis tñ gratia sufficiat ostẽdere duabus causis illud nihil facere ad propositũ. Tum primo quoniam hoc de quo quęstio nostra currit nõ est tale quod a sanctorũ patrũ notitia fuerit absconsum: vt ex inferius adducendis auctoritatibus & testimoniis eorũ aperte satis de hoc loquentibus notum erit. Præterea, ꝙ hoc nõ fuerit etiam a sanctis patribus ab
Bernar. sconsum, expresse testatur beatus Bernardus in epistola ad Lugduneñ. quæ de celebratione festiuitatis conceptionis beatæ virginis eos dure repręhendit. Secundo quoniam aliud est posterioribus doctoribus reuelare qd non prioribus, & aliud est reuelare cõtraria his quæ priores sancti doctores dixerunt. Cum

enim a spiritu sancto veritatis magistro cōtraria reuelata esse nō possint, oportet dicere aut, sanctos patres & antiquos doctores in tanta numerositate de hac materia loquentes & dicētes virginem bñdictā originali peccato in cōceptione sua obnoxiam stetisse, errasse: qd de tot & talibus sapientissimis in ecclesia luminaribus iudicare esset psūptuosum, aut quosdā modernos & nouos doctores doctrinā cōtrariā dogmatizantes, nō ex reuelatiōe diuina fuisse locutos. ¶ Ex his aūt ista iam posita sequitur correla. ꝙ valde incautū est in rebus dubiis ad fidē pertinētibus faciliter & quasi pro libito volūtatis sequi opiniones diuersorū magistroꝝ siue doctoꝝ diuersas tenentiū opiniones nisi prius habita necessaria & diligēti examinatione: cuius dicta ad sacrę scripturæ regulā & sanctoꝝ doctoꝝ doctrinā, & cōem doctoꝝ theologoꝝ sniam magis propinquant. Obseruātia autē hmōi regulæ fuit pugio cū quo maxime Boemi ostensa eis tanta multitudine doctorū tam theologorū ꝗ iurisperitorū determinantiū contra eos in campo huius sacri cōcilii ceciderunt cōfusi. Vnde sanctus Thomas in quoli. 3. arti. 10. Thom. quęrens vtrum auditores diuersorū magistroꝝ tenētiū diuersas opiniones excusentur a peccato erroꝝ si opiniones magistroꝝ suoꝝ sequātur, respōdet ꝙ in his quæ pertinent ad fidem & bonos mores nullus excusatur si sequatur erroneam opinionē alicuius magistri. Tales.n.ignorantia nō excusat, alioquin immunes a peccato fuissent qui secuti sunt opinionē Arrii, Nestorii, & alioꝝ heresiarchaꝝ. Nec potest excusationē hēre propter simplicitatem auditor, si in talibus opinionem erroneam sequatur. In rebus.n.dubiis nō est de facili præstādus assensus. Quinimo (vt Augustinus dicit in. 3. libro de doctrina xpiana) cōsulere August. debet quis regulam fidei ꝗ de scripturarum planioribus locis & ecclesię auctoritate perceperunt, qui ergo ɔsentit opinioni alicuius magistri cōtra manifestū scripturæ testimoniū, siue cōtra id qd publice tenetur secūdum ecclesiæ auctoritatem, nō potest ab erroris vicio excusari. Hęc sanctus Thomas.

¶ Intētio auctoris super regulaꝝ doctrinā fundata. Cap. 8.

HARVM autem regularū doctrinam ego complexus talem in generali ordinem in meę relationis processu tenere disposui, conformans me ordini obseruato in relatione exaduerso facta per venerabilem sacrę theologię professorem & magistrū Ioā. de Sagobia compatriotā meū vt primo terminis expositis qōnis, testimonia sacrę scripturæ & sanctorū doctorū: quæ ad propositū facere videbuntur, confutando solutiōes datas exaduerso & dari cōsuetas, in medium cōferam: inter quæ scripturarū testimonia aliqua repetam, eorū quæ adducta sunt per venerabilem patrē collegam meum in relatione sua, ostensurus ꝙ eis per relatorē exaduerso nō fit satisfactū. Secundo rōnes doctorū partē hanc qōnis tenentiū roborabo. Tertio rīdebo auctoritatibus oībus & rationibus exaduerso in duabus relationibus adductis. Quarto cōcludam relationē meā per vnū correla. rīsiuum. ¶ Verū vt relatio fienda cunctis audiētibus & tandē legentibus intelligibilior fiat, pñtem tractatū per capitula distinxi in quo ita relationis officiū iuxta tñ impositū mandatum suscepi, vt ibi nihil voti mei expresserim, sed ea quæ doctores quoꝝ organū cōstitutus sum expresse dicunt, aut quæ ex eorū apertis sententiis pro exigentia materiæ siue ad confirmandū, siue ad confutandum, siue ad soluendum rationes exaduerso, colligenda fore necessaria iudicaui. Omnia autem quæ dicturus sum omni vrarum Reuer. Paternitatū iudicio submitto: protestans ꝙ in hac re

tione nō explico adhuc votum meū: nec qd de materia præsenti sentiam: sed tā tum vestrarum dominationū mādata suscipiens qd doctores quos legere potui, sentire cognoui. Quare quicquid fuerit quod ex aliorū sententiis & dictis retulero, protestor quod nihil intendo asserere in hac faciēda relatione nisi quod asserendū est: nec negare nisi qd negandū est, sm iudicium vniuersalis matris ecclesię. Loquar autē nō in humanæ sapientię verbis, sed more scholastico, simplici scilicet sermone, & cōpendioso magis q̄ potero: nō curans per campos ethnicorū peregrinas materias introducēdo inaniter gloriādo percurrere, neq; ad oēs disgressiones introductas exaduerso rñdere curabo nisi quantū principalis materia necessario pro sua integritate dicendū esse poposcerit. P. Reuereñ. cum hoc officiū vestra dispōne susceperim, supplico dominationibus vestris Reuerendissimis, vt gratā ac beniuolam audientiā mihi prestare velitis. Nullus patrū exoro cōtrarie ferat si quādoq; in fienda relatione terminos minus gratos audiat, cum mei nō sint, sed eorū doctorum quorum sentētias & dicta per Reuereñ. Paternitates vestras iussus sum in mediū proferre. ¶ Plane hāc relationē faciendi obedientiam minime suscepissem: nisi me pro sūma honestate & integritate vestra benigne & cum omni patrum charitate audiendum sperassem.

¶ In quo ponitur expositio primi ex tribus terminis qōnis. &c. Cap. 9.

CVM notitia terminorū primum locū habeat in ordine totius cognitionis humanæ, sitq; prima hypothesis necessaria in examinādis dubiis: & in certamine disputationum ne frustra & inutiliter laboretur, ideo premittenda venit primo aliquorū terminorū quæstionis declaratio, cuius qōnis forma est ista quæ sequitur. ¶ Vtrū magis pium sit credere animam beatissimę dei genitricis Mariæ fuisse in instanti suæ infusionis in corpore preseruatā a peccato originali, q̄ credere ipsam virginem fuisse in originali peccato cōceptam. ¶ Termini aūt declarandi sunt qui sequūtur. s. pium, cōceptio, & peccatum originale. ¶ Circa primū notandum est, quod reperio apud doctores pietatem multipliciter sumi secundū quod ad propositū nomen pietatis applicari pōt. Et secundū quod varie pōt sumi pietas: ita diuersimode pōt intelligi quęstio ista, qua queritur vtrū sit magis pium &c. Sumitur aūt pietas vno modo prout dicitur diuinus cultus qui fide, spe, & charitate pficitur. Vnde Augustinus. x. de ciuitate Dei dicit. Pietas proprie, dei cultus intelligi solet, quā grēci Eusebiam vocant. Hoc modo pium dr illud quod ad cultū diuinum pertinere videtur. Et capiēdo hoc modo pium in qōne proposita, sensus esset qōnis. Vtrū ad cultum diuinū magis pertineat credere beatam virginem præseruatā fuisse a peccato originali, q̄ credere eam cōceptam in originali peccato fuisse. Secūdo modo pietas dicitur cultus debitus parentibus secundū illud Tulii in rethorica sua. Pietas est per quā sanguine cōiunctis, paternęq; beniuolentiæ officium & diligens cultus tribuitur. Et secundum hoc sensus qōnis esset. Vtrum pertineat ad cultum debitū matri nostræ virgini gloriosæ credere magis eam preseruatam fuisse a peccato originali q̄ non, sed in eo fuisse cōceptam. Tertio modo pietas attribuitur sacræ scripturæ. Vnde dr sciētia pietatis, vt ait Hieronymus in Epistola ad Titum, & habetur in capit. Si quis. di. 3 2. Et Augu. in lib. de menda. Et pon. in cap. 1. 2 2. q. 2. Vbi ita ait. Non est mentiendum in doctrina pietatis, qm̄ magnum scelus est & primū genus mendacii detestabile. Et secundū hunc modum sensus quęstionis esset. Vtrū secundū doctrinā & fidem catholicam magis

Auguſt. (margin, beside "gustinus. x. de ciuitate")
Tullius (margin, beside "modo pietas dicitur")
Auguſt. (margin, beside "stola ad Titum")

ſit credendum beatiſſimam virginem fuiſſe prçſeruatam, q̃ non &c. Quarto modo capitur piũ, vt Albertus diffinit in lib. de laudibus virginis, vbi tractans qualiter pie credendum ſit beatam virginem aſſumptam eſſe in corpore & in anima notat ꝙ quatuor ſunt genera ſupponibilium. Primum eſt quod ex ſacra ſcriptura ita expreſſe eſt determinatum, ꝙ nec dubitatio nec opinio poteſt eſſe circa contrarium. Et de hoc dicit Damaſcenus. Omnia quæ tradita ſunt per legem & Prophetas, & Apoſtolos, & Euangeliſtas ſuſcepimus & veneramur & cognoſcimus, nihil vltra requirentes. Alterum genus eſt per oppoſitionem ad hoc, quod omnino incertum eſt. Et hoc dicitur vel incertum quantũ ad ſentẽtiam & auctoritatem. Et hoc eſt ſimpliciter apocriphum. Vel incertum quantum ad auctoritatem, ſed non quantum ad ſententiam. Et hoc eſt apocriphum ſecundum quid, & illud ponitur dubium. Et inter hæc duo, ſunt medię. Tertiũ eſt quando aliquid non eſt determinatum ex ſcriptura, nec per rationem neceſſariam poteſt probari, nec etiam ex euidentia ſui, ſed ex conſequentiis ſcripturarum, & apparentia rationum poteſt & ipſum & ſuum oppoſitum ęqualiter videri & perſuaderi. Et hoc poterit appellari opinionabile, vt ſunt quædam opiniones ſanctorum. Vt eſt iſta. Vtrum omnia ſint ſimul creata. Et iſta. Vtrum angeli ſint ingratuitis creati, & ſimilia. Alterum eſt genus quod nec eſt in ſcriptura bibliæ expreſſum determinate, nec ex euidentia ſui eſt manifeſtum, tamen ex ꝯſitia ſcripturarum & apparentia rationum, ita eſt probabile ꝙ nulla ſcriptura, nulla ratio habet aliud opponere in contrarium. Et illud eſt pie credendum. Vnde primum eſt expreſſe determinatum, ſecundum eſt pie credendum, tertium eſt opinabile, quartum eſt apocriphum. Hæc Albertus. Secundum iſtam diffinitionem pie credibilis, eſt ſenſus quæſtionis. Vtrum beatam virginem eſſe conceptam in peccato originali ſic ſit ꝯſitia ſcripturarum & apparentia rationum probabile ꝙ ei nulla ſcriptura, nulla ratio poſſit contradicere. Et qualicunq; modo aſſignato capiatur pietas, ex ſequentibus palam fiet quid doctores (quorum organum & relator veſtra ordinatione poſitus ſum) ſentiant de quæſtione. Et hæc de expoſitione primi termini.

Alber.

Damaſcenus.

❡ Expoſitio ſecundi termini quæſtionis. Cap. 10.

SECVNDVS terminus exponendus eſt conceptio. Vbi notandum eſt ꝙ conceptio dupliciter dicitur naturalis, quantum ſufficere creditur, ad propoſitum, ſcilicet conceptio ſeminis & conceptio hominis. Prima quidem fit in concubitu maris & fœminę. Et dicitur conceptio quaſi duorum ſeminum a matrice captio. De qua Gen. 38. dicitur ad vnum concubitum conceperat mulier ſcilicet Thamar de Iuda. Et ad Hebrę. vndeci. Fide Sarra ſterilis virtutem in conceptione accepit. Secunda autem fit in embrionis animatione. Et dicitur conceptio quaſi corporis animati cum anima captio. De qua Geñ. 16. Dedit dominus conceptum Rebeccæ & collidebantur in vtero eius paruuli. Et Luc. 10. Ecce concipies in vtero. Quæ conceptio aliquando alio nomine vocatur natiuitas in vtero. Math. 1. Quod in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Vnde Gregorius in moralibus libro. 29. Homines (inquit) tunc eſſe incipiunt cum in matrum ſuarum ventre naſcuntur. Nam ipſa quoq; conceptio, natiuitas dicitur iuxta illud quod ſcriptum eſt, quod in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Hæc ille. ❡ Diſtinguitur enim a doctoribus tam iuris diuini q̃ humani duplex

Gregor.

Alber. natiuitas, vna in vtero quæ (vt verbis vtar Alberti magni) dicitur forma-
Auguſt. tio ab Auguſt. Et hæc eſt in infuſione animæ corpori organizato, quādo homo naſcitur in formam & ſpeciem hominis. Alia aūt eſt natiuitas quando proles vltimo ſeparatur a generante, & exiit in lucem, & talis dicitur natiuitas ex vtero. De prima autē natiuitate dicunt doctores quorum relator ſum, intelligendas fore auctoritates tam ſacræ ſcripturæ, q̄ ſanctorum doctorum dicentium omnem hominem ab Adam originaliter propagatum naſci obnoxiū peccato originali. Quoniā de ſecūda natiuitate loquendo aliquos natos fuiſſe ſanctos & ab originali peccato mundos ex ipſa ſacra ſcriptura colligitur, ſicut de Hieremia, & beato Ioan. baptiſta patet. Et idem de glorioſa virgine habet vniuerſalis eccleſia. Eſt tamē notandum qd ſi loquamur de peccato originali ex parte fomitis, tunc præfati doctores dicunt auctoritates dicentes omnem hominem ab Adam originaliter propagatum naſci obnoxium peccato originali, eſſe intelligendas de natiuitate ex vtero, pro eo ꝙ & ſanctificati ſunt a culpa & a reatu per gratiā ſanctificationis, nō tamen penitus mundati a fomite ipſo. De beatiſſima autem virgine dicunt ꝙ poſt ſanctificationē qua ſanctificata fuit in vtero, fomes remanſit in ea impeditus ſiue ligatus in conceptione filii dei totaliter auferendus, vt magiſter Alexander de ales ex Ioā. damaſceno, magiſtro ſententiarum, & magi-
Bonauētura. ſtro Hugone. deducit in. 3. Idem docet s. Tho. magiſter ſententiarum & Bonauentura, & quaſi omnes doctores antiqui. Quare ſanctus Thomas in tertio diſtin.
Thom. tertia reſpōdens ad dictum magiſtri ſententiarū dicentis, virginis carnem obnoxiam fuiſſe peccato, dicit qd caro virginis ante conceptionem filii dei obnoxia peccato dicitur fuiſſe, propter fomitem qui eſſentialiter remanebat quāuis impeditus eſſet. Hæc ille. Terminus autem conceptionis in quæſtione noſtra poſitus, cum quæritur an beata virgo fuerit concepta in originali peccato, accipitur a doctoribus pro conceptione hominis quæ dicitur natiuitas in vtero, quia in iſta anima rationalis quæ ſubiectum peccati eſt. o. p. contrahit, non aūt in priori pro quo tempore nondum erat.

¶ Expoſitio tertii termini qōnis. Cap. II.

CIRCA vero tertium terminum poſitū in quæſtione, ſcilicet peccatum originale, aliqua pro dicendorū fundamento ſub breuitate conſyderanda veniunt. Primo quid ſit peccatum originale: & quare ita nominetur. Secundo quomodo & qualiter culpa per originem dicitur trahi, & qualiter peccatum Adæ poſteris imputetur. Circa primum, quia priuatio cognoſcitur per habitum, ideo primo videndum eſt quid ſit iuſtitia originalis cuius priuatio eſt originalis culpa. Eſt autem originalis iuſtitia quædam humanæ naturæ rectitudo per quā corpus animæ erat ſubditū: & vires inferiores rationi, quādiu anima ſubdita erat ſuo creatori. Hæc autem rectitudo non erat ex principiis naturæ: cum corpus humanum ſit naturaliter corruptibile, ſed a deo data in prima hominis conditione ſecundum ꝙ dicitur Eccleſiaſti. 7. Hoc ſcio ꝙ deus fecit hominem rectum. Erat hæc rectitudo vt di-
Tho. cit ſanctus Thomas in prima parte, & Nicolaus de lira in expoſitione literæ: ſecundum hoc ꝙ ratio ſubdebatur deo, rationi vero inferiores vires, & animæ corpus ipſum. Prima, autem ſubiectio erat cauſa ſecundæ & tertiæ. Quādiu enim ratio manebat deo ſubiecta, inferiora ei ſubdebantur, vt dicit Auguſtinus. Quia
Anſel. vero iuſtitia eſt quædam rectitudo, vt ait Anſelmus lib. de veritate. Propter hoc

talis rectitudo naturæ humanæ congruenter vocatur iustitia originalis: quia data est humanæ naturæ in sua prima origine, & quia per originem fuisset i.. po steros transfusa si ab Adam fuisset seruata. Ipso vero peccante iuste fuit ab eo sub tracta. Et quia carentia perfectionis quæ debet inesse, cuiusmodi fuit prædicta rectitudo culpabilis est in homine. ideo carentia ipsius originalis iustitiæ cum debito eam habendi est propria diffinitio originalis peccati. Hæc est diffinitio beati Anselmi libro de conceptu virginali capitu. 2. dicentis. Hoc peccatum quod originale dico, aliud intelligere nequeo in eisdem infantibus nisi ipsam quam supposui factam per inobedientiam Addæ iustitiæ debitæ nuditatem per quam omnes sunt filii iræ. Ad huius doctoris sententiam concurrunt omnes doctores soléniores scholæ. s. Alexander de ales. Albertus magnus, sanctus Thomas, Bonauentura, Henricus, Durandus, & Scotus qui in secundo sententiarum distinctio. 30. colligens ex dictis Anselmi dicit, peccatum originale esse carentiam iustitiæ originalis debitæ. Et si dicatur (inquit Scotus) quod aliqui sancti dicunt illud esse concupiscentiam, respondet quod concupiscentia est materiale peccati originalis, formaliter vero est carentia iustitiæ originalis. Hæc ille. Et eadem sunt verba sancti Thomæ tam in secundo sententiarū distin. eadem, quam in prima secundæ questio. 82. articu. tertio. vbi declarans qualiter intelligenda sit de materiali originalis peccati illā diffinitio Augustini in tractatu de verbis Apostoli dicentis originale peccatum esse concupiscentiam cū qua nascimur, siue vitium concupiscentiæ, quod paruulum habilem concupiscere, & adultum concupiscentem reddit, ita dicit. Ad videndum autem quid materiale sit & quid formale in peccato originali, est notandum quod vnumquodque habet speciem a sua forma. Species autem peccati originalis sumitur ex causa sua. Quare oportet quod illud quod est formale in originali peccato accipiatur ex parte causæ peccati originalis. Oppositorum autem oppositę sunt causæ. Est ergo attendenda causa origninalis peccati ex causa originalis iustitiæ, quæ ei opponitur. Tota autem ordinatio originalis iustitiæ ex hoc est quod voluntas hominis erat deo subiecta. Quæ quidem subiectio primo & principaliter erat per voluntatem, cuius est mouere omnes alias vires in finem. Vnde ex auersione voluntatis a deo, subsequuta est inordinatio in omnibus aliis animæ viribus: sic ergo priuatio originalis iustitiæ per quam voluntas subdebatur deo, est formale in originali peccato. Omnis autem alia inordinatio animæ virium se habet in peccato originali sicut quoddam materiale. Inordinatio autem aliarum virium animæ præcipue in hoc attenditur quod inordinate conuertuntur ad bonum cómutabile. Quæ quidem inordinatio cómuni nomine potest dici concupiscentia. Et ita peccatum materialiter quidem est concupiscentia: formaliter vero defectus originalis iustitiæ. Hæc sanctus Thomas. ¶ Secundo ad videndum quare originale dicatur notandum est, quod vt ait Alexander de ales in secunda parte summæ suæ, & colligitur ex Anselmo in primo capitu. lib. de conceptu virginali, dupliciter dicitur originale peccatum, aut quia est origo aliorum: & sic est in primo parente in quo fuit tota humana natura. Alio modo & cómunius, dicitur originale, ab origine contractum, siue quia a nobis non agitur, sed per vitiosam originem trahitur, & sic est in quolibet paruulorum ab eo seminaliter descendentium. Ex quibus iam plane patet quid sit originale peccatum. s. carentia originalis iustitię debitæ inesse per vitiosam originem contracta.

Alexan. de ales. Albert. magnus Thom. Bonauétura. Henric. Durañ. Scotus. Thom.

Alex. de ales. Ansel.

¶ Exclusio falsorum documentorũ scholasticorum exaduerso propositorũ contra prędicta. Cap. 12.

X qua consyderatione sequitur correla. primo ꝙ insufficiens sit illud primũ documentũ scholasticum datũ in relatione exaduerso, vbi declarans quid sit originale peccatum, dicit ꝙ peccatum originale est culpa dãnabilis siue offensa dei, cuius dicti insufficientia patet. Tum primo, quia per illud documentum nõ declaratur nobis quid sit originale peccatum magis q̃ actuale mortale, cũ de vtroq; verificari possit ꝙ est culpa damnabilis siue offensa dei. Tum scdo, quia bona diffinitio, conuertibilis est cum diffinito, vt ait Aristoteles & Boetius. Esse autẽ culpam dãnabilẽ siue offensam dei, nõ est cõuertibile cum peccato originali qđ ibi diffiniri videtur: immo plenius & perfectius cõpetit alteri. s. actuali mortali (vt patet de se) q̃ originali, qđ (vt infra videbitur) minimũ habet culpabilita. inter oia genera peccatorum. Tũ tertio quia ex primo documento sequitur ꝙ oẽ peccatum mortale esset originale peccatum dicendũ, cum omne tale sit culpa dãnabilis & offensa dei. Qđ q̃ peregrinũ sit a documẽtis scholasticis veritatis theologicæ, vos ipsi sapientissimi patres iudicate. Tum quarto qm̃ cum dr̃ ꝙ originale peccatum sit offensa dei, si intelligat (vt videtur innuere relator) ꝙ cõtrahens originale peccatum offendat deum actu proprio, manifeste falsum dicit, cum pro tunc nec rõnis nec liberi arbitrii vsum habeat, vt infra dicetur. ¶ Secũdo elicitur correra. ex eadem pręfata consyderatione ꝙ peccatũ originale proprie non est dicendum mortale peccatum siue mortalis culpa, vt doctores scholastici de culpa mortali loquũtur, quicquid pro principali documento suo posuerit relator exaduerso. Patet aũt hoc. Tũ prio quia distinctio mortalis & venialis est distinctio peccatoꝝ actualium, vt patet per magistrum in secũdo distin. 42. capitu. 5. vbi loquens de actualibus finito tractatu de originali. Duo sunt, (inquit) genera peccatorum, mortalium scilicet & venialium. Mortale autem (inquit) est per quod homo mortem æternam meretur. Et intelligit de morte æterna quæ est pœna sensus, vt ex litera patet. Vnde Guill. Altisiodereñ. in summa sua in tractatu de peccato originali in responsione vnius argumenti ait ꝙ proprie peccatum mortale non dicitur nisi illud cui debetur mors æterna per pœnas materiales. Idem Alexander de ales in secundo dicit ꝙ peccatum mortale dicitur receptio duplicis mortis scilicet culpæ & mortis gehennę. Ad idem est sententia sancti Thomæ in secundo distin. 42. fundans se super illo Augustini super Ioan. omelia. 7. Crimen est quod dignum est accusatione, & dãnationem meretur. Veniale vero quod vsq; in reatum perpetuæ mortis non aggrauat. Nec obstat dicto corre. quod arguitur exaduerso. Primo per illud Ephe. 2. Eramus natura filii iræ sicut & cæteri. Glo. s. i. filii vindictæ, filii pœnę, quia nõ quęlibet pœna etiam æterna arguit mortale peccatum esse illud pro quo impenditur talis pœna, nisi sit pœna sensus, vt præfati doctores dicunt. Nec obstat ẽt illud qđ inducitur ex eodẽ Apostolo Ro. 9. Vbi (vt dicit relator exaduerso) habentes originale peccatum vocantur vasa iræ in interitum. Qm̃ non est ita qđ Apost. nominat, cum dicat ibi gl. & verũ sit procul dubio ꝙ quantũ ad originale peccatũ oẽs pares erãt, sed pręscitos vocat ibi vasa iræ, & electos vasa misericordię, vt patet ex processu lr̃æ. Plane pnecessariũ esset ad videdũ veritatẽ rei de qua quęrimus, & cuiuslibet alterius similis, vt adducentes aũctoritates sacræ scripturæ in medium primo visitassent glosas ordinarias, ex dictis sanctorum patrum collectas;

Aristo. Boetius

Magist. Sniarũ.

Guill.

Alexan. ales. Tho. August.

ctas: & nõ ex proprio iudicio rõnis istas interpretarentur. Tertio correla. elicitur, ꝙ imputatio diuina nõ concurrit vt formale in originali peccato, sicut ex aduerso dicebatur & maxime requiri ad hoc ꝙ quis contrahat originale peccatum: Patet correla. Primo, quia superius dictum est testimonio magnorum doctorum. s. Alexandri, Alberti, sancti Thomæ, Scoti, Durandi, & multorum aliorum, ꝙ formale in originali peccato est carentia originalis iustitiæ debitæ in esse, ergo nõ imputatio. Tum secũdo, quia nõ videtur secure dictum ꝙ aliquid quod sit in deo imo sit ipse deus cum sit ante opera eius, cuiusmodi est imputatio diuina, sit formale peccati originalis. Tum tertio, quia si ita esset ꝙ ad hoc ꝙ quis contrahat peccatũ originale, necessarium sit prius videre an deus imputet sibi, & non sufficiat credere ꝙ imputando primo homini imputauerit simul vniuersæ posteritati eius ab eo per vitiosam originem progredienti, incertum nobis esset de quocũq; homine an peccatũ originale contraxisset: cum deus libere & non necessario imputet. Et ita incertũ esset nobis an omnibus nascentibus naturaliter ab Adam imputet, an aliquibus sic & aliquibus nõ: & quibus sic & quibus nõ. Et ita tandẽ tota vacillaret fides necessitatis tam mortis xpi q̃ redẽptionis circa homines. Et multa alia incõuenientia sequerentur. Et si quis diceret ꝙ cæteris omnibus imputet, sed nõ virgini beatissimæ, ipse principiũ peteret: & præsupponeret id qd caput tenet nostri certaminis. Sed de hoc magis infra dicetur.

¶ Qualiter originale peccatum per originem traducatur. Cap. 13.

SECVNDVM aũt qd principalr circa hunc terminũ. s. peccatũ originale, cõsyderandũ veniebat est qualiter ipsum per originẽ traducatur in posteros, & ad culpã imputetur. Pro quo imprimis cõsyderandũ est (vt ait sanctus Thomas in scdo sniarum) ꝙ hęc tria, defectus, malũ, & culpa, ex superadditione se habẽt. Defectus. n. simplicem negationem alicuius boni importat, sed malũ rõnem priuationis addit. Vnde carentia alicuius boni, defectus potest dici: sed non põt dici malũ nisi sit defectus eius boni qd natum est haberi. Sicut carentia vitę in lapide potest dici defectus: sed non malum lapidis, homini vero, mors est defectus & malum. Culpa autẽ addit rõnem voluntarii. Ex hoc. n. aliquis culpatur ꝙ deficit in eo quod per suã volũtatem habere potuit. Vnde oportet ꝙ ẜm hoc aliquid rõnem culpæ habeat, ẜm ꝙ in ipso rõ voluntarii reperitur. Ad videndũ autẽ qualiter ratio voluntarii reperiatur in originali peccato, consyderandũ est secũdo cum sancto Tho. in. q. de malo. q. 4. arti. 1. ꝙ aliquis homo põt vno modo cõsyderari vt singularis persona: alio modo secundũ ꝙ est pars alicuius collegii. Et vtroq; modo potest ad eũ aliquis actus pertinere. Pertinet enim ad eum inquantum est singularis persona iste actus quẽ proprio arbitrio & per seipsum facit: sed inquãtũ est pars collegii põt ad eum pertinere aliquis actus quẽ per seipsum non facit, nec proprio arbitrio, sed qui fit a toto collegio, vel a pluribus de collegio, vel a principe collegii. Sicut illud qd, princeps ciuitatis facit, dicitur ciuitas facere, sicut Philosophus dicit. Hmõi autẽ collegium hominũ reputatur quasi vnus homo: Ita ꝙ diuersi homines in diuersis officiis cõstituti, sunt quasi diuersa mẽbra vnius corporis naturalis, vt Apostolus inducit de membris ecclesię. 1. cor. xii. Sic ergo tota multitudo hominũ a primo parente humanã naturã accipientiũ, quasi vnũ collegium, vel sicut vnũ corpus vnius hois consyderanda est, in qua quidem multitudine vnusquisq; homo, etiã ipse Adam, põt cõsyderari vel quasi singularis per- Thom.

sona,vel quasi aliquod membrũ huius multitudinis,quę per naturalem originē deriuatur ab vno.Est autem cōsyderandũ ꝙ donum originalis iustitiæ datũ primo homini in sua prima institutione,nō fuit datũ ei vt singulari personæ tm̃: sed vt cuidam principio totius humanitatis,ita vt ab eo deriuaretur in posteros. Hoc autē donum acceptũ primus homo per liberũ arbitrium peccans amisit eo tenore quo sibi datum fuerat.s. pro se & pro sua tota posteritate.defectus ergo huius doni totam eius posteritatem cōsequitur.Si ergo cōsyderetur iste defectus hoc modo per originē in istum hominē deriuatus secundũ id qđ iste homo est quędam singularis persona,sic hmōi defectus nō potest habere rōnem culpæ,ad cuius rationem requiritur ꝙ sit voluntaria.Sed si cōsyderetur iste homo generatus vt quoddā membrũ totius humanę naturæ a primo parente propagatæ ac si oēs homines essent vnus homo,sic habet rōnem culpæ propter voluntarium eius principium,qđ est actuale peccatũ primi parentis,sicut si dicatur motus manus ad homicidium perpetratũ secundum ꝙ manus per se cōsyderatur nō habet rōnem culpæ,quia manus de necessitate mouetur ab alio,si aũt consyderetur vt est pars totius hominis volũtarie agentis,sic habet rōnem culpæ quia sic est volũtarius. Sicut ergo homicidium nō dicitur culpa manus sed culpa totius hominis,ita hmōi defectus nō dicitur peccatũ personæ sed peccatũ totius naturæ,nec ad personam pertinet nisi inquantũ natura inficit personam.Et sicut ad vnũ peccatũ faciendũ diuersę partes adhibentur.s.voluntas,rō,manus,oculus & hmōi,& tamen vnũ est solum peccatum propter vnitatem principii.s.volũtatē, a quo ratio peccati ad omnes actus partium deriuatur,ita etiā ratione principii in tota natura humana,cōsyderatur quasi vnũ peccatũ originale. Propter quod apostolus dicit Ro.2.in quo oēs peccauerunt.Q đ sc̃dm Augustinum.pōt intelligi,vel

August. in quo.s.primo homine,vel in quo.s.peccato primi hominis,vt peccatũ primi hominis sit quasi cōmune peccatũ,& ita peccatũ qđ per originē trahitur dicitur voluntarium rōne sui principii.s.voluntatis primi parentis, hæc sanctus Tho. Cuius sententia tam in radice q̃ in cognitione extracta est de Augusti. tam libro

August. de baptismo paruulorũ,q̃ in libro de nuptiis & cōcupiscentia,vbi tractans illud Apostoli Ro.5.per vnũ hominem peccatũ intrauit in mundũ &c.dicit ita. Per illius hominis voluntatem malam omnes in eo peccauerunt quādo omnes ille vnus fuerunt de quo propterea singuli peccatũ originale traxerunt. Et quia(vt dictum est)primus homo nō accepit iustitiam originalem solum pro se, sed pro tota posteritate,ideo omnes posteri in eo fuerunt obligati ad debitũ habendi eā, inquit Nicolaus de Lira in postilla Ro.11.Cum ergo carētia originalis iustitiæ

Nic. de lira. cum debito habendi eam sit culpabilis,(vt dictũ est)ideo merito posteris eo modo quo dictum est imputatur ad culpam.

¶ In quo reprobatur modus quo dicitur exaduerso contrahi peccatum originale. Cap. 14.

Ex præfata consyderatione viso qualiter defectus siue carentia originalis iustitiæ per originem traducta in paruulis sit culpabilis,& qualiter nō: eliciuntur quatuor correlaria cōtra aliqua quę exaduerso dicta sunt. ¶ Primum est,ꝙ culpa originalis nō contrahitur proprie aliquo illorũ modorꝫ assignatorꝫ in relatione exaduerso,in sc̃do documento,quorꝫ primus dr̃ esse sicut bigamus qui incurrit irregularitatē contrahendo cum corrupta. Secūdus sicut spurius de illegitimo matrimonio natus incurrit

rit indignitatem ad successionem hęreditatis paternę. Tertius est sicut seruitus cōtrahitur cū quis nascitur ex ancilla. Quartus sicut nota maledictionis, priuationis, vel inhabilitationis ad honores dignitates & beneficia ecclesiastica, vt est in illis qui nascuntur de progenie maledicta ab ecclesia, sicut est de filiis schismaticorum. Quod autē nullo istorum modorum proprie culpa originalis contrahatur patet multipliciter. Tum primo quia in nullo istorum modorum fit traductio culpę alicuius, sed solū incurritur reatus siue debitum alicuius poenæ. Ista enim exempla videtur fauere opinioni quæ reprobatur a magistro in secūdo sniarum di. 30. & a doctoribus cōmuniter in schola dicentium vt ait magister, originale peccatum est reatum poenæ pro peccato primi hominis. i. debitum vel obnoxietatem qua obnoxii & addicti sumus poenæ tēporali & æternæ pro primi hois actuali peccato. Quia pro primo (vt aiunt) oibus debetur poena æterna nisi per gratiā liberentur, sicut pro peccato iniqui parentis aliquādo exulant filii scdm iustitiā fori. Et Alexander de ales in scdo loquens de opinione istorum, dicit istos probare intētionem suā per simile de gñatione eorum qui de illegitimo matrimonio nascuntur. Sed ista opinio cōtradicit expresse verbis apostolicis, quibus ait ad Ro. 5. per vnum hoiem peccatum intrasse in mundū, & per peccatū mortem. i. debitum mortis per peccatū. Aliud est ergo peccatum & aliud reatus eius: & vtrūque dicit intrasse in mundū per Adā, & nō alterū tm̄. cum alterum sit causa alterius, quibus modis (vt ait Gregorius) trahit secum saccū & meritū sacci. Præterea secundo. Modi assignati exaduerso nō sunt cōuenientes ad informandū qualr originale peccatū contrahitur: licet aliqualr facerent ad declarandū contractionē reatus: gratia cuius Anselmus vtitur i hac materia exēplo seruitutis, qm̄ originale peccatum cōtrahitur ex vitiata propagatione in qua ex corruptione seminis aia foedari & maculari dr. Irregularitas vero in bigamo, seruitus in nato ex ancilla, indignitas in spurio, ihabilitas in filiis schismaticorum: nō propagatiōe aut ex seminis corruptione, sed dispōne sola extrinseca humanæ legis incurri dicuntur, vt de se patet. Tum tertio modi assignati exaduerso nō sunt cōuenientes: qm̄ in exēplis illis punitur sæpe quis aut sine peccato aliquo, sicut bigamus, aut qui seruus est, quia filius ancillæ: aut pro peccato qd nō habet, sed pro peccato alterius: sicut spurius & filii schismaticorum: qd nullo modo dicēdū e in pñti. In bonis enim spūalibus animæ nullus patitur detrimentū sine culpa sua: & ideo in talibus nō punitur vnus pro alio, vt ait Aug. & deducit sāctus Tho. in prima. 2. q. 57. ar. 8. Et huius cām dñs assignans Eze. 18. dicit. oēs aiæ meæ sunt, aia pris ita & anima filii mea est, aia quæ peccauit ipsa morietur. ℂ Nec vr posse stare cū doctrina sanctorum qd exaduerso dr sic informa ꝙ licet pro pcō alterius vt cōiter nō puniatur iuste quis poena positiua & afflictiua, punitur tm̄ iuste poena priuationis & damni, & ita est in peccato originali. hęc ibi. Sed absit dicere ꝙ ita sit in peccato originali ꝙ videlicet quis puniatur pro peccato alterius poena priuationis, aut dignitatis, aut successionis alicuius honoris, aut poena dāni, vtputa sicut filii pro peccato parentū priuantur quandoque honore & successione hæreditatis, nullū habētes in se peccatum aut demeritum ꝙ ita paruuli dicātur pro solo peccato primi parentis & non pro suo poenis priuatiuis aut poena damni puniri, ista enim est fides catholica, quā Augustinus contra Pellagianos defendit tam in libro contra Iulianum illius hæresis defensorem, q̄ in libro de baptismo paruulorum, ꝙ paruuli non baptizati damnari non possent si peccatum vtique non haberent originale: quia ista ætas nullum aliud in vita propria contrahere potuit: Verba sunt Augustini tertio de baptismo paruu-

Magist. Alexan. de ales. Grego. Ansel. August. Thom.

Ansel. lorum. Et Anselmus expresse de conceptu virginali cap. 26. reprobat hoc dicens. Et si obiecerint, quare oẽs qui non saluātur per fidem quæ est in Xp̄m, portant iniquitatem & onus Adæ, cõsyderet diligẽter quia nõ portant infantes peccatum Adæ, sed suum. Nam aliud fuit peccatũ Adæ, aliud infantium. Ex quo cõcludit infra. Quare cũ cõdẽnatur ĩfans pro originali peccato, nõ dãnatur pro peccato Adæ, sed suo. Nam si ipse nõ hẽret suum peccatũ, nõ dãnaretur. hæc ille.

¶ Tertium falsum documentum exaduerso ꝙ videlicet ad cõtrahendũ originale peccatũ cõcurrit aliqua lex dei coarctans, excluditur. Cap. 15.

SECVNDO elicitur correla. ex prædicta consyderatione ꝙ ad hoc ꝙ aliquis cõtrahat originale peccatũ, nullum decretum diuinæ legis cõcurrit ad cõtractionem originalis peccati coarctans. Et ita nõ videtur suscipiendũ tertiũ documentũ positum exaduerso, in quo dicitur ꝙ ad hoc ꝙ peccatum originale cõtrahatur requiruntur tria. Videlicet demerita primoꝝ parentũ. Snia legis diuinæ arctans decretum, & ꝙ homo sit ex humano semine naturaliter propagatus. ¶ Q͞d vero nulla lex dei arctet ad cõtrahendũ originale peccatũ, & per cõsequens nulla talis concurrat, ostenditur auctoritate & rõne. Auctoritate primo Pauli facientis dr̄iam inter legem dei & legem peccati. Vnde ad Ro. 7. dicit. Ego ipse mente seruio legi dei, carne aũt seruio legi peccati. Si autem lex peccati lex esset dei, seruiendo legi peccati seruiretur legi dei. ¶ Prẽterea Glos. ibidẽ super illud, q͞d habitat in me peccatum, dicit. i. lex carnis ad quã diabolus vt ad suã legem accedit. Et ita patet q͞d nõ est lex dei. ¶ Præterea ad Ro. 7. inquit idem Ap͞lus. Lex. n. spiritus

Glo. vitæ in Xp̄o Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis. vbi Glos. ait. Duę leges bonę sunt, scilicet lex fidei quæ peccatũ tollit: & lex Moysi quæ peccatũ ostẽdit

August. & prohibet. lex vero peccati mala, quia reos facit. Et ifra, Lex carnis (vt prædictũ

Magist. est) nõ est dei, sed peccati & mortis, & hæc reos facit. ¶ Item Augu. lib. 2. de nuptiis & cõcupiscentia, & allegatur a magistro in. 2. dist. 30. Quęrit. n. Iulianus per q͞d peccatũ intrauit in paruulum, ita inquiens. Nõ peccat iste qui nascitur: non peccauit iste qui genuit, nõ peccat iste qui cõdidit, per quas ergo rimas iter tot pręsidia innocẽtiæ, peccatũ sibi parat ingressum? Et r͞ndet Aug. Quid quæris latentem rimam, cum habeas, aptissimam ianuam. Per vnum hominem (ait Apostolus) per vnius delictum, per inobedientiam vnius hominis. Quid quęris apertius? quid quęris inculcatius? hæc August. Ex hoc arguitur sic. Si ad cõtrahendum originale peccatũ innaturaliter propagatis ab Adã pręter peccatum primoꝝ parentũ requiritur aliquid aliud & maxime aliqua lex dei coarctans ad hoc. Apostolus esset diminutus assignãdo cãm contractionis originalis peccati solum nominans peccatũ primi hominis, tacendo legem dei, et Augustinus iniuste repręhenderet Iulianũ hęreticũ quærentem amplius aliquid dicẽs: quid quęris amplius, quid quęris apertius. Si. n. aliud de necessitate requiritur q̃ peccatũ primorum parentũ, & potissime lex diuina ad hoc coarctans, de necessitate amplius quęrendũ erat: & de hac facienda mentio. ¶ Præterea rõne ostenditur ꝙ nulla talis lex dei sit coarctans ad cõtrahendũ originale peccatũ: sicut dicitur exaduerso. Et arguo ex documẽto primæ partis aduersę. Dictum est. n. in eo ꝙ originale peccatũ est culpa dãnabilis, siue offensa dei. Sed nõ est dicendũ, imo videtur blasfemũ ꝙ deus legem cõdidit arctantem homines ad culpã dãnabilem & offensam sui: cum potissimũ studium sit cuiuslibet boni legislatoris ciues

facere virtuosos.2.Ethicorum & maxime dei: qui vult oẽs homines saluos fieri. 1. Thes.2.quõ ab isto tam optimo tãq; pio legislatore exiuit lex ꝙ homo sit vitiosus & turpis? ℭ Preterea.2.iuxta prophetã.lex dñi est immaculata cõuertẽs animas,& iuxta Aposto.ad Ro.7.Lex sancta & mandatũ sanctũ, ergo nulla lex dei est & multominus coarctans ad hoc ꝙ quis contrahat maculã in anima,sordes,fœditates,& inimicitiam & separationẽ a deo. ℭ Tertio sic.Oĩs lex obligatoria est,ita ꝙ qui ipsam nõ obseruat,transgressor dicitur. nõ contrahere autẽ originale peccatũ nõ cõstituit aliquem transgressorẽ,alioquin virgo beatissima nõ contrahendo diceretur aliquã diuinã legem fuisse trãsgressa: sed potius quis cõstituitur cõtrahendo transgressor cũ careat originali iustitia debita inesse ergo respectu cõtractionis illius,nulla lex a deo constituta est. ℭ Quarto.Omne illud qd cõtrahitur lege dei coarctante,fit a deo effectiue: cum lex sit quoddã dictamen rõnis practicę in principe qui gubernat aliquã cõmunitatem,sed impossibile est ꝙ a deo sit peccatũ originale ergo &c.Probatur minor,quia vt ait Augu. August. gust.lib.83.q.Deus nõ est causa eius quo sit homo deterior,sit aũt homo deterior cõtractione originalis peccati ergo respectu cõtractionis illius nõ põt esse aliqua lex nec iubens nec coarctans. ℭ Item.5.vt ait Fulgentius. Deus non est Fulgen. vltor illius rei cuius est auctor. sed est vltor contractionis originalis peccati cũ puniat contrahentes,vt patet.ergo ad illã nulla lex dei coarctans se extendit. ℭ Non est ergo dicendũ ꝙ ab ipso sapientissimo legislatore deo sit aliqua lex data coarctans ad contractionem originalis peccati:cuius ipse optima lege iustitiæ punitor venit.Quare recte dicitur Ecclesiastici.14.Nõ dicas(.s.deo) ille me implanauit, nõ.n.necessarii sunt illi homines impii.Glo.nõ sunt mala nr̃a Glo: imputanda deo.Imputanda aũt viderentur esse mala nostra deo si lex eius coarctaret ꝗꝗ ad contractionem culpæ originalis.Duo ergo.s.peccatũ primorum parentũ tanq̃ principalis causa: & propagatio seminalis siue naturalis ab eis tanquã media,sunt illa quę concurrere videtur ad cõtractionem originalis peccati:nõ aliqua alia lex dei quæ coarctet.Quibus duobus cõcurrentibus nõ põt esse secundũ sanctũ August.sine peccato cõceptus.Vnde August.de fide ad Pe- August. trum paulopost principiũ.Dũ sibi vir mulierq; miscentur,sine libidine nõ est parentũ concubitus,& ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium,nõ põt sine peccato esse cõceptus. ℭ Et ita arguendo ex dicto Augustini ab ęquipolẽtibus videtur irrefragabilis esse ista cõsequentia venerabilis collegę mei, qua arguebat oẽs descendentes ab Adam seminaliter necessario cõtrahere originale peccatũ. Rõnes vero quę exaduerso fuerunt in oppositum fundatę super vniuersalitate causalit. voluntatis diuinæ:& super libertate aut cõtingentia,nõ militant,cũ procedant ex eo ꝙ iam clarissime confutatum est,videlicet ꝙ diuina voluntas siue lex aliqua dei coarctans cõcurreret ad cõtractionem originalis peccati.Et ideo ab illis supersedeo.

ℭ Rñdetur auctoritatibus inductis exaduerso pro confirmatione præfatæ confictæ legis. Cap. 16.

SED ad auctoritates adductas exaduerso in testimonium præfatæ legis,iam superest dicere & ostẽdere per eas non posse probari qd intenditur. ℭ Primo aũt inducebatur illud Gen.2.De lig. autem scientię boni & mali ne comedas.In quacũq;.n.die comederis ex eo morte morieris.Quod vero per istã auctoritatem nõ habeatur testimoniũ ꝙ

fit aliqua lex diuina coarctans, ad cōtractionem peccati originalis, manifestum est. Licet. n. in ea exprimatur mandatū dei de nō comedendo de ligno scientiæ boni & mali, & sentētia pœnæ mortis contra transgressorē mandati, nulla tñ mētio fit ibi de aliqua lege diuina quæ coarctet ad cōtractionem originalis peccati. Nec videtur esse admittendū ꝙ sit talis lex vt visum est supra. Licet. n. lex diuina sit de pœnis pñtibus originale peccatū, non tñ est dicēda lex dei esse quæ coarctet cōtrahere originale peccatum. Multū. n. refert dicere ꝙ lex sit de pœna imponenda latroni, & ꝙ sit lex coarctans ad latrocinandum. Q d sit lex de pœna imponenda offendentibus regiam maiestatem, & ꝙ sit lex coarctans ad offensam inferendam regi. Et ita in proposito, aliud est dicere ꝙ lex diuina sit de pœnis cōsequētibus generaliter originale peccatū, & aliud ꝙ sit coarctans ad contrahendū originale peccatum: nisi quis velit dicere ꝙ orginale peccatū non sit culpa dānabilis siue offensa dei, qd est hæreticū. ℭ Scdo inducebatur illud Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram vnde assumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Ad istam enim auctoritatem dr idem. s. ꝙ per eam nō probatur ꝙ sit aliqua talis lex sicut dr exaduerso. ℭ Tertio inducitur illa Apostoli. Ro. 8. corpus nostrū propter peccatum mortuum est. Ex ista auctoritate probatur, ꝙ mors ex lege diuina sit pœna peccati, sed ꝙ lex diuina sit de contrahendo peccato non probat. Immo probat contrarium cum nulla lex id puniat quod iubeat aut arctet ad contrahendum. ℭ Quarto inducitur illud Colo. 2. Vos cum mortui essetis in delictis et præputio carnis vestræ conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta, delens qd aduersum vos erat cirographum decreti, qd erat contrarium vobis: & ipsum tulit de medio affigens illud cruci &c. Hanc autem auctoritatem dicit relator exaduerso, ꝙ beatus Augustinus lib. 6. contra Iulianū intelligit de peccato originali. Et Anselmus lib. 1. cur deus homo cap. 7. tractans prædictam auctoritatem dicit ꝙ per Christi mortem deletum est cirographum, non diaboli sed dei. Licet autem auctoritas videatur fauere positioni aduersæ, bene tamen intellecta iuxta Glo. sanctorum nō fauet ei. Vbi notandū ꝙ Glo. ordinaria, textū illū dupliciter exponit, vno modo vt refertur ad legem veterem, quam expositionem prosequitur Nicolaus de lira ostendens qualiter legalia per passionē christi mortificata fuerūt respectu quorū lex vetus dicebatur esse decretū oneris iportabilis. ℭ Alio modo exponit Glo. textum illū & deducit ēt illud Alexand. de ales in tertio, vt referatur ad peccatū Adæ, ita dicens. Delens cirographum decreti qd aduersum nos erat &c. Decretū dei fuit qd Adæ præcepit. s. de ligno boni & mali ne comedas. Huius decreti violati cirographum. i. memoriam deleuit deus qñ primum peccatū parētis sanguinē xpi abluit: & ista memoria erat contraria nobis, sed istā tulit de medio affigēs cruci. hęc ille. Idem dicit sāctus Tho. in. 3. di. 18. in expositione lræ magistri, ꝙ decretū dr snia mortis quā in Adam tulit, cirographū vero memoria priuatiōis Adæ, siue reatus ipsius, qd xps pro nobis satisfaciēdo deleuit. Et ad idem est Bonauētura qui in. 3. di. 19. quærens vtrū cirographum decreti sit culpa vel pœna, dicit ꝙ proprie loquēdo, nec est culpa nec pœna, sed est reatus continēs culpam, quæ est obligatio ad pœnā: quæ quidē est cirographum inquantū tenet obligationē respectu pœnæ: & memoriale respectu culpę prǽteritæ. Culpa. n. frequēter transit actu, & remanet reatu sicut patet in sanctis patribus q detinebātur in limbo, in quibus deletū erat originale q̄tū ad culpā, sed adhuc remanebat in eis reatus pp quem ianua erat eis clausa. Ex quibus omnibus patet ꝙ nō habetur id qd dicebatur in documēto. 3. exaduerso, quia licet

August. Ansel. Glo. Nic. de lira. Glo. Tho. Bonauētura.

peccatū Adę dicatur cirographū, siue memoria decreti dei violati in paradiso vt ait Glo. prędictę finis qua dictū est morte moriemini, vt cōsequēter Glo. prose quitur. Nō tñ sequitur pp hoc ꝙ contendendū sit ꝙ aliqua lex fuerit a deo data hoīes coarctans ad cōtrahendū originale peccatū. Licet.n. (vt superius, sæpe repetitum est) lege dei, siue decreto, siue optimo dei iudicio cōcepti in originali peccato pœnis multis veniant plectendi, nō tamē sequitur ꝙ lege aliqua diuina arctante peccatum originale cōtrahatur. Lex.n. nunq̄ punit id ad qd faciendū siue cōtrahendum arctat, siue necessitat. Nec ex verbis Anselmi, vel Ambrosii, aut Augu. allega. pōt hæc haberi, sed tm̄ respectu pœnarū quę cōsecutę sunt originale peccatum cōtractū, dicuntur esse decretū dei, vt manifestę colligitur ex verbis eorū. ¶ Hæc est ēt doctrina Alexādri in. 3. quęrens vtrū lex fomitis siue lex carnis deriuetur a lege ęterna quę facta diuisione duplicis pœnę, s. fœditatis & passibilitatis, determinat ꝙ fomes est lex fœditatis: & sic appellatur ab apostolo lex peccati: & lex ista nō est a lege ęterna, sed a diabolo vel peccato, quia lex ista mala est, vnde super illud Ro. 7. scio ꝙ nō habitat in me bonū, hoc est in carne mea, dicit Glo. ꝙ eius consortio anima maculatur peccato. Secundū vero ꝙ dr̄ lex passibilitatis per quam homo afflictus cōuertatur ad deū. hoc modo respicit ordinem diuinę iustitiæ. hæc ille. ¶ Ad idem sanctus Thomas in pria. 2. q. 91. articu. 6. & ad istam doctrinā trahitur illud dictum Ambrosii qd ponitur in Glo. Ro. 7. videlicet ꝙ corruptio est manens in corpore, tenens robur diuinę sententiæ, qua legitime factū est vt qui non obedit suo superiori ei nō seruiat suum inferius. V ū iustissime factū est vt ex quo ratio se subtraxit adeo inferiores vires rebellent rationi. Nec tamē propter hoc habetur qd intenditur exaduerso. Si ergo fomes qui nō est nisi materiale in originali peccato, vt dicit fœditatem & inclinationē ad malum, nō potest dici esse a lege diuina: quanto magis ipsum originale peccatum qd in sua ratione formali est (vt dicitur exaduerso) est culpa dānabilis & offensa dei qd secundū doctores superius nominatos est priuatio originalis iustitiæ debitę inesse.

Glo. Alex. de ales. Glo. Thom. Glo.

¶ Q đ pctm̄ originale inter oia peccata minus hēat culpabilitatis. Cap. 17.

Ex prędicta cōsyderatiōe sequitur corre. ꝙ licet originale pctm̄ in his qui in illo cōcipiūtur, sit magnum malū: in rōne tñ culpabilitatis est minimū peccatorū. Istud corre. est in forma, s. Tho. in. 2. Sniarū dist. 33. ita dicentis & probātis & soluentis obiecta quę pñt in contrariū fieri. Inter oia peccata (inquit) minimū est originale, eo ꝙ minimū habet de voluntario. Nō.n. est volūtariū volūtate istius psonæ: sed voluntate pricipii naturę tm̄. Peccatū autē actuale veniale seu mortale est volūtarium voluntate psonæ in qua est. Nec obstat (inquit) qd ēt per magrm̄ prǽloquentē exaduerso arguebatꝙ originale pctm̄ non cōpatitur secū grām, qa priuatio grǽ nō habet rōnē culpæ sed pœnę, nisi inquātum ex voluntate est, vnde vbi minus est de voluntario minus est de culpa. Silr̄ nō obstat ꝙ peccato actuali veniali tpalis pœna debetur, originali vero ęterna: qa hoc est per accidēs inq̄tū decedēs in veniali tm̄ habet grām, virtute cuius pœna purgatiua est. Si autē veniale pctm̄ sine grā esset in aliquo ppetuā pœnā heret. Hęc. s. Tho. Huius sniē expresse pariter est dñs Vlricus argentineñ. in sūma sua lib. .cap. vl. primi tractatus, ita dicēs. Sciēdū quoq; est ꝙ minimū inter oia peccata est originale pctm̄ quia minimū habet de voluntario, vt ex prędictis patet, & tñ est obstaculum grę, cum quo nō se cōpatitur gra

Thom. Vlricus

ratione auersionis a deo, quam fore ẽt in eo supra ostendimus: aliter tamẽ q̃ in peccato mortali. In veniali vero nulla est auersio. Et ideo dicit August. in ẽchir. Mitissima pœna eorũ est: qui præter peccatum qđ originaliter traxerunt, nullum insuper addiderunt. Et si obiicitur ꝙ hoc nõ videtur esse verũ: cum huius peccati pœna sit ęterna, venialis vero culpæ pœna sit tẽporalis. Dicimus ꝙ hęc est per accidens. s. quia decedens in solo originali caret gratia sine qua nõ est remissio, quam habet ille qui in solo veniali decedit, vnde etiam veniale ęternaliter punitur in decedente in mortali peccato: quia ibi nõ potest esse gr̃a: Pœna vero hæc originali debita, nõ est dolor sensibilis, nec afflictio spiritualis ex carẽtia beatitudinis: sed est tantũ pœna damni. i. carentia diuinæ visionis. hęc ille.

Augus.

¶ Vbi considerandũ ꝙ quia originale peccatũ in paruulis minimum habet de voluntario & per cõsequens minimũ culpabilitatis, dicit sanctus Isidorus, & habetur in Glo. Geñ. 21. super illud masculus, cuius præputii caro &c. paruulos nõ proprie sed originaliter nasci peccatores. ¶ Et Pręposítinus quærẽs in summa sua vtrũ illę propositiones sint cõcedendę. hæc anima peccat, demonstrato peccato originali, vel hæc anima meretur mortem, respõdẽdo dicit, ꝙ proprie nõ sunt cõcedendę: sed resoluendæ in has propositiones, hæc anima est rea hoc peccato vel habet meritũ æternæ dãnationis, quia (vt inquit) verbum peccare & verbum mereri, significat actum, & innuit animã motã esse ad peccandũ: qđ de anima paruuli minime conuenit dicere. Magister vero Stephanus Parisieñ. in Postilla Ro. 3. super illo verbo Ap̃li. Oẽs in Adam peccauerunt &c. Dicit. Hoc autẽ qđ dicitur ꝙ omnes in Adam peccamus, nihil aliud est q̃ ꝙ ab eo maculã omnium peccatorum cõtrahimus. ¶ Cõsequenter sequitur ex eadem cõsyderatione vltimo correla. ꝙ genus hm̃oi opprobriorũ: quæ attribuuntur in originali peccato cõcep. s. fœdũ esse, turpem, maculatum, tenebrosum &c. de quibus prolixo & graui sermone ad aggrauandũ materiam rela. exaduerso prosequitur cõsyderatis personis secundũ se, eorũ qui cõcipiuntur in originali peccato, nõ est increpabile eis. Patet ex dictis, ꝙ originale peccatũ qđ causa est omnium istorũ, nõ est voluntarium voluntate harũ personarũ: sed est contractum naturali origine. Sumus enim natura filii iræ ad Ephe. 2. inquit Apost. Propter naturã enim turpes nullus increpat ait Aristo. 3. Ethi. Præfatum aũt correla. ponit. S. Tho. pria. 2. q. 81. arti. 1. dicens. Illud qđ est per originem, nõ est increpabile. Sicut aliqs qui nascitur patit̃ ignominiã gñis ex culpa suorũ progenitorũ causatam. hæc ille. Et in. q. de malo. q. 14. articu. 1. dicit. Ei qđ est per originẽ contractum, nõ debetur increpatio si referatur ad personã, quia sic nõ habet rõnem voluntarii: sed si referatur ad naturã sic habet rõnem voluntarii, vt dictum est. et hoc modo debetur ei increpatio & pœna. hæc ille. De qua re clarissime habemus duo testimonia. Primum in hoc, ꝙ quantũcũq; fœdi, turpes, aut tenebrosi, aut maculati & hm̃oi paruuli sint in originali peccato concepti, decedentes in eo nõ veniunt increpandi de macula ista aut turpitudine ad tribunal summi iudicis xp̃i in vl̃i iudicio, sed solũ illi (vt inquit Albertus magnus in. 4. dist. 41.) qui propria cõmiserunt. Secundũ testimoniũ huius colligitur ex eo ꝙ vt doctores dicunt, pueri in originali decedentes, q̃q̃ cognoscant se sic punitos & priuatos vita æterna, & causam priuationis & exclusiõis suæ a regno: nullo tñ modo inde affliguntur, nec vermen remordeñ. cõscientiæ inde patiuntur (vt ait Magister sniarum in. 2. dist. 33.) Cuius ratio a sancto Thoma assignatur ibidem: quoniam ad illud sũmum bonum quo priuati sunt nullo modo erant proportionati cum illud eis nec ex pricipiis naturæ deberetur, nec actus proprios habere

Isidorus

Glo.

Prępositinus.

M. Stephanus.

Thom.

Alber. Magnus

Magist. Sniarũ.

potuerunt

potuerūt q̄bus bonū illud meritorie cōsequeretur. Quāq̄ ergo carentia diuinę visionis dānatis in inferno grauior esse dicatur q̄ quęcunq; alia pœna inferni: vt dicit Chrysostomus in libro de reparatiōe lapsi, et hoc quia se cognoscunt p culpam operum proprię volūtatis illā amisisse, paruuli tñ de amissione eius nō dolent: imo de multiplici participatione bonitatis diuinæ in perfectionibus naturalibus gaudent, vt ait sanctus Thomas vbi supra & dñs Vlricus in sūma lib. 8. cap. vltimo primi tractatus. Ex quibus cum clarissimū habetur q̄ originale peccatum licet in paruulis magnū malum sit, vtpote cuius rōne a gloria supernę fœlicitatis semp excludēdi veniant, nisi Xp̄i gratia liberetur: in eis tñ (eorū personis cōsyderatis) minimū habet culpabilit. aut increpat. ōis aut opprobrii aut vituperii inter oia peccata. Ex quo colligere poterunt dominationes vestrę reuerendissimę quātæ inefficaciæ sint argumenta facta exaduerso fundata in opprobriosis & vituperabilibus denominationibus eorum qui in originali peccato concipiuntur. Chryso. Thom. Vlricus

¶ Explicit prima pars operis.

¶ Secunda pars operis in qua ponūtur auctoritates veteris & noui testamenti iuxta glosas & expositiones sanctoꝝ dicētes solum Xp̄m immunē fuisse in conceptione sua a peccato originali: Et oppugnationes generalium modorū respōdendi exaduerso soluēdo pariter argumēta eoꝝ plurima.

¶ Adducuntur auctoritates veteris testamēti cum glosis & declarationibus suis quibus cōuincitur q̄ solus Christus inter hoīes fuit immunis ab originali peccato. Cap. Primū.



ECLARATIONE & expositione terminorū facta quæstionis propositæ: & aliquorū spectantium ad exordium dicēdorum, iam accedendum est ad ostendendū fundamenta & motiua quibus ipsi doctores (quorū dominationum vestrarum reuerendissimarū dispositione relator sum) fuerunt moti & mouētur ad asserendū virginem sanctissimā in cōceptione sua originali peccato obnoxiam extitisse. Et iuxta politicum ordinem a sacræ scripturæ auctoribus exordiendo, in primis eas ponam quibus probatur iuxta sanctorum doctorum expositiones solum Christum inter omnes homines in conceptione sua immunem fuisse ab originali peccato. Primo enim dicitur. Numeri. 19. Ista est religio victimę quam constituit dominus. Præcipe filiis Israel vt adducant ad te vaccam ruffam ętatis integræ in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: quod de carne Christi Glo. exponit, vnde Augustinus ibi ita inquit. Hanc enim carnem cęterę hostiæ significabant, vbi similiter sine vitio pecora immolari iubebantur. Erat. n. in similitudine carnis peccati sed nō caro peccati. Sed hic vbi euidētius legis distinctionem voluit deus commendare, parum fuit dicere sine vitio, nisi diceretur quę nō habuit in se vitiū: quia in se nō habuit vitium caro Xp̄i in aliis aūt habuit quę mēbra eius sunt. Quę enim in hac vita caro sine peccato nisi illa quę nō habuit in se vitiū: Hęc Augustinus Augu. Glos.

& glo.illius textus. ℂ Praeterea dicitur Iob. 14. Quis potest facere mundum
Glo. de immundo conceptū semine, nōne tu qui solus es? Vbi glos. solum Christum dicit nō de imundo semine natū, ergo qui per se solus mundus est, mūdare praeua let immunda. Propter delectationes enim carnis ista nostra cōceptio immunda
Grego. est. Beatus etiā Gregorius hoc verbum Iob pertractans.xi. mortalium ita loqui tur. Beatus Iob, incarnationem redēptiōis intuitus, solum vidit i mundo homi nem de imundo semine non cōceptum: qui sic imundū venit ex virgine, vt nihil haberet de imunda conceptione. Nec enim de viro & muliere sed de spiritu san cto & Maria virgine processit. solus ergo in carne sua mundus extitit: quia de lectatione carnis tangi nō potuit. Solus ergo Xp̄s sic venit i mūdum vt nihil ha beret de imunda cōceptione, & ita sine peccato. ℂ Item sapientiae septimo poni tur. Sapientia. 1. Xp̄s, speciosior est sole, & super oēm dispositionem stellarū lu ci comparata, inuenitur prior. Illi.n. succedit nox. Glo. interli. quare nullus si
Glo. ne peccato vel immunis a peccato. Sapientiam aūt non vincit malitia. Glo. in
Glo. terli. quia peccatū nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. ℂ Item dr̄. p̄s. 20. Prēuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Vbi Glo. Benedictiones dicit im munitatē peccati, qua Xp̄s donatus est ēt in cōceptione, vt peccatū ei postea non obesset: quae dr̄ bn̄dictio dulcedinis, quia totū ex gratia fuit. Cum ergo alii ama ritudine Adae praeueniantur: eum solum prēuenit in benedictionibus. s. dulcedi nis. i. in imunitate peccati, cui peccati virus nō nocuit. Super quo ēt prophetae
Cassiod. verbo dicit Cassiodorus sic. Praeuenisti eum ante natiuitatem in bn̄dictionibus s. dans illi benedictiones, faciens imunē a peccato, perfectū iustitia. Et infra Xp̄m prēuentū fuisse benedictionibus dulcedinis dicit, ad differentiā illorū qui prēuē ti sunt maledictione amaritudinis, i. peccato originali. Haec ille. ℂ Itē p̄s. 21.
Hiero. super illo verbo. Erue deus de manu carnis vnicam meā Glo. & est Hieronymi sic
Cassiod. dicentis. Vnica est anima Christi quę sola a peccato est imunis. Ad idem est Cas siodorus ita dicens, vnicam, dicit quia ipsa vna a peccato imunis fuit. ℂ Item p̄s. 34. dr̄. Dn̄e quādo respicies &c. & sequitur a leonibus vnicam meā. Sup quo
Cassiod. verbo dicit Cassiodorus in Glo. Vnicam meā. i. animā meam ipsam: quae vnica
Glo. est quia nullam parem habet: vel vnicam. i. carnem meā quae vnica est imunis a
August. peccato: restitue. i. fac imortalem. i. ipassibilem. ℂ Item p̄s. 21. In te proiectus
Glos. sum ex vtero, qd in persona Xp̄i dictū exponens Augu. & habetur in Glo. ita di cit. In te. i. nō in peccato hominis. Alii. n. in peccato Adae proiiciuntur ex quo rei sunt. Et de ventre matris meę deus meus es tu, quare nec cōceptio sine deo fa cta est. Non. n. in peccato cōceptus sum, vt alius homo, sed de spiritu sancto con
Glos. ceptus sum. Haec ille. ℂ Item p̄s. 44. Speciosus forma prę filiis hominū Glos.
Cassiod. quia imunis a peccato, & Cassiodorus idem verbum tractans ita loquitur licet hoc possit dici de exteriori cōpositione mēbrorū tn̄ intelligendū est de imunita te peccatoꝝ, speciosus dico prę filiis hominum. i. plus q̄ filii hominū veterum pa trum, quia nullus prēter ipsum imunis fuit a peccato. ℂ Item p̄s. 50. Tibi soli
August. peccaui & malū &c. qd verbū pertractans beatus Augustinus, & habetur in Glos.
Glos. & in sermone de natiuitate Xp̄i, qui incipit. Rogo vos fratres. ita dicit. Vnde
Cassiod. tibi soli peccaui: quia tu solus es sine peccato. Item Glo. Cassiodori dicit. Tibi
Glos. peccaui, tibi curandus: tibi soli, quia cum nullus iustus sit nisi tu solus, in te solo dn̄o sum curandus. ℂ Item super illud qd in eodem p̄s. sequitur & vincas cū iudi
August. caris dicit Aug. Propheta vidit futurū iudicem iudicandū a peccatoribus iustū, & eo vincentem quia quod in illo iudicaretur nō erat. Solus. n. in hoibus, vere dicere potuit homo deus, si in me inuenisti peccatū, dicito. ℂ Item p̄s. 87. factus

sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Glo. & est Aug. factus sum. i. Glos.
estimatus a nescientibus sicut hō simplex sine adiutorio, cum tñ essem inter mor Augu.
tuos liber. i. inter peccatores solus sine peccato. ¶ Item cantico. 2. Vbi Xp̄s
quasi singulal'r de se loquens ait. Ego flos campi & lilium cōualium. qd expones
Beatus Ber. super cantica Omel. 73. ita ait. Fortassis propterea se lilium appel Bernar.
lauit ꝙ totus versetur in liliis, & oīa quæ ipsius sunt lilia sunt. conceptio, ortus,
cōuersatio, eloquia, miracula, facta, passio, mors, resurrectio, ascensio. Quid ho-
rum nō candidū est, & suauissime redolens. Et infra. Habent lilia & ali qui soda-
lium sponsi, sed nō copiam. Oēs. n. ad mensuram virtutes & dona: solus ille non
habet modū qui habet totū. Aliud est lilia habere, & aliud est nō nisi lilia habere.
Quem dabis mihi de filiis captiuitatis adeo innocentē & sanctum, q totā terram
floribus occupare potuit. Ex istiusmodi floribus nullus alius sine spinis orna-
tur, quia nec infans vnius diei sine sorde est super terram. ¶ Itē omelia sequenti.
Est lilium sponsus sed nō lilium inter spinas: qm̄ non habet spinas qui peccatū
nō fecit. Deniq̄ sponsam protestatus est esse lilium inter spinas: qm̄ si dixerit vel
ipsa quia spinam nō habeat seipsam seducit, & veritas in ea nō est, se vero florem
& lilium professus est, nō tñ inter spinas. Magis aūt inquit, ego flos campi & liliū
cōuallium, & nō est spinaꝝ mētio: ꝙ solus sit hominū qui opus nō habet dicere.
cōuersus sum in erūna mea dum confingitur spina, ergo absq̄ liliis nunq̄ est qui
absq̄ vitiis semper est: quia totus semper candidus est speciosus forma prę filiis
hominem. Hæc ille. ¶ Idem colligitur ex illo canti. 5. Dilectus meus candidus
& rubicundus, electus ex milibus. Glo. interli. talis est: quia peccatum nō fecit. Et Glos.
beatus Gregorius. Electus ex milibus Christus est: quia ex totius humani generis Grego.
massa nullis sine peccato fuit: sed peccatores sua iustitia & sanguine redemit.
¶ Idem accipitur ex illo verbo Ysa. 4. Apprę̄hendent septem mulieres virum
vnum. Glo. septem mulieres. i. septem dona spūs sancti virum vnum. Glo. interli. Glos.
.i. Xp̄m solum qui sine peccato est, & in Glo. marginali dr̄ nec tunc primū spūs Glos.
sanctus eum repleuit quādo super eū baptizatum apparuit, sed in tempore cōce-
ptionis. ¶ Idem ex illo Ysa. 53. qui peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in
ore eius. vbi Glo. interli. ita ait. Qd de nullo alio potest dici. Nemo. n. mundus Glos.
a sordibus. ¶ Idem sumitur ex illo Eze. 9. vbi dr̄. Vocauit virum. Glo. interli. i. Glos.
Xp̄m qui erat indutus lineis. Qd beatus Gregorius exponens ait. Vnus solus Gregor.
indutus fuit lineis: quia solus sine peccato conceptus est. ¶ Ecce. 14. auctorita-
tes veteris testamenti ex quibus iuxta expositionem sanctorū doctorū clarissi-
mum habemus solum Christum ex totius humani generis massa sine peccato
originali fuisse conceptum.

¶ In quo ostenditur idem per auctoritates noui testamēti. Cap. 2.

AMPLIVS primo idem accipitur ex illo Math. 3. Hic est filius
a meus dilectus in quo mihi bene complacui quasi diceretur, hic so-
lus singularis. Vnde Remigius & ponitur in Glos. conti. In eo Remig.
mihi bn̄ cōplacui: quia istū solū sine peccato reperi. Et beatus Gre- Glos.
gorius tractans idem verbum. & ponitur in Glo. conti. Luc. 3. ita dicit. Omni- Gregor.
potens pater humano modo de peccatoribus locutus est dicens. Pœnitet me fe Glos.
cisse hominē, quasi sibimetipsi displicuit in peccatoribus quos creauerat. In solo
autem Xp̄o non inuenit culpam in qua se reprę̄hendat, quasi per pn̄iam. Eadem
etiam verba quasi sunt Bedæ in Omel. super illo Math. 3. venit Iesus a galilea in Beda.

Iordanem vt baptizaretur ab eo. Idem capitur ab illo Luc. 1. Q đ nascetur ex te sanctum, quasi diceret singu. Vnde Gregorius. 24. moraliũ, & habetur in Glo.
Grego. conti. ita loquitur. Ad discretionẽ nostræ sanctitatis Iesus singu. sanctus nascitu
Glo. rus asseritur. Nos quippe & si sancti efficimur, nõ tñ nascimur: quia nostræ corruptionis cõditione constringimur. Ille autẽ solus veraciter sanctus est: qui ex coniunctione carnalis copulæ conceptus nõ est. ¶ Itẽ ad idem est in eodẽ pas
Zacha. su Zacha. Grisopolitanus in libro qui dr̃ vnũ de quatuor, ita dicẽs. Nos & si san
Grisop. cti efficimur, non tñ sancti nascimur: dicente propheta. Ecce. n. in iniquitatibus cõceptus sum, Iesus vero singu. sanctus natus est: qui ex cõmixtione carnalis copulæ conceptus nõ est. Ecce qualr̃ de natiuitate in vtero sancti ostẽdunt se loquutos: cum Xp̃m solum sine peccato natũ confitentur. ¶ Item ex illo Lucæ. 1. Be
Glo. nedictus fructus ventris tui, vbi glo. Theophili. & ponitur in Glo. conti. ita dicit.
Theop. Quia vero sanctę mulieres fuerunt quæ genuerunt filios peccato inquinatos,
Gregor. subiunxit dicẽs, & bñdictus fructus ventris tui. Et Gregorius subiunxit in eadem
Glo. Glo. solus ergo hic fructus sanctus generatur quia & absq; viro & absq; peccato producitur. ¶ Itẽ colligitur idẽ Io. 1. Ecce Agnus dei. quasi dicat. Sing. sine ma
August. cula solus, vnde August. super verbo illo & ponitur in Glo. cõtinua, Iesus. n. sin
Glo. gu. dr̃ agnus solus sine macula, sine peccato, nõ cuius maculæ abstersę sunt, sed cuius macula nulla fuit. ¶ Itẽ Beda super eodẽ verbo in omel. quæ legitur in
Beda. vigilia beati Andreę apost. ita dicit. Cognouimus, quare Iesum præcursor suus agnum dei vocauerit: quia eũ videlicet præ cæteris mortalibus singu. innocentem, hoc est ab omni peccato mundũ nouit. ¶ Item ex illo verbo Ioan. 3. Qui
Glos. desursum est super oẽs est, & qui de cœlo venit super oẽs est glo. Alchuini & po
Alchuini. nitur tam in ordinaria glo. q̃ in conti. Desursum venit. i. de altitudine humanę naturæ quã habuit ante peccatũ primi hominis. De illa. n. altitudine assumpsit dei verbũ humanã naturã: non assumpsit culpam cuius assumpsit pœnã. Et sequitur glos. Augusti. Super oẽs. i. super oẽm humanitatem: quæ de ipsa priusq̃ pec
August. caret venit. Hæc ille. ¶ Item ex illo Io. 8. seruus aũt nõ manet in domo inęternum: filius aũt manet inęternũ, vbi Glo. interli. habet filius. i. Xp̃s: qui solus li
Glos. ber est a peccato manet in domo sua. ¶ Itẽ ex illo Io. 8. Quis ex vobis arguet
Orige. me de peccato, vbi dicit Origenes. Habet autẽ homo verbum Xp̃i magnam fiduciam: cũ nullus hoium hoc fiducialiter dicere potuerit, nisi solus deus nr̃: qui peccatũ nõ fecit. ¶ Item idẽ capitur ex illa Apostoli ad Hebrę. prio cap. qđ sumit ex p̃s. 44. Vnxit te deus tuus oleo lętitiæ: quia imunis fuit a peccato. Vnde & cõsequẽter hilaris fuit prę participibus suis. i. prę oibus sãctis. Participes enim eius sunt oẽs sancti, sed iste singul. sanctus sanctorum. Vnctus singulariter, singulariter
Glos. Xp̃s: Vnde oẽs xp̃iani vnguntur. ¶ Itẽ glo. super eodẽ verbo in p̃s. 44. Cassio
Cassiod. dori, cõformiter ita habet. Vnxit tẽ deus deus tuus oleo lętitiæ. i. spiritu sancto. Hæc vnctio fuit in ipsa cõceptione: vbi vterus virginis per spiritum sanctũ purificatus fuit. Præ cõsortibus tuis, quia alii viri spirituales tñ non habuerunt de spiritu sancto. Hæc ibi. ¶ Ponderant autẽ multum doctores quorũ relator sum, & plurimũ põderandũ iudicant tot auctoritates sacræ scripturæ in veteri & nouo testamẽto ex quibus iuxta glo. sanctorum patrũ tam aperte colligitur solũ Xp̃m sine originali peccato fuisse cõceptum. ¶ Ex quibus sic arguunt. Solus Xp̃s siue sola anima Christi fuit immunis a peccato originali, ergo non beata virgo. Cõñam patere dicunt: quia dictio exclusiua solum cũ idem sit iuxta philosophum, q̃ non cum alio, addita Christo siue animæ Christi, excludit omnẽ alium hominem a consortio prędicati, videlicet in imunita. a peccato originali. Añcedẽs

autem

autem est deductum per.2 3.auctoritates cū glosis suis sacræ scripturæ suprapositas,& infra adhuc per alias auctoritates sanctorum deducetur &c.

¶ In quo confutatur primus octo modorū rñdendi exaduerso ad auctoritates antepositas. Capi 3.

QVONIAM auté ad auctoritates in superiori capitulo positas tam sacræ scripturæ q̃ sacroꝶ doctoꝶ apertissima voce & luce clarissima profitētes qõnem eoꝶ doctoꝶ quoꝶ relator sum (videlicet ꝙ solus xp̄s in toto gn̄e humano imunis fuit in conceptione sua ab originali peccato) laboratum est exaduerso multipliciter rñdere: superest nunc ante inductionem alioꝶ testimonioꝶ vniuersa responsa exaduerso data ad auctoritates præfatas plenius confutare: vt profligatis nebulis, splendidior nobis rutilet intelligentia veritatis. ¶ Dantur autem octo modi respondendi exaduerso ad auctoritates prædictas. Quorum vnus est (vt verbis formaliter vtar exaduerso) vt illud cui adiungitur exceptio debeat accipi principaliter, alia vero minus principaliter. Sicut Deutero.6.& Math.4.dicitur. soli deo seruies. Vnde significari videtur ꝙ nulli alii q̃ deo sit seruiendum: Verūtamen apostolus præcepit esse etiam seruiendū hominibus primę Thim.6.Qui fideles habent dominos non contēnant quia fratres sunt, sed mag. seruiant, quia fideles. Est autem circa hoc cōmunis intelligentia (vt dicitur exaduerso) ꝙ seruiēdum est soli deo principaliter, sed minus principaliter etiam aliis, sic ergo possumus intelligere ꝙ solus christus immunis est a peccato originali principaliter, sed beata virgo minus principaliter. Hæc exaduerso. ¶ Modus autem respōdendi huiusmodi nō satisfacit. Deficit quidem in se multipliciter, & peccat in intelligentia scripturæ quam in testimonium inducit. In se quidē deficit. Tum primo quia data prima expositione ad auctoritates pręfatas, idē absq̧ repugnantia scripturæ posset fingi de aliis multis hominibus, videlicet ꝙ fuerunt immunes ab originali peccato, licet minus principaliter q̃ christus. Quod christianæ religioni minime conuenit vt notum est. Repugnat quidem scripturæ diuinæ dicenti vniuersaliter. Omnes peccauerunt & egent gloria dei. Tum secundo, apertissima luce patet expositionem istam esse contra mentem scripturæ & sanctoꝶ doctorum, ex eo ꝙ sancti doctores pręfatis auctoritatibus vsi sunt, & potissime Augustinus malleus hæreticorum contra hæreticos pellagianos dicentes paruulos non contrahere in conceptione sua originale peccatum, quorum sanctorum profecto argumentationis processus nullus redditur, si expositio & intelligentia data exaduerso ad p̄fatas auctoritates de magis principaliter & minus principaliter in hac re catholica esse posset. Quod manifestū est. quoniam absq̧ iniuria sacrorū testimoniorum, stante expositione data exaduerso, faciliter poterant respondere hæretici vniuersis argumentis & diffinitionibus actis contra eos: ꝙ q̃q̃ dicerent paruulos ab originali peccato immunes, non tamen ęque principaliter sicut christus fuit. Et ita vi illarum auctoritatum non essent cōuicti de errore suo: nec ecclesia vniuersalis ex similibus auctoritatibus procedens, sufficiens habuisset testimonium ad cōdemnationē eorum: quę omnia absurda & incōuenientissima sunt. Patet ergo ꝙ responsio data exaduerso nulla est. ¶ Cæterum dixi secundo ꝙ peccabat in intelligentia scripturæ quā in expositionis testimonium inducit. Quippe seruitus prima de qua in auctoritatibus allegatur exaduerso. ¶ Deuterono. . .& Math. quarto dicitur soli deo seruies, non est talis quæ aliquo

Primus modus rñdendi aduersarioꝶ.

Oppugnatur.

August.

modo aliis a deo competat, cum iuxta sanctorum glossas de seruitute latrię textus iste loquatur. Vnde Augustinus & ponitur in glo. continen. ita dicit. Noie seruitutis, cultus deo debitus itelligitur. Latriam quippe nostri, vbicūq; sanctarū scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus q̄ debetur, hominibus secundum quā præcepit apl's seruos dominis suis subditos esse debere, græce nuncupari solet dulia. Latria vero aut tā frequenter vt pene semper seruitus dicitur quæ pertinet ad colendum deum. hęc Augustinus. ℭ Ex quibus patet non esse verum ꝙ cōmunis intelligentia illius scripturæ soli deo serues sit ꝙ seruiendum est soli deo principaliter: sed minus principaliter etiā aliis, quoniā de tali seruitute loquitur quę nullo modo nec pricipaliter nec minus principaliter creaturę est exhibenda.

Augu.

ℭ In quo confutatur secundus modus respondendi exaduerso. Cap. 4.

modus secds.

SECVNDVS modus respondendi exaduerso resoluitur, ad dictionem de habere per se, & ex dono gratiæ. Vt enim dicitur exaduerso, scriptum est de deo Math. x. ꝙ nemo bonus nisi solus deus. Et Apoc. 15. tu solus pius es Et primę Thim. 2. soli deo honor & gloria. ℭ Constat autem ꝙ hac dictione exceptiua non obstante, nihilominus in scriptura etiam alii homines vocantur boni & pii singul'r & absq; aliqua limitatione: sed cōmunis sensus est & intelligentia ꝙ solus deus est bonus imortalis & pius. s. a seipso & per se: homines vero non alias q̄ ab ipso & ex dono gratiæ. Sic etiam dici potest ꝙ solus christus est conceptus sine peccato: quia ex se sibi competit non contrahere: beata autem virgo & si non contraxit, hoc est ex dono gratiæ, ita ꝙ vnum alteri non contradicit. hæc exaduerso. ℭ Hic autem etiā modus respondendi secundus pariter sicut & primus non satisfacit. Deficit quidem in se: & in exemplis scripturæ adductis. In se quidem deficit, Tum primo. Quoniam (vt in cōfutatione superioris modi respondēdi argumentatū est) ex tali modo dicendi, sequitur ꝙ absq; præiudicio & lęsura prædictarum auctoritatum sacræ scripturæ & sanctorum posset dici ꝙ multi alii habuerunt conceptionem ab originali peccato immunē, quod (vt sanctorum clamat doctrina) fides catholica non admittit. Tum secundo patet manifeste ꝙ responsio exaduerso deficiat ex ipsa serie auctoritatum: quarum plures non tantum dicunt solum christum ab originali peccato in conceptione sua immunem extitisse, sed cum hoc asserunt ꝙ de facto omnes alii ab Adam descendentes obnoxiam originali peccato, conceptionem habuerint: ꝙ nequaquā sacræ auctoritates dicerent ita simpliciter ita vniuersaliter, ita repetitis vicibus si cum dicitur solus christus fuit in conceptione sua immunis ab originali peccato, per dictionem exclusiuam non intelligerentur alii omnes exclusi ab immunitate originalis peccati: sed tantūmodo a perseitate habendi eam idest ab hoc quod est per se, aut secundum, se istam habere. ℭ Plane non recte dicere iudicandus videretur qui ex eo ꝙ sancti & beati in cœlo non per se aut ex se gloriam beatitudinis habent, quomodo solus deus habet, assereret ꝙ solus christus siue solus deus beatus est, addendo ꝙ cæteri homines & angeli sunt a beatitudine immunes, & miseriæ subiecti. Tum tertio. Quoniam illud quod pręsupponit, videlicet ꝙ anima christi ex se aut per se vt distinguitur contra hoc qd est habere ex dono gratię, fuerit ab omni peccato immunis, contradicere videtur, (nisi sane intelligatur)

tam facræ scripturæ, q̄ dictis sanctorum. Scripturę quidem sanctæ. Primo illi Psalm. 20. vbi dicitur. Prçuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: quę de christo exponitur ad literam. Vbi glo. Cassiodori ita habet. Benedictiones dicit immunitatem peccati qua donatus est in conceptione: vt postea ei peccatum non obesset: quę dicitur dulcedinis. quia totus ex gratia dulcis fuit. hæc ille. Si ergo ex gratia: non igitur ex natura. ℭ Secundo contradicere videtur scripturæ qua angelus inquit beatæ virgini. Luc. primo. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Sequitur. Ideo quod nascetur ex te sanctum. ℭ Ecce manifeste ꝑ gratiæ diuinæ, gratiæ spiritus sancti, attribuitur sanctitas conceptionis christi. ℭ Item contradicere videtur dictis beati Augustini qui in Euchiridion capitu. 12. ita dicit. Vnde naturæ humanæ tanta gloria nullis prçcedentibus meritis sine dubitatione gratuita, nisi quia magna hic & sola dei gratia, fideliter & sobrie consyderantibus euidenter ostendit: vt intelligant homines per eius gratiam se iustificari a peccatis per quam factum est vt homo christus nullum haberet peccatum. ℭ Cæterum dicebatur secundo, ꝑ responsio data exaduerso deficiebat in exemplis allegatis de sacra scriptura: in hoc videlicet ꝑ non videntur ad propositum facere. Non primū quod quidem Math. decimo ponitur videlicet. Nemo bonus non solus deus. Quoniam ibi (vt ait Chrysostomus, & ponitur in Glo. cōtiñ.) hæc christus dicens non excludit homines a bonitate, sed comparatione hæc dicit bonitatis diuinæ. ℭ Et ad idem est Augustinus in lib. de perfectione iustitię respondēdo diffinitionibus cœlestii hæretici quæ ex hac eadem auctoritate arguere videbatur ꝑ multi alii a christo essent sine peccato: quia (vt inquiebat) licet deus solus dicatur bonus: nihilominus tamen alii etiam dicuntur boni. Vnde Augustinus de præfato hęretico ita loquitur. Item dicunt (inquit) id quod saluator ait quid me dicis bonum. nemo bonus nisi solus deus. Hanc item propositionem non soluit omnino, sed opposuit, velut exaduerso alia testimonia: quibus probaret & hominem esse bonum. Dicit enim esse respondendum ꝑ idem dicens, alibi ait. bonus homo de thesauro profert cordis sui bona. Item qui solem suum facit oriri super bonos & malos. Cui sic respondendum est vt & ita intelligatur quomodo illud dictum sit. nemo bonus nisi vnus deus: siue quia omnia quæ creata sunt: quāuis ea deus fecerit valde bona, creatori tamen comparata nec bona sunt: cui comparata nec sunt. Altissime quidem & proprio modo quodammodo de seipso dixit. ego sum qui sum. hæc Augustinus. ℭ Item secunda auctoritas primæ Thimo. 6. qui solus habet immortalitatem, ad propositum facere nō videtur. Tum primo quia immortalitas ibi capitur pro incōmutabilitate quæ plane solius dei est, & nulli creaturæ conuenit. Vnde Magister sententiarum in. 8. distin. pri. hoc probans ex Augustino ait. Sic ait Augustinus in primo de Trinita. Cum anima quodāmodo immortalis dicatur non diceret apostolus solus habet immortalitatem, nisi quia immortalitas vera, incōmutabilitas est: quam nulla potest habere creatura: quoniam solius creatoris est. Vnde Iacobus ait capitu. 1. Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Et Dauid in Psalm. Mutabis ea & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Ideo idem Augustinus super Geñ. dicit, ꝑ Deus nec per loca nec per tempora mouetur: creatura vero per loca & tempora mouetur. Per tempora moueri est per affectiones cōmutari, deus autem nec loco nec affectione mutari potest qui per prophetam scilicet Malach. 3. ait. Ego deus & non mutor, vnde recte solus dicitur habere immortalitatem. In omni. n. mutabili natura (vt ait Augustinus

[Margin notes: Glo. Cassiod. — August. — Chryso. — Glo. August. — Magist. August. — August.]

contra maximinum)nonnulla mors est ipsam mutatio: quod facit in ea nō esse quod
Magist. erat. Hæc magister sententiarū. ¶ Tū secūdo, ad propositū auctoritas præfata nō
Glos. videtur facere: quoniā(vt ait ibi Glo.)solus deus dicitur habere imortalitatem: quia solus per naturam habet imutabilitatem: datur autē aliis per gratiā participatio quædā imutabilitatis, ex participatiōe diuinæ cōtemplationis. Hoc autē
Magist. ad propositum animę christi pro tanto videtur nō facere: quoniā(vt ait magi-
Augu. ster sententiarum in primo di. proxime notata & est dictū Augustini contra maximinum)cuicūque creaturæ rationabili præstatur vt peccare nō possit: nō est hoc naturę proprium sed dei gratiæ, & ideo solus deus(vt ait Apostolus)habet imortalitatem: quia non cuiuscūque gratia sed natura sua, nec potuit nec potest aliqua conuersione mutari: nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare. Hæc magister. ¶ Cæterum nec tertia auctoritas quę dicitur Apoca. 15. Tu solus pius
Glo. es, fauere videtur proposito allegant. quoniam (vt colligitur ex Glos. interli: ibidem)hoc pro tanto dictum est quatenus deus saluauit nos, iuxta illud ad Titum. 3. Non ex operibus iustitię quę fecimus nos. Sed secūdum suam misericordiam saluos nos fecit. Non dubiū autē quod hoc genere pietatis solus ipse deus pius esse dicatur. Vbi notandū est quod per ea quibus ostensum est antepositos modos re-
Tertius modus rńdendi confutatur. spondendi ipertinentes esse & insufficientes, faciliter cōfutatur vnus alius rńdendi modus quorūdam dicentiū auctoritates superiores asserentes solā aīam christi imunē fuisse a peccato, itelligendas esse de iure siue debito, quia anima christi nec de iure nec de debito sicut nec de facto contraxit, virgo aūt Maria licet nō de facto, de iure tñ siue de debito contraxit. ¶ Plane queadmodū ex superioribus responsionibus datis exaduerso eneruatur tota virtus illarum auctoritatum sacræ scripturę & sanctorum doctorū & consequenter oium argumentorum quæ exinde sumpta sunt contra hæreticos dicentes paruulos non cōtrahere peccatum originale, ita etiam per hunc respōdendi modū eneruatur & omnino aufertur ad probandū quod homines cæteri a christo de facto contrahant originale peccatum, vt de se patet. Quod autē hic modus dicendi nō contineat veritatem, inde manifeste colligitur, quia auctoritates præfatę(vt ex earum serie apertissime quis intueri potest)de facto, & non solum de iure loquātur, videlicet quod solus christus de facto imunis fuerit ab originali peccato in conceptiōe sua: & quod nullus alius ab eo huiusmodi fuerit, non de iure sed etiam nec de facto. Plura autem alia dicēda essent contra hunc modum respondendi, a quibus pro nunc supersedetur, quia in sequentibus amplior locus erit de hoc.

¶ In quo confutatur tertius modus respondendi exaduerso &c. Cap. 5.

TERTIVS autem respondendi modus exaduerso est quod dictio exclusiua in sacra scriptura non se extendit vbi in oppositum vrget euidentia rōnis. Vnde Math. 12. habetur exemplum de panibus propositis quos non licebat edere nisi solis sacerdotibus: & tñ christus declarauit hoc licitum fuisse Dauid & sociis suis qui nō erant sacerdotes, quia sic exigebat fieri euidentia rationis. Ita hic doctrina sanctorum pōt recipere intelligentiā quā & ipsa lex diuina, vt quia euidētia rōnis dictat beatā virginē cōceptā fuisse absque oī originali pctō: ipsorum doctrina nō intelligatur esse cōtraria. Hęc exaduerso. ¶ Sed hic rńdendi modus dupl'r deficit. Prio in se. Scdo in exēplo scripturę. In se quidē, quoniam rōnis euidentia nondū visa est nec audita. Et

ita falsum psupponitur in hoc qđ dr ꝙ rõnis euidẽtia dicat beatã virginem originale pctm̃ nõ contraxisse. Plane satis stupendũ est, ꝙ fuerit ad hoc rõnis euidẽtia:& ꝙ ista sanctos doctores latuerit qui ita aperte asserunt solum xp̃m imunẽ ab originali pctõ cõceptionẽ habuisse,annumerãtes(vt inferius videbit) beatã virginẽ i numero alioꝝ hominũ.Cęteꝝ mirũ ñ parũ vr ꝙ ad hoc esset rõnis euidẽtia,& ista latuerit tam ingeniosos & perspicacissimos doctores.sicut est Magister sententiarũ.Hugo de sancto Victore,Alexander de ales,Albertus magnus sanctus Thomas, Bonauentura,Egidius de Roma. Altisiodoreñ. Henricus de gandauo. Vlricus,Durandus, Petrus de Palude,& alii q̃plurimi inferius nominandi: qui locũ superioꝝ luminũ videntur possidere in schola theolo.dicẽtes expsse in scriptis suis necessario dicẽdũ esse beatã virginẽ originale cõtraxisse pctm̃. ❡ Deficit scdo modus rñdendi exaduerso datus in exemplo scripturę adducto:qm̃ non vr ad propositũ applicabile,qm̃ aliud est loqui de auctoritatibus scripturæ sanctæ aut sanctoꝝ doctorũ qui diffinitiue proferunt vnã sniam:& aliud est loqui de institutionibus alicuius legis q̃ iubet aut prohibet aliquid faciendũ. Diffinitio.n. veritatis catholicę nõ recipit variationẽ ex accidentibus quę hoibus supueniũt. Sicut legis obseruãtia,quę casu necessitatis superueniente nõ obligat. Sicut patet in exẽplo dato tam ex verbis xp̃i,q̃ ex ipso textu originali qui scribitur primi Regũ.21.Vbi cũ Dauid dixisset ad Habimelech sacerdotẽ si quid habes ad manũ,vel quinq3 panes, da mihi, aut quicquid inueneris,rñdens sacerdos ait ad Dauid. Nõ habeo panes laicos ad manũ,sed tm̃ panẽ sctm̃. Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus.q.d. (vt dicit Nicolaus de lira) possent in necessitate eis dari. Ideo rñdente Dauid ꝙ mundi erant,dedit ei sacerdos sanctum panẽ: Et ita panis qui de cõi cursu solis sacerdotibus cõpetebat,tpe necessitatis, laicis etiam fiebat cõis. Hoc aũt non potest dici de auctoritatibus scripturę aut sanctoꝝ qui nõ per modum institutionis sed diffinitionis loquuntur vt de se patet. Nic. de lira.

❡ In quo cõfutatur quartus modus rñdendi exaduerso. Cap. 6.

QVARTVS aũt modus rñdendi datus exaduerso est (vt verbis eius vtar)ꝙ in his quę sunt facti, cuius cõtrariũ potuit fieri adeo, ex cã singulari quę latere põt animũ excipientis,si diuina reuelatio nõ suffragatur innititur aliqñ verisimilibus in cõtrariũ existe occulta sibi rei veritatẽ. De hoc est nobis exẽplũ notissimũ: 3.Regũ.19. Helyas propheta cum esset in monte oreb,quodãmodo querelã propones deo dixit,Zelo zelatus sum pro dño deo exercituũ:quia delinquerũt pactũ tuũ filii Israel, Altaria tua destruxerunt& prophetas tuos occiderũt gladio,& relictus sum ego solus. Et rñdit ei dñs ꝙ hoc nõ esset verum:quia adhuc tũc tpis qñ ipse ista loquebatur, erant septẽ millia viroꝝ quorum genua nõ fuerant curuata ante Baal. ❡ Ecce qũo in rebus occultis: quæ alias possunt contingere,iudicium etiã prophetarũ si nõ est specialiter illustratum a deo,nõ veritati innititur,sed verisimili. Applicatio huius per se patet. Hæc exaduerso. ❡ Hic autem respõdendi modus in nullo satisfacit. Deficit quidem in se, & in exemplo sacrę scripturæ adducto. In se quidem. Tum quia nedũ doctores scholastici dixerunt & professi sunt solum christum ab originali peccato cõceptionem immunẽ habuisse, sed etiam ipse spiritus sanctus veritatis doctor & inspirator. Sicut patuit in auctoritatibus vtriusq3 testamenti superius allegatis iuxta glosas & intelligentias sanctorum doctorum & patrum. Tum secundo quia prẹiudiciale nimis gloriæ & honoris san-

ctorum ecclesię esse videtur asserere ꝙ omnes sancti doctores principales ecclesię, sicut Ambrosius, Hylarius, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Leo Papa, Gregorius, Beda, Anselmus, Bernardus. s. Thomas, qui in hac vna qõne videlicet ꝙ solus Xp̃s in cõceptione sua nõ cõtraxerit originale peccatũ cõcorditer cõuenerunt, fuerint loquuti sine inspiratiõe diuina. Hoc profecto prohibet credere tũ dispositio diuinę prouidentię quę in ecclesia illos cõstituit aliorum lumina & doctores. Tum secundo magnitudo sanctitatis eorum. Tum tertio ipsa cõcordia in vna sententia sanctorum doctorum quę nõ videtur esse sine inspiratione spũs sancti. Tũ quarto grauitas materiæ ad fidẽ pertinens in qua nõ est credendũ ꝙ tot tantiq́ꝫ doctores sancti deuiauerint a veritate, eo potissime cõsyderato ꝙ dictis sacrę scripturę sua dicta cõfirment. ❡ Ex quo ẽt colligitur qd̃ secũdo ostendendum erat, videlicet ꝙ rñsio data exaduerso deficiebat ẽt in exẽplo adducto scripturę de propheta Helia. Plane minime vr̃ honestũ asserere ꝙ (sicut vr̃ in nui exaduerso) oẽs illi sancti doctores qui principalia lumina in ecclesia fuerunt in auctoritatibus supposi. in glo. 15. Bibliæ tam aperte dicẽtes solũ Xp̃m in cõceptione sua nõ contraxisse originale peccatum nõ dixerint verũ: sicut nec Helias dicens, relictus sum ego solus.

❡ Hic confutatur quintus modus rñdendi exaduerso. Cap. 7.

QVINTVS modus respõdendi exaduerso datus ad auctoritates superius positas est qui sequitur, videlicet ꝙ dictio exceptiua qñ cõiungitur termino cui cõpetit prędicatum aliqua rõne cõmune sibi & aliis: alia quibus hęc ratio cõpetit, nõ intelliguntur excludi. Dicitur. n. Math. 11. Nemo nouit patrem nisi filius. Nunquid pater nõ nouit se ipsum? & spiritus sanctus nouit eum? Cõstat ꝙ sic. Vnde rõne notitię cõmunis exceptio dicta de vna, nõ excludit alias personas. Et quia fortassis huic exaduerso refragari potest dicẽdo ꝙ inter diuinas personas est idẽptitas essentialis: iõ est ibi singu. Adducitur aliud exemplũ Leui. 12. vbi dr̃ ꝙ quicũq́ꝫ maculatus fuerit lepra, & separatus ad arbitrium sacerdotis omni tpe quo leprosus est & immũdus, solus habitabit extra castra. Manifestũ est aũt ꝙ hęc dictio exceptiua nõ excludit alios leprosos, quibus eadem rõ competit extra castra habitandi. Ita in proposito nr̃o quare Xp̃s debuit esse absq́ꝫ peccato, est quia mediator dei & hominum: Vnde nunq̃ debuit esse deo inimicus. Hęc eadẽ rõ militat in virgine: quia etiã ipsa ex rõne matrimonialis vinculi cũ Xp̃o sponso suo, est prima mediatrix & reconciliatrix: quia singularit. eã decuit esse ab oĩ peccato imunẽ. Hęc exaduerso. ❡ Iste modus rñdendi pariter sicut superiores nõ satisfacit, imo in multis deficit. Primo quidẽ in se. Secũdo in exemplis scripturę adduct. In se quidem. Tũ primo quia ista regula falsa est vniuersaliter quę prępsupponitur. videlicet ꝙ qñ dictio exceptiua cõiungitur termino cui cõpetit prędicatũ a qua cõmuni ratiõe sibi & aliis, alia quibus hęc rõ competit nõ intelliguntur excludi. Hoc. n. vt nouit quilibet ẽt parũ doctus falsum est, nisi qñ rõ conuenientie fundatur in vna & eadẽ ſm numerũ natura existente in vtroq́ꝫ: qd̃ propriũ est in diuinis personis. Et
August. ideo dicit August. (vt Magister recitat in prio sniarum di. 21) ꝙ si de solo patre
Magi. diceretur. s. qd̃ est potens, sapiens, & similia, nõ inde excluderetur filius vel spũs sãctus: quia ii tres vnũ sunt. Quia vero talis vnitas naturę aut virtutis nõ reperitur in creaturis, semper dictio exclusiua addita vni supposito excludit aliud q̃tũcũq́ꝫ eis rõ prędicati sit cõis. Vñ oĩbus notũ est ꝙ hęc sit falsa, solus sortes est ri

sibilis,licet ratio pp quã risibilis dr cõueniat cęteris humanæ speciei suppositis. Ita ista. Solus Petrus ẽ martyrio coronatus. Et solus Thobias pietatis operibus possedit regna cœlorũ. & similia quę in oi facultate formari possent: quæ oia sunt falsa q̃tũcũq; rõ coronationis in Petro & remunerationis in Thobia pluribus sanctis cõis sit. ¶ Tũ scdo deficit rñsio data in assumptione minoris. Concesso.n.ꝙ in xpo ratio quare debuit esse absq; peccato,fuerit quia ẽ mediator dei & hominũ,negatur tñ ꝙ rõ mediationis ₰m quã xps dr mediator dei & hoium, pp quã arguitur ꝙ nunq̃ fuit inimicus vel filius irę,fuerit cõis xpo & beatæ virgini,cum dicit Apost. 1. Thi. 2. Vnus est mediator dei & hoium xps Iesus qui dedit semetipsum in redẽptionem pro oibus. In quibus oibus necessario beatissima virgo intelligenda venit,cũ necessario cõfitendũ sit ipsam per xpm fore redẽptã: sicut inferius copiosius videbit. Modus aũt quo beatissima virgo mr xpi; effecta reconciliatrix & mediatrix futura erat hominũ,nõ repugnabat in originali peccato fuisse cõceptam. Repugnabat aũt modo quo xps mediator futurus erat humani gñis,vt plene infra notum fiet,cũ rñsa dabũtur circa. 8. modũ rñdendi. ¶ Cęterũ rñsio data deficit in exemplis adductis de scriptura: qm̃ nõ faciunt ad propositum. nõ quidem primũ: qm̃ illud singulare pp vnitatem singularem diuinarũ personarũ est in eis,qd nõ est in aliis: sicut dictũ est. Vnde sicut vna natura numero diuinitatis est in pře & filio & spũ sancto,ita est vnus intellectus,vnum sapere,vnũ noscere,vnum intelligere. Et inde est ꝙ cum dr. Nemo nouit patrem nisi filius,nõ excludũtur alię personę. Hmõi autem simile reperiri non potest in proposito nřo. ¶ Exẽplum autem ₰m de leproso qui pręcipiebatur solus habitare extra castra ẽt nõ est ad propositũ: qm̃ cõstitutio illa legalis de separatione leprosorũ tam ex itentiõe instituẽtis,q̃ ex practica obseruãtię ipsius legis,li solus nõ excludit societatẽ oium hoium quia non leprosorũ,vt ibi dicit Nico. de lira, sed sctõrũ.tm̃. Auctoritates aũt sanctorũ diffinite dicũt in toto gñe humano solum xpm imunẽ fuisse a pctõ,vt patet in supioribus auctoritatibus: & copiosius osten detur in sequentibus,quia manifestũ est illud allegañ. proposito parũ suffragari. Nic. de lira.

¶ In quo cõfutatur sextus modus rñdendi exaduerso. Cap. 8.

SEXTVS modus rñdendi exaduerso est pro quo duo p̃supponũtur. Primũ est ꝙ sancti nedũ qñ loquũtur de originali.sed ẽt de actuali,nõ excipiũt nisi xpm cõpręhẽdẽdo oẽs hoies sub actuali pctõ,vt patet inquit in auctoritatibus Aug. supra induct. sp̃alr de baptismo paruulorũ & de spũ & lra. Scdm p̃suppositũ est qd in originalibus sctõrũ ẽt reperitur ꝙ dictio exceptiua attribuitur primo xpo,& respectu originalis peccati nõ solũ q̃tũ ad cõceptionẽ sed ẽt quo ad natiuitatẽ. ¶ Ex his vr,equi talis modus rñdendi,ꝙ queadmodũ ecclesia firmiter credit virginẽ bñdictã & sanctã habuisse natiuitatẽ,& imunẽ semper fuisse ab oi peccato actuali,ita oporteat auctoritates præfatas exponere, & ꝙ ita videatur faciendum de auctoritatibus sanctorũ in quibus solus xps excipitur a contractione originalis peccati: videlicet ꝙ ita exponãtur ꝙ ẽt beata virgo includatur excepta cũ xpo. ¶ Hic aũt rñdendi modus non põt hic locũ habere,duplici rõne. Primo quia p̃supposita nõ videntur plene veritatem habere. Nõ quidem primũ,qñ doctores sancti (licet cum de originali loquuntur, solum xpm excipiant, sicut patet) tum primo ex causis exceptionis assigna. per eos,q̃ proprie sunt ipi xpo,videlicet ꝙ nõ ex virili semine sed mystico separatione cõceptus est,& quia vt purificator ac redẽptor veniebat totius humani gñis ad quem

spectat, non venire in aliquo purgandus, verũtñ cum de actuali loquũtur beatã
Augus. virginẽ exceptã esse intelligunt, sicut patet de ipso August. in lib. de natura ex gratia de peccatis actualibus loquẽs ait, semel prosper. Excepta sancta Maria virgine de qua pp honorem dñi nullam (prorsus cum de peccatis agitur) haberi volo qõnem. Inde.n.scimus ꝙ ei plus gratiæ sit collatum ad vincendũ ex oĩ parte peccatũ, quæ concipere & parere meruit quẽ constat nullum habuisse peccatum, hæc Augustinus. ¶ Ad idem est beati Anselmi & beati Benard. sententia. sicut inferius copiosius suis locis videbitur. ¶ Præterea secundũ præsuppositũ vr ẽt non plene validũ esse. Tũ primo quia cũ doctores dicunt solum xp̃m sine peccato natum esse, de natiuitate in vtero sermo intelligendus est. Tum secũdo quia ẽt dato ꝙ locũtio, fiat de natiuitate ex vtero, doctores sancti dicentes solũ xp̃m sine peccato natũ, nõ ideo dicunt sicut vr intelligi exaduerso, vt velint asserere ꝙ solus xp̃s natiuitate ex vtero sanctus nascatur, cũ ecclesia de beatissima virgine hoc idẽ credat, cũ hoc pìudicet scripturę, quæ de sancto Ieremia testatur Ierem. prio añq̃ exires de vulua sanctificaui te, & de beato Io..Luc.1.angelus Gabriel de eo ait. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Sed pro tãto dictum est a sanctis illud (sicut ẽt superius in ca.2.dictũ fuit) quia solus ipse ita imunis ab originali peccato natus est vt ẽt fomitẽ peccati nõ habuerit, sanctificati aũt cęteri in vtero (vt aiunt vniuersi doctores quoꝶ relator sum) licet a culpa & a reatu ꝑ sanctificatõis grãm mũdati nati sint, nõ tñ penitus ab ipso fomite absoluti. Vñ de beatissima virgine dicunt antiqui doctores. s. Hugo de. s. Victore, & magister sniarũ cũ vniuersa quasi antiquoꝶ magistroꝶ schola (sicut in spãli videbitur infra) ꝙ post sanctificationẽ qua sanctificata fuit in vtero, fomes ẜm substãtiã remãsit in ea, ipeditus tñ & ligatus: quã in cõceptiõe filii sui virtute altissimi obũbrãte totalr ablatus est. Et ita patet clarissime pręsupposita ista exaduerso parum iuuamen præstasse intentioni allegantis. ¶ Cæteꝶ modus rñdendi datus deficit in cõsequẽtia. Dato.n.ꝙ supposita vera sint, cõsequentia tñ inde elicita non valet. Qm̃ asserere ꝙ beata virgo nunq̃ originale pct̃m contraxit, attento ꝙ nullum actuale cõmisit, est negare xp̃i sanguine fore redemptam: qd incõuenientissime diceretur. Nã (vt inquit Apostolus.1.Thi.2.) Vnus est mediator dei & hominũ, homo christus Iesus qui dedit semetipsum in redemptione pro omnibus. Cõsequẽtia aũt est manifesta ex diffinitione illa apostolica per Zozimũ papam pronunciata contra eos qui negabant paruulos originale peccatum contrahere: quæ (vt testatur Augustinus in epistola ad optatum episcopũ de origine animæ) ita dicit. Nullus enim nisi qui peccati seruus liber efficitur: nec redẽptus dici potest nisi qui vere per peccatum fuerit ante captiuus. De qua cõsequẽtia, quia in sequentibus amplissimus erit tractatus, satis pro nunc dictum est.

Ansel. Bernar. Hugo. Magr. Zozim. Augu.

¶ In quo reprobatur septimus modus rñdendi exaduerso. Cap. 9.

SEPTIMVS modus rñdendi datus exaduerso, est sic in forma: ꝙ in materia cõceptionis est accipiẽdum pro regula gñali, ꝙ exceptio de aliquo qd nõ sub gñalitate significati cõprehenditur, pro nõ adiecta habetur. Sicut dicẽdo oẽs hoĩes pręter angelos sunt corruptibiles. Quia.n.angelus non compræhenditur sub homine nec sub corruptibili hinc est ꝙ ista exceptio de nullo ac si posita nõ fuisset suffragatur, sed exceptio debet esse de contentis sub subiecto quibus competere põt pręDicatum. Cõstat aũt ꝙ xp̃s nõ potuit concipi sub peccato originali. Hinc est ergo ꝙ exceptio de ipso non ex eo includit

August. Magist.

omnes alios sub peccato, hæc exaduerso. ¶ Hic autẽ modus rñdendi nõ solum nõ satisfacit, imo in multis deficit. Deficit quidẽ primo in hoc qd ait, ꝙ exceptio facta de Xp̃o a peccato originali nõ ex eo includit oẽs alios in peccato. Hoc.n. falsum est. Plane si hoc veꝝ esset qd dr̃ exaduerso, rueret oĩs processus factꝗ argumentationis per August. cõtra Pellagianos in lib. cõtra Iulianũ, & de baptismo paruulorũ, & de nuptiis & cõcupiscentia, in quibus ex auctoritatibus & maxime Ambrosii, dicentibus ꝙ solus fuerit imunis a peccato, probãs ꝙ oẽs alii homines a xp̃o obnoxii peccato necessario cõfitendi sint. Vnde in lib. 3. cõtra Iulianum ita dicit. Solũ xp̃m dicit (s. Ambrosius) quia natus est ex virgine, a vinculis generationis obnoxię exceptus est: cæteris ex Adam sub peccati obligationibus nascentibus. ¶ Item idem August. in eodẽ libro, sic ait Iuliano, pellagianę heresis defensori. Ausus pręcipites refrenetis: & tanꝙ ex furore resipiscentes inci piatis in qua nutriti estis recolere & aduertere & resumere veritatẽ. Dicit beatus Ambrosius. Vnũ solũ hominẽ mediatorem dei & hominũ ex quo sit natus de virgine, nec senserit nascendo peccatũ, generationis obnoxię vinculis non teneri. Omnes aũt homines sub peccato nasci. Hęc ille. Et ita in multis aliis locis ex similibus auctoritatibus probare nititur beatus August. ꝙ oẽs homines originali peccato nascantur obnoxii, ex eo ꝙ ab hoc peccato solus xp̃s a sanctis reperiatur exceptus. Qui plane argumentatiõis processus per totũ vacuus redderetur si esset veꝝ qd exaduerso dr̃. ¶ Pręterea scd̃o deficit, qm̃ rł̃a assignata nõ vr̃ ad propositũ facere, qm̃ homo xp̃s sub gñalitate subiecti. s. hois continetur. Nõ sic autẽ Angelus. Et ideo licet dicendo oẽs hoies descendentes ab Adam pręter Angelos fuerunt peccato originali obnoxii, videatur esse superflua & inutilis additio illius exceptionis, ex regula data: nõ tñ ita videtur dicendũ cum dr̃ oẽs homines pręter xp̃m fuerunt obnoxii peccato, vt manifestũ est. Vnde hic modus loquendi de Xp̃o cũ dictione exceptiua siue exclusiua in materia de peccatis, grauissimus est in auctoritatibus sanctoꝝ, sicut visum est in parte superius; quos sanctos repręhendere fortasse præsumptuosum videretur. August. Ambr. August. Ambr.

¶ In quo confutatur octauus modus rñdendi exaduerso. Cap. 10.

OCTAVVS autem modus est rñdendi, ꝙ in hmõi locutionibus exceptiuis in quibus xp̃s aut in sacra scriptura aut in sanctis doctoribus excipitur a peccato originali, beatissima virgo simul et excepta itelligatur, ita ꝙ dictio exclusiua siue exceptiua cũ additur xp̃o dicendo solus xp̃s fuit ab originali peccato in sua cõceptione imunis, beata virgo nõ exclusa, sed magis inclusa intelligenda veniat cũ xp̃o. Quã rñsionẽ fauorabilẽ reddere, visus est exaduerso magister proponens rõnibus. 17. & auctoritatibus multiplicibus. Quibus tñ nõ obstantibus dr̃ ꝙ hic modus rñdendi minime cõueniens est. Deficit.n. tam in se ꝙ̃ in fundamẽtis suis. In se quidem quia doctores sancti in auctoritatibus supradictis ita solũ christũ ab originali peccato Imunẽ fuisse dicunt, vt oẽm alium hoiem, & ipsam beatã virginem excludant a participatiõe prędicati. s. imunitatis prędictę. Qd patet manifeste. Tum primo ex ipsa serie auctoritatũ supra positaꝝ, ex quibus manifeste datur intelligi ꝙ ita solus xp̃s dicatur imunis fuisse a peccato originali, vt oĩs alia persona ab Adã propagata censeatur exclusa. Vnde Augu. in expositione primę auctoritatis veteris testamẽti quę ponitur Numeri. 19. vbi pręcipitur victima offerri in qua nulla sit macula, ita dicit. Nõ habuit in se vitiũ caro xp̃i: in aliis aũt habuit quæ August.

spectat, non venire in aliquo purgandus, verũtñ cum de actuali loquũtur beatã
Auguſt. virginẽ exceptã eſſe intelligunt, ſicut patet de ipſo Auguſt. in lib. de natura ex gratia de peccatis actualibus loquẽs ait, ſemel proſper. Excepta ſancta Maria virgine de qua pp honorem dñi nullam (prorſus cum de peccatis agitur) haberi volo qõnem. Inde.n. ſcimus ꝙ ei plus gratiæ ſit collatum ad vincendũ ex oĩ parte peccatũ, quæ concipere & parere meruit quẽ conſtat nullum habuiſſe peccatum, hæc Auguſtinus. ¶ Ad idem eſt beati Anſelmi & beati Benard. ſententia. ſicut inferius copioſius ſuis locis videbitur. ¶ Præterea ſecundũ preſuppoſitũ vr
Anſel.
Bernar. ẽt non plene validũ eſſe. Tũ primo quia cũ doctores dicunt ſolum xp̃m ſine peccato natum eſſe, de natiuitate in vtero ſermo intelligendus eſt. Tum ſecũdo quia ẽt dato ꝙ locutio, fiat de natiuitate ex vtero, doctores ſancti dicentes ſolũ xp̃m ſine peccato natũ, nõ ideo dicunt ſicut vr intelligi exaduerſo, vt velint aſſerere ꝙ ſolus xp̃s natiuitate ex vtero ſanctus naſcatur, cũ eccleſia de beatiſſima virgine hoc idẽ credat, cũ hoc piudicet ſcripturę, quæ de ſancto Ieremia teſtatur Ierem. prio añq̃ exires de vulua ſanctificaui te, & de beato Io..Luc.1. angelus Gabriel de eo ait. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Sed pro tãto dictum eſt a ſanctis illud (ſicut ẽt ſuperius in ca.2. dictũ fuit) quia ſolus ipſe ita imunis ab originali peccato natus eſt vt ẽt fomitẽ peccati nõ habuerit, ſanctificati aũt cęteri in vtero (vt aiunt vniuerſi doctores quoq; relator ſum) licet a culpa & a reatu
Hugo. p ſanctificatõis grãm mũdati nati ſint, nõ tñ penitus ab ipſo fomite abſoluti. Vñ
Magr. de beatiſſima virgine dicunt antiqui doctores. ¶ Hugo de.S. Victore, & magiſter ſniarũ cũ vniuerſa quaſi antiquoꝝ magiſtroꝝ ſchola (ſicut in ſpali videbitur infra) ꝙ poſt ſanctificationẽ qua ſanctificata fuit in vtero, fomes ꝑm ſubſtãtiã remãſit in ea, ipeditus tñ & ligatus; quã in cõceptiõe filii ſui virtute altiſſimi obũbrãte totalr ablatus eſt. Et ita patet clariſſime preſuppoſita iſta exaduerſo parum iuuamen præſtaſſe intentioni allegantis. ¶ Cæteꝝ modus rñdendi datus deficit in cõſequẽtia. Dato.n. ꝙ ſuppoſita vera ſint, cõſequentia tñ inde elicita non valet. Qm̃ aſſerere ꝙ beata virgo nunq̃ originale pctm̃ contraxit, attento ꝙ' nullum actuale cõmiſit, eſt negare xp̃i ſanguine fore redemptam: qd incõuenientiſſime diceretur. Nã (vt inquit Apoſtolus.1.Thi.2.) Vnus eſt mediator dei & hominũ, homo chriſtus Ieſus qui dedit ſemetipſum in redemptione pro omnibus. Cõſe-
Zozim. quẽtia aũt eſt manifeſta ex diffinitione illa apoſtolica per Zozimũ papam pro-
Augu. nunciata contra eos qui negabant paruulos originale peccatum contrahere: quæ (vt teſtatur Auguſtinus in epiſtola ad optatum epiſcopũ de origine animæ) ita dicit. Nullus enim niſi qui peccati ſeruus liber efficitur: nec redẽptus dici poteſt niſi qui vere per peccatum fuerit ante captiuus. De qua cõſequẽtia, quia in ſequentibus ampliſſimus erit tractatus, ſatis pro nunc dictum eſt.

¶ In quo reprobatur ſeptimus modus rñdendi exaduerſo. Cap. 9.

SEPTIMVS modus rñdendi datus exaduerſo, eſt ſic in forma: ꝙ in materia cõceptionis eſt accipiẽdum pro regula gñali, ꝙ exceptio de aliquo qd nõ ſub gñalitate ſignificati cõprehenditur, pro nõ adiecta habe-
Auguſt. tur. Sicut dicẽdo oẽs hoĩes pręter angelos ſunt corruptibiles. Quia.n. angelus
Magiſt. non comprælienditur ſub homine nec ſub corruptibili hinc eſt ꝙ iſta exceptio de nullo ac ſi poſita nõ fuiſſet ſuffragatur, ſed exceptio debet eſſe de contentis ſub ſubiecto quibus competere põt predicatum. Cõſtat aũt ꝙ xp̃s nõ potuit concipi ſub peccato originali. Hinc eſt ergo ꝙ exceptio de ipſo non ex eo includit

omnes alios sub peccato, hæc exaduerso. ℂ Hic autẽ modus rñdendi nõ solum nõ satisfacit, imo in multis deficit. Deficit quidẽ primo in hoc qd ait, ꝙ exceptio facta de Xpo a peccato originali nõ ex eo includit oẽs alios in peccato. Hoc.n. falsum est. Plane si hoc verꝫ esset qd dr̃ exaduerso, rueret oĩs processus factę argumentationis per August. cõtra Pellagianos in lib. cõtra Iulianũ, & de baptismo paruulorũ, & de nuptiis & cõcupiscentia, in quibus ex auctoritatibus & maxime Ambrosii, dicentibus ꝙ solus fuerit imunis a peccato, probãs ꝙ oẽs alii homines a xp̃o obnoxii peccato necessario cõfitendi sint. Vnde in lib. 3. cõtra Iulianum ita dicit. Solũ xp̃m dicit (s. Ambrosius) quia natus est ex virgine, a vinculis generationis obnoxię exceptus est: cæteris ex Adam sub peccati obligationibus nascentibus. ℂ Item idem August. in eodẽ libro, sic ait Iuliano, pellagianę hęresis defensori. Ausus pręcipites refrenetis: & tanq̃ ex furore resipiscentes incipiatis in qua nutriti estis recolere & aduertere & resumere veritatẽ. Dicit beatus Ambrosius. Vnũ solũ hominẽ mediatorem dei & hominũ ex quo sit natus de virgine, nec senserit nascendo peccatũ, generationis obnoxię vinculis non teneri. Omnes aũt homines sub peccato nasci. Hęc ille. Et ita in multis aliis locis ex similibus auctoritatibus probare nititur beatus August. ꝙ oẽs homines originali peccato nascantur obnoxii, ex eo ꝙ ab hoc peccato solus xp̃s a sanctis reperiatur exceptus. Qui plane argumentatiõis processus per totũ vacuus redderetur si esset verꝫ qd exaduerso dr̃. ℂ Pręterea scd̃o deficit, qm̃ rl̃a assignata nõ vr̃ ad propositũ facere, qm̃ homo xp̃s sub gñalitate subiecti. s. hoĩs continetur. Nõ sic autẽ Angelus. Et ideo licet dicendo oẽs hoĩes descendentes ab Adam pręter Angelos fuerunt peccato originali obnoxii, videatur esse superflua & inutilis additio illius exceptionis, ex regula data: nõ tñ ita videtur dicendũ cum dr̃ oẽs homines pręter xp̃m fuerunt obnoxii peccato, vt manifestũ est. Vnde hic modus loquendi de Xp̃o cũ dictione exceptiua siue exclusiua in materia de peccatis, grauissimus est in auctoritatibus sanctoꝝ, sicut visum est in parte superius; quos sanctos repręhendere fortasse præsumptuosum videretur. Augusŧ. Ambr: Augusŧ. Ambr.

ℂ In quo confutatur octauus modus rñdendi exaduerso. Cap. 10.

OCTAVVS autem modus est rñdendi, ꝙ in hmõi locutionibus exceptiuis in quibus xp̃s aut in sacra scriptura aut in sanctis doctoribus excipitur a peccato originali, beatissima virgo simul ẽt excepta ĩtelligatur, ita ꝙ dictio exclusiua siue exceptiua cũ additur xp̃o dicendo solus xp̃s fuit ab originali peccato in sua cõceptione imunis, beata virgo nõ exclusa, sed magis inclusa intelligenda veniat cũ xp̃o. Quã rñsionẽ fauorabilẽ reddere, visus est exaduerso magister proponens rõnibus. 17. & auctoritatibus multiplicibus. Quibus tñ nõ obstantibus dr̃ ꝙ hic modus rñdendi minime cõueniens est. Deficit.n. tam in se q̃ in fundamẽtis suis. In se quidem quia doctores sancti in auctoritatibus supradictis ita solũ christũ ab originali peccato Imunẽ fuisse dicunt, vt oẽm alium hoĩem, & ipsam beatã virginem excludant a participatiõe pręedicati. s. imunitatis pręedictę. Qd patet manifeste. Tum primo ex ipsa serie auctoritatũ supra positaꝝ, ex quibus manifeste datur intelligi ꝙ ita solus xp̃s dicatur imunis fuisse a peccato originali, vt oĩs alia persona ab Adã propagata censeatur exclusa. Vnde Augu. in expositione primę auctoritatis veteris testamẽti quę ponitur Numeri. 19. vbi pręcipitur uictima offerri in qua nulla sit macula, ita dicit. Nõ habuit in se vitiũ caro xp̃i: in aliis aũt habuit quæ Augusŧ.

sunt mẽbra eius. Quę.n.i hac vita caro sine peccato, nisi illa quę in se nõ habuit
August. vitium? ¶ Item idem August. super illud ps. 40. Tibi soli peccaui, dicit. Vñ tibi
Gregor. soli peccaui? quia tu solus es sine peccato. ¶ Item Gregorius super illud Eze. 4.
vocauit virum qui erat indutus lineis, dicit. Sic vnus solus indutus fuit lineis:
quia solus sine peccato cõceptus est. hæc ille. ¶ Item super illud Canti. 4. Dilectus meus candidus, Dicit. Electus ex milibus xp̃s est, quia ex totius humani generis massa nullus sine peccato fuit: sed peccatores sua iustitia & sanguine redemit.
Et similia habetur per. 23. auctoritates superius positas iuxta glosas sanctorum.
Ex quibus apertissimũ colligitur testimoniũ intentionis doctoꝝ sic loquentium
fuisse ꝙ sola persona xp̃i nulla alia cointellecta ei, fuit in cõceptione sua ab originali pctõ imunis. ¶ Tun secũdo patet ex causis exceptionis xp̃i assignatis p
Grego. sanctos. Gregorius.n. tractans illã superius positã auctoritatẽ Iob. 14. Quis potest facere mundũ de imundo cõceptũ semine, nõne tu qui solus es? Ita dicit. Solum hoiem xp̃m Iob intuitus fuit mundũ: quia nõ de viro & muliere, sed de spiritu sancto & de virgine processit. hæc ille. Et hoc idem beatus Augustin. & Am
August. Ambr. brosius, & Cassiodorus dicunt. ¶ Ex quibus manifeste colligitur ꝙ in auctoritati
Cassiod. bus pręfatis dicentibus solũ xp̃m ab originali peccato imunem in cõceptione sua fuisse, non veniat beata virgo cointelligenda cũ xp̃o sub dictione exclusiua,
vt dr̃ exaduerso: cum cã ipsa propter quã sancti dicunt ꝙ solus xp̃s dicatur mundus inter cæteros hoies, nõ cõpetat beatę virgini: quę non de spiritu sancto sed
de viro & muliere processit. Quare manifestũ apparet ꝙ rñsio data exaduerso ad
auctoritates inductas sacræ scripturæ & sanctoꝝ, longe sit ab intentione & intelligentia quã sancti exprimunt de eis. Qđ plenius ex inferius dicendis patebit, cũ
ipsorũ sanctoꝝ dicta in speciali de beata virgine recitabũtur. ¶ Pręterea secundo data rñsio exaduerso stare nõ põt, qm̃ contra naturã dictionis exclusiue esse
videtur ꝙ solus xp̃s dicatur immunis a peccato originali in cõceptiõe sua, & virgo Maria quæ personalr̃ distinguitur ab eo ẽt intelligatur imunis: qm̃ solus cũ
sit determinatio suppositi excludit omne aliud suppositum. Vnde Aristo. secundo elencoꝝ dicit, ꝙ solus est idẽ ꝙ nõ cũ alio. Et vt logicorũ habet regula quã cõplectuntur ẽt theologi, sicut patet in prio sniarum di. 21. propositio exclusiua
affirmatiua per duas propositiones exponitur videlicet per vnã indefinitam vel
singularẽ affirmatiuã; & vnã vniuersalem negatiuã: quas necessario oportet esse
veras si propositio exclusiua dicenda sit vera. Vnde si ista. Solus xp̃s fuit imunis
ab originali peccato in cõceptione sua vera sit vt auctoritates scripturę sanctæ
& sanctorũ nos cõfiteri cogunt, necesse est has duas exponentes veras esse. Videlicet ista. ꝙ xp̃s fuit in cõceptione sua immunis a peccato originali, & ista, nullus
alius a xp̃o fuit hmõi: cum veritate cuius nõ vr̃ stare posse ꝙ alia persona etiam
ipsa beata virgo aut alia quæcũq; fuerit imunis in cõceptione ab originali peccato, cum directe oppositione contradictoria se respiciant. Vñ propter hãc naturam dictionis exclusiue dicunt doctores theologi ꝙ nõ est vtẽdũ dictione exclusiua in diuinis circa terminũ personalẽ respectu prędicati cõmunis, q̃tũcũq; diuinę personę sint vnum in natura diuinitatis, vt dicendo solus pater est deus.
Sed vbi reperitur in scriptura, exponenda est vt nõ excludat aliũ in sensu masculino, sed aliud neutraliter, vt ait sanctus Tho. in. 1. parte. q. 31. articul. vltimo.
Thom. Vnde magister sententiarum in primo distinct. 21. ita dicit. Non videtur debe
Magist. re dici a nobis verbis nostris vtentibus, nisi vbi sermo auctoritatis occurrit, solus pater est deus.

¶ In quo respődetur primę rationi de. 17. quę exaduerso inducuntur in fauorem prędictæ octauæ rñsionis eorꝫ, Cap. 11.

AETERVM dixi secũdo ꝙ modus rñdendi datus exaduerso deficiebat in rõnibus & fundamentis quibus laboratum est probare ꝙ cum xp̃s excipitur ab originali peccato, simul intelligatur excepta beata virgo. Et patet hoc de prima in qua sic arguitur. Sicut operatio virginis respectu xp̃i est exceptę actionis ita, ꝙ nõ includitur sub lege cõmuni, ita de persona sua vr̃ posse dici: cum persona cuiuslibet multo maioris dignitatis sit q̃ operatio ipsius. Si. n. contractus factus inter clericos qui est opus eorũ, dicitur exemptus a iudicio seculari, a fortiori personæ clericoꝝ: cum ergo operationes huiõi beatę virginis respectu xp̃i. s. ipsius actiua cõceptio, & partus, & alia similia multa sint exempta a cõmuni alioꝝ hominum lege, vr̃ ꝙ persona sua non minus dicatur exempta. Hęc exaduerso. ¶ Hæc aũt ratio nullo modo probat intentum arguentis. Tum primo quia licet ab exẽptione actionũ arguatur exemptio personaꝝ ab aliqua lege cõmuni, vtpote ab ea a qua pro eo tẽpore quo actiones ipsę exemptę sunt: non tñ hoc intelligendũ est de omni lege & pro omni tp̃e preterito. Sicut manifestũ est ex ipso exẽplo exaduerso inducto, de clericis. Clarissimum quidẽ est ꝙ clerici nõ, ab exordio cõceptionis suæ, sed a tp̃e tm̃ suscepti ordinis clericatus exẽptionis gr̃a donati sunt. Et ita de beatissima virgine suo modo dr̃, videlicet ꝙ nõ a suę cõceptionis exordio gratia immunitatis ab originali peccato donata fuerit, sed a tẽpore suscepti muneris sanctificationis: quę de proximo sequuta est cõceptionẽ ipsam. Hoc proprie propriũ videtur habuisse ipse xp̃s sanctus sanctoꝝ, vt in cõceptione sua consecratus deo fuerit, & sanctus factus sacerdos: quare solus ipse fuit a cõceptione sua mundus. ¶ Præterea ratio exaduerso facta vacua inde viribus esse cognoscitur, q̃m si pp exẽptiones actionum personę dicendę essent exemptę a lege originalis peccati, oporteret necessario alias q̃ plures personas asserere ab eadem lege fore exemptas: eas videlicet quę actiones exemptas a cõi lege alioꝝ hominum in operibus miraculosis diuinæ gratię dono habuisse leguntur. Exempla autem possunt assignari: & primo in mulieribus sterilibus de quibus scriptura cõmemorat, quę proculdubio actiones exemptas a cõmuni lege aliarũ fœminarũ habuerunt in cõcipiendo, & pariendo quodãmodo supra naturam filios: inter quas potissime floret sancta illa fœmina sarra quę filium promissionis. i. virtute diuina dicitur habuisse, vt ait Apostolus ad Gala. 4. Vbi sic ait. Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla & vnum de libera: sed qui de ancilla, secundũ carnẽ natus est: qui autẽ de libera per repromissionem. Vbi Glo. ordinaria ita dicit. Nõ enim hoc frustra distinxit. Vterq; quidem de Abrahã natus est, sed diuersa operatione: quia qui de ancilla, secundum carnis naturã natus est, quia iuuencula de sene solet concipere. Qui autẽ de libera, nõ secundum vim carnis natus est, vt vetula & sterilis de vetulo cõciperet, sed per opationẽ dei qui promisit. Illum ergo genuit demonstrans consueta natura: illum vero edidit promissio significãs gratiam. In illis vsus ostẽditur: hic diuinum beneficiũ cõmendatur. hæc ille. ¶ Præterea exẽplum potest poni de aliis sanctis quibus data legitur gratia operãdi miracula: de qua dicitur primo Corin. 14. alii datur gratia sanitatum in vno spiritu, alii operatio virtutum. Et de beato Stephano dicitur Act. 6. ꝙ plenus gratia & fortitudine faciebat signa & prodigia magna in populo. ¶ Nec obstat ꝙ dicitur exaduerso ꝙ non sit simile de beata virgine & de aliis sanctis miracula Glos.

operantibus: quia ratio principalis seu talis agent. qđ virtualiter dicitur in se effectum continere, sanctis nõ cõpetit in hmõi miraculosis operationibus, quoniã eadem rõne nec pro beata virgine rõ exaduerso facta militaret: quoniã licet beatissima virgo oĩa quæ ad rõnem matris pertinent in cõceptione filii dei plenissime egerit, nihilominus tñ respectu principalioris actionis quæ fuit in ipsa conceptione filii dei videlicet formationis corporis sui, rõ principalis operatiua & virtus effectũ plenarie in se cõtinens, nõ virgini attribuitur (vt cõmuniter schola theologoꝝ profitetur) sed spiritui sancto. Vnde ait angelus. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi, cuius virtute totum actũ est qđ fit in alioꝝ hominum conceptionibus per virtutem seminis, qđ est a patre. ℂ Et ideo Damascenus diuinã virtutem qua corpus illud sanctissimũ formatum est dicit esse quasi semen diuinũ, vt Magister tangit in tertio di. 3. & sanctus Thomas ibidem, & in tertia parte. q. 32. ar. 4. Ex quibus oĩbus clarissime patet ꝙ ratio ista facta exaduerso nullas vires habet, quã arguebatur ꝙ quia actio beatæ virginis in concipiendo christum, & pariẽdo exẽpta fuit a lege cõmuni aliarum mulierũ, ꝙ ideo ipsa exempta fuerit in conceptione sua passiua a contractione originalis peccati.

Damascenus. Magist. Thom.

ℂ In quo respondetur secundę rõni de quibus supra. Cap. 12.

SECVNDO arguebatur sic exaduerso. Constat. n. ꝙ nulla pars excipitur cõtra suũ totum, nec econuerso. Cũ. n. dr̃ ꝙ solum genus humanum est rationale, non excipitur sortes ꝙ rationalis nõ sit, est eñi pars humani generis. Nec ecõuerso ab hmõi parte excipitur totum applicando ad intentũ iuxta intentionẽ August. in sermone de assumptione dñæ nr̃æ. Caro filii est caro virginis matris, vñ se habent sicut pars & totũ, cum ergo excipitur filius non intelligitur excludi mater a re significata in huiusmodi exemptione: immo videtur manifeste contineri sub ista exemptione. ℂ Ad istã rationem respondetur ꝙ ratio ipsa nullo modo probat intẽtum. Deficit quidem in multis. Primo in hoc ꝙ ad propositũ facere nõ videtur: cũ de peccato originali sermo sit, qđ non in carne subiectiue est, sed in anima: quæ nõ est ex traducere. Al's currere videtur ratio pellagianoꝝ qui baptizatorũ filios ab originali peccato nasci dogmatizabãt imunes. Nec obstat qđ dicitur exaduerso. Videlicet ꝙ nõ est tanta vnitas carnis inter matrem & prolem in aliorũ hominũ cõceptionibus quãta inter christum & beatam virginem. Tum primo quia hoc apud multos dubium est, cum secundũ philosophũ lib. de generatione animalium semen maris nõ sit sicut materia in gñatione aĩalis, sed solũ sicut agens. Sola aũt fœmina materiã subministrat in cõceptione. Tum sc̃do quia illa vnitas q̃tũcũꝙ maior esset, carnis esset & nõ animæ. Tum tertio deficit rõ in hoc ꝙ illud qđ exaduerso pro fundamento locatur: videlicet ꝙ nulla pars excipitur contra suum totum, nec econuerso, nõ habet veritatẽ: licet in toto vniuersali & partibus subiectiuis eius, verum sit ꝙ dictio exclusiua addita toti partem non excludat nec econuerso, vt si dicam solus homo currit non excluditur sortes, quæ est pars subiectiua eius, nec econtra dicendo solus sortes currit nõ excipitur totum vniuersale. s. homo. In toto tamẽ integrali siue continuo siue discreto, regula prædicta fallit: quoniam licet dictio exclusiua addita toti nõ excludit partem, bene tamẽ econuerso. Dicendo quidẽ sola domus est alba, non excluditur paries, siue cum dicitur solus sortes est albus nõ excluditur pes, sed econuerso dicendo, solus paries est albus

August.

bus excluditur totum. Similiter cum dr solus pes sortis est albus excludi intelligitur totū. Similiter in exēplo dato exaduerso clarissimū est ꝙ dicēdo solum genus humanū est rōnale, planū est ꝙ nō excluditur sortes, qui pars est multitudinis humanę quę ex singulis hominibus aggregatur: dicēdo vero econuerso, sortes est rationalis, totum excipi nō vr̃, cum oīa illa supposita humani gñis per dictionem primā exclusiuam censeantur excludi. ¶ Tertio et deficit rō. qm̄ falsum est qd scdo presupponitur, videlicet ꝙ caro filii dei & caro virginis se hñt sicut totū & pars. Planū est. n. ꝙ caro xp̄i nō habet rōnem totius itegralis, nec vl̄is respectu carnis beatissimæ virginis, nec ecōuerso, vt de se patet, nec insuper rōnem partis. Vt. n. ait. s. Thomas in. 3. parte. q. 31. materia corporis xp̄i nō fuit caro & os beatę virginis, nec aliquid qd fuerit actu pars eius, sed sanguis qui est potentia caro, qm̄ cū beata virgo fuerit eiusdem naturæ cum aliis hoībus, ,pñs est ꝙ habuit carnē & ossa eiusdem naturę. Carnes aūt & ossa sunt actuales partes corporis ex quibus cōstituitur corporis rō quæ subtrahi non pñt sine corruptione corporis. Christus aūt diminutionē integritatis matris eius inferre nō debuit. Et ideo nō debuit corpus xp̄i formari de carne vel ossibus virginis: sed de sanguine qui nōdū est pars actu. Cum. n. dr̃ carnē de carne sumpsisse, nō est intelligendū ꝙ materia corporis christi fuerit actu caro, sed sanguis ꝗ est poten. caro. Vnde Damascenus. 3. lib. dicit ꝙ filius dei cōstruxit sibiipsi ex castis & purissimis sanguinibus virginis carnē animatam anima rōnali. Ex quibus consyderandū venit (vt ait. s. Thom. vbi supra) ꝙ nō est simile iudicium faciendū de formatione corporis xp̄i de beata virgine, & de formatione Euæ de Adam, qm̄ Adam quia institutus erat vt principiū humanę naturę, habebat in suo corpore aliꝗ partē carnis & ossis qd non pertinebat ad integritatē eius personalem, sed solū inquantū erat humanę naturæ principiū: & de tali formata est mulier absq; viri detrimēto. sed nihil tale fuit in corpore beatæ virginis ex quo corpus xp̄i potuerit formari sine corruptione materni corporis: & ita patet ꝙ añs sumptum exaduerso, pro vtraq; parte falsum est. ¶ Preterea rō q̄rto facta nō procedit, qm̄ dato ꝙ fundamētū positum verū esset, videlicet ꝙ caro virginis & caro christi inde formata, se haberent sicut pars & totum, & ꝙ dictio exclusiua addita parti nō exciperet totum, rō tñ inde formata nō vr̃ facere ad propositum: qm̄ pro tēpore cōceptiōis passiuæ beatæ virginis, de qua disputatio nostra currit, caro beatę virginis nullā habebat habitudinē partis aut totius respectu carnis xp̄i, cum caro xp̄i nondum formata esset, pro quo tēpore nō est ad propositū qd ab aliis inducitur ꝙ partus est pars viscerū. Simili et rōne manifestū est non posse dici ꝙ tēpore cōceptionis beatę virginis pro quo (iuxta professionē fidei nr̃æ) nondū erat formata caro xp̄i, caro eius fuisset vna caro cū carne christi. Cū. n. vnum sit passio entis (quarto metaphy.) entis ad nō ens nulla pōt esse vnitas. Quare clarissimum est nō facere ad propositū qd inducitur exaduerso ex Augusti. in sermone Assumptionis, vbi ex vnitate carnis eiusdē virginis ad carnem xp̄i, arguit priuilegium præseruationis corporis in morte eius a corruptione putredinis. Plane ex differentia tēporis pro quo August. loquebatur ad tēpus de quo pñs est cōsyderatio, manifeste patet nō pertinere ad propositū quod inducitur exaduerso ex prefato sermone, licet de eo fiat magnum festū. ¶ Præterea hęc eadē ratio exaduerso nō procedere et oñditur, quia cōcesso ad catholicū sēsum ꝙ aliquo modo sit vna caro caro virginis, & caro xp̄i, incarnatione facta, nō sequitur propterea qd intēditur. Vnde licet, ecclesia vl̄is vna caro dicatur esse cum xp̄o ab Apost. ad Ephe. 4. nō tamē venit cointelligenda cum xp̄o in dictionibus exclusiuis siue exceptiuis. Et

Thom.

Damascenus.

Thom.

August.

ita in proposito videtur dicendũ: quoniã vnitas illa carnis cũ non sit vnitas materialis siue suppositalis, nõ est sufficiens fundamentũ ad probandũ quare beatæ virgini cõueniat id qđ attribuitur cũ dictiõe exclusiua xpõ. Nõ.n. concurrit in beata virgine causa siue rõ pp quã tale pdicatũ soli xpo attribuitur. Qđ tali rõ ne ostenditur. Vnitas.n. prædicta inter carnem xpi & carnẽ beatę virginis non est tanta quanta est diuinę naturæ inter diuinas personas. Sed nõ obstante causa singularissima ex ineffabili vnitate diuinarũ personarũ in vna natura diuinitatis id qđ vni personę attribuitur cũ dictione exclusiua ex aliqua ratione singulãr propria quæ alteri nõ conuenit necessario, a tali intelligitur alia persona exclusa. Sicut patet de ista solus pater generat, & ita de similibus. Cum aũt imunẽ esse a peccato originali attribuatur xpo a sanctis (sicut in parte visum est) ex causa & rõne propria xpo, quę nulli alteri, nec etiam beatę virgini cõueniat, videlicet quia ex Adam non ꝑm seminalẽ rõnẽ descendit, sed desuper scilicet virtute altissimi obumbrantẽ conceptus est: qđ beatissimæ virgini quæ more cæterorũ hominum ex coniunctione maris & fœminæ processit, manifestum est non cõuenire. Et hoc idem patet de quacũq; alia causa a sanctis assignata, siue quia non purus homo sed deus & homo erat qui concipiebatur: siue quia homo ille hostia & sacrificium futurus erat pacificationis & redemptionis totius humani generis, cum hoc proprium solius nostri vnici saluatoris domini nostri Iesu christi fuerit. Quare manifeste patet ꝙ in talibus propositiõibus cum dictione exceptiua vel exclusiua aliquid vere de christo prędicantibus, non sit dicenda includi beata virgo, sed magis excludi. Alias non viderentur sanctorum dicta habere veritatem. ℂ Præterea. 6. si ratio exaduerso apparẽtiam haberet pari virtute probaretur ꝙ in cæteris propositionibus sacræ scripturæ aut sanctorum doctorum in quibus cum dictione exclusiua aliqua attribuuntur christo, simul beata virgo cointelligenda veniret inclusa & nõ exclusa, sicut in ista: solus christus est de virgine natus, solus de spiritu sancto conceptus, solus in conceptione sua vir, solus a conceptione sua beatus, & similes. quas tam sancti ꝗ doctores scholastici computant inter prærogatiuas christi, qđ nullus catholicus cõcederet. quia inconuenientissimum esset. Nec suscipiendum esset si exaduerso diceretur ꝙ ratio facta currit quo ad immunitatem peccati originalis & non quo ad alias prærogatiuas: quia hoc esset petitio principii, & pure voluntarie dictum. Et ita patet multipliciter qđ ratio ista secunda quæ in hac re sæpe exaduerso repetitur, paruæ sit virtutis.

ℂ In quo respondetur tertiæ & quartæ rationibus exaduerso. Cap. 13.

TERTIA principalis exaduerso est ista. Sicut christus dicitur rex & dñs, ita beata virgo Maria, cum sit vxor eius & sponsa: sed ita est ꝙ a quacunq; subiectione est exemptus rex & dominus, ab eadem intelligitur exempta etiam ipsa regina, ita ꝙ in exẽptione vnius, exemptio alterius includitur etiam si cũ dictione exclusiua dicatur. Vnde si dicamus ꝙ solus rex Franciæ aut Hispaniæ est exemptus a iurisdictione imperii, vel a lege tributaria regni sui: vxor cuiuslibet ipsorum non est ipse rex, & tamen exẽpta dicitur esse. ergo similiter in proposito in exemptione qua rex christus a lege contractionis peccati excipitur simul excepta intelligenda venit regina virgo Maria. ℂ Ad istam rõnem (dimissis multis breuitatis causa quæ dici possent

circa præsuppolita) respondetur ꝙ rō præfata in nullo suffragatur intentioni arguētis. Tum primo quia cum pro eo tempore de beata virgine loquamur. s. pro tempore conceptionis suæ, pro quo nec vxor actu erat christi, nec per cō sequens actu regina siue domina, nec filius dei incarnatus erat, non videtur ad propositum facere, sicut clarissimum esse arbitor cunctis qui temporū differentias mysteriorum dei integra mente consyderant. Tum secundo quia pariter argueretur de ecclesia vniuersali: q̄ in propositionibus tam scripturæ q̄ sanctorum in quibus christus excipitur a lege contractionis originalis peccati simul excepta cointelligeretur: cum ipsa & vxor & sponsa christi sit. Vnde regina nominatur a propheta qui in Psalm. 44. de ea loquens, vt dicit Glo. ordinaria, ait. Astitit regina a dextris tui &c. Hoc christiana religio non admitteret. Asserere enim ꝙ vniuersitas fidelium fuisset exempta a lege originalis peccati, est euacuare fidem redemptionis qua christus ecclesiam suam redemit sanguine suo. Vnde apostolus ad Ephe. 4. Christus dilexit ecclesiam & se ipsum tradidit pro ea vt illam sanctificaret mundans eam. (Glo. a peccatis) lauacro aquæ in verbo vitę. i. in quo datur vita. ¶ Quarta ratio principalis exaduerso stat in hoc. Beatissima virgo fuit sponsa christi, sed sponsa gaudet eadem prerogatiua in iis quę spectant ad dignitatem, dominium, excellentiam, & honorem. sed christus sponsus suus fuit exemptus a lege tributaria & ignominiosa contractionis originalis peccati. ergo pariter ab eadem exempta intelligenda venit ipsa beata virgo. ¶ Ad istam rōnem respondetur per totum sicut ad præcedentem quia vna & eadem videtur esse. & eadem currit responsio ad omnes similes rationes quę fuerint exaduerso: quādo pro eo tēpore de beata virgine loquimur pro quo doctores ipsi quorū relator sum, dicunt ꝙ virgo Maria nō fuit sponsa christi nec vxor eius. Quare vniuersas rationes exaduerso super hac suppositione fundatas clarissimum est non procedere.

Error ex aduerso pessimus et valde periculosus in sacrarū literarum interptabilibus.

Glos.

Glos.

¶ Contra solutionē exempla inducta tolluntur. Cap. 14.

VERVM cōtra solutionem hanc inducitur exaduerso quędā exēplorū consyderatio sub tali verborum forma, si miles ob crimen læsæ maiestatis cum posterioritate sua a rege in exilium dānatus eet, ipse tamē rex sciens illū militem ac oēs ab eo descedentes nō posse aliter saluari nisi in huiusmodi exilium descendens filius suus contraheret matrimonium cum vna ex filiabus illius, tanquā misericors pater & benignus dominus disposuit sic se hoc facturum in tempore opportuno Itaq; ipse filius regis & ista filia militis tanquā sponsus & sponsa debebant esse primū principium liberationis omnium & reductionis ad gratiam principis offensi ex criminibus, nunq̄. (cū in potestate regis esset istam filiam militis futuram sponsam filii sui ab initio filio suo ac sibi efficere gratam) dicendum est quia dispensauerint cum ea super defectu natalium siue paterno crimine, sed permiserit primo seruilem indui personam, ita vt non ingenua sed manumissa, non nobilis sed plebeia, non dilecta sed odiosa fuerit. Quasi dicat non est dicendū. Vnde infra dicit ꝙ multorum iudiciū est ꝙ ad eam lex seruilis nō extenderetur. ¶ Ad istam cōsyderationē dupliciter rńdetur. Primo quidem ꝙ in nullo suffragatur intentioni allegantis, sed magis cōfirmat eorum sniās doctorum quorū relator sum, si exēplū positū eo mō applicetur proposito, quo iuxta sacram scripturam applicandum est. Pro quo

Exēplū erroneū in proposito.

consyderandū ꝙ sponsa ista de genere præfati militis qui in exēplo posito offerri disse regiam maiestatem dicitur, summi regis filio copulata vt vnum cū eo esset principium liberatiōis oium filiorum milit. dicitur esse natura humanitatis, quæ a filio dei in vnitate suppositi assumpta est, & non beata virgo, cum ipsa de numero liberandoꝝ fuerit & saluandoꝝ per xpm, de qua re scriptura & glo. sanctoꝝ doctoꝝ plenissimū dant testimonium. Dicitur. n. Math. 22. Simile est regnū cœloꝝ homini regi qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos &c. Vbi Gregorius in Glo. ait. Tunc autē deus pater deo filio nuptias fecit, qñ hunc in vtero virginis humanę naturæ cōiunxit. Et Nicolaus de lira in postilla, eadē quasi verba repetens ait per istas nuptias intelligitur verbi incarnatio. Tunc. n. deus pater nuptias fecit filio suo quādo naturā humanam copulauit, diuinæ in suo supposito. Haꝝ autē nuptiarum (vt dicit Gregorius vbi supra) thalamus fuit vterus virginis, secūdū ꝙ ait propheta. ps. 18. In sole posuit tabernaculū suum, & ipse tanꝗ sponsus procedens de thalamo. Vbi Glo. ordinaria ita ait. De vtero virginali vbi deus humanæ naturæ vt sponsus spōsæ copulatus est. Vbi et Cassiodorus in Glo. totam quasi præsentem cōsyderationem in breuibus cōplectens ita dicit. Procedens de thalamo suo. i. de vtero virginis: vbi fuit facta sponsio: quia qñ diuinitas se vniuit humanitati, cæterę humanæ naturę se liberatorē promisit. thalamo dico sibi cōueniente: quia nullus adeo potens rex tam bonū thalamum habuit. hęc ille. ¶ Ad idem est Aug. in sermone quodā natiuitatis dñicæ qui incipit. Hodie veritas de terra orta est, sic dicens. Sicut sponsus processit de thalamo suo. i. de vtero virginali: vbi verbum dei creaturæ humanæ quodam ineffabili coniugio copulatū est. Ex quibus aperte colligitur ꝙ in iis regalibus nuptiis quæ liberationis hnmani generis gratia celebratę sunt, virgo Maria nō sponsæ sed thalami locum habuit. Vnde ecclesiastici. 24. dicitur qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Natura vero humanitatis assumpta cuius coniunctio tanta fuit ad dei filium vt nulla maior creaturæ cum creatore cogitari possit, rōnem habuit sponsæ. Talis nāꝗ fuit susceptio ista (inquit August. primo de trinita.) quæ deū hoīem faceret & hominē deum. Ista est sponsa quæ semper libera fuit ab omni seruitute, quæ semp grata vt nulla vnquā indiguerit recōciliatione: ita innocens & pura vt nulla ei vnquā purificatio opus fuerit, vtpote per quam reparatio, recōciliatio, purificatio futura erat hominū cæteroꝝ. Cōmunis quidem omniū sapientū habet doctrina ꝙ in quolibet genere motus, primum mouens est imobile secundū illum motū. sicut primū alterans est in alterabile, vt ex. 8. lib. physicorū colligitur. Quare ab Apostolo dicitur ad Hebrę. 7. Talis decebat vt esset nobis pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus. ¶ Ex quibus patet clarissime ꝙ consyderatio exempli exaduerso positi de matrimonio filii regis cum filia militis pro liberatione totius generis illius si admittatur in proposito, & debite iuxta scripturam diuinam sicut factum est applicetur ad ministerium redēptionis humanæ, multum confirmat doctrinam coꝝ doctorum quoꝝ relator sum.

Gregor. Glo. — Nic. de lira. — Gregor. Glo. — Cassiod. Glos. — August. — August.

¶ Instantia cōtra rōnem euacuatur. Cap. 15.

PRAETEREA secūdo exaduerso si hoc non reciperetur, pro eo fortassis quia humanitas assumpta non est persona distincta a filio regis: & instaretur ꝙ sponsa quæ futura erat cum filio regis vnum principium liberationis oīum aliorum, assignanda esset talis quę

personalitatæ distincta esset a sponso. Rñdetur tunc scđo q opus redemptionis humanæ nõ per duas personas fiendũ erat, sed per vnã tm̃ quæ deus esset & hõ. Tũ, primo quia filius dei ad hoc carnem assumpsit, vt pro nobis sati faciens principium humanæ salutis esset. Principium aũt in quolibet gñe vnũ esse oẽs noui mus. Tum scđo quia reparatio humani gñis facta est p modũ cuiusdã mediatio nis inter deũ & hoĩes. Mediator aũt qui vnitatem pacis facere intendit vnus cõ grue esse debet. Et ideo apostolus ad Ro. 4. ait. Sicut per vnius delictũ in oẽs ho mines in cõdenationẽ: sic & per vnius iustitiã in oẽs hoĩes in iustificationẽ. Tum tertio quia vnũ caput dr̃ esse totius ecclesię: & per ɔ̃ñs vnũ influens toti corpori intelligendũ est. Quo cõsyderato, nõ vr̃ admittenda in opere reparatiõis humanæ doctrina quã prętendit cõsyderatio exẽplaris posita exaduerso. Videlicet q aliqua persona pura creatura fuerit dei filio matrimonialr̃ coniuncta, quę cum eo tanquã vnũ principiũ cõcurrat humanæ redẽptionis. Licet. n. virgo sanctissima sponsa fuerit dei altissimi & mater, non tñ vnũ principiũ primũ cum xp̃o dicenda est fuisse redẽptionis nr̃æ, sed ipsa & nos redẽpti sumus redẽptione facta per vnũ saluatorẽ oium dñm nr̃m Iesum xp̃m. de quo dicit apl̃s. 1. Thi. 4. Saluator oium est & maxime fidelium. Et beatus Ioã. apl̃s & euangelista. Ipse est propitiatio pro peccatis nr̃is: nõ pro nr̃is aũt tm̃ sed et pro totius mundi. Sed de istis infra plenius dicetur, cũ rñsio dabitur aliis argumẽtis. Ad p̃ñs tm̃ sufficiat ostẽdisse exẽplum exaduerso datum, visum esse, nec sacræ scripturæ, nec rõni ex fide collectæ quã de redẽptionis modo christiana religio tenet vsquaq esse conformẽ. Quare si exẽplaris aliqua cõsyderatio ponenda sit in hac materia, talis hñda est, qua ad vnã solam personã tota nr̃æ redẽptionis efficacia resoluatur, respectu cuius oẽs cæteri hoĩes passiue se habeant. Et si huius rei exemplũ veritati fidei cõformare delectat audire, audiamus illa nõ mea fantasia confictũ sed a Beato Anselmo positũ in scđo lib. Cur deus homo. cap. 14. vbi postq̃ in principio cum dixerat in psona discipuli sui. Licet eiusdem hoĩs. s. christi cõceptio munda sit, & absq peccato carnalis delectatiõis: virgo tñ ipsa vñ assumptus est in iniqtatibus cõcepta est, & in peccatis cõcepit eam mr̃ eius: & cum originali peccato nata est: qm̃ & ipsa in Adam peccauit. In quo oẽs peccauerunt. ɔ̃ñter infra paruum spatium ostẽdens qualr̃ redemptio quã xp̃s fecit prodesset, nõ solum illis qui illo tpe fuerunt, sed et aliis tali exemplum adiecit. ¶ Sit. n. rex aliquis cui totus ppl̃s cuiusdam suæ ciuitatis, sic peccauit excepto vno solo, qui tñ de illorum est genere, vt nullus eorum facere possit vñ mortis dãnationẽ euadat. Iste aũt qui solus est innocens, tm̃ apud regem habeat gratiam vt possit: & tantam dilectionẽ erga reos vt velit, oẽs qui suo crederent cõsilio reconciliare, quodã seruitio placituro valde ipsi regi qđ facturus est die secundum voluntatem regis statuto. Et qm̃ non omnes possunt qui reconciliandi sunt ad illam diem conuenire, concedit rex propter magnitudinem seruitii vt quicũq vel ante vel post diem illam confessi fuerint se velle per illud opus quod eadem die fiet veniam impetrare, & ad pactũ cõstitutum ibidẽ accedere, ab omni sint culpa absoluti præterita: Et si cõtingat vt post hanc veniã iterum peccent: si digne satisfacere & corrigi deinceps voluerint per eiusdem pacti efficaciam, iterum veniam recipiant, sic tamen vt nullus palatium ingrediatur donec factum sit hoc vnde culpæ relaxentur. Secundum hanc similitudinem, quoniam nõ potuerunt omnes homines qui saluandi erãt præsentes esse quando redemptionem illam christus fecit, tanta fuit vis in eius morte, vt etiam in absentes vel tempore vel loco eius procedatur effectus. Hæc Anselmus. ¶ Et infra in eo. capi. post paucas lineas, postquã dixerat dubitandũ

Exẽplũ erroneũ

Error exaduerso.

Ansel.

non esse Adam & Euam pertinuisse ad redemptionem istam. de beata virgine lo quens ita ait. Virgo tamē illa de qua homo iste assumptus est de quo loquimur, fuit de illis qui ante natiuitatem eius per eū mundati sunt a peccatis: & de eius ipsa munditia assumptus. Hæc Ansel. ¶ Ex hac exemplari consyderatione beatissimi Anselmi iuxta apostolicā sniam disposita, quatuor manifeste colligimus. Primo ꝙ opus redemptionis nostræ ad vnā tantum personam resoluēdum est sicut ad principium redemptionis. Secūdo ꝙ talis persona sola in humano genere innocens fuit ab origine sua, cuius ministerii gratitudine cęteri hoies ęterno patri erant reconciliandi. Tertio ex prędictis Anselmi verbis colligitur determinatio quæstionis nostræ cum expresse innuat ꝙ in originali peccato virgo Maria, cōcepta fuit. Quarto colligitur solutiones per me datas ad rationes factas exaduerso, inuiolatas in sua permanere virtute.

¶ In quo rūdetur quintæ rōni exaduerso. Cap. 16.

Q VINTA ratio pricipalis exaduerso pręsupponit ꝙ beata virgo fuit mater in esse spiritualis regenerationis vniuersaliter omnium filiorꝫ dei qui a principio mundi in xp̄m crediderunt & vsqꝫ in finem credituri sunt. Ita ꝙ sicut Adam & Eua fuerūt vnū principium oīum in vita seu generatione carnali, ita christus & beata virgo sunt vnū principium in regeneratione spirituali. Ex qua pręsuppositiōe arguitur sic primo exaduerso. Omne qd dicitur esse principiū est perfectius oibus qui sub eo militare dicūtur. Cū ergo christus & beata virgo fuerint vnū pricipiū in regn̄atione spirituali, sequitur ꝙ in eis respectu oīum qui militāt sub eis sit puritas maior & charitas perfectior. Cum ergo in multis reperiatur puritas quæ est mundatio ab omni p̄ctō, oportet ꝙ in beata virgine maior puritas resplenduerit. Hoc autem dici nō pōt nisi ꝙ ipsa subiecta peccato nō fuerit. Vñ ex hoc ꝙ ipsa cū xp̄o est principium & mater oīum fideliū in regn̄atione sp̄uali, patet ꝙ eo ipso ꝙ xp̄s excipitur a lege contractionis originalis peccati, ipsa etiam excepta intelligatur. ¶ Ad istam rōnem rūdetur ꝙ minime probat intentū arguentis. Tum prio quia idem pariter argueretur de ecclesia quę sp̄ōsa xp̄i est, & mater oīum fideliū dicitur. De qua dicit August. super p̄s. 61. duo parentes nos genuerunt ad mortem, duo parentes nos genuerunt ad vitam. Parētes qui nos genuerunt ad mortem, Adam & Eua: parentes qui nos genuerunt ad vitam xp̄s & ecclesia. Tū secūdo quia beatissima virgo pro tempore cōceptionis passiuę suę nullius erat, mater nec carnalis nec spiritualis. Quare sicut pro illo tunc nec mater nec sponsa erat xp̄i, ita ēt nec pro tunc mater filiorꝫ dei esset dicēda. Quāobrem ad propositū nō vr̄ facere rō illa exaduerso, nec similes quæ ex talibus denoīationibus & pręsuppositis procedūt. Tū tertio quia nō vr̄ verū illud qd p̄supponitur, videlicet ꝙ virgo Maria ita dicatur mr̄ oīum filiorꝫ dei, ꝙ sit vnū p̄cipiū cū xp̄o in regn̄atione sp̄uali oīum filiorꝫ dei. Nec est verꝫ ꝙ apud sanctos p̄res patriarchas aut prophetas fuerit talis fides de ea, videlicet ꝙ eo modo quo exaduerso dr̄ mr̄ fuerit oīum filiorꝫ dei: & maxime pro tp̄e cōceptionis suę. In qua re plurimū cōfert cōsyderare ꝙ licet beata virgo nō fuerit ignara ꝙ red ptor humani generis nasciturus esset de virgine. legerat. n. (inquit Ambr.) Ecce virgo cōcipiet in vtero & pariet filium, nihilominus ꝙ ipsa esset illa virgo quę electa eēt in matrē redeptoris, & quę per suā prolem viuificatura esset, mūdū vniuersum: videtur ignorasse (vt dicūt doctores) vsqꝫ ad annūciationē factā per angelū, in cuius testimo

Error exaduerso.

Augu.

Ambr.

nium,audita angeli salutatione turbata est in sermone eius,& cogitabat qualis esset ista salutatio.Luc.1.vbi Gregorius (vt habetur in Glo.continua) ita dicit. Cum aũt assueta foret his visionibus euangelista nõ visioni,sed relatis turbatioñe attribuit dicẽs.Turbata est in sermone eius:& cogitabat qualis esset ista salutatio, nõ conceptio: Nã adhuc ignorabat imensitatẽ mysterii.hęc ille.Et Augusti. lib. de virginitate dicit de ea,ꝙ virginitatẽ deo dicauit,cũ adhuc ꝙ esset conceptura nesciret.Quomodo autẽ põt quis recte & vere cogitare ꝙ beata virgo pro eo tẽpore actu mr̃ dicatur filioꝝ dei:& esse principiũ cum xp̃o generationis spiritualis oium.pro quo tpe nesciebat se esse talem.¶ Verum quia in hoc prę suppositto videlicet ꝙ sit ita mater oium filiorũ dei.ꝙ sit vnũ principiũ cum christo gñationis spiritualis,cõsistere vr̃ pro magna parte robur aduersę positionis.faciam circa hoc tria.Primo ostendã illud esse minus probabile:& per ꝯñs rõnes inde fundatas,viribus nõ subsistere.Secũdo declarabo qualr̃ beatissima virgo, mater dicenda est oium filioꝝ dei.Tertio rñsio dabitur rõni.¶ Circa primũ notandũ ꝙ hæc generatio spũalis nõ est per modũ carnalis gñationis in qua duaꝝ personarũ complexus cõcurrit ad gñationem filioꝝ: qđ manifestum est ex Ioan. primo quotquot aũt receperũt,dedit eis ptãtem filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius:aut per se,sicut adulti:aut per alios,sicut paruuli:qui non ex sanguinibus:nec ex voluntate carnis:nec ex voluntate viri,sed ex deo nati sunt. Vbi dicit Beda,& ponitur in Glo.contiñ.Carnalis.n.singuloꝝ gñatio,cõplexu cõiugii duxit originem. At vero spũalis generatio spiritus sancti gr̃a ministratur.hęc ille.Generatio aũt spiritualis qua fideles filii dei efficiuntur per adoptionẽ, fit p hoc ꝙ per donum grę,quę est quidam fulgor & candor diuinitatis efficiũtur consortes diuinę naturę: quia cũ filiatio adoptiua sit quędam similitudo filiationis ęternæ;& cõmittetur istam quãtũ põt,requirit suo modo necessario in filiis adoptiuis cõuenientiã aliquã in natura patris,sicut & filiatio naturalis.Et iõ inquit Petrus secũdã Petri primo.Maxima & pręciosa nobis promissa donauit: vt per hæc efficiamini diuinę cõsortes naturę.Et propheta in psal.inquit.Ego dixi dii estis.Ecce participationem diuinæ naturæ.Sequitur.Et filii excelsi oẽs. De qua beatus Io.Apostolus.1.Io.2.Videte qualem charitatẽ dedit nobis deus vt filii dei nominemur & simus.Hęc autẽ filiatio adoptionis nõ solũ est hominũ, sed et angeloꝝ.Dr̃.n.Iob.38: cũ me laudarent astra matutina:& iubilarent oẽs filii dei.i.angeli,quia nec angeli per naturã pñt attingere ęternã hæreditatẽ: sed cõuenit eis per gr̃am,per quã quis adipiscitur ius hr̃ditatis ęternę.Quia si filii.ergo hr̃des.Ro.8.Est tñ cõsyderãdum ꝙ cũ adoptatus fiat de nõ filio filius,aliter est hoc in nobis ꝗ̃ i angelis.In nobis.n.nõ filius dicit priuationẽ fundatã super cõtrarium huius filiatiõis,quia sumus filii irę.Et ideo dicit Magister sniarum in.3. di.10.Nos dicimur filii adoptiui,quia cũ nati fuerimus filii irę.ad Ephe.2. per gr̃am facti sumus filii dei.Et hinc est ꝙ sępe natiuitas nr̃a spiritualis, regeneratio dr̃:quia generatio carnalis inquinat.sc̃dm illud psal.40. Ecce.n.i iniquitatibus cõceptus sum,& in peccatis cõcepit me mater mea.Regeneratio aũt mundat.In angelis vero,nõ filius,nõ dicit priuationẽ,sed purã negationẽ:quia qñ nõ fuerũt vel anteꝗ̃ gr̃a eis infusa fuisset,fuerunt nõ filii.Et simili modo fuisset filiatio in homine in statu innocentię. ¶ Pręterea notandum ꝙ huiusmodi generatio spũalis qua generantur fideles in filios dei per adoptionem,cõmunis est toti trinitati.Tum quia natura ad quam est assimilatio adoptatorũ filiorum, est communis tribus personis,& effectus ipse in creatura.s.lumen diuinę gratiæ per quem fit huiusmodi assimilatio.est etiam effectus totius trinitatis: quia eius opera ad extra

Grego. Glo. August. Error exaduerso. Beda. Glo. Magist.

Augu. indiuisa sunt vt ait Augu.& Diony. Quare ad Ephe.4.dicit apost. Vnus domi-
Diony. nus,vna fides,vnum baptisma,vnus deus & pater omnium.dicit Glo. Pater om-
Glo. nium dicit creatione:sed fideliũ regeneratione. In hac spũali generatione chri-
stus habet duplicem modum causalitatis. Primus quidẽ per modũ efficientię,gra
tiam causando:& hic modus competit sibi inquantũ est deus simul cum patre &
spiritu sancto,vt dictum est. ¶ Secũdus autẽ modus causalitatis est per modũ me
riti. Et hic modus competit sibi inquantũ homo: quia ipse secundũ hoiem est cã
meritoria nostræ gratię qua adoptamur in filios dei. de quo apostolus ad Gal.
4.inquit. Misit deus filium suũ. Et infra. vt adoptionẽ filiorum reciperemus. Vbi
Glos. Glo. notatur ꝙ non dicit acciperemus,sed reciperemus, vt significaret nos hoc
amisisse in Adam ex quo mortales sumus. Item ad Ephe.1.inquit. Qui prædesti
nauit nos in adoptionem filiorũ per Iesum christũ. Humanitas aũt christi fuit
Dama- quoddã instrumentũ diuinitatis (vt Damascenus. ait tertio lib. sniarum suaꝝ) qa
scenus. operatio dei semper cõiungebatur opationi humanę in xp̃o. Et inde est ꝙ ope-
rationes & positiones christi consortio & virtute diuinitatis habebant quãdam
efficaciam infinitę quasi virtutis in merendo grãm toti humano generi:qd ne-
mini alteri datũ est,nec dari põt,nisi daretur ẽt cõiungi ipsi diuinitati, vt ait. S.
Thom. Tho. de quo Io.1.dr. De plenitudine eius omnes accepimus.

¶ In quo probatur ꝙ virgo Maria non sic fuerit mater filiorũ dei,vt ipsa cum christo vnum sit principium spũalis gñationis. Cap. 17.

PRAEMISSIS aũt cõsyderatis clarissimũ est ꝙ nõ vr posse cum veritate cõcedi ſm hanc intelligentiam ꝙ virgo Maria sic fuerit mater filioꝝ dei,vt ipsa cum xp̃o vnũ sit principium spũalis gña-
tionis. Hoc autẽ manifestũ est primo quo ad primũ modũ causali-
tatis.s. semen diuinę grę infundendo: qm̃ illo modo principium esse spũalis gña
tionis soli cõpetit deo. Quemadmodum.n. prima actio per quã res in esse exeũt
.s. creatio,est a solo deo qui est creaturaꝝ primum principium.s. pater & filius
& spiritus sanctus.& finis vltimus:ita & gratiæ collatio per quam mens rõnalis
deo nascitur a solo deo est. Quantum autẽ ad scdm modum causalitatis videli-
cet per modum meriti &c. manifestum est ꝙ virgo maria non venit ut unum
principium cũ christo ad generationem omnium filiorum dei. Quod sic prio
probatur. In regeneratione enim spirituali facta per xp̃m uenit beata virgo vt
genita a christo tanq̃ filio eius:ergo impossibile est ꝙ concurrat ut primum pri-
cipium regenerationis omnium filioꝝ dei. Antecedens est fidei. De ea enim ex-
ponitur illud. Audi filia & vide,inclina aurem tuã quia cõcupiuit rex spẽm tuã.
De ea canit ecclesia ꝙ est mater & filia regis regum omnium: Mater quidem car-
ne,filia vero spiritu. Cõsequẽtia aũt est necessaria: qm̃ inintelligibile est ꝙ illud
qd uenit ut principiũ primũ actiuũ in aliqua opatione siue ẽt ut cooperator ue
niat ut principiatũ p illã actionẽ. Natura.n. non admittit,nec intellectus capit
ꝙ principium gñationis per ipsam generationem ueniat generãdum. Vt enim
ait Augustinus primo de Trinita. Nulla res gignit seipsam. ¶ Præterea secundo
Thom. hoc idem patet. qm̃ (ut dicunt theologi.& tangit sanctus Thomas in.2. distin.
27.& in.1.2.q.114.articu.6. Solus christus potuit de cõdigno humano gñi
grãm promereri: a cuius merito ueluti a causa & radice uniuersali tam merita
omnium sanctorum q̃ beatę uirginis q̃ uniuersa sacramenta ecclesiæ, effica-
ciam habent & uirtutem. Et ita non uidetur dicendum ꝙ beata uirgo sic ueniat

dicenda

dicenda sponsa christi & mater filiorum dei, & vnū effectiuum principium dicatur esse cum eo generationis spiritualis oium filiorum dei. Quare necessariū est ruere vniuersum longum processum factum exaduerso fundatū in hoc præsupposito.

¶ Nec ex hoc sequitur ꝙ sit sponsa sterilis, sicut dicitur exaduerso, hoc enim procedere videtur ex eo ꝙ de generatione spirituali iudicatur ad instar carnalis generationis. Qđ nō est faciendum. Sponsa.n.christi nō dicitur christo copulari, & ab eo semen diuinę gratiæ suscipere ad generandum tertiam personam, sed ad generationem filiorū.i.sanctorum operum, ex quibus reluceat similitudo paternę virtutis, per quos digna efficiatur sponsa thalamo supernę gloriæ, de quo dicitur.1.Ioā.3.qui natus est ex deo non peccat, qm̄ semen ipsius manet in eo. Quanto auté beatissima virgo copiosior fuit sanctis opibus, tāto fecūdior fuit.

¶ Qualiter ecclesia dicenda sit mater filiorum dei. Cap. 18.

ET HAEC de primo puncto. Quo habito & ostenso ꝙ beata virgo secundū intelligentiam datam nō est ita dicenda mater oium filiorū dei ꝙ vnum principium gñationis spiritualis fuerit cum christo. iam dicendū venit quō ipsa beata Maria, mater dicenda sit omnium fidelium. Qđ erat scdm faciendū. Verum quia tam ecclesia q̃ beata virgo mater prædicatur oium credentium. Primo cōsyderandū erat qualiter hoc ecclesiæ attribuatur, scdo qualiter beatæ virgini. Pro quo notandū ꝙ ecclesia nō dicitur sic mater filiorū dei vt principium effectiuum sit gratię: nec ita vt de condigno dicatur gratiam per quam efficimur filii dei singulis credentibus promereri: sed mater. dicitur quadruplici modo. Primo quidem sacramētali genitura. Dicitur enim generare de sponso suo xpo per sacrum baptismū filios. Vnde baptismus regeneratio quędam spūalis nominatur: quia in eo cū sit nobis ianua sacramentorum primo datur esse spūale. Generatio.n.est via ad esse. Vñ apostolus ad Thi. 3.dicit saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti quem effudit in nos abunde. Vbi glo. ita ait, idest per baptismum, in quo deposito veteri homine, generatur nouus. De qua generatione & eius necessitate, inquit dñs. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Super quo Augustinus, & ponitur in Glo. contiñ. ita dicit. Si propter hæreditatem hois patris carnalis nascitur aliquis ex visceribus matris carnis, oportet ꝙ pp hæreditatem patris sempiternam nascatur ex visceribus ecclesiæ. hęc August. Qđ auté tota efficacia generationis huius attribuēda sit Deo, testatur beatus Chrysostomus super eodem verbo. Et habetur in eadem Glo. contineñ. ita dicens. Si vero quis interrogat qualiter ab aqua homo nascitur: interrogo & ego qualiter natus est Adam de terra. Sicut enim in principio subiiciebatur elementū terrę, totum vero opus plasmantis erat: ita & nunc subiicitur elementū aquæ, totū vero opus est spiritus gratię. Et infra. Qđ ergo mater fœtui: hoc est fideli aqua. In aqua enim plasmatur & figuratur. Sed qđ in matrice plasmatur tempore indiget, qđ vero in aqua, nō ita, sed in momento fiunt omnia. Hæc Chrysostomus. Vbi non parum iuuamenti affert ad ostendēdū partem exaduerso in hac re non claram habere intelligētiam cōsyderare, ꝙ beatissima virgo filia fuerit ecclesię. Sicut patebit infra. Secūdo ét mater fidelium dicitur nutritione quadā doctrinalis eruditionis & couersationis exēplaris sanctorum: quibus nutrire & fouere filios suos solita est. Vnde glo. super illud Gal. 4. Illa quæ sursum est mater nostra, dicit Glo. nostra.i.credentium: quia singuli verbo

Glo. Glos. August. Chryso. Glo. Glo.

& exemplo instructi ex charitate seruiunt. Et super illo ibidem. Filioli mei quos
Glo. iterum parturio donec formetur christus in vobis. dicit Glo. Per paucorum est pensare qui labor sit in prędicationibus patrum, quātisue doloribus animas in fide et conuersatione recta parturiant. Vnde apostolus in persona matris loquens ait. Quos iterum parturio. Primum per fidem illos generat in baptismo. Sed quia post deformati sunt & infirmi facti, tunc cū dolore reformat eos. Vnde addit. Donec formetur christus in vobis. Formatur aūt christus in corde credentium cū illius sacramenta gratię panduntur. Et ista quæ obscura videbantur, perspicua fiunt. hæc ibi. Hoc idem apostolus nutrici se comparans dicebat. 1. Thessa. 2. Tanq̄ si nutrix foueat filios suos. 1. Corin. 3. tanq̄ paruulis in christo
Glos. lac potum vobis dedi. Et de istis modis loquitur Glo. diffuse, super Psal. 47. sup illo verbo. Alienati sunt ab vtero. Vbi ita dicit. Nota ꝙ sicut carnalis mater in sobole carnali quatuor vicissitudines obseruat & tempora, ita & in spirituali educatione sancta ecclesia custodit. Prius enim puer concipitur. i. in vtero nascitur. Secūdo in vtero alitur. 3. ad lucem emittitur. 4. matris manibus gestatur vt crescat. 5. ablactatur. vt ad mēsam pr̄is accedat. vt sic validiori cibo alatur. Ita quos educat ecclesia. Prius enim in vtero nascuntur. i. concipiuntur dum rudimēta fidei christianę suscipiūt in cathecismo & exorcismo. Post quasi in vtero aluntur dum illis rudimentis plenius informātur. Tertio per baptismū & alioꝝ sacramētorū perceptionem & intelligentiam quasi ad lucem. iam in eis formata veritate gn̄antur. Quarto quasi manibus ecclesiæ portātur & lacte nutriūtur vel, aluntur dum simpliciori, & faciliori ecclesiæ doctrina imbuuntur donec a lacte simplicis sensus accedant ad mensam patris vt valido vescantur cibo. i. pane angelorū. i. in principio erat verbum. Hęc ibi. Quinto dr̄ mr̄ cura regens. per pastores enim & prelatos filios suos gubernat & regit, de quibus apostolus ait actuū. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos. s. s. s. posuit ep̄os regere ecclesiā dei quā acquisiuit sanguine suo. Sexto, pro eis apud sponsum suū x̄pm assiduis precibus
Gregor. intercedendo & orationibus adiuuando: Vt enim dicit Gregorius. 1. dialogorum. Prędestinatio iuuatur precibus sanctorū. Si enim oratio iusti assidua multū valet, vt dicitur Iac. 4. quanto magis oratio totius ecclesiæ, quæ sponsa gratissima est ipsius dei, accōmoda credenda erit. Et hæc de modo quo ecclesia mater dicitur fidelium dixisse sufficiat pro nunc. ¶ Iam quomodo beatissima virgo oium fidelium mater dicenda sit consyderandum venit.

¶ Virgo Maria tribus modis prę ceteris potest vere dici mater filiorum dei. Cap. 19.

Error exaduerso. NOTANDVM autē ꝙ virgo Maria pręter hoc ꝙ prioritate & dignitate, quibus modis veluti mater filios cętera ecclesię membra supergreditur, tribus aliis modis dici pōt mater filiorum dei.
Albert. Primo quidem genitura. Nō tn̄ ita sicut dr̄ exaduerso. ꝙ vnū principium cū christo fuerit effectiuum regenerationis sp̄ualis, sed vt dicit Alber. in
Ansel. lib. suo de laudibus beatæ virginis: quia vnū hoiem genuit qui oēs regenerat. Et hoc est rō beati Anselmi in sermone assumptionis eiusdem virginis qui incipit. Maria tu illa magna maria. Vbi ita loquitur. Non. n. est reconciliatio, nisi quā tu casta cōcepisti, nō est iustificatio, nisi quā tu integra in vtero fouisti: nō est salus nisi quā tu peperisti, ergo o dn̄a mater es iustificatiōis & iustificatorū: genitrix

ẽs recõciliationis & cõciliatorum: parẽs salutis & saluatorum. O beata fiducia, o tutũ refugiũ, mater dei, est mr̃ nostra, mr̃ inquã eius qui solus saluat, solus damnat, est mr̃ nostra. hęc ille. Ecce qualr̃ beata virgo mr̃ dr̃ & genitrix filiorum dei. Pro qua intelligentia multa sunt alia dicta sctõrum quæ prætereo. ¶ Scdo dr̃ mr̃, cura. Tũ quia (vt dicit Albertus magnus vbi supra) quia in vno nobis genuit qui. q̃d ad hanc vitã vel futuram necessarium fuit. Tum ẽt (vt ait dñs Iacobus Archiep. Ianueñ. in suo mariali) quia ei inest magna cura de filiis suis educandis. Vñ ipsa dicit omni animæ. Transite ad me oẽs qui cõcupiscitis me, & a generationibus meis adiplemini. Tertio dr̃ mater spiritualis filiorum dei, quia aliquomodo cooperata est charitate, vt fideles in ecclesia nascerentur. De quo modo maternitatis loquitur beatus Augusti. in lib. de virginitate, vbi declarans qualiter beata virgo dr̃ mater dei. & mater fidelium, ita dicit. Maria ergo faciens voluntatem dei, corporaliter tantũmodo mater est. spũaliter aũt, & soror & mr̃. Ac per hoc vna, illa fœmina non solũ spiritu, verum etia corpore, & mater & virgo est. Mater quidẽ spiritu, non capitis nostri quod est ipse saluator, ex quo magis illa spiritualiter nata est: quia oẽs qui in eum crediderunt in quibus & ipsa est, recte filii spõsi appellantur. Sed plane mater membrorum eius quia cooperata est causalitate vt fideles in ecclesia nascerentur quæ illius capitis membra sunt: corpore vero ipsius capitis mater. Et parum infra. de hmõi cooperatione in aliis fœminis fidelibus, ita loquitur. Nunc vero ẽt si tales hac voce contendant quę ob hoc tantum viris iunguntur atq; miscentur vt filios habeant, nihil aliud de filiis cogitant, non vt eos christo lucrentur: atq; id mox vt potuerint faciunt, nõ tamen vt christiani ex earum carne nascuntur, sed postea fiunt ecclesia pariente. per hoc ꝙ membrorum christi spiritualiter mater est: cuius etiã spiritualr̃ virgo est: cui sancto partui cooperantur etiam matres quæ non christianos pariunt vt fiãt. quod si corpore parere non potuisse nouerunt, per hoc tamen cooperãtur. Vbi et ipsę virgines matresq; christi sunt, in fide. s. quę per dilectionem operatur. Hæc Augustinus. ¶ Ecce ex istis verbis Augustini duo colligimus. Primum est ꝙ virgo Maria inter alios fideles sponsi filios, filia sponsi in regeneratione spirituali numerãda venit. Ex quo liquide apparet ꝙ ipsa non potest in generatione ista spirituali vniuersali considerari vt principium vnum primũ. cum generante, sed magis numeranda venit vna de numero filiorum natorũ ex deo: & per consequens ecclesiæ filia: quia filii christi sponsi dicuntur cõsequenter filii ecclesię, dicente beato Augustino in libro de symbolo (vt allegatũ est exaduerso.) Non habebit deũ patrem qui ecclesiam noluerit habere matrem. Et super. Psal. 127. super illud. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuę de beata virgine in speciali mentionem faciens, ita dicit. Vxor eius ecclesia est: & ipsa de latere christi facta est. Et infra. Quæ est vxor & qui filii eius? In istis carnalibus nuptiis & coniugiis alia vxor, alii filii: in ecclesia quę vxor, ipsi filii. Ad ecclesiam enim pertinebant Apostoli & in membris ecclesiæ erant. In coniuge ipsius erant & coniunx erant, secundum portionem suam quã in mẽbris obtinebant. Quare ergo de illis dicitur, cum recesserit ab eis sponsus, tunc ieiunabunt filii sponsi? ergo & ipsi cõiux, & ipsi filii. Mirũ dico frẽs mei. Inuenimus ecclesiã & frẽs eius eẽ, & sorores ipsius esse. & matrẽ ipsius esse. Et infra. Nã Maria in laterib⁹ domus eius: & cognati eius ex virginis Mariæ cõsanguinitate venientes, qui in eũ crediderunt, in lateribus eius: nõ inquantũ carnali cõsanguinitate iuncti erant, sed inquantum verbũ dei audiebant. Hæc Aug. ¶ Scdm quod colligitur est, ꝙ virgo Maria mr̃ spiritualis dicitur mẽbrorum xpi quia causalitate cooperata est vt fideles in ecclia

Alber.

Iaco. de voragine.

August.

August.

August.

Augu.

ꝙ actio christi per se nõ sufficeret ad salutẽ humani generis. Cum ergo nõ videatur aliquis modus alius vnitatis quo duę personę distinctę dicantur vnũ principium respectu alicuius rei: videtur ꝙ nõ sit verũ id quod pręsupponitur exaduerso. Secũdo sic, beata virgo nõ potuit esse causa gratię qua quis cõsequitur vitam spiritualem. ergo nõ potuit dici vnum principiũ primũ viuentiũ oium inesse & vita spũali. ɔña est manifesta. Et añs. Oium. n. sapientum xpianę religionis maxima est, ꝙ nulla creatura põt grãm gratum facientẽ efficere, cum hoc pertineat ad potentiam infinitam simplr: q̃uis aliqua creatura possit aliquod ministeriũ adhibere ordinationi ad gratię susceptionem, sicut patet de ministris ecclesiæ: qui tñ propter hoc nõ dicũtur vnũ principiũ primũ cum xp̃o oium viuentium in esse spirituali. ¶ Tertio sic. Beatissima virgo non fuit vnũ caput ecclesiæ cum xp̃o: sed solus xp̃s fuit & est caput ecclesię: virgo aũt Maria membrũ corporis eius mystici est, ergo non põt dici vnũ principiũ primũ omnium viuentium in esse spirituali, ɔña patet. cum principiũ in quolibet genere influens, caput dicatur illius generis. Et antecedens est manifestũ. Dicit. n. apostolus ad Ephe. 1. ipsum esse caput super oẽm ecclesiã. Et ad Colo. 1. Ipse est caput corporis ecclesię qui est principium. ¶ Quarto sic. In viuificatione qua xp̃s viuificauit omnes fideles beatissima virgo venit vt vitam spũalem suscipiens. ergo sequitur ꝙ ipsa nõ fuit vnum primũ principium cum xp̃o oium viuentium in esse & vita spirituali. Añs est fidei, qm̃ ipsa viuebat de spiritu christi de quo viuunt oẽs qui credunt in illum sm illud Io. xi. Qui credit in me etiã si mortuus fuerit viuet. Et ois qui viuit & credit in me nõ morietur in ęternum. ɔña vero etiam manifesta est, qm̃ primũ agens in quolibet genere ita est influens, ꝙ nõ est recipiens in genere illo: sicut sol illuminat sed nõ illuminatur. Nec obstat rõ, quę fit exaduerso de secũda cã. Tum quoniam eadẽ rõ currit de prima causa & de scda; quoniã impossibile est ꝙ in actione illa veniat aliquod agens vt scda causa, in qua venit principiandũ. Tum secundo quia dicere ꝙ est secũda causa sequitur ꝙ nõ sit primum pricipium. cuius oppositum dr exaduerso. Tum tertio quia esse spirituale est imediate a deo: dicente August. Mens nulla interposita natura ab ipsa prima virtute formatur. ¶ Quinto sic. Esse principium gratiæ siue vitæ spũalis in oibus viuentibus non põt intelligi nisi dupliciter. Aut effectiue, aut meritorie de condigno. Sed beata virgo nõ fuit vnum principiũ effectiuũ cum xp̃o grę, vt de se patet. Vnde Ysay. 43. dicitur. Ego sum qui deleo iniquitates propter me. Nec ẽt meritoriũ de cõdigno, vt notum est. Mereri. n. de cõdigno, toti humano generi vitam spũalem supergreditur naturam puræ creaturę. Et ideo (sicut superius dictum est) solius christi actio, quę fuit dei & hominis, efficatiam habuit virtutis infinitę super totam naturã humani generis. Quare solus xp̃s (vt ait sanctus Thomas, & superius allegatum est) mereri potuit humano generi gratiam de condigno. Vnde ẽt ipsa virgo Maria christi merito fuit viuificata sicut fideles cęteri & saluata. sicut patet ex dictis Augustini & Anselmi superius suppositis. Quã quia sunt quasi maxime in schola theologica breuiter ab hac re me expedio.

August. Thom. August. Ansel.

¶ Ad præfati erronei principii probationem exaduerso motiua diluuntur. Cap. 21.

A AVTEM quę mouere sunt visa proponẽtem exaduerso ad assertionem pręfatam, parum virtutis hñt si bene cõsyderetur: & quid doctores gloriosi in scholis theologię in re hac dicant intueamur. Duo

auté maxime inducũtur exaduerso in fauorem assertionis præfatæ propositiõis .s.ꝙ respectu esse spiritualis vitæ rõ principiandi respectu oium viuentiũ compe tat beatę virgini. Primũ est multiplex auctoritas sacræ scripturæ. Dicitur enim Prouerb. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitã, & hauriet salute a dño. Itẽ Ecclesia. 24. In me oĩs gratia viæ & veritatis, in me omnis spes vitę & virtutis. Itẽ ibidẽ. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi, in electis meis mitte radices. Item ibidem. Radicaui in populo honorificato. Item dicit. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Ex quibus exaduerso dicitur ꝙ ex intentione sacræ scripturę apparet ꝙ christo & beatæ virgini competat rõ principiandi respectu spiritualis & ęterni esse quantũ ad oẽs electos siue filios dei. ❡ Scdm vero motiuum exaduerso sumitur ex attributione ecclesiæ quæ in officio suo ei attribuere hoc idem videtur cum ait. Vitam datam per virginẽ, gentes redeptę plaudite. Item. vitam præsta puram iter para tutum. Et multa similia. ❡ Sed ista parum mouere debent, tum primo, quia præfatę auctoritates allegatę ad literam, et vt sonant rationem principii respectu esse spiritualis quantũ ad omnes electos & filios dei, de christo dicuntur & non de beata virgine: sicut patet per Glosam ordinariam ex sanctorum dictis collectam intuenti, & Nicolaum de lira qui earum literalem sensum prosequitur. Tũ. 2. quia auctoritates istæ cum de beata virgine allegorice exponuntur, aut in ecclesia decantantur; non accipiuntur de ea dicta in eo sensu ꝙ ratio principiandi respectu esse spiritualis respectu electorum dei sibi conueniat: quia hoc est impossibile conuenire puræ creaturæ, vt dictum est. Solus enim christus dicitur principium huiusmodi gratiæ, secundum diuinitatem quidem auctoritatiue, secundum vero humanitatem ministerialiter. Vnde Ioan. primo. Gratia & veritas per Iesum christum facta est. Et ideo dicit apostolus. Sicut in Adam omnes morimur, ita & in christo omnes viuificamur. Quare de ipso solo procedunt rationes exaduerso factæ, quibus probatur ꝙ primũ principium vitæ, non potuit subiectum esse suo contrario. s. morti. De virgine autem benedicta prædictę auctoritates exponuntur non in ratione principii, sed aut ratione actiuæ conceptionis & partus, quia. s. concepit & peperit eum ꝗ est fons vitæ. Vnde ipsa virgo & oẽs electi bibentes hauriunt vitam & salutem a dño, de quo in ps. inquit propheta. Apud te est fons vitæ: in lumine tuo videbimus lumen. Et ipse ait. Io. x. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius hẽant. Vnde hac rõne dicitur genitrix vitæ, mater salutis. De quo modo. s. Thomas in. 3. parte. q. 27. ar. 4. loquens ait. Proprium fuit christo ita habere plenitudinem gr̃æ ꝙ redundaret in oẽs. Secundũ quod dr̃. Io. 1. De plenitudine eius oẽs accepimus. De beata aũt virgine ita prosequitur. Beata aũt Maria tantam gratię obtinuit plenitudinem vt esset propinquissima auctori gratiæ, ita ꝙ eum qui est plenus gratia in se reciperet: & eum pariendo quodãmodo gr̃am ad oẽs deriuaret. hæc. s. Tho. Ad istũ intellectũ. s. Tho. multa dicta tam sacræ scripturę quę in in ecclesia adaptantur beatę virgini, quã multorũ sctõrũ in laudẽ eiusdẽ sanctissimę virginis pronunciata, pro earũ intelligentię itegritate resoluenda sunt. ❡ Secundo aũt modo exponuntur a doctoribus præfatę auctoritates de beata virgine per modũ impetrationis. vt ipsa dicatur mr̃ gratiæ, aut præstare vitã quia ipe tratrix est gr̃æ & vitæ. Hunc modum ponit magister Nicolaus de lira sup illud Ioã. 1. vidimus eum plenũ grã &c. Vbi ita dicit. Xps nõ solum habuit plenitudinem sufficientiæ, sed et redundantiæ in alios: quia est caput non solũ holum sed et angelorũ. Qd auté virgo Maria & aliqui sancti legũtur pleni gratia, vt dr̃ de Maria Luc. 1. & de Stephano actuũ. 6. hæc tñ est alia plenitudo. Plenũ. n. oppo

Glos. Nic. de lira. — Thom. — Nic. de lira.

nitur vacuo: & ideo tot modis dr plenum quot modis dicitur vacuũ. Dicitur aũt vacuitas grãe vno modo propter virtutis defectũ circa propriũ subiectum; et tali vacuo opponitur plenitudo gratiæ sanctorũ. Alio modo dr vacuitas grãe eo ꝙ nõ redundat ad corpus, & tali vacuo opponitur plenitudo gratię mariæ, inquãtũ grã eius aliquo mõ redundabat ad corpus supernaturalr cõcipiendo. Plenitudo tñ Marię nõ se extẽdebat ad alios, ita ꝙ sit grę datrix, sed solũ in quãtum est gratiæ impetratrix, xp̃i aũt plenitudo ad alios se extẽdit. Et sic opponitur vacuo non solũ respectu sui sed et̃ respectu aliorũ. hęc Nicolaus de lira. Ex quibus manifeste colligimus tria. Primũ est differentia plenitudinis grãe xp̃i & beatę virginis. Q đ nõ parꝝ vtile erit pro dicẽdis in sequ tibus vbi de plenitudine grãe beatę virginis sermo futurus est. Scdm est ꝙ respectu grãe beata virgo nõ sit dicẽda principium: cũ non sit datrix gratiæ sed impetratrix. Ad quẽ sensum multoꝝ dicta doctorũ quæ in laudibus beatę virginis leguntur resoluenda sunt pro eoꝝ debita intelligẽtia. ℂ Ex quibus patet quid dicendũ sit ad ea quę inducebãtur exaduerso de officio ecclesiastico. vbi dr beatæ virgini. Vitam pręsta purã, & silia. Plane ita beatę virgini supplicatur, nõ ꝙ ipsa tanq̃ principiũ vitę aut grę det vitã aut grãm, sed vt impetret. Vñ in letania postq̃ diximus fili redẽptor mũdi deus miserere nobis sequitur. s. Maria ora pro nobis. Cuius oĩo pro reuerẽtia sua ita potentissima est apud filiũ suũ bñdictissimũ totius grę & vitę fontẽ vt spes certa illi sit vitę pro quo ipsa fundere p̃ces dignabitur. Et ita patet qualr auctoritates adductę exaduerso iuxta verã intelligẽtiã, eaꝝ i nullo fauent intentioni allegantis.

ℂ In quo rñdetur septimę, octauę, & nonę rõnibus exaduerso. Cap. 22.

8 Septimo sic arguitur exaduerso. Nullũ per influentiã a suo passo recipit cõtrariã qualitatẽ suę actiõi, siue suę virtuti respectu cuius ista actio sibi cõpetit. Hoc. n. est cõtra naturalẽ intelligẽtiã ꝙ sol obtenebretur ab aere quẽ illuminare debet. Sed beata virgo est mr Adæ & principiũ q̃tum aduerso ad esse spũale & incorruptibile. ergo vr ꝙ ab ipso corrupta nõ fuerit. Error ex ℂ Ad istã rõnem satis ex dictis patet solutio. Minor. n. illa non vr admittenda, videlicet ꝙ virgo Maria principiũ per influentiam fuerit esse spiritualis gratiæ Adæ & filiis suis, sicut ex rõnibus supra p̃positis demonstratũ est. Hoc enim est solius xp̃i dei & & hoĩs a quo veluti capite vnico & fonte vitæ, ipsa virgo & cætera mẽbra ecclesiæ vitalem suscipiunt influxum. Quare oĩa argumẽta quæ axduerso ex illo pręsupposito procedunt, manifestũ est vacua viribus reddi, qa sicut ad vnum mediũ iam factum reducũtur ita vna rñsione soluẽda veniũt. ℂ Octauo sic virgo beata est p̃ria mediatrix. ergo nũq̃ habuit aliquid rõne cuius recõciliatione siue recõciliante indigeret. Et per p̃ñs originale pc̃m̃ nõ habuit. ℂ Ad istã rõnẽ rñdetur negãdo añs, ad eum sensum quẽ arguens pretendere vr, uidelicet ꝙ ita sit prima mediatrix ꝙ in recõciliatiõe humani gñis uenerit actiue & nõ passiue a xp̃o. Q đ autẽ aliqua alia persona in gñe hoĩum sit mediatrix humani gñis: ita ꝙ nõ fuerit per xp̃m reconcilianda, aut nõ habuerit xp̃m mediatorẽ. sed ipsa mediatrix fuerit ad recõciliandũ uniuersum genus humanum (saluo semper uniuersalis ecclesiæ iudicio) apparet ꝙ sit alienum a fide catholica. Tum quia repugnat illi auctoritati Apostolicæ ad Gala. tertio. ubi inquit apostolus. Mediator unius non est: deus aut unus est. Vbi dicit glo. Vnus est. i. sufficiens ad omnes reconciliandos deo, quia ipse deus, & ideo nõ aliud adiungitur. Hæc Glo. In qua põderãdũ est uerbũ illud, cũ ait, nõ aliud adiungitur ei. Itẽ repugnare videtur apostolo Augus.

dicenti. 1. Thim. 2. Vnus est mediator dei & hominum homo xps Iesus, qui dedit semetipsum in redemptionẽ pro oibus. Ecce ꝙ apostolus loquens de officio mediatoris dicit. qui se dedit in redemptionẽ pro oibus. Sic ergo ipse solus officium mediatoris exhibuit, ita ꝙ solus ipse redemptor sit, & oẽs alii & beata virgo cum aliis reconciliati sunt per eum, & ita prima ratio mediandi soli deo conuenit. ℂ Item repugnare videtur illi Apostolicæ sententiæ qua ait ad Colo. 1. In ipso complacuit oẽm plenitudinem inhabitare, & per eum recõciliari omnia in ipsum: pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Ex quibus patet, ꝙ ans rõnis exaduerso factæ ad eum sensum quem prætendit, nullo modo consonũ videatur veritati, eo adiuncto ꝙ beatissima virgo de cõceptione mediatoris gratias agens decantabat, dicẽs. Magnificat anima mea dñm: & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quomodo autẽ salutare suũ si christus non fuit mediator & redemptor eius sicut alioꝝ? Sed de his pro nunc satis est, quia in sequentibus de eis amplior erit sermo. ℂ Cæterũ secundo rñderi potest ad rõnem cõcedendo añcedẽs ad eum sensum quem sancti doctores exprimunt, & veritas habet: et negando cõsequentiã. Est quidem verũ ꝙ beatissima virgo mediatrix & aduocata est humani generis, nõ quidem ea satisfaciendo pro humano genere, siue a promerendo de cõdigno recõciliationem, & reparationẽ toti humano generi: quia hoc solius christi fuit qui mediator vnus est dei & hominum. Vt dicit apostolus, sed aliis de causis. Tum primo: quia mediatorem vniuersalem suum & omniũ alioꝝ peperit: de quo videtur illud intelligẽdum quod inquit propheta in Psalm. Deus autẽ rex noster ante secula operatus est salutem in medio terrę. i. in vtero virginali (inquit Bernardus in quodã sermone) qui mirabili proprietate terræ mediũ appellatur. Tum secũdo quia nos qui in multis offendimus omnes, filio suo reconciliat: & pro nobis deuotissime ac potissime apud eum semper aduocat. De quo Benar. O domina nr̃a, mediatrix nostra, tuo sancto filio nos recõcilia, tuo nos filio cõmenda, tuo nos filio repręsenta, &c. De quibus mediandi modis sanctoꝝ sermones qui de beata virgine laudes concinunt pleni sunt: a quibus cõmemorandis quia hic locus prædicandi non est, supersedeo. Verum licet hoc genere mediandi beatissima virgo mediatrix sit, & prima primitate dignitatis: & singularis cuiusdam pręrogatiuæ super oẽs alios sanctos quibus aliquo modo cõpetit mediatoris officium, aut intercedendo prę cibus, aut aliquo sacramentali ministerio saluti hominũ cooperando: nihilominus tamen nõ sequitur propter hoc ꝙ in originali peccato cõcepta non fuerit. Alia autem rõ est de christo qui vnus & verus & perfectus mediator dei fuit & hominum vniuersaliter. Taliter autẽ mediatori repugnat indiguisse quãdoꝗ recõciliante: nõ autem aliis aliquam rõnem mediatoris participantibus. ℂ Nono arguitur exaduerso sic. Beatissima virgo est prima mater gratiæ & misericordię, ergo nunꝗ fuit filia irę. Ad istam rõnem dicitur sicut ad superiores per totum. quoniã idem iudicium videtur esse de maternitate & principiatione respectu filiorum dei in esse spirituali, & de maternitate respectu gratię. Non. n. videtur cõcedendũ ꝙ ita virgo Maria fuerit mater prima gratiæ aut misericordię. ꝙ fuerit primum principiũ gratiæ. vel ita prima mater gratiæ ꝙ non fuerit etiam ipsa filia gratiæ & misericordiæ, sicut videtur importare nomen primitatis ex intentione arguentis. Hoc quippe solius christi est. qui ita pater est gratiæ vt non sit adoptionis gratia filius, sed natura. Naturalis. n. filius est, non adoptiuus, vt ex dictis sanctorũ magister sñiarum deducit in. 3. distin. 10. Et apostolus ad Ro. 1. de christo loquens ait. Qui prædestinatus est esse filius dei in virtute. Vbi Glo. dicit

Bernar. Bernar. Glos.

dicit. In eadem potentia cum patre: non per grām adoptionis. Dicitur autē beatissima Maria mater gratiæ & misericordiæ pro eo maxime, quia eum nobis genuit per quem grā & misericordia redemptionis nobis effulsit ſm illud Io. 1. grā & veritas per Iesum christum facta est. In qua re recte prima appellari potest mater, qm̄ nec primā similem uisa est, nec habere sequentem. Dicitur etiam mr gratię, quia charitate sua & precibus sanctissimis cooperatur ut homines grām dei cōsequantur. His autē modis concedendo eam esse primā matrem gr̄æ, negatur cōsequentia quæ fit exaduerso, quoniā (ut ex superius dictis aperte satis colligitur) ista simul stant ꝙ beata uirgo sub prędicta intelligentia sit mater gratiæ: & ꝙ in conceptione sua fuerit originali peccato obnoxia. (Sicut enim inferius dicendum est) consyderatio uarietatis temporum pro quibus diuersa beatæ uirgini attribuuntur, multum est accōmoda in p̄nti materia.

¶ In quo respondetur decimę rōni exaduerso. &c. Cap. 23

DECIMO arguitur exaduerso sic. Per beatam uirginē oia refecta sunt. Ita ꝙ sine ea nihil est refectū: ergo sequitur ꝙ ipsa nō indiguit refectione. Antecedens est beati Bern. & Anselmi in auctoritatibus allegatis. Cōsequētia uidetur nota. Nā qđ est causa alicuius, non nisi inquantū actu tale est causa ipsius: & ita nō eget eo. Est enim maxima in philosophia, ꝙ omne quod mouetur, mouetur ab alio. ¶ Ad istā rōnem respōdetur ꝙ per beatam uirginem esse oia refecta & restituta ita ꝙ sine ea nihil sit refectum, potest dupliciter intelligi. Vno modo ut prętenditur exaduerso ꝙ li per. dicat in hac parte habitudinem causæ secūdæ, sicut designatur cū dicimus (utendo exēplis datis exaduerso) ꝙ deus mouet cœlos per angelos: & illustrat orbem per solem. Ita ꝙ deus dicatur redimere siue reficere mundū sic per beatam uirginem ut ipsa cum xp̄o dicatur simul cōcurrere in meritoria operatione qua humanum genus refectum & reparatum est. Ita ꝙ non solus christus dicatur redimere siue reficere mundum, sed per beatā uirginem prædicto modo. Ita ꝙ nō solus christus dicatur redemptor, & reparator mundi, sed etiam beata uirgo. Hic autē modus intelligendi an̄s illud, sicut uidetur recipi exaduerso, non apparet mihi admittēdus. Qm̄ xp̄s uniuersalis refectionis humani generis solus est auctor atq; principium (sicut tota clamat scriptura sacra) in quo opere beata uirgo non actiue (sicut exaduerso dicitur) sed passiue cum cæteris ecclesiæ membris intelligenda uenit, tanq̄ redemptionis factæ a filio suo fructum cum gratitudine mentis suscipiens. Vnde ipsa ait. Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quare intellectus præfatus (saluo meliori iudicio, & maxime uniuersalis ecclesiæ, cuius iudicii principatus in apostolicā sede instituente altissimo locatus est) nō vr̄ mihi stare cum integritate fidei christianę. Tum primo quia (ut superius uisum est) dicit apostolus Paulus Gal. 3. Mediator unius non est, deus autē unus est. Vbi gl. dicit, unus est. i. sufficiens ad oēs reconciliandos deo: quia ipse est deus: ideo non aliud adiungatur. Et primæ Thim. 2. Vnus mediator dei & hominum xp̄s Iesus qui dedit semetipsum in redemptionē pro omnibus, necessario uirgo Maria intelligenda uenit. Tum secūdo quia (ut Petrus repletus spiritu sancto dixit Act. 4.) non est aliud nomen datum nobis sub cœlo in quo nos oporteat saluos fieri. Vbi Glo. ait. in christo tantum salus mundi est. Et infra. Non. n. redemptio est nisi in sanguine illius qui seipsum dedit in redemptionem pro oibus. Tum tertio quia si deus redemisse dicatur mundū per beatam uirginem sicut per secundā

Bernar.
Ansel.
Error ex aduerso
Glo.
Glo.

causam, sicut dicimus ꝙ deus mouet orbes cœlorū per angelos, sequeretur ꝙ sicut tota motio cœlorū fit per angelos, q̄q̄ virtute dei illi hæc facere dicantur: & tota illuminatio orbis per solem, q̄q̄ sol hæc faciat virtute diuinitus data, ita diceretur ꝙ tota virtus & tota efficacia redēptionis humanæ expleta esset per beatam virginem. Cū enim secūda cum habeat rōnem medii inter primā causam & causatum est vehiculum per quod virtus primæ causę in effectum descendit. Q̄d nō videtur admittendum: cum hoc fuerit propriū humanitatis xp̄i quæ (vt dicit Damascenus) fuit instrumentū coniunctū diuinitatis. Tum quarto quia hoc derogat coronæ gloriæ christi secundum quam est vniuersalis oīum hominū redemptor. Patet quia dato ad intelligentiam exaduerso ꝙ per beatā virginē sint oīa refecta, ita ꝙ sine ea nihil sit refectum, oportet dare vnum de duobus. Aut ꝙ ipsa refecit seipsam, qd est impossibile. Aut ꝙ ipsa non fuerit refecta per xp̄m, nec redempta, quod vī minus benedictum. Patet hoc argumēto quo beatus Augustinus contra Arrium vtitur ad probandum ꝙ dei filius nō fuerit creatura ex illo Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et deducit Magister sniarum in Glo. ad Ro. 1. & in. 3. di. 10. vbi ita inquit. In pricipio erat verbum (& infra) omnia per ipsum facta sunt. Nec dicit. oīa nisi quę facta sunt. i. omnem creaturam. Vnde liquido apparet ipsum nō esse factum per quem facta sunt omnia. Simili illatione sequitur in proposito. Si omnia refecta sunt per beatā virginem, secundum intelligentiam datam exaduerso, sequitur ꝙ nō fuerit refecta per christum: & ꝙ christus nō fuerit redemptor eius. Quo dato necessario sequi videtur ꝙ xp̄s non fuerit redemptor vniuersalis oīum hominum, & maxime fidelium. Plane sicut si aliqua creatura in participatione diuini esse diceretur nō esse facta per verbum dei, derogaretur dignitati & gloriæ illius secundum quam dicitur. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. Ita videtur derogare coronæ glorię christi secundū quam creditur, adoratur, & prędicatur vniuersalis saluator, reparator, ac refector humani generis, dicere ꝙ aliquis ad humanum genus pertinens, gratiam consequatur & gloriam, qui nō fuerit redemptus & refectus per christum. Tum sexto quia refectio humani generis est facta per satisfactionem condignam: Sed solus christus hoc poterat facere, in quo solo habitabat corporaliter plenitudo diuinitatis, in quo solo conuenerunt simul in vnitate ypostatica diues & pauper. Pauper inquantum homo qui debebat soluere sed non poterat: diues autem deus qui virtutem & facultatem tribueret soluendi. Tum septimo quia refectio ista humani generis facta est per meritum passionis & mortis christi. Sed beata virgo nō concurrit cum christo patiendo & moriendo pro humano genere. Vnde quod dicitur exaduerso ꝙ beata virgo Maria in passione christi fuit plusquam martyr, verum est. Ita enim dicunt sancti. Plane quia pia illius materna viscera filio suo dilectissimo in cruce moriente acerbissimi doloris gladio transfixa sunt. Vnde Glo. super illud Luc. secūdo, tuā ipsius animam pertransibit gladius. ait. Gladius dolor dominicæ passionis: quia non potuit videre eum crucifigi sine affectu materni doloris: & si speraret eum resurrecturum & mortem deuicturum. Sed ꝙ martyrium illud concurrerit cum passione christi pro redemptione mundi, ita ꝙ nedum christi morte sed beatę virginis passione mundus dicatur redemptus, non videtur admittendum: nec creditur ꝙ vnquam aliquis sanctorum talem doctrinam in ecclesia dederit. Tum quia videtur contrariari scripturæ dicenti Ysa. 64. Torcular calcaui solus, vbi Glo. interli. dicit. quia pressuram ipse sustinui solus, & Glos. marginalis dicit ita. Solus Sanson precisis crinibus, philisteis exponitur: nec angelus nec archange-

Damascenus. Glos. Error exaduerso. Glo. Glo.

lus vel quilibet cœlestis spiritus: denique humani generis nullus vel Iudæus vel gentilis auxiliator. Solus pugnat. Solus superat. hęc glo. Et sanctus Thomas in expositione eiusdem textus ita dicit. Solus patiens & vincens. De beatissima autem virgine quid in hac re dicat Ambrosius super Lucam audiamus. Fugientibus siquidem apostolis ante crucem stabat & piis oculis vulnera filii spectabat. Verumtamen non spectat tantum vulnerati mortem, sed etiam mundi salutem. Aut fortasse quia cognouerat per filii mortem futuram mundi redemptionem, aula regalis putabat se sua morte publico munere adiuturam. Sed Iesus qui factus est homo sine adiutorio inter mortuos liber, suscepit quidem matris affectum, non autem quæsiuit ad omnem redemptionem hominis auxilium. Hæc ille. Ecce manifestum testimonium Ambrosii prophetico confirmatum instrumento quod in redemptione humani generis virgo Maria nō concurrit cum christo vt adiutrix nec cooperatrix nec vt auxiliatrix eius. Tum secundo quoniam non est verisimile quod si beata virgo vnum principium refectionis & reparationis humani generis fuisset cum christo quod spiritus sanctus doctor cōpletissimus necessariorum ad fidem, rem hanc ad sacramentum redemptionis nostræ tam de vicino pertinentem, tacuisset in sacra scriptura. Tum tertio quoniam si ita esset, ecclesia dei velut ingrata multum repræhendenda veniret, quod a tantis temporibus tanti beneficii & gratitudinis immemor fuerit. Quod non est dicendū. Iustum præfecto erat vt ecclesia vniuersalis aliqua die anni commemorasset solenniter martyrium beatissimæ virginis qua illud fuit (vt videtur innui exaduerso) exhibitum vt precium redemptionis humanæ. ¶ His autem omnibus præmissis manifestum videtur quod non sit recipiendus sensus ille auctoritatum sanctorum qui datur exaduerso. Quod etiam ex eo clarissimum fit, quia doctores ipsi scilicet Anselmus & Bernardus ex quorum dictis (sed nō bene intellectis) proceditur exaduerso, expressissime dicunt beatam virginem originali peccato in sua conceptione fuisse obnoxiam, sicut de Anselmo pro parte in superioribus visum est ex capitulo. 14. secundi libri. Cur deus homo. De beato Bernardo patebit, vbi eius plurima & clarissima testimonia loco suo offerentur in mediū. Quod tamen minime dixissent, si ea fuisset eorum intelligentia suorum dictorū quæ exaduerso datur. Videlicet quod beata virgo vnum primum principium fuisset cum christo humanæ redemptionis.

Thom. Ambr. Ansel. Bernar.

¶ Non est secundum fidem catholicam asserendum beatam virginem fuisse cum filio vnum principium humanæ redemptionis. Cap. 14.

PRAETEREA Motiua & considerationes quibus exaduerso moueri visus est prædictæ assertionis Magister, nullam videtur apparentiam habere. Non quidem prima quæ ex parte ecclesiæ sumitur, cum dicitur quod si deus dicitur remittere peccata & saluare fideles suos per ecclesiam meritorie, quod multo magis beata Maria dici pōt simul cū christo ad liberationē humani generis cōcurrisse. Ista.n. cōsyderatio in duobus deficit. Primo in presupposito. Scdo in illatione. In presupposito quidē si intelligat quod deus remittat peccata hoium & saluat fideles per ecclesiam meritorie merito de condigno: qm (vt dicūt doctores theologi, & ponit sanctus Tho. in. 2. dist. 27. & in. 1. 2. q. 114. articu. 6.) nullus pōt alteri primā gratiam promereri

Error maximꝰ exaduerso. Thom.

nisi solus xps, qui constitutus est caput & pricipiũ ecclesiæ. Si vero intelligatur exaduerso ꝙ per ecclesiam meritorie, merito. s. de cõgruo, deus multis remittat peccata. Hoc conceditur. Sed proposito arguẽtis parũ iuuamenti offert. Scđo deficit consyderatio: qm̃ & si in cõsequutione effectus saluationis factæ per xpm respectu aliquarũ personarum ecclesia vel beatissima virgo asseratur haberi vt cooperatrix meritorie: non tñ hoc videtur concedendũ in opere redemptionis respectu totius humani generis sub quo cuncti fideles ecclesiæ inter quos beatissima virgo cõputatur veniunt vt influxum redemptionis suscipientes. nõ autem vt operantes, cũ iuxta apostolum ad Titum. 3. Nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed eius misericordia saluati sumus. Et ad Ephe. 2. dicit apostolus. Gratia. n. estis saluati per fidem: & hoc non ex vobis. dei. n. donũ est, ne quis glorietur. Vnde doctores mouẽtes in. 3. sniarum dist. 4. Vtrum aliqua merita precesserunt incarnationẽ filii dei, dicunt ꝙ non. Cuius ratio est (vt ait. s. Tho. tam ibi q̃ in 3. parte. q. 2. arti. 11.) Tũ primo quia si gratia quia est principium merẽdi nõ põt cadere sub merito, multo minus incarnatio cadit sub merito quæ est principium gratiæ, secũdũ illud Io. 1. grã & veritas per Iesum xpm. Tum scđo quia incarnatio est reformatiua totius humanę naturæ. Et ideo non põt cadere sub merito alicuius hominis singularis: quia bonũ alicuius puri hominis nõ potest esse causa boni totius naturæ. Ex congruo tamẽ meruerunt sancti pr̃es incarnationem desiderando & petendo. Congruũ. n. erat vt deus exaudiret eos qui ei obediebãt. Et ad illud qđ de beata virgine canitur. sancta dei genitrix quę digne meruisti concipere quẽ totus orbis nequiuit comprehendere. dicit ꝙ hoc dicitur nõ quia meruit deum incarnari, sed quia meruit ex gratia sibi data secundũ illum puritatis & sanctitatis gradum, vt congrue posset esse mater dei. ¶ Cęterum secũda cõsyderatio siue rõ exaduerso stat in hoc ꝙ si deus dignatur assumere ministros ecclesię coadiutores suos in operibus suis. secundũ illud apostoli primo Cor. 3. coadiutores sumus dei: multo amplius videtur dicenda beata virgo coadiutrix dei cõcurrendo cum eo in causalitate humanæ redemptionis. Ad hoc dicitur ꝙ ratio ista siue consyderatio parum ad propositũ facit. Tum prio quia ministri non dicũtur coadiutores nisi exterius operando. s. materiã disponẽdo ad susceptionẽ effectus principalis agentis. Vnde glosa ait ordinaria. Coadiutores dei. s. in colendo agro dominico, vbi notandum cum. s. Thoma in. 4. sentẽtiarũ di. 4. ꝙ cooperari alicui agenti dicitur quatuor modis. Vno modo sicut adiuuans, ei cui auxilium præbet cooperatur. Secũdo sicut cõsilium præbẽs. Et istis duobus modis nõ põt aliquis cooperari deo: quia. n. est omnipotẽs, nullius eget auxilio. Et quia summe sapiens nullius opus habet consilio. Tertio modo dicitur aliquid cooperari alteri sicut quo mediate agens primum suũ effectum inducit. Et hoc modo creatura cooperatur deo in aliqua actione: non tamẽ in omnibus: Cum enim deus sit primũ agens oium actionũ naturaliũ, quicquid natura facit hoc facit quasi instrumentale agens cooperans primo agenti, quod est deus, sed quędam sunt quæ sibi deus retinuit immediate ea operans: & in his creatura nõ cooperatur. hoc tertio modo. Quarto modo dr̃ aliqđ coopari alteri sicut disponens materiam ad effectũ agentis principalis suscipiendũ. Et hoc modo potest creatura cooperari deo. sicut patet in creatione animę rationalis qui immediate deus producit: sed tñ natura disposuit ad animę rõnalis receptionem Et quia recreatio animæ, creationi ipsius animę respõdet, ideo emundationem ipsius immediate operatur nec aliquis ei quãtũ ad hoc cooperatur tertio modo. s. sicut secũda cã per quam agens primũ suum effectũ producit: sed bene

Glos. Thom.

quarto

¶.modo videlicet sicut disponens materiam ad susceptioné effectus principalis agentis. Et hoc dupliciter. Vel ex opere operante, siue docendo, siue merendo homines cooperantur in peccatorũ remissioné, de quibus dicitur illud quod su pra allegatũ est. 1.cor.3.coadiutores dei sumus. Vel ex opę operato sicut qui cófert sacraméta quæ ad grãm disponũt p quá fit remissio peccatoꝝ. Et hoc est cooperatio ministerii quæ ministris ecclesiæ cópetit, de quibus dr 1.cor.4. Sic nos existimet hõ ut ministros xpi. Ex quibus verbis sancti Thomę satis clare patet ꝙ illud ꝙ inducitur: de opatione ministroꝝ ecclię nihil cõfert arguẽti. ¶ Ceteꝝ. 2.cósyderatio pfata intétioni nõ fauet cósyderáti, qm̃ non est simile de concurrẽdo in remissione peccatoꝝ ecclesiæ ministros vt coadiutores dei modis assignatis, & de cócurrẽdo cũ deo in causalitate vniuersalis redẽptióis humani generis, ut clarissimũ est: quia ad hoc ad opus vniuersale nemo concurrere vt causa põt intelligi nisi quia ita redẽptor est ꝙ nõ redẽptus: ꝙ nemini nisi xpo creditur cõuenire, sicut amplius inferius ostendetur. ¶ 3. Cósyderatio exaduerso ex parte status qué beatissima virgo iam in coelo obtinet, est, ꝙ cũ iuxta sanctorum dicta quicquid boni obtinemus totum per mariam habeamus, vr ꝙ ipsa concurrat cum xpo in causalitate gratiarum. Ad hanc respondetur ꝙ consyderatio hæc ad propositũ nõ vr̃ facere, qñ sermo tantũ est de opere primo uniuersalis redemptionis, in quo vniuersum humanum genus rediméndũ veniebat vnó sacrificio, vna hostia, vnius sacerdotis summi dei & hominis Iesu xpi, in quo beata virgo concurrere creditur, non ut sacerdos offerens: sed ut una de diuersitate humani gñis pro qua sacrificiũ offerebatur altissimo. ¶ Quarta consyderatio exaduerso sumitur ex modo ingressus peccati in mũdũ. Et est ꝙ sicut ad ingressum peccati in mundo non solus primus parens concurrit. s. Adam, sed et prima mr̃ omium viuẽtium Eua: ita beata virgo ut cooperatrix dicenda est concurrisse xpo in restitutione nrę salutis. Ad quod inductus est beatus Bernar. ita dicés in sermone, Signũ magnũ apparuit in coelo. Vehemẽter quidé nobis dilectissimi vir vnus & mulier vna naturæ nrę principiũ dederũt. Sed grãs deo quia per vnũ nihilominus virum & mulieré unam oia restaurãtur, nec sine magno foenore gratiarum. Nec enim sicut delictum ita & donum: sed excedit damni extimationem beneficii magnitudo. Sic nimirum prudentissimus & clementissimus artifex quod cassatum fuerat non confregit sed refecit, ut videlicet nouum nobis Adam formaret ex ueteri, & Euam transfuderit in mariam. Equidem sufficere poterat christus, si quidem & nunc omnis sufficientia ex deo est. Sed nobis bonum non erat esse hominem solum. Cógruũ magis fuit vt adesset nostrę reparationi sexus vterq;, quorum corruptioni neuter defuisset. Hæc Ber. ¶ Ad hoc respondetur ꝙ hæc consyderatio licet ostendat conuenientissimum fuisse vt uterq; sexus in reparatione humani generis concurrerit, Ad quod tam sancti, sicut Augustinus, Anselmus, Maximus, & Bernar. q̃ scholastici doctores plures rationes assignant quas sanctus Thomas in 3. sententiarum di. 12. & in 3. parte. q. 31. ar. 4. ponit: veruntamen non probant intentum. videlicet ꝙ pariter sexus vterq; causaliter & effectiue concurrerit ad redemptionis opus. Ita ꝙ ipsa redemptio vniuersalis humani generis perficeretur non per solum christum, sed per duos, scilicet christum & beatam virginem. Sane quanq̃ conuenientissimum fuit ut quemadmodum peccatum & causa nostræ damnationis sumpsit ortum de foemina; ita medicina nostri peccati & causa nostræ salutis nascatur & assumatur de foemina. Ad quam sententiam referuntur uerba Ber. superius posita: non tamen ꝙ opus ipsum redemptionis compleretur per foeminam. Vnde sanctus Thomas in. 3.

Bernar. Aug[ust]. Ansel. Maxi. Bernar. Thom. Thom.

ſententiarum di. 12. in ſolutione vnius argumenti dicit. ꝙ ſicut per mulierem non intrauit peccatum orginale in mundum: ſed per unum virum q̃uis initium a muliere habuit (vt apoſtolus ait ad Ro. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum) ita etiã per virum perfici debuit opus noſtræ ſalutis, quod aliquo modo initiatum eſt per mulierem .ſ. beatã virginẽ. Hęc ille. ¶ Præterea. Non eſt ſimile iudiciũ ſumendũ per oĩa de cõcurſu primorũ parentũ ad peccatũ, & de concurſu xp̃i & beatæ virginis ad redemptionis opus, quoniã actus peccati non eſt actus qui excederet facultatẽ primoꝝ parẽtũ actus autẽ reparationis qui erat medicamentũ totius humanæ naturæ, excedebat facultatẽ & uires oĩs puræ creaturę. Quare ſolius illius fuit hanc exhibere medicinã cuius operatio efficaciam haberet quodammodo infinitæ virtutis: cuiuſmodi fuerunt operationes ſolius animæ chriſti ex conſortio diuinitatis. ¶ Ex quibus oĩbus ſufficienter habetur ꝙ auctoritatũ ſanctorũ dicentiũ ꝙ oĩa p beatã virginẽ ſunt refecta, non ſit ea intelligentia quæ data eſt ex aduerſo. videlicet ꝙ ipſa vnũ principium recreationis & refectionis omnium fuerit cum chriſto.

¶ Per beatam virginem ea ſola ratione dicuntur omnia refecta qua nobis illum genuit qui omnia refecit. Cap. 25.

h IS præhabitis reſtat videndũ quis ſit earũ verus & ſecurus intellectus. Is profecto earũ intellectus accipiendus eſſe vr̃. vt ea potiſſima rõne dicatur per beatã virginẽ oĩa refecta ſunt: quia videlicet eum nobis genuit qui oĩa refecit. Genuit quidẽ refectorẽ & redẽptorem ſuũ & aliorũ oĩum hominũ. Vnde Aug. in ſermone aſſumptionis eiuſdẽ, qui incipit. Si oĩum nr̃m mẽbra, dicit ſic. Mater enim gñis nr̃i pœnã itulit mũdo, auctrix peccati, Eua: auctrix meriti Maria, Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percuſſit, iſta ſanauit. Hęc mirabili & ineffabili modo omnium & ſuum peperit ſaluatorem. Hæc Auguſtinus, Hæc enim ſunt illa magna pro quibus ab oĩbus gñationibus beatã ſe prædicandã prophetauerat, dicẽs. Beatã me dicẽt oẽs gñationes, quia fecit mihi magna qui potens &c. Quod verbũ pertractãs beatus Auguſt. in ſermone prænoĩato ita dicit. Quæ tibi magna fecit quæſo glorioſa virgo vt beata dici merearis? Puto omnino immo veraciter credo, vt creatorẽ ęderes creatura, famula dñm generares, vt per te deus mundum redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reuocaret. Hæc Aug. Ad idẽ eſt Anſelmus in ſermone aſſumptionis eiuſdẽ ſuperius noĩato. Vbi narratis beneficiis humanę redemptionis, poſtquã dixerat ꝙ hæc tãta bona per benedictũ fructũ ventris Mariæ mũdo prouenerũt, hac de cauſa ad dictã virginẽ orãs ait. O fœmina mirabiliter ſingularis & ſingularitate mirabilis, per quã elemẽta renouãtur: inferna remediantur. dęmones conculcantur, homines ſaluãtur, angeli reintegrantur. O fœmina plena & ſuper plena gratia. De cuius plenitudinis exundantia reſperſa ſic reuireſcit oĩs creatura. Hęc ille. Ad iſtã ẽt intelligentiã dicit Bernardus in ſermone annunciationis qui incipit. Miſſus eſt coluber. Ex hoc ergo beatã te dicẽt omnes generationes quę in oĩbus gñationibus vitã & gloriã genuiſti. In te enim angeli lętitiam, iuſti grãm, peccatores veniam inueniunt in ęternũ, Merito in te reſpiciunt oculi totius creaturę, quia in te: & per te: & de te: benigna manus oĩpotentis dei quicquid creauerat recreauit. Et ad eandem intelligentiã capienda eſt auctoritas illa eiuſdem Bernardi quę in ſermone quodam eius de aduentu dñi dicitur conti

Auguſt.

Auguſt.

Anſel.

Bernar.

neri (quam ego reuolutis pluribus libris & sermonibus eiusdem minime reperire valui) in qua asseritur exaduerso sic dixisse. Queritur modus redemptionis, & statim de trono diuinitatis Mariæ nomen euoluitur, & per ipsam & de ipsa & cum ipsa totum hoc faciendum decernitur. vt sicut sine illo nihil factum est, ita sine illa nihil refectū sit. ℭ Sed arguitur exaduerso ꝙ ista expositio non sufficiat, eo ꝙ cum dr̄ ꝙ per ipsam & cū ipsa omnia sint refecta, videtur implicari causalitas & similitudinarius concursus virginis cum christo ad redemptionis mysteriū. Ad hoc autē dicitur ꝙ licet verba sanctorū quæ ad laudes pertinent, in quibus frequenter interueniūt yperbolicæ loquutiones. i. per excessum dictæ, nō debeāt in ea restricta & rigorosa acceptiōe capi qua in scholis verba doctoꝝ capiūtur in diffinitiōe quęst. Nihilominus tñ faciliter soluitur argumētū. Habitudo. n. causalitatis siue ministerii importata in pręppositione ista per (cū dr̄ ꝙ omnia refecta sunt per beatā virginē) non intelligitur respectu operis redemptionis quæ solū christi passione peracta est, sed respectu ministerii quod in cōceptione & partu redemptoris ipsa gessit, cuius rōne recta per eā illuminatus, & refectus mundus dicitur. Vnde Albert. magnus & singulariter deuotissimus virginis in libro illo mirabili quē de laudibus eiusdem sanctissimæ uirginis ędidit, declarans qualiter Deus opus recreationis secūdū genus causæ efficientis eidem virgini cōicauerit, ita dicit. Beata uirgo causa efficiens nostræ regenerationis post deum, sub deo, & cum deo fuit, quia ipsa nobis illum genuit qui nos omnes regenerauit, & vt ipsum gigneret suis virtutibus de congruo promeruit. Hæc Alber. Præter quē modū assignare non possumus vnde recte dicatur ꝙ christus cum beata virgine mundū refecerit. Tū. 1. quia cum carne de virgine sumpta completum fuit redēptionis mysterium. Tum. 2. quia socia fuit & ministra vitæ & itineris saluatoris vsqꝫ ad ipsam immolatiōis horam. De quo beatus Augustinus in sermone de assumptione ita dicit. Mariā si quidē & operis exhibitione & fidei veritate ministrā christi fuisse intelligit omnis qui sane sapit. Operę certe ministrauit quia hūc in vtero gessit, partuqꝫ perfusum aluit & fouit, in pręsepio reclinauit: in ægyptum fugiens abscondit: & omnem eius infantiā prosecuta est piæ matris affectu, ita ut vsqꝫ ad crucem in qua iam virum perfectū uidit pendentem, ab eius non recessit consectatu. Hæc Augustinus. Cuius ministerium sancta ecclesia commemorasse videtur, de ea illud cantans: Ecclesiastici 24. In habitatione sancta coram ipso ministraui.

Alber. Augu.

ℭ In quo respondetur vndecimæ & duodecimæ, rationibus exaduero. Cap. 26.

PRO 11. principaliter exaduerso arguitur. Ex eo quod beatus Anselmus in sermone superius nominato dicit ꝙ beata virgo est mater rerum creatarum, & ꝙ est mater restitutionis omnium. Ex quo elicitur exaduerso ꝙ non fuerit ei opus recreatio. ℭ Ad ista duo patet responsio ex dictis, negando. s. consequentiam: cuius ratio superius sæpissime in similibus argumentis data est. Non enim videtur dicenda beatissima virgo maria mater rerum creatarum & restitutionis omnium sub ea intelligentia quæ exaduerso datur. Videlicet ꝙ fuerit unum vniuersale primum principiū restitutionis omnium cum christo, sed eo modo quo dictum est superius. Quam intelligentiam etiam ipsemet dat Anselmus in loco prȩallegato. Videlicet ꝙ mater est eius qui cuncta recreauit & restituit. Vnde Anselmus post prædicta ver

Ansel. Ansel.

ba dicit sic. Deus enim genuit illum per quem omnia sunt facta: & Maria peperit illum per quem cuncta sunt saluata. Deus genuit illum sine quo nihil poenitus est, & Maria peperit illū sine quo omnino nihil bene est. Et infra. Sicut enim o domina deus genuit illum a quo omnia viuunt, sic tu, o flos uirginitatis genuisti eum per quem & mortua reuiuunt. Et sicut deus per filium suum beatos angelos a peccato seruauit, ita o tu decus puritatis per filium tuū miseros hoies ex peccato saluasti. Quemadmodum enim dei filius est beatitudo iustorum sic & tua salua foecunditate filius tuus est reconciliatio peccatorum. Non enim est reconciliatio nisi quam tu casta concepisti. Non est iustificatio: nisi quam tu integra in utero fouisti. Non est salus nisi quam tu virgo peperisti. Ergo o domina mater es iustificationis & iustificatorū. Genitrix reconciliationis & reconciliatorum. Parens es salutis & saluatorum. O beata fiducia. O tutum refugium: mater dei, est mater nostra: mater inq̄ eius qui solus saluat, solus damnat: est mater nostra. Hæc omnia Anselmus. Vbi liquidi apparet quis fuerit sensus & intellectus beati Anselmi in allegatis auctoritatibus in quibus ait, ꝙ beata virgo fuerit mater rerum creatarum: & mater restitutionis omniū. Patet etiam q̄ aliena sit ab intentione Anselmi intelligentia quæ capitur exaduerso de auctoritatibus suis. Quia manifestum est vniuersas consequentias exaduerso fundatas in præfatis auctoritatibus nullis subsistere viribus.

¶ In quo respondetur tertiæ decimæ. 14. & 15. rationibus exaduerso. Cap. 27.

CONSEQVENTER. 13. 14. & 15. arguitur ex auctoritate illa pauli ad Ephe. 5. vbi ita ait. Viri diligite vxores vestras sicut & xp̄s dilexit ecclesiā & tradidit semetipsum pro ea, vt ipsam sanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam nō habentē maculam aut rugam aut aliud huiusmodi sed vt sit sancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui vxorem suam diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnq̄ carnem suam odio habuit sed nutrit & fouet eā, sicut & xp̄s ecclesiam: quia mēbra sumus corpis eius de carne & ossibus eius. Propter hoc relinquet homo pr̄em & mr̄em & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc magnū est: ego aūt dico in xp̄o & in ecclesia. Verūtn̄ & vos singuli vnusquisq; suam vxorē sicut seipsum diligat. Ex ista auctoritate manifeste patent tria (vt dr̄ exaduerso) ex quibus formātur tria arg. Primū ꝙ qlibet hō dēt diligere uxorē suā sicut seipm. Constat aūt ꝙ beata virgo est sponsa xp̄i, ergo xp̄s dilexit eam summe possibilī & decēti modo dilectionis quali seipsum diligit. Manifestum est aūt ꝙ sic dilexit se, ꝙ se a peccato præseruauit. Constat aūt ꝙ qui pōt præseruare vxorem suam ne in culpam cadat, & non præseruat, non sicut seipsum diligit eam. Hæc exaduerso. ¶ Ad istā rōnem respondetur ꝙ non procedit. propter quatuor. Primo quidē, quia pariter argueretur ꝙ oēs fideles quorum congregatio dicitur ecclesia vniuersalis quæ est sponsa xp̄i, fuissent a deo p̄seruati ne originale contraxissent peccatū qd̄ fidei nr̄e regula nō admittit. Tū 2. quia p̄supponitur unū falsum videlicet ꝙ btā virgo maria pro tēpore siue momēto cōceptiōis suæ, pro quo de ea ad præsens fit sermo, fuerit sponsa seu vxor xp̄i: ꝙ si dicatur hoc non præsupponi, tūc ratio non est ad propositum. ¶ Tum 3. quia dato ꝙ illud preceptum. Vnusquisq; diligat vxorem suam sicut seipsum respiceret christum, non est bo-

na cōsequētia quæ fit exaduerso. Videlicet. Quilibet homo debet diligere vxorem suam sicut seipsum: sed beata virgo est sponsa christi: ergo christus dilexit eā summe possibili & decenti modo, immo videtur implicari fallacia figurę dictionis. Videtur enim fieri mutatio prędicati mutando quale inquantum. Quanq̄ enim quilibet proximus teneatur diligere proximum sicut seipsum (vt dicitur Mat. 22) non tamē tenetur diligere summe possibili modo quali seipsum diligit: immo ordo charitatis hic exposcere videtur, vt homo seipsum plus diligat q̄ alterum, scilicet proximū. vt dicunt doctores. Tum. 4. quia si rō ista procederet, argueretur eadem forma & virtute argumenti, ꝙ sicut christus se ita dilexit vt conciperetur de spiritu sancto, & nasceretur de virgine, & humanitas eius vniretur verbo ypostaticę, & sic de aliis prerogatiuis suis, ꝙ simili dilectionis modo christus dilexisset vxorem suam. Quod minus bene dictum esset.

¶ Argumentum exaduerso. 14. ad idem soluitur. Cap. 28.

AETERVM. 2. arguebatur sic ex præfata auctoritate pauli. Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Constat autem ex testimonio Augustini ꝙ caro virginis est caro filii. Sed si beata virgo contraxit originale peccatū, christus habuit eā aliquādo odio, quod est contra doctrinā præfatam apostoli, ꝙ nemo vnquā carnē suā odio habuit. Pręterea, inquit, ꝙ christus habuerit aliquādo odio hanc virginē carnem suā, manifeste repugnat euidentię rōnis. Ad istā rationem respondetur ꝙ nō procedit, aliis quatuor rationibus. Tum. 1. quia idem argueretur de ecclesia quę hic dicitur vna caro cum christo ab apostolo, Nam in fine auctoritatis cum dicitur erunt duo in carne una, sequitur. Sacramentū hoc magnū est in xp̄o & in ecclesia. Vbi Glo. ita dicit. Vna vtiq; caro sunt xp̄s & ecclīa. Et tū dicere ecclesiā nū q̄ subiacuisse peccato aut culpę, sicut infra probabitur, nedū est contradicere sacrę scripturæ, sed totam labefactare christianam fidē. Tum 2. quia pro tempore conceptionis passiuę beatę virginis de qua loquimur, cum nondum formata esset caro christi non fuit eo modo vnita carni virginis quo hic apostolus loquitur, dicens ꝙ caro vxoris est caro viri. Et ita argumenta ista in nullo videtur ad propositum facere arguentis. Tum 3. quia ex hoc ꝙ beata virgo concepta fuisse dicitur in originali peccato. nō sequitur propter hoc ꝙ christus eam odio habuerit, eo modo loquendo de odio sicut apostolus loquitur hic dicens. Nemo carnem suam odio habuit. Verū quia arguens videtur loqui de odio dei sicut de odio hominū, est hic notādū) sicut inferius dicetur vbi dabūtur respōsa aliis rationibus factis exaduerso) ꝙ paruulus obnoxius originali peccato, non dicitur odio a deo haberi ita ꝙ deus affectum odii ad eum habeat sicut homo ad hominem: quia deus cum essentialiter charitas sit. 1. Io. 4. odiū hoc modo non cadit in deum. Cæterū nec ita dicitur odio haberi ꝙ sit exclusus a dilectione dei homo quia deus omnia quæ sunt diligit, & nihil odit eorum quæ fecit sapien. 11. Sed pro tāto dr̄ odio hēri, quia pro illo statu rōne peccati originalis cōtracti nascitur separatus & seclusus non solum secundum rem, sed etiam secundum causam a participatione vltima & completissima diuinæ bonitatis quæ consistit in visione diuinæ essentiæ. Vnde illos dicitur deus simpliciter diligere quos admittit ad dictam visionem, vel secundum rem vel secundum causam, sicut fit in illis quibus dedit spiritum sanctum quasi pignus illius uisionis, Cum autē hac participatione diuinę bonitatis fuerit primus homo priuatus cum tota sua posterita

te per peccatum: inde est ꝙ omnis homo ab Adam descendens, qui in eo fuit cū peccauit secundum seminalem rationem, dicitur (antequam gratiam suscipiat per baptismi sacramentum, aut per sanctificationem in vtero) esse hoc modo in odio dei. Quod odium cum in paruulo non propriis demeritis acquisitum, sed conditione corruptæ originis quadam necessitate contractū sit, non est impu-tandum ei ad vituperium si ipse secundum se consyderetur, vt superius dictū fuit in 2. capi. cum de quodquid est peccati originalis sermo fieret. Quare de bea-ta virgine pro mensura conceptionis suæ, admittere ꝙ fuerit aliquid deo displi-cibile aut odibile, non solū non repugnare rationi, dicūt doctores quorum rela-tor sum, verum etiam oportere ita dicere iuxta sacræ scripturæ, & sanctorum doctorum sententias: & iuxta rationem in lumine fidei fundatam. Sicut ex infe-rius dicendis manifestum fiet.

¶ Ex verbo apostoli ibidem sacramentum magnum est &c. Sumptū. 15. argumen. ex aduerso soluitur. Cap. 29.

TERTIO ex prædicta auctoritate apostoli Pauli in ea parte in qua dicit sacramentum hoc magnum est in christo & in ecclesia, colligebatur ꝙ nedum ecclesia uniuersalis erat mater omniū fidelium filiorum dei, sed etiam ipsa beata virgo mater erat dicenda omniū fidelium. Ex qua suppositione arguitur, sic. Ex hoc ꝙ ecclesia est sponsa christi & mater omnium fidelium iuxta doctrinam apostoli dicitur esse sancta & imma-culata non habēs maculam nec rugam aut aliud huiusmodi. igitur uidetur hęc similiter competere beatę virgini sponsę christi & matri omnium filiorum dei. Ad istam rationem (quia ad longum superius dictum est) pro nunc hoc sufficiat dicere ꝙ argumentū nō videtur procedere. Tum primo. quia pro tempore con ceptionis suę passiue, beata virgo sicut nec fuit sponsa aut vxor actu christi, ita nec actu mater filiorum dei. Tum secundo, quia ratio non habet apparentiam de macula quæ sola originis conditione contrahitur. Mundum enim esse a pri-ma macula, scilicet actualis peccati, concessum est beatissimæ virgini tanquam singularissimæ ac specialissimæ sponsę christi. quod nulli sanctorum de ecclesia creditur esse donatum. Mundicia vero a secūda macula, scilicet originali in con ceptione, sponsus sibi soli reseruauit, sicut & singularem conceptionis modum. Non enim concessit sponsę concipi sine virili semine, per quod cōtrahitur cul-pa originalis: sed hoc sibi soli reseruauit, quia sibi soli tanquam redemptori, ac regeneratori filiorum gratię inter quos sponsa etiam computatur, reseruaturus, erat hanc prerogatiuam puritatis, sicut superius patuit ex glosis sanctorum. Ra tione cuius singularis prerogatiuæ appellatus est christus a propheta speciosus præ filiis hominum. Hoc enim sponsi proprium videtur esse, nunquam scilicet fuisse sub macula. Ecclesia autem christi sponsa, licet sine macula dicatur esse, hoc tamen est per purificationem, & mundificationem factam a peccatis quam rece-pit a sponso suo christo, sicut dicit apostolus in auctoritate allegata cum ait. Christus dilexit ecclesiam & tradidit semetipsum pro ea vt illā sanctificaret mun dans (Glosa a peccatis) lauacro aquę in verbo vitę. Vnde Ber. in sermone. 6. Glo. apparitionis qui incipit. In operibus domini, de hoc ita loquitur. Omnes enim Bernar. nos ad spirituales nuptias vocati sumus, in quibus vtiq̃ sponsus est dominus Iesus christus. Vnde canimus in psalmos. & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Sponsa uero nos sumus si non nobis videatur incredibile. & om-

nes simul vna sponsa, & animæ singulorum, quasi singulę sponsæ. Sed quando hæc poterit sentire fragilitas nostra de deo suo, ꝙ eo affectu nos diligat quo diligitur sponsa a sponso? Multum enim hęc sponsa suo sponso inferior genere, inferior specie, inferior dignitate. Attamē propter ęthiopissam hanc de longinquo filius regis aduenit, & vt sibi desponsaret illam etiam pro illa mori non timuit. Moyses quidem ęthiopissam duxit vxorem, sed non potuit æthiopissæ mutasse colorem. Christus vero quam adamauit ignobilem & adhuc foedam, gloriosam sibi exhibebit ecclesiam non habentem maculam neque rugam. Hæc Ber. Item idem in sermone 3. Ioannis baptistę. qui incipit. Sic procul ab his, de Christo sponso & de ecclesia sua sponsa loquens, ita ait. Quia sponsus, nisi amicos habere non nouit. Et licet velit gloriosam sponsam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi: non tamen quęrit talem illam inuenire, sed talem ipse potius facit, talem sibi exhibet ipse. Audi denique quid dicat per prophetam. Vulgo dicitur. Nunquid mulier si fornicata fuerit cum alio viro, reuertetur ad virum suum priorem? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, reuertere tamen ad me, et ego suscipiam te. hęc ille. Et Augustinus in sermone de incarnatione domini qui incipit. Multam nobis fratres &c. Dicit sic. Nullo itaque modo uirginitatem suę matris nascendo christus ademit qui ecclesiam suam de fornicatione dęmonum redimendo virginem fecit. Hæc Augustinus. Ex quibus omnibus patet non sponsę sed solius sponsi hanc prærogatiuam esse, nunquam alicui maculæ extitisse subiectum. Bernar. August.

¶ In quo respondetur sextæ decimæ rationi exaduerso. Cap. 30.

PRAETEREA. 16. arguitur, exaduerso, ex quadam suppositione quam magister proponens imaginatur. in 6. excellentia, quam virginem mariam dicit super ecclesiam possidere. Supponitur autem ꝙ beata virgo non sit subiecta christo, secundum humanitatē loquendo, sicut ecclesia dicitur ei subiecta cuius verba formaliter sunt quæ sequuntur. Sexto ecclesia dicitur subiecta christo secundum apostolum ad Ephe. 5. Mulieres viris suis subditę sint sicut domino; quoniam vir caput est mulieris, sicut christus caput est ecclesiæ. Ipse saluator est corporis eius, Sed sicut ecclesia subiecta est christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Vtrum vero beata virgo christo subiecta dicatur, merito est videndum; & loquimur (inquit) de christo secundum humanitatem. Nam de subiectione secundum diuinitatem nulli dubium esse dicitur. Probans vero ꝙ non sit subiecta christo prosequitur sic. Videtur autem ꝙ non sit subiecta: quia repugnat euidentię rationis ꝙ sponsa ponatur sub pedibus sponsi: beata autem virgo est sponsa christi: & sic non videtur ad pedes eius subiecta esse. Item quia mater non videtur subiicienda esse pedibus filii. Item quia sponsa & mater alicuius non est computāda inter inimicos illius. Item dicitur in psal. 44 de beata virgine. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. etc. Ex qua suppositione & prærogatiua consequenter arguitur exaduerso ꝙ si ab illa generalitate subiectionis quæ omnibus creaturis videtur competere excipitur beata virgo, rationabilius videtur dicendum ꝙ eximatur ab illius subiectionis uinculo quo dicitur, omnes in Adam peccauerunt. ¶ Ad istam rationem respondetur, negando suppositionem illam in qua dicitur ꝙ virgo maria habeat super ecclesiam hanc prærogatiuam vt non sit subiecta christo secundum humanitatem. quæ suppositio quia mihi videtur (saluo meliori consilio. Error exaduerso.

tio) aliena a fide quam sancta ecclesia catholica de suo saluatore deo & homine Iesu xpo dño nro confitetur, ut sacrũ cõciliũ sub hac assertiõe materiã hẽat deliberandi, Duo faciã. Primo auctoritatibus & rõnibus ostendã illã falsam esse. 2. rñdebo rõnibus in oppositum. Primo quidẽ suppositio vr̃ contrariari scripturæ prophetæ dicentis. psal. 8. de xpo. Oia subiecisti sub pedibus eius. Secundo scripturæ apostoli dicentis. 1. Cor. 5. Oportet aũt xp̃m regnare donec ponat oẽs inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Oia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autẽ fuerint omnia ei subiecta, tũc & ipse filius erit subiectus illi qui sibi subiecit omnia, vt sit deus oia in oibus. In quibus verbis planũ est ꝙ loquitur de xpo scdm humanitatẽ. Tertio repugnare vr̃ scripturæ eiusdem apostoli ad Hebr. 2. ita dicentis. Minuisti eũ paulominus ab angelis. Glos.

Glos. quia mortalis & passibilis gloria & honore coronasti eũ: & cõstituisti eũ sup opera

Glo. manuũ tuarũ. Glo. Ecce potestas xp̃i ostẽditur. Vt enim ab opere dñi nihil excipitur, ita nec a christi ptãte. Et quia non solũ constitutus est super opera ut dignior, sed etiã vt dñs, sequitur (sub pedibus eius) Glos. i. potestate eius & dñio, vt

Glo. adorent & reuereantur. Posset enim superior esse, & tñ non omnibus dñari. Ideo ait omnia subiecisti sub pedibus eius. Glo. Nulla enim creatura erit ei non subie

Glos. cta, cui primates, & ut ita dicam spiritus subiiciuntur. Sequitur in textu. In eo autem ꝙ subiecit ei omnia, Glo. id est subiecta ei ostendit omnia, nihil dimisit non

Glo. subiectum. Glo. nihil excepit de omnibus. Dum enim dicit omnia, nec terrena ex

Glos. cipit nec cœlestia.

ℭ Rationes exaduerso ad præfatas auctoritates confutantur Cap. 31.

SED ad istas auctoritates respondetur exaduerso. Primo ꝙ quia euidentia rationis repugnat, ideo beata virgo non includitur sub ista vniuersalitate, quia scriptura circa hoc (qd non facit de omnibus aliis) aliquid speciale cõmemorat. Vnde quia expresse dicit, ꝙ Astitit a dextris christi, videtur ꝙ nõ dicatur sub pedibus eius. Hoc enim ecclesiæ nõ dicitur competere. Sed hęc respõsio nulla est. Et primo prima. Tum quia falsum præsupponit, scilicet ꝙ euidentia rõnis repugnet dicere beatã virginem annumerari inter subiectos dño & saluatori nostro regi regum & dño dominãtium Iesu christo. Immo euidentissimæ assignabuntur rõnes in petra xp̃ianæ fidei fundatę, ꝙ hoc sit necesse confiteri. Tum quia sequeretur ꝙ scriptura præfata falsa esset, quæ nõ solũ dicit ꝙ oia subiecta sunt ei, sed addit, ꝙ nihil dimisit non subiectũ ei.

Glos. Vbi Glo. ordinaria dicit. Nihil excepit de oibus. Dũ enim dicit oia, nec terrena excipit nec cœlestia. Hæc ibi. Et ita apparet ꝙ solutio illa prima apparentiã non habet. ℭ Secũda solutio etiã non satisfacit, tum quia falsum innuit. videlicet ꝙ scriptura dicens, astitit regina a dextris tuis, ad literam non dicatur, de ipsa ecclesia, sed de beata virgine. Cuius oppositum patet, ex circunstantia literæ, & ex Glo.

Glo. ordinaria, & ex Nicolao de lira. Glo. enim ordinaria ita habet. Hic propheta ab

Nico. de Lira. vxore cõmendat sponsum, quasi dicens. Tu talis es, & sponsa talis. Astitit nõ timore curua, sed spe erecta (regina) quę sub rege regit. s. sponsa ecclesia (a dextris tuis) id est in æternis, Nicolaus vero de lira expositor sensus literalis bibliæ, ita dicit ibi. Astitit regina. i. ecclesia christi spõsa a dextris tuis. i. in potioribus bonis tuis. Quod patet de triumphante, quæ est cum christo in bonis cœlestis gloriæ. Similiter de militante, quæ astat ipsi christo in bonis gratię: quæ sunt maxima bona. Hęc ille. Tum secundo quia cum astare a dextris dei iuxta expositionem da

tam, & iuxta illud Matt. 25. statuet oues a dextris, non importat differentiam situs: sed quandam possessioné potiorũ bonorũ. Vnde Augu. in lib. de agone christiano ait. Dextra patris, est beatitudo perpetua quæ sanctis datur. Vnde non videtur ꝙ stare a dextris dei modo predicto repugnet huic quod est esse subiectũ pedibus xpi. Vnde de xpo dicimus iuxta apostolũ. 1. cor. 15. ꝙ est subiectus pri qui oia subiecit ei. & tñ de eo dr in psal. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Et apostolus ad heb. 1. Sedet ad dexterá maiestatis in excelsis. Et ita patet ꝙ solutióes datę exaduerso ad auctoritates apostolicas dicentes oés creaturas cœlestes & terrestres sine quacunque exceptione subiectas esse christo etiá secundum humanitaté, nullæ sint. imo uideantur periculosę, & xpi honori & glię eius nimis ṗiudiciales. August.

¶ In quo confutatur error proponẽtis exaduerso, dicentis ꝙ beata virgo nõ fuerit subiecta christo secundum humanitatem. Cap. 32.

AETERVM anteq̃ vlterius procedamus ostendũ est pluribus rõnibus, ꝙ necessariũ sit cõfiteri secundum fidé catholicá ꝙ beata virgo subiecta fuerit xpo etiam secundum humanitaté. Prima rõ accipitur ex parte propinquitatis ad primũ principiũ. sic. Quãto enim natura creata est propinquior ipsi primo principio, tanto est cæteris sublimior, sicut patet. Corpora enim cœlestia præsunt quodãmodo ipsis gñabilibus et corruptibilibus, & ista gñabilia & corruptibilia sunt eis subiecta. Propter hoc dr primo metheo. ꝙ elementa contiguantur superioribus lationibus, vt oís virtus eorũ gubernetur inde. Quod aũt ista inferiora magis distent a primo principio, patet per philosophum. 2. de generatione. ubi dicit, ꝙ ista inferiora, corruptibilia sunt propter longe distare. Patet ergo assumpta propositio in corporalibus. s. quanto aliqua sunt propinquiora primo principio, tãto sunt eis alia magis subiecta. Eadem rõne natura angelica præest ipsis corporalibus secundũ ꝙ dicit Aug. primo de Trinita. Nunc aũt ita est ꝙ natura humana in christo est deo propinquior beata virgine quia coniuncta est ipsi deo non solum per vnioné operationis beatificę sicut & cæteri beati, sed secundum esse hypostaticum, quia in vnitate suppositi, ergo & beata virgo & tota natura angelica, & per consequens omnia alia, christi humanitati subiecta sunt. ¶ Secunda ratio accipitur ex ratione capitis, sic. In omni corpore bene ordinato omnia membra subiecta sunt capiti. Caput enim non solũ perfectione & uirtute præstantius est cæteris mẽbris, verũ etiá sublimius altitudine situs. Sed xp̃s est etiá secundũ humanitatem caput totius ecclesiæ in qua includitur ipsa virgo Maria tanquam vnũ ecclesiæ membrũ. Quis enim tam alienus a fide vt xp̃m diceret non esse caput virginis benedictæ? Ergo sequitur ꝙ virgo maria subiecta sit christo etiá secundum humanitatem sicut capiti suo. Hanc rationem videtur facere apost. ad Ephe. primo capitu. ita dicens. Et omnia subiecit sub pedibus eius. Glo. 1. sub humanitate eius: quæ significatur per pedes, quia sicut pes est inferior pars corporis, ita in christo inferior natura est humanitas, etiam quam angeli adorant, & ipsi homini christo omnia subsunt. Sequitur autem ratio apostoli & Glosæ. 1. quia ipsum dedit caput super ecclesiam quæ est corpus eius. ¶ Tertia ratio sumitur ex dignitate ierarchiæ, sic. In omni ierarchico principatu subiiciuntur omnia superiori illius principatus, cum totius subiectionis resolutio sit ad supremum illius ordinis. Sed christus est totius ierarchię in qua virgo maria includitur princeps supremus. dicente apostolo ad Col. 2. qui est caput omnis principatus & ṗtãtis.

August. Glos. Glos.

Ergo necessario cõfitendum est ꝙ beata virgo & omnes angeli ac sancti subiiciũtur christo etiã secundum humanitatẽ. Hanc rationem videtur tangere apostolus ad Ephe. 1. capit. Qui credidimus secundũ operationem virtutis eius quã operatus est in christo suscitans eum a mortuis, & constituens illum ad dextram suam in cœlestibus supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem; & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro. Glo. 1. super omne nominabile quod iam scitur, vel in futuro scietur.

Glo.

¶ Quarta rõ summitur ex parte meriti suæ passionis, quod fuit quasi infinitæ efficaciæ ratione suppositi: quia actiones sunt suppositorum. Et ideo licet natura humana esset ratio tollerandi passionem & merendi: illud tamen meritũ erat suppositi diuini. Nunc autem ita est ꝙ per illam passionem meruit suam exaltationem; & per consequens meruit exaltari super omnem creaturam & super beatam virginem. Hanc autem rationem apostolus tangit ad philip. 2. Humiliauit autem semetipsum factus obediens vsq ad mortem, mortem autẽ crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ quod est supra omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genus flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.

¶ Quinta ratio sumitur ex parte status futuræ beatitudinis quæ respicit ordinem gratiæ magis q̃ naturæ, sic. Vbi est gratia maior, ibi est per consequens dignitatis excellentia maior, & superioritas sublimior. Sed in christo secũdum humanitatem fuit & est gratia maior & copiosior q̃ in beata virgine: et q̃ in ea & in omnibus sanctis simul, non solum gratia vnionis sed personę singularis: secũdum ꝙ dicitur. Io. 3. ꝙ spiritus datus est ei non ad mensuram. Ergo sequitur ꝙ beata virgo & omnia alia sunt ei inferiora & subiecta. Hanc rationem tangit beatus Ioan. in cap. 1. sui euangelii dicens. Vidimus eum quasi vnigenitũ a patre plenum gratiæ & veritatis. Vnigenitum dicit: quia ipse solus est naturalis filius & principalis, omnes autem alii sunt tantum adoptiui, & per participationem dicti, & per consequens ei subiecti. ¶ Sexta ratio sumitur ex ordine quem sortiuntur corpora ex ordine ad beatitudinem & nobilitatem animarũ: & est ratio sancti Thomæ in 3. parte ad probandum ꝙ corpus christi ascenderit super omnem creaturam corporalem sic. Tãto alicui debetur altior locus, quanto est nobilius, siue debeatur ei locus ratione contactus corporalis, sicut in corporalibus, siue per modum contactus spiritualis sicut in substantiis spiritualibus. Sed corpus christi licet consyderando conditionem naturæ corporeæ sit infra spirituales substantias, cõsyderando tamẽ dignitatem vnionis qua est personaliter deo coniunctum excellit dignitatem omnium creatarum substantiarum, spiritualiũ & corporaliũ. Et ideo secundũ prædictę congruentiæ rationẽ debetur sibi locus altior vltra omnem creaturã etiam spiritualẽ. Vnde etiam dicit Gregorius in omelia ascensionis ꝙ qui fecerat omnia, super omnia sua, virtute ferebatur. Et hęc de primo in quo ostendendum erat, dicere ꝙ beata virgo maria non esset subiecta christo secundum humanitatem, non videtur fidei christianæ religionis consonum.

Thom.

Grego.

Error maxim⁹ ex aduerso.

¶ Soluuntur rationes ex aduerso factę in fauorẽ erroris ꝙ maria non sit subiecta christo secundum humanitatem. Cap. 33.

QVO habito ostendendum est iam in 2. loco ꝙ rationes ex aduerso nullam euidentiam habent. Non quidem prima in qua dicitur ꝙ repugnat euidentię rõnis ꝙ sponsa ponatur sub pedibus sponsi. Quod

autem in hac ratione nulla sit euidentia sed fortassis magis caligo. patet. Tum 1. quia si ita esset, contra euidentiam rõnis non dixisset apostolus de ecclesia christi sponsa ad Ephe. 5. ꝙ est subiecta christo. Tum. 2. quia aut nulla anima sancta diceretur sponsa christi, aut nulla esset subiecta pedibus christi. Quorum utrunque non bene sonaret in auribus catholicis. Tum 3. quia capiendo per pedes christi id quod sacra scriptura intelligit, videlicet potestatem & dominium, non est contra rationem spõsę subiici pedibus sponsi, immo de institutione diuina naturali & apostolica est. Diuina quidem Gen. 3. vbi mulieri dicitur sub viri potestate eris. Vbi dicit Nicolaus de lira ꝙ si non peccasset etiam fuisset sub viro, sed reuerentia quadam & amore. Post peccatum vero timore, & seruitute quadam. Vnde ait. Et ipse dominabitur tui. Naturali vero institutione, hoc etiam patet. Quoniam naturali ordine minus perfectum in eodẽ genere subiectum est magis perfecto: & regibile & regulabile veluti suæ regulæ & rectori vt corpus capiti. De quo est manifeste doctrina Aristo. 1. politico. Qua ratione vtitur apostolus ad ephe. 5. dicens. Mulieres viris suis subditę sint sicut dominis, quoniã vir caput est mulieris. i. rector. Vbi Glo. ita dicit. sicut Sarra subiecta erat viro quem dñminũ vocabat Abraham. Et bene vtiq; dicuntur esse subditæ, quoniam vir caput est mulieris, id est rector eius. Vnde Augusti. lib. 1. de nuptiis & concupiscen. dicit. Nec dubitari potest naturali ordine viros potius fœminis, q̃ viris fœminas principari. Quod seruans apostolus ait. Caput mulieris vir, & mulieres subditę estote viris vestris. Hęc Augustinus. Apostolica pręterea etiam institutione hoc patet. Vnde beatus petrus in principio. 3. cap. primæ epistolæ canonicæ suæ ita inquit. Mulieres subditę sint viris suis. Cui concordat paulus ad colo. 3. Mulieres subditę estote viris sicut oportet in domino. Tum. 4. quia prima ratio exaduerso, ad propositum facere non videtur. Quoniam & si illa ratio locũ haberet in matrimonio carnali vbi vxor est quasi viri socia, in cuius signum de latere viri formata est, non tamen in matrimonio spirituali vbi regi immortali deo & homini saluatori, nostra anima per fidei deuotionem desponsatur. Alia plane considerațio est habenda de desponsatione spirituali beatæ mariæ virginis & animarum sanctarum cũ christo, q̃ sit consyderatio exaduerso. ¶ Praeterea. ratio 2. quæ exaduerso fit. Videlicet ꝙ quia mater non videtur subiicienda pedibus filii, non habet apparentiam. Tum 1. quoniam non repugnat honori materno subiici filio in aliqua dignitate spirituali constituto. Quinimmo hoc ipsum manifestum est. Non dubium enim quin mater papę subiiciatur ei, & mater principis, potestati eius subiecta sit. Quanto minus ergo repugnabit honori materno virginis sacratissimæ ꝙ ipsa subiecta sit potestati & dominio summi sacerdotis, & papę iesu christi. In cuius fœmore scriptum est, rex regũ & dominus dominãtium. Apoc. 19. Parua plane videtur haberi consyderatio exaduerso ad excellẽtiam nostri saluatoris: in quo radix totius pręsentis laboris nostri videtur consistere. Quippe nõ ad communẽ mensuram filiorum aliarum fœminarum de eo sumendum est iudicium: cui nõ ad mensuram spiritus sanctus datus est. Ioan. 3. ¶ Cęterum 3. ratio non habet euidentiam qua dicitur. ꝙ sponsa & mater alicuius non est computanda inter inimicos illius, qui in superiori auctoritate apostoli ponendi dicti sunt sub pedibus eius. Tum primo quia (vt habetur ex auctoritatibus suprapositis) nedum inimici sed omnis creatura spiritualis & corporalis, pedibus eius subiecta est. licet aliter & aliter: quia boni voluntarię christo subiecti sunt, inimici vero coacti. Vnde licet beata virgo subiecta sit pedibus christi quibus etiam subiecti sunt inimici eius, in nullo derogatur dignitati eius, sicut

Nic. de lira.

Glo.

August.

In nullo derogatur reginæ ꝙ subiecta sit regi cui subiiciuntur etiam multi latro nes & hostes, siue quandoque pagani aut infideles. Tum secundo quia pari ratio ne argueretur, ꝙ beata virgo christo etiam secundum diuinitatem subiecta non esset, cum potestati dei vniuersi boni & mali, amici & inimici, beati & damnati, an geli & dęmones, & vniuersa creatura subdita est. Ex quibus apparet clarissima lu ce rationes, factas exaduerso ad fundandam istam nouellam assertionem ꝙ vir go maria non fuerit christo subiecta secundum humanitatem, nedum non euiden tes esse (vt asserebatur) sed penitus nullas, sed inconuenientibus plenas. Plane cre ditur ꝙ attributio huiusmodi laudis. videlicet subiici christo secũdum humanita tem displicibilis sit beatissimæ virgini, quæ subiecta creditur stare christo. Et ut sub exemplo dicamus, sicut luna soli a quo suscipit sui luminis claritatem, sicut terra cœlo, a quo suscipit omnium bonorum fœcunditatem: sicut membrum ca piti a quo immortalis vitę suscipit continuitatem; sicut regina regi a quo susci pit totius gloriæ suæ dignitatem, sicut mater filio, cuius sanguinis precio est re dempta, & cuius meritis totius beatitudinis suę coronam est consequuta.

¶ In quo respondetur 17. rationi exaduerso. Cap. 34.

d ECIMO septimo arguitur exaduerso ex septima excellentia quã beatissima virgo habere dicitur exaduerso super ecclesiam quæ est ꝙ v. b. nedum christi pedibus non sit subiecta, sed etiam ꝙ ipsi chri sto quodammodo principetur. Pro quo adducitur Ber. super mis

Bernar. sus est. tractans illud Luc. 2. & erat subditus illis. Vbi dicit sic. Quis, quibus? Deus hominibus. Deus enim cui angeli subditi sunt, erat subditus marię: nedum marię sed etiam Ioseph propter mariam. Mirare ergo vtrũ licet, & elige (quid amplius mireris an filii benignissimam dignationem, an matris excellentissimam digni tatem. Vtrumq; stupor, vtrumq; miraculum: & quod deus fœminę obtemperet, humilitas sine exemplo. Et ꝙ fœmina deo principetur, sublimitas sine socio. In laudibus virginum singulariter canitur ꝙ sequũtur agnum quocunq; ierit. Qui bus ergo laudibus iudicas dignam quæ etiam præit christum? Deus itaq; se humi liat & tu te exaltas? Deus hominibus se subdit, & tu dominari gestiens tuo te præ ponis auctori? Ecce ex ista auctoritate Bernardi (dicitur exaduerso) manifeste mõ stratur ꝙ beata virgo nedum non subiecta est pedibus christi, sed quodammodo illi principatur & ipsum præit. Quomodo ergo rationis intelligentia attingit deum subiectum esse quo ad perpetuam venerationem illi personę quę aliquan do fuit serua peccati? ¶ Ad istam rationem respondetur ꝙ non procedit. Tum primo quia pariter argueretur de Ioseph ꝙ pręseruatus fuerit a seruitute pecca ti, cui ioseph Christum fuisse subditum Lucas commemorat. d. Luc. 2. Et descen dit cum illis in Nazareth, & erat subditus illis, scilicet marię & ioseph. Intelligẽ tia ergo quæ attingit cum integritate fidei deum fuisse subditum ei; eiusq; extima ei filium, cuius nedum conceptio & natiuitas obnoxia fuit originali peccato, ve rum & vita actualibus culpis saltem venialibus respersa fuit? attingit etiam chri stum fuisse subditum matri, quæ licet in conceptione sua passiua conditionem il lam seruitutis peccati quæ communis est omnibus filiis Adæ origine contraxe rit; nihilominus tamen in vtero immediate ab ista seruitute diuinæ gratiæ mu

Bernar. nere est absoluta, ꝙ tanta (vt ait Ber.) sanctificationis copia donata, vt vitam ab

Bernar. omni peccato semper immunem seruaret. Tum 2. quia tam euangelistæ q̃ Ber nardi verba, solum ad tempus infantiæ christi referri videntur. Vnde loquitur

in præterito

in præterito,& erat subditus illis. Vnde non videtur arguendum ex hoc ꝙ nūc beata virgo non subiiciatur xpo. Vnde Beda in omelia ita ait. Descendit cum eis ad inferiora cōuersationis eorum: cœpitq; manere in, his quę illorum erāt, & erat eis pia dispensatione subiectus donec proficiente humilitatis magisterio quantum omnibus pręferendus esset agnosceretur. Tum 3. quia subiectio illa pietatis fuit & humilitatis, non autem necessitatis. ut Glo. ait: & ex auctoritate Bernardini superius posita aperte colligitur. Taliter enim christum subiectum fuisse matri & Ioseph, ac virginem ei principasse, in nullo derogat sublimitati & vniuersalitati regalis dominationis eius cui omnis creatura subiecta est & subdita, vnde Ambrosius. & habetur in Glo. continua. ita ait. Miramur si defert patri honorē qui subditus est matri. Ista subiectio non est necessitatis sed pietatis. Attollat licet caput hæreticus, & alienis auxiliis asserit eum (qui nititur) indigere. Nunquid & humano egebat auxilio, vt materno seruiret imperio? Deferebat ait ancillæ, deferebat simulato patri. Hæc. Ambrosius. Quare non videtur magnæ æstimationis habenda ratio, quæ ex hoc ꝙ beata virgo præibat christum infantulum aut paruulum, arguit ꝙ non fuerit christo subiecta, immo ꝙ ponat eū in gloria maiestatis sedentem. Vnde non videtur præsuppositum hoc (quod sæpe repetitur exaduerso) verum esse videlicet ꝙ virgo maria non sit subiecta christo secundum humanitatem: & ꝙ principetur ei. Quis enim vnquam audiuit talem ordinem a diuina sapientia institutum vt membrum capiti principetur, ancilla dn̄o, & redempta redemptori. In qua assertione non parum mirandum est ꝙ tam paruam cōsyderationem habeat de domino nostro Iesu christo magister exaduerso proponēs: vt nedum ab eius potestatis & dn̄i pedibus virginē benedictam subtrahat in quo non dubiū derogat vniuersalitati dn̄ii sui, vt ostensum est in antedictis, verum etiam eum principatui puræ creaturę subiiciat: in quo derogatur fidei quam ecclesia tenet de principatu christi. Vnde illi articulo fidei contradicere, vr̄ directę in quo sancta mater ecclesia cantat. Ascendit ad cœlū, & sedet a dextris dei. Quod dupliciter exponitur. a doctoribus sanctis. vt patet in Glo. Ro. 8. & ad Heb. 1. Primo quidem de christo secūdū diuinitatem, sic. Sedet &c. ad ęqualitatem patris. Secūdum vero humanitatem, sic. Sedet a dextris dei. i. in potioribus bonis dei. Manifestum est autem ꝙ si christo secundū humanitatem beata virgo principatur, ꝙ ipse secundū humanitatē non potitur bonis dei in honore & principatu super omnes sanctos & sanctas, quod tamen videtur, in fide illius articuli includi. ¶ Ex quibus clarissima luce notum est vniuersas rationes quæ exaduerso inductæ sunt, ad ostendendum ꝙ in propositionibus in quibus cum dictione exclusiua siue exceptiua christus dicitur immunis ab originali peccato, beata uirgo non excipi intelligatur, sed simul concurrere censeatur cū christo, nullis subsistere viribus, & per consequens argumentationis processus pro quæstione eorum doctorum quorum relator sum fundatus in auctoritatibus superius positis, dicētibus ꝙ solus christus in conceptione sua immunis fuerit ab originali peccato, in suo robore maneat firmissimus. ¶ Ad auctoritates autē allegatas exaduerso, inferius respondebitur. Vbi iterum eas proponens plenissime repetit: in quo loco ad omnes auctoritates exaduerso deductas simul dabuntur responsa, ubi (diuinæ virtutis luce assistente), ostendetur clarissime nullam earum facere ad propositum allegantis. Multa alia tacta sunt in processu rationum præfatarum exaduerso: quæ licet faciliter ostendi poterant paruæ auctoritatis esse, nihilominus ab eis supersedere decreui. Tum quia eorum multa in nullo ad propositum materiæ nostræ pertinere videbantur,

Beda.

Ambr. Glos.

Glos.

Tum.2.quia cum eorum multa sine ratione,sine auctoritate dicta esse videatur, nullum grauem virum per ea commouendum arbitratus sum. Et eos maxime qui causarum fidei pro summa eorum sapientia iudicii cathedram regendam habent,quorum prudentiæ est ea quę fidei materiam respiciunt non leuiter & perfunctorie, sed cum pondere & maturita te maxima discutere & examinare.

¶ Non fuisse beatā virginē post ascensionem christi summo pontifici subiectam contrariatur fidei. Cap. 35.

VERUM quod proponens exaduerso ex 6.differentia quam ponit inter beatā virginē & ecclesiā, elicere videtur. Videlicet ꝙ beata virgo post ascensionem saluatoris nostri non est subiecta petro summo pontifici,quo modo omnes alii fideles. Quia (ut ait) christus respectu ipsius specialem fecit cōmissionem Ioāni Euangelistę. Videat sancta synodus an sit assertio hæc admittenda. Plane consyderandū esset, an hæc assertio contradicat institutioni diuinæ & sacræ scripturæ ac etiam vnitati ecclesiæ. Quod prima facie videtur. Institutioni quidem diuinæ videtur contradicere, qua instituit christus,vt in ecclesia esset vnum ouile & vnus pastor.Io.10.Huic autem institutioni contradicitur si Petrus qui pastor fuit cæterorum filiorū fidelium non fuerit pastor beatæ virginis,sed aliquis alius. Scripturæ vero videtur contradicere, vbi dominus ait.Simon diligis me,pasce oues meas. In quo loco vniuersæ oues christi Petro commisse intelliguntur. Unde Ber.in lib. de consyderatione ad Eugenium papam.pertractans prædictū verbum.ita inquit. Si me (inquit)amas Petre pasce oues meas,non istius uel illius populi ciuitatis aut regionis aut certe regni, oues(inquit)meas,cui plane patet nō designasse aliquas, sed assignasse omnes, vbi nihil excipitur, Hęc Ber.Cum autem beatissima virgo fuerit ouis christi,necessario uidetur ꝙ petro tanꝗ ecclesiæ pastori commissa fuerit.Nec obstat quod dicitur exaduerso,ꝙ commissa fuerit beato Ioanni.quia nō videtur fuisse commissa ei sicut pastori suo sed sicut seruitori. Accepit eam enim ex tunc (dicit euangelium)in suā.i.curam(ut dicit Beda)aut in sua,scilicet obsequia, vt dicit Augustinus.Item act.1,legitur ꝙ apostoli erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & maria matre Iesu christi & fratribus eius. Et quod illis diebus surgens Petrus in medio fratrum dixit &c.Ubi glo.ita ait. Pastor pro ouibus loquitur.Ex qua Glo.vř,ꝙ totius illius cōgregationis in qua connumerabatur beata virgo,pastor erat:& ita superior auctoritate prælationis Tertio uidetur etiam vnitati ecclesiæ contradicere de qua in symbolo credere oportet vnam sanctā ecclesiam.Ad unitatem autem ecclesię hoc videtur pertinere,vt omnia membra ecclesiæ ad vnū caput non solū inuisibile,sed etiam visibile,& conuersatione coniunctum corpori,habeant ordinē & relationem: sicut vnitas exercitus capitur ex vnitate totius multitudinis ad vnum ducem: quę vnitas rumpi uidetur cum non omnes fideles referuntur ad vnum huiusmodi tanꝗ caput & totius ecclesiastici principatus ducem & monarcham. Quod diuinæ sapientiæ quæ attingit a fine vsꝗ ad finem fortiter & disponit omnia suauiter,sapien.7.minime credendū est conuenire. Sed de istis hæc per me dicta sufficiant. Nunc pro excusationis materia aliqua habenda, reliqua etiam quæ potiora essent,huius sanctæ synodi reuerendissimis patribus & illuminationis magistris & doctoribus consyderanda relinquo.

Bernar. Beda. August. Glos.

¶ Explicit secunda pars.

¶ Incipit tertia pars operis in qua ponuntur auctoritates sacrę scripturę iuxta glosas sanctorum patrum dicentes omnem hominem ab Adam seminaliter propagatum in originali peccato esse conceptum. cum pluribus auctoritatibus sanctorum plurimorum ecclesiæ sanctæ luminum idem etiam ex necessitate fidei asserentium. Et confutantur modi respondendi exaduerso.

¶ Auctoritates veteris testamenti cum glosis & declarationibus suis quibus conuincitur omnes alios a christo incurrisse peccatum originale. Cap. 1.

Quanquam ex superioribus auctoritatibus dicentibus solum christum in genere hominum in conceptione sua immunem fuisse a peccato originali, manifeste habeatur vniuersos alios ab Adã propagatos in conceptione sua originale contraxisse peccatum: cũ propositio exclusiua affirmatiua ex natura sua resoluatur in singularem affirmatiuam & vniuersalem negatiuã: vnde & hęc solus christus fuit sine peccato originali, & nullus alius ab Adam propagatus, fuit sine originali peccato conceptus, tamen ut fidelius sacri concilii iussa adimpleam, & doctorum, quorum relator sum constitutus, plenius dicta referam, auctoritates aliquas prefatis addere studui quę omnes homines vniuersaliter alios a christo iuxta intelligentiam & expositionem sanctorũ doctorum dant expresse intelligere in originali peccato fuisse conceptos. ¶ Prima est Gen.xvii. Masculus cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo meo: quia pactum meũ irritũ fecit. Super quo Glo. quæ est beati Isidori, ita dicit. Quæritur quomodo pueri incircuncisi qui pactum irritum non fecerunt, sed qui eos circuncidere negarunt, perire debeant. Sed qui pactum dei non secũdum opus, sed secundum originẽ in primo homine irritũ fecerũt, in quo omnes peccauerunt. Nascuntur.n. oẽs non proprie, sed originaliter peccatores: Ideo pereunt omnes qui per regenerationem non liberantur. ¶ Item Leuitici. 12. Mulier si suscepto semine pepererit, immunda erit. 7. diebus. Ex quo loco ut haberi ꝙ omnis mulier quæ suscepto viri semine pepererit, cũ immunditia peccati originalis prolem, conceperit. Vnde Glo. ordinaria quæ est Esitii dicit super isto verbo suscepto semine &c. Quia sator immundus hæres Adæ qui per transgressionem immundus fuit & ita vxori immixtus. Postꝗ̃ enim exiuit de paradiso cognouit vxorem: & ita propagatur hominum genus, quia Adam de cuius semine suscipit immunditiam. polluit vitã nostram, inducens maledictionem & miseriam, & auferens beatitudinem. ¶ Item Leuitici eodem. 12. capi. Cumq; expleti fuerint dies purgationis suę pro filio siue pro filia deferat agnum anniculum in holocaustum & pullum columbæ siue turturem pro peccato ad hostiũ tabernaculi testimonii: et tradet sacerdoti, qui offeret illa corã domino. Ex quibus colligunt doctores ꝙ omnis qui de concubitu viri & mulieris concipitur, immunditiam peccati originalis contrahit, a quo purificari indiget & mundari. Vnde glo. ibidẽ quæ est Augustini ita hẽt. Nũquid peperisse. peccatũ est? sed hic ostendit propaginem ex Adam de qua dicit Apostolus ex uno in omnes in condemnationem. Et quia per vnum hominem intrauit in mundum. ¶ Item Glo. alia ibidem Esitii dicit. Intentionem suam aperit: quia scilicet pollutionem

Glo: Isido.

Glo: Esitius.

August.

Glos. Esitius.

naturales motus non faciunt, sed peccatū, de quo dicit psal. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Matrem namq; appellans, immunditiam Adę & Euæ in totum genus humanum descendisse significat. ℭ Item Origenes omelia 8 super leuiticum, pertractans hanc auctoritaté, ita inquit. Ego in talibus nihil audeo dicere: sentio tamen occulta in his mysteria quædam contineri & esse aliquid latentis arcani pro quo & mulier quæ suscepto semine conceperit & pepererit immunda dicatur, & tanq̄ peccati rea offerre iubeatur hostiam pro peccato, & ita purificari. Sed & ille qui nascitur siue virilis, siue fœminei sexus sit, pronunciat de eo scriptura quia nō sit mundus a sorde etiam si unius diei sit vita eius. Et vt scias in hoc grande nescio quid, & tale qđ nulli sanctorum ex sententia venit.. Nemo ex omnibus sanctis inuenitur diem festum vel conuiuium magnum egisse in die natalis sui: soli peccatores super huiusmodi natiuitate lætantur. Sancti vero non solum non agunt festiuitatem diei natalis sui: sed spiritu sancto repleti execrantur hūc diem. Nec enim talis aut tantus propheta (Ieremiam dico) qui in vtero matris, sanctificatus est & propheta in gentibus consecratus libris in æternū mansuris aliquid inaniter condidisset, nisi secretum quid contineret & ingentibus mysteriis plenum, vbi dicit. Maledicta dies in qua natus sum, & vox qua dixerunt. Ecce masculus &c. Videtur ne tibi hæc tam grauia & onerosa imprecari prophetā potuisse, etiā si sciret aliud in ista natiuitate corporea. qđ & huiusmodi dignum maledictionibus videretur. & pro quo legislator tot immunditias accu aret quibus purificationes consequenter imponeret. Et infra. Sed & Iob non sine spiritu sancto loquens, maledicebat diem natiuitatis suæ dicēs. Maledicta dies in qua natus sum, & nox in qua dixerūt ecce masculus, & infra. Quod si placet audire quid etiā si sancti alii de ista natiuitate senserunt, audi Dauid dicentē. In iniquitatibus cōceptus sum & in peccatis cōcepit me mater mea, ostendens ꝙ quæcunq; anima in carne nascitur iniquitatis sorde polluitur. Hęc ille. Item idem Origenes omelia 12. ibidem dicit. Omnis qui ingreditur in hūc mūdum iniqua cōtaminatione affici dicitur. Propter quod scriptura dicit. Nemo mundus a sorde, nec si vnius diei fuerit vita eius. Hoc ipsum ergo ꝙ in vulua matris est positum & ꝙ materiā corporis ab origine paterni seminis fuerit, in patre & in matre cōtaminatus dici potest. Et infra. Oīs hō in patre & in matre pollutus est, solus uero Iesus dñs meus in gñatione hac mūdus egressus est, in matre nō est pollutus. Ingressus est enim corpus incōtaminatum. Ipse enim erat qui & dudum per salomonem dixerat. Magis autē cum essem bonus veni ad corpus incoinquinatum. Nō est ergo cōtaminatus in matre. Sed nec in patre quidem. Nihil enim Ioseph in gñatione eius præter ministerium præstitit & affectum. Sic ergo solus est hic sacerdos magnus: qui nec in patre pollutus sit nec in matre. Item Iob. 3. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est cōceptus est homo. Glo. Gregorii Iob. in primo dolore causam totius humani generis deflens, reducit ad mētem originem culparum & cōsyderationem iustitię. Dolorem temperat pœnę. Viderat vnde cecidit homo & dicit. Pereat nox in qua dictum est conceptus est homo, q. d: pereat hostis qui lucē promisit, sed peccati tenebras intulit. Item Iob. 15. Quid est homo ut immaculatus sit, & iustus appareat de muliere. i. de corruptione (vt inquit Glo. interlinearis.) Quid est homo vt immaculatus sit? Eo ipso quod dicitur homo, terrenus exprimitur & infirmus. Ab humo enim appellatus est homo. Et vt iustus appareat, qui de illa natus est quę iniustitię propugnatrix extat. Itē Iob. 17. Putredini dixi pater meus es, mater mea & soror mea vermibus. Super

Marginalia: Orige. (beside "cat. ℭ Item Origenes omelia 8"); Orige. (beside "ptus sum & in peccatis"); Glos. Grego. (beside "gnus: qui nec in patre" / "mo dolore"); Glo. (beside "inquit Glo. interlinearis").

quo

quo Gregorius lib. 13. c. 13. Moralium inquit. Quid est qd dixit. Putredini dixi pater meus es, nisi ꝙ ois homo ab origine iam vitiata descendit. vnde & additur. Mater mea & soror mea vermibus: quia videlicet ab ipsa putredine & cum ipsa, in hunc mũdum venimus. Hæc Gregorius. Item Iob. 25. Nunquid pôt apparere mundus natus de muliere? Glo. interlinearis. Certe nõ. quia nec sũmi sancti sine culpa. Vnde sequitur stellę nõ sunt mũdę in conspectu eius. Item psalm. 31. Tu remisisti impietatẽ peccati mei, pro hac orabit ad te omnis sanctus. Inde enĩ est sanctus, & inde adorat, quia dimisisti. Aliter nõ esset sanctus nec adoraret: quia oẽs sunt peccatores & egent gloria dei. Hæc glo. Item psalm. 50. Vbi in psona totius humani generis ait propheta. Ecce .n. in iniquitatibus ꝯceptus sum & in peccatis cõcepit me mater mea. Vbi Glo. quæ est Augu. ita dicit. Ecce enim dicit xp̃m iustũ, & in iustitia alios vincere. Sed ne putetur eos vincere tñ qui grandia vicerunt, & nõ eos qui ex quo nati sunt nihil tale cõmiserunt, personã humani generis in se ostẽdẽs, subdit. Ecce .n. i iniqtatibus cõceptus sum & in peccatis cõcepit me mater mea, quasi dicens vere vnicus. Ecce .n. in iniquitatibus cõceptus sum, ita ꝙ macula originalis peccati teneor, & ad actualia pronus existo. Item psal. 52. Oẽs declinauerunt simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum, nõ est vsq ad vnũ. Glo. ad Ro. 3. vbi ab Apostolo introducitur præfata auctoritas psalm. ait. Vsq ad vnum. i. præter xp̃m. Et intelligẽda est auctoritas cum ait simul inutiles facti sunt. s. ab origine: qm̃ non dubiũ quin postmodũ multi facti sunt vtiles. Constat ergo ꝙ omnes ab origine habent peccatũ propter qd dicuntur errare & declinare, & esse inutiles. Propter qd Prouerb. 20. Quis potest dicere mundũ est cor meum, purus sum a peccato? Hæc dñs Ricardus primas Hiberniæ in libro suo de qõnibus Armenorũ. ¶ Itẽ psal. 142. Nõ iustificabitur in conspectu tuo ois viuens. Glo & est Augustin. Nemo hic in carne viuens plene mundus est. Et no. ꝙ ait. Omnis viuens. Per hoc .n. generaliter intelligitur omnis homo etiam infans qui in originali peccato tenetur. Item Ysai. 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrę super eum cuius liuore sanati sumus. Glo. interli. habet. i. a peccato. Et sequitur. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq in viam suã declinauit: & dominus posuit in eo iniquitates omniũ nr̃m. Hoc videlicet doctores exponentes, ꝙ præcipue de peccato originali: dicũt esse intelligendũ: rõne cuius vnusquisq ab origine suã errasse & declinasse in viã damnationis ęternæ dicitur. Item Ysai. 64. Ecce tu iratus es & peccauimus, & in ipsis fuimus semper & saluabimur. Glo. interli. Tua gratia nõ meritis nostris. & facti sumus vt immundus. Glo. interli. i. leprosus omnes nos.

Grego. | Glos. | Glos. August. | Ricar. | Glos. August. | Glos. | Glo. | Glos.

¶ Idem qd supra probatur auctoritatibus noui testamenti cum glo. & declarationibus suis. Cap. 2.

HOC idem qd supra manifeste probatur per auctoritates noui testamenti. Et primo per illud Mat. 18. Si fuerint alicui centũ oues & vna ex eis errauerit &c. Vbi Glo. Hilarii ita dicit. Quis autem vna, homo intelligendus est, & sub homine vno vniuersitas facienda est. Vnius .n. Adæ errore, oium hominũ genus oberrauit, ergo & quærẽs hominem Christus est, & nonaginta nouem relictæ, cœlestis curiæ multitudo est. Eadem sñia habetur in Glo. Gregorii & Ambrosii quę habentur in Glo. cõtinua super illud Luc. 15. Quis est ex vobis homo qui habet centum oues &c. Item

Glos. Hilarii. | Ambr. Gregor. | Glo.

Glos. Io.primo.Ecce Agnus dei.i.singulariter innocẽs,& nullus alius. Vñ Glo. Aug.
August. & ponitur in glo.cõtinua. Si aũt agnus dei est innocẽs,& Ioãnes agnus:an non
& ille est innocens? Sed oẽs ex ista progenie veniunt de qua cantat gemens Da-
uid.Ecce.n.in iniq̃tatibus cõceptus sum &c. Solus ergo ille agnus est qui nõ sic
venit. Nõ.n.in iniquitate cõceptus est:nec in peccatis mater eius eum in vtero
aluit,quẽ virgo cõcepit,virgo peperit quia fide cõcepit & fide suscepit.Et infra.
Qui nõ assumpsit de nostra massa pc̃tm̃,ipse est qui tollit nr̃m pc̃tm̃. Hæc ille.Itẽ
super eo qd sequitur in præfata auctoritate.Io. 1. Videlicet,qui tollit peccata
Beda. mundi,ait Beda in glo. Pc̃tm̃ mundi dr̃ originale qd est cõe totius mundi, quo
Glo. tota humana natura simul & semel condita,leges diuinas per inobedientiã trã-
gressa est in paradiso,qd originale dr̃. Singulorum quoq; superaddita,xp̃s p grãm
relaxat. ¶ Item Ro.3. Subditus fiat oĩs mundus Deo:q̃ñ ex operibus legis nõ
Glos. iustificabitur oĩs caro corã illo dicit Glo.& est Ambro. Subditus deo.i.grãe dei,
Ambr. totũ ei tribuẽs,quia oẽs peccatores sunt inuenti:& grã sunt saluati nõ meritis.
¶ Itẽ apostolus.3.cap.ad Ro. Iustitia dei per fide Iesum xp̃i in oẽs & sup oẽs
qui credunt. Nõ.n.est distinctio.Oẽs.n.peccauerunt & egent gloria dei iustifica
ti gratis per grãm ipsius,& per redẽptionẽ quę est in xp̃o Iesu, quem proposuit
Glos. deus propitiationẽ p fidẽ in sanguinẽ ipsius,vbi Gl.ordinaria dicit ita. Nõ.n.est
distinctio.Oẽs.n.peccauerunt vel in seipsis vel in Adã:quia sine pc̃tõ non sunt,
vel qd originalr̃ attraxerũt,vel qd malis moribus addiderũt. Pc̃tm̃.n.primi hõ
minis nõ solũmodo ip̃m sed et oẽ necauit genus humanũ: quia ex eo simul dã-
nationẽ & culpã suscepimus. Peccauerũt ergo oẽs,cũ ex vno peccatores oẽs na-
scũtur peccatores,& egent adhuc quotidie gloria dei.i.iustitia dei. Nã ideo dr̃
gloria dei:quia per hoc deus gloriosus apparet,oẽs ergo peccatores inuenit grã
xp̃i qui solus sine peccato venit.Et oẽs egent gloria dei.i.vt ipse liberet qui pot-
nõ tu qui liberationẽ indiges. Item Ro.5. sicut per vnũ hoiem in hunc mundũ
pc̃tm̃ intrauit & per pc̃tm̃ mors,ita & in oẽs hoies mors pertransiit in quo oẽs
Glos. peccauerunt. Vbi Glo.ordinaria,& est Augu. Per vnũ hoiem.i.Adã a quo pro-
August. pagati sumus,peccatũ originale intrauit in hunc mundũ.i.in oẽs hoies. Mũdũ
.n.appellauit vniuersum genus humanũ. Et infra. Occulta.n.tabe carnalis cõcu
cupiscẽtiæ suæ tabificauit oẽs de sua stirpe venturos. Vñ recte subdit in quo oẽs
peccauerũt. quasi merito per eũ in oẽs mors intrauit,quia cã mortis in oẽs per
eũ intrauit.i.pc̃tm̃,& hoc est in quo.s.Adã,peccauerũt oẽs,vt in materia,:nõ so-
lũ eius imitatione vt quidã dicunt.Oẽs.n.illi vnus hõ fuerant.i.ab eo pc̃tm̃ ori-
ginale traximus oẽs,qui nr̃m oium origo & materia fuit, ex quo s̃m propagi-
nis successionẽ per carnis cõcupiscentiã descẽdimus. Hæc ibi. Itẽ Apostolus in
eodẽ loco,videlicet Ro.5. Sicut per vnius delictũ in oẽs hoies in cõdenationẽ,
sic & per vnius iustitiã in hoies oẽs iniustificationẽ. Vbi Glo.& est Augu.ait. At-
Glos. tende q̃ apl̃s videns nõ sola imitatione Adæ fieri peccatores sed propagatione.
Nec sola imitatione xp̃i iustificari,sed regñone sp̃uali,dicit oẽs & oẽs, nõ q̃ oẽs
geniti per Adam,regenerẽtur per xp̃m:sed quia sicut nullius carnalis gñatio est
nisi per Adam,sic sp̃ualis nullius regeneratio est nisi per xp̃m. Si qui essent præ
ter Adã gñati & si qui pręter xp̃m regñati nõ diceret oẽs & oẽs. Sicut ergo nul-
lus est hõ præter istã gñationẽ:sic nullus est iustus pręter istã regñationẽ. Nemo
.n.nascitur nisi in cõcupiscẽtia carnali quę tracta est ex p'io hoie:& nemo rena-
scitur nisi grã sp̃uali quę data est a s̃cdo hoie. ¶ Itẽ apl̃s.1.Corin.15.dicit. Si-
cut in Adam oẽs moriuntur ita & in xp̃o oẽs viuificatur. Vbi Glo.ita ait. Sicut
oẽs moriuntur corporali morte in Adã: quia eius filii sunt a quo morte & mor-

tis meritũ traxerunt, ita & oẽs viuificabũtur in xp̃o: quia eius filii sunt spirituali regeneratione. ¶ Attende q̃d ait, oẽs moriũtur in Adã & oẽs viuificant in xp̃o: quia nemo ad mortem nisi per illũ: & nemo ad vitam nisi per istũ. Quare sicut per Adam oẽs facti sunt filii seculi, ita & per xp̃m oẽs imortales in grã. Sunt & filii dei. Pręter auctoritates aũt superius positas addit August. eas quæ sequuntur in primo lib. contra Iulianũ defensorẽ hæresis pelagianæ negantes omnes paruulos in originali peccato cõcipi. Videlicet illud psal. hõ vanitati similis factus est, dies eius velut vmbra prætereunt, q̃d scribitur psal. 143. Itẽ illud. Vniuersa vanitas ois hõ. Psal. 38. Item illud oĩs creatura vanitati subiecta Ro. 8. Item illud Eccl'. 3. Vanitas vanitatũ & oĩa vanitas. Itẽ illud. 4. Iugũ graue sup filios Adæ a die exitus de ventre m̃ris eorũ. vsq; ad diem sepulturæ. Item illud Apost. in Adã oẽs moriuntur. Item illud Iob. 13. Homo natus de muliere breui viuens tempore &c. Item illud. Quis existit mũdus a sordibus, nec vnus quidem, et si vnius diei fuerit vita eius super terram post quas auctoritates ita inquit Augu. Puto q̃ oĩa ista & cætera hmõi quæ iudicant omnem hominem sub peccato & maledictione nasci non legãtur in tenebris manicheorum sed in luce catholicorum. Hæc ille. Augus. Augus.

¶ In quo ponuntur testimonia per se sanctoꝝ doctoꝝ Hilarii; Chrysostomi dicentium aut solum xp̃m immunẽ fuisse ab originali peccator, au(q̃d idem est) oẽs homines præter xp̃m in originali peccato esse conceptos. Cap. 3.

QVANquã cõsyderatis tã multiplicibus sacræ scripturæ testimoniis iuxta intelligentiã & expositionẽ sanctoꝝ patrũ quæ apertissime dicunt solum xp̃m in gñe hoĩum absolutũ & imunẽ fuisse in cõceptione sua a pc̃õ originali, superfluũ posset iudicari alioꝝ sanctorũ testimonia eiusdẽ rei in medium afferre. Vt tñ plenior & verior habeatur intelligentia prædictaꝝ auctoritatum sacræ scripturæ. Ac vt morẽ geram doctoribus de hac materia loquẽtibus, quorũ sñias super q̃ōne proposita referre iussus sum, adducã in mediũ de multis paucas sanctoꝝ auctoritates quæ expresse & formalr̃ cõformiter ad canonicas auctoritates supra positas dicũt solũ xp̃m a peccato originali fuisse imunẽ, aut oẽs hoĩes p̃ter xp̃m originali pc̃õ obnoxios extitisse. ¶ Exordiar aũt a beatissimo Hilario. Beatissimus. n. Hilarius quẽ Aug. allegãs cõtra Iulianũ pelagianę hr̃sis defensorẽ primo libro, vocat ecclesiæ catholicæ aduersus hr̃icos acerrimũ defensorem, de xp̃o loquẽs, ita ait. Cũ missus est (inquit) in similitudinẽ carnis peccati nõ sicut carnẽ habuit, ita habuit & pc̃m. Sed quia ex pc̃õ oĩs caro a peccatore. s. Adã parente deducta est in similitudinẽ carnis peccati est missus, existente in eo nõ peccato sed silitudine carnis peccati. Hæc ille. ¶ Itẽ idem vt dicit Augu. in eodẽ lib. cõtra Iulianũ, ex peccato dicit esse oẽm carnem pręter istã quæ venit in silitudine carnis peccati sine peccato. ¶ Itẽ de eodẽ Hilario August. loquens in. 2. lib. cõtra Iulianum, ita ait. Ex hac lege carnis repugnante legi mẽtis nihil corpus xp̃i cõtraxit: quia nõ in illa virgo cõcepit. Et infra. Eadem legẽ priũa natiuitate nemo non traxit: quia nõ ex illa mulier nulla cõcepit. Et ideo venerãdus Hilarius ex peccato esse oẽm carnẽ nõ cunctatus est dicere. Hęc ille. Hilarii.

¶ Itẽ Io. Chrysostomus ad olympiã scribens (vt ponit Aug. prio lib. contra Iulianũ) dicit. Q̃ñ. n. Adã peccauit, & illud graue peccatum omne genus hominũ immaue damnauit, demeritus pœnas luebat. Item idem Chrysost. de resuscitatiõe Chryso.

Lazari. Flebat christus inquit. Cur? quia vsq; ad hoc mortalitas delliquisset vt discussa de perennitatibus, inferos adamaret, flebat christus q eos qui immortales esse potuerunt, diabolus fecit esse mortales. Quid dici posset expressius? quid ad ista rndes? Si Adam grandi peccato suo oē genus humanum in quē dānabat, nō quid nō dānatus paruulus nascitur. Et per quē nisi per xpm ab ista dānatione liberatur? Si ēt in Lazaro dr excussa de perennitatibus mortalitas, inferos adamasse, quis mortaliū nō ad istā culpā casumq; pertineat? quo cecidit primus hō de vitę perennitate, quā si nō peccaret acceperat? Si diabolus oēs qui imortales esse potuerunt fecit esse mortales? Vñ ēt paruuli moriūtur si obnoxii pctō primi illius hoīs nō sunt? ¶ Ite idē Io. chryso. (vt ibidē recitat Aug. tractat in quodam sermone hmōi qōnē, cur bestię lędunt hoīes vel interimant). Quā qōnem sic soluit vt dicat ante pctm̄ oēs bestias homini fuisse subiectas, q aūt nūc hoībus nocent pœnā primi esse peccati. Et post multa dicit Aug. Nēpe manifestum est: sanctū Io. hac disputatione monstrare illud qd per vnū hominem ingressum est oibus hoibus factū esse pctm̄: Qñquidē oibus terror cōis est bestiarum: quę vtiq; nec infantibus parcunt quos profecto scdm istum tractatum Io. nullo mō lęderent vel terrerent nisi essent veteris illius peccati cōstricti obligatione. Hęc ille.

Chryso. ¶ Item idem vir sanctus Chrysosto. videlicet (vt inquit Augu. ibidē) exponens ipsum Apostoli locum vbi scriptū est. Per vnū hoiem peccatū intrauit in mundū, manifestū est inquit nō ipsum pctm̄ ex legis trāsgressione, sed illud pctm̄ qd ex Adæ inobedietia, hoc erat qd oia cōtaminatur. Hæc ille. ¶ Itē ad idē est beatus Hierony. sup euāgelio de filio prodigo. Luc. 15. dicēs. Solus deus est in quē pctm̄ cadere nō pōt. Hęc ille. Quas propōnēs vfes multū pōderat Aug. q post multa alia testimonia eius quæ prosequitur ibidē ita inquit. Iuliane nūq dubitare iam poteris scm̄ Ioā. tā longe esse a sensu nro, quin reced. a sensu catholico.

¶ Ad idē afferūtur auctoritates Hierony. & Ambrosii. Cap. 4.

ITEM Hierony. (vt allegat eum beatus Aug. l. 1. lib. de baptismo paruulorū quē scripsit ad marcellinū) ita dicit. Scio ēt q. s. Hieron. hoc certissimū exhibet sine vlla deceptione documētū. Nā in eo q in Ionā scripsit cū ad eū venisset locū. vbi cōmemorātur & paruuli ieiunio castigati. Maior inqt ætas incipit, vsq; ad minorē puenit. Nullus. n. absq; pctō, nec si vnius diei fuerit quidē vita eius, & innumerabiles anni vitę illius. Si. n. stellę nō sunt mūdę in cōspectu dei quāto magis vermis & putredo, & ii, qui in pctō offendēt. Adā tenētur obnoxii. Hæc ille. ¶ Itē ad idē est beatus Ambro. (& recitat Aug. in multis locis, & spāliter in fine pri. lib. de nuptiis & cōcupiscētia & ēt in. 2. lib. eiusdē)

Augu. Vbi sic dicit Augustinus. De hac carnis cōcupiscentia beatus Amb. Mediolan. Eps cuius sacerdotali ministerio lauacrū regnationis accepi, sic breuiter est locutus, cū exponēs Isaiā carnalē xpi natiuitatē insinuaret, ideo inquit & quasi hō p vniuersa tētatus est, & in similitudinē hoium cuncta sustinuit, sed quia de spū sancto natus abstinuit a pctō: Ois. n. hō mēdax, & nemo sine pctō nisi vnus deus. Seruatū est ergo inquit vt ex viro & muliere. i. per istā corporū cōmixtionē nemo inueniatur expers esse delicti, qui aūt expers est delicti, expers etiā est hmōi conce

Ambr. ptiōis. Hæc ille. ¶ Itē idē Amb. sup Luc. quē allegat Aug. cū aliis multis doctoribus. 1. lib. cōtra Iulianū, ita dicit. Sed adhuc audi aliū excellētē dei dispēsatorē quē veneror vt pfem. In xpo n. Iesu ipe p euāgeliū me genuit, & eo xpi ministro lauacrū regnationis accepi, Ambr. loquor. Hic vir cū scdm Luc. expōeret Euāge

ptum. Solus ait per omnia ex natis de fœmina sanctus dñs Iesus, qui terrena con tagia corruptelę immaculati partus nouitate nõ senserit, & cœlesti maiestate depulerit. ¶ Item idem Ambrosius in eodē inquit. Omnis homo in Adã moritur, quia per unũ hoiem peccatũ intrauit in mũdũ & p peccatũ mors; in quo oẽs pcc cauerũt. Illius ergo mors omniũ est. ¶ Itẽ idẽ Ambro. alio in loco in eodẽ Euã gelio Aug. teste. Caue (inquit) ne ante nuderis sicut Adã nudatus est mãdati cœle stis custodia destitutus & exutus fidei vestimento, & sic lætale vulnus accepit, in quo omne genus occidisset humanũ, nisi Samaritanus ille descēdens eius vulnera acerba curasset. ¶ Item idem Ambrosius in eodem. Fuit quidem Adam, & in il lo fuimus oẽs, periit Adam, & in illo oẽs perierunt. ¶ Item idem Ambrosius in expositione libri Thobiæ. Quis iste inquit peccati est fœnerator nisi diabolus, a quo Eua maculata peccato obnoxiæ successionis vsuris omne genus defœnera uit humanũ. ¶ Item idem Ambrosius in expositione psal. 48. Alia. n. (inquit) est iniquitas nostra, alia calcanei nostri, in quo Adã dente serpentis est vulneratus, & obnoxiã hæreditatẽ successionis humanæ suo vulnere dereliquit, vt oẽs il lo vulnere claudicemus. Hæc oia recitat August. loco prænotato in robur suũ cõtra Iulianũ: qui aliquos excludere laborabat ab obnoxia successiõe ista filiorum Adã. ¶ Itẽ Ambrosius super illud ad Ro. 5. Sicut per vnum hoiem peccatũ intrauit in mũdum &c. ita dicit, & hr in glo. Sicut per Adam hoiem purũ, peccatum est & mors, ita per xpm hominem & deũ põt esse iustitia, vt quia vnus Adam peccauit in oibus. Vnus christus filius dei peccatũ vicit in omnibus. ¶ Item idẽ Ambro. (vt refert Augu. lib. 2. cõtra Iulianũ) dicit vnum solũ hominẽ mediatorem dei & hoium, eo ꝙ sit natus ex virgine, nec senserit nascẽdo peccatũ, generationis obnoxiæ vinculis non teneri. Oẽs autẽ hoies sub peccato nasci, quorum ipse ortus in vitio est: quia cõcupiscentiæ uoluptate cõcepti, prius subirent con tagia delictorũ quã vitalẽ de hoc aere spiritũ ducerent. Hæc ille. ¶ Itẽ idẽ Ambrosius de quo in. 2. contra iulianũ testatur August. ita dicit. Ecce fudit eloquentiæ iudicũ ac perspicuũ flumen Ambrosius, non est vbi hęreat lector, vbi calliget auditor. Manifestissime dicit ideo apostolum dixisse, quis me liberabit de corpore mortis huius, quia oẽs sub peccato nascuntur, & ipse ortus in vitio est. Manifestissime dicit dñm christũ propterea fuisse sine peccato, ꝙ natus est ex virgine, Hæc ille. ¶ Item idem Ambrosius tractans illud ad Heb. 9. Sanguis xpi qui p spiritũ sanctum obtulit se immaculatũ deo emundabit conscientias nostras, dicit (& est in glo.) Alius sanguis nõ est immaculatus. Obtulit ergo sanguinem suum immaculatũ per spiritũ sanctũ, de quo cõceptus, immunis fuit a peccato. Hęc ille. Dicta ãt ista beatissimi Amb. 12. auctoribus, multũ põderat beatissimus Aug. in supradictis libris, dicens sæpissime iuliano, qualiter idẽ Ambrosius solũ xpm excipit a peccato: oẽs alios hoies, nũc in primo hoie peccasse, nunc vulneratos, nunc perisse, nunc oẽs cõtaminatos, nunc dãnatos, nisi christi gr̃a regenerẽtur.

Ambr. Ambr. Ambr. Ambr. August. Ambr. Ambr. Ambr. Ambr. August.

¶ Idem quod supra probatur auctoritatibus Augustini. Cap. 5.

IDEM, in pluribus locis cõprobat Aug. Et primo adducitur ꝙ hr in de fide ad petrũ circa principiũ. Vbi sic inquit. licet caro xpi & oium hoium vnius eiusdẽꝗ naturę sit. Hęc tñ quã deus verbũ ex maria virgine sibi vnire dignatus est, sine pc̃ õ suscepta sine pc̃õ nata est: vtpote ꝑm quã deus æternus iustus, misericorditer & cõceptus & natus est, dñs glĩæ crucifixus est. Quibus autẽ verbis explicabitur carnis illius excellẽtia August.

singularis cui diuina est vnita ex ipsa sui cóceptione persona, cuius origo natiuitate insolita qua sic verbũ caro factũ est vt vna persona esset cum carne sua vnigenitus ac sempiternus deus, ipse suæ carnis conceptione conceptus. Nam cæterorum hominum carnem per humanum certum est nasci concubitum viro seminante fœmina vero concipiente atq; pariente. Et quia dum sibi vir mulierq; miscentur vt filios generent, sine libidine non est parentum concubitus, ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus: vbi peccatum in paruulos non transmittit propago sed libido: nec fœcunditas humanæ naturæ facit homines cum peccato nasci, sed fœditas libidinis quam homines habẽt ex illius primi iustissima condemnatione peccati. Ideo Beatus Dauid q̃uis de legitimo iustoq; nasceretur coniugio, in quo. s. nec infidelitatis culpa nec fornicationis macula poterat inueniri, propter originale tamen peccatum quo naturaliter obstricti sunt filii iræ, non solum impiorum filii, sed omnes etiam qui de iustorum sanctificata carne nascuntur exclamat & dicit. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Sanctus etiam Iob dicit, mũdum a sorde non esse hominem, nec si unius sit diei vita eius super terram. Et infra. Solus ergo abstulit peccatum conceptionis atq; natiuitatis humanæ dei vnigenitus qui dum cóciperetur, veritatem carnis accepit ex virgine. Et cum nasceretur, integritatem virginitatis seruauit in matre. Hæc ille.

August. ¶ Item Augustinus de fide ad Petrum. Horum malorũ princeps Diabolus oẽs homines quia ad peccati principiũ inuitos duxit, non eis tãtũ sed vniuersæ propagini eorum uitio peccati, meritis mortis inseruit. Deus autem misericors & iustus sicut diabolo atq; angelis eius propria virtute cadentibus cæteros angelos in suæ dilectionis æternitate firmauit. sic etiam humani generis massam nó totam in sempiternum perire permisit, sed quos voluit eius gratuita bonitas (repulsis tenebris in quibus omnis humana natiuitas peccati originalis in códemnatione versatur) reducendos prędestinauit ad lucem.

August. ¶ Item idem Augu. super psal. 30. Christus omnes peccatores inuenit: solus sine peccato venit, qui nos peccatores inuenit. Hoc ait apostolus. Omnes peccauerunt & egent gloria dei, vt ipse liberet, non tu: quia tu te liberare nó potes sed indiges liberatore.

August. ¶ Itẽ Augusti. super psal. 31. tractans illud. Beati quorum remissæ sunt &c. dicit ita. Qui sunt beati? nó in quibus nó inuenerit deus peccatũ, nã in omnibus inuenit. oẽs. n. peccauerunt & egent gloria. Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, remanet ut nó sint beati nisi quorũ remissa sunt peccata. Et infra. Beati quorum remissæ sunt iniquitates &c. nó in quibus nó sunt inuẽta peccata, sed quorũ tecta sunt peccata. i. abolita.

August. ¶ Item August. super psal. Ecce q̃ bonũ &c. 132. dicit. Quid boni meruimus Ex Adam, & super Adam multa peccata nascuntur. Quisquis nascitur, de Adam nascitur, damnatus de damnato, & addit male viuẽdo super Adam.

August. ¶ Item August. tractãs illud psal. 141. Pone custodiam ori meo. ita inquit. Quo. n. potest de dño Iesu xpo de illo agno immaculato, de illo in quo solo nó est inuẽtum mẽdacium: qui solus verissime dicere potuit, ecce venit princeps mũdi huius, & in me nihil inueniet. i. nullam culpam, nullum reatum, qui solus innocentem sanguinem fudit filius dei unicus carnem accipiens, nó qua ipse minueretur, sed qua nos augeret. Hæc ille.

August. ¶ Item Augustinus de perfectione iustitiæ. Hominẽ esse sine peccato de solo virginis vnigenito in hac vita dictum est. hæc ille.

August. Item Augusti. in quodam sermone de verbis apostoli vbi dicit apostolus Ro. 7. Ego ipse mente seruio legi dei. Qui sermo incipit. Cum ergo se metipsos cótinue sentiant, dicit, de lege peccati loquẽs. Omne humanum genus

huic gñaliter legi sine vlla exceptione subiicitur. Hæc ille. ¶ Itẽ Aug. in eodem sermone. Quod rogo illud cuiusue peccatum est? Respondit. Sine dubio Adæ, in cuius præuaricatione atq; vt ita dicam negatione damnosa, fraudulẽtoq; cõmercio venditi sumus. Omnem. n. prolem suam serpentis persuasione seductus, illicita sibi perceptione distractã iugo perpetuæ seruitutis addixit. Hæc ille. ¶ Item Augustinus in libro de natura & gratia, cap. 14. Nõ fortasse sine causa cum aliquotiens in scripturis inueniatur homines dictos sine querela, nõ qui sit dictus sine peccato nisi vnus solus, de quo aperte dictum est, eum qui nõ nouerat peccatum. Hæc ille. Item August. in libro de natura & gratia, cap. 41. Plane quod cõmemoraui per vnum hoiem peccatum intrauit in mundum &c. & antiquos recẽtiores. & nos & posteros nostros sentẽtia ista complectitur. Hæc ille. Item Aug. ad valeriam de nuptiis & concupiscentia lib. 1. dicit. Omne nuptiarum bonum impletum est, in parẽtibus christi Ioseph videlicet & Maria. s. proles, fides, & sacramẽtum. Prolem agnouimus ipsum dñm Iesum, fidem quia nullũ adulteriũ, sacramẽtum quia nullum diuortium. Solus aũt ibi nuptialis concubitus nõ fuit, quia in carne peccati fieri non potuit sine ista carnis concupiscentia quæ accidit ex peccato, sine qua cõcipi voluit, quia futurus erat sine peccato; nõ in carne peccati: sed in similitudine carnis peccati; vt hinc etiã doceret, omne quod de cõcubitu nascitur, carnem esse peccati: quãdo quidẽ sola quæ non inde nata est nõ fuit caro peccati: quãuis cõiugalis cõcubitus quæ fit intẽtiõe generãdi nõ sit ipe peccatum. Hæc ille. In qua auctoritate multũ põderãt doctores id quod dicit Aug. Videlicet solus aũt nuptialis cõcubitus nõ fuit, quia in carne peccati esse nõ potuit sine illa carnis cõcupiscentia &c. ¶ Item Augustinus. 12. de nuptiis & concupiscentia. Ex concupiscentia (inqt) carnis tãq̃ filia peccati, & quãdo illi ad turpia cõsentitur, etiã peccatorum matre multorũ, quæcunq; nascitur proles, originali est obligata peccato nisi in illo renascatur quem sine cõcupiscentia illa, virgo concepit. Propterea quia nasci in carne dignatus, sine peccato solus est natus. Hæc ille. ¶ Item Augustinus in eodem libro. 2. A quo enim quis superatus est (sicut dicit scriptura) huic seruus addictus est, nec quisq̃ nisi per gratiam liberatiõis isto soluitur vinculo seruitutis a quo est hominũ nullus immunis. Per vnum quidem hoiem peccatum intrauit in mũdum: & per peccatum mors: & ita in oẽs hoies pertrãsiit, in quo oẽs peccauerũt. Sic est. n. deus nascentiũ cõditor vt omnes ex vno eant in condemnationẽ, quorum nõ fuerit renascẽtium liberator. Hæc ille. ¶ Item August. in eodem. Oẽs sub peccato nascimur, & per vnum solum qui sine peccato natus est, liberamur. ¶ Item idem August. li. 1. de baptismo paruulorum contra pelagianos ait. Cedamus ergo & cõsentiamus auctoritati scripturæ sacræ quæ nescit falli nec fallere: Et sicut nedum natos ad discernẽdum merita eorum, aliquid boni vel mali egisse non credimus. ita oẽs sub peccato esse quod per unum hominẽ intrauit in mũdum, & per omnes hoies pertrãsiit, minime dubitemus. Hæc ille. ¶ Item ibidem Augustinus. Non sumus ingrati homines gratiæ dei pusilli cum magnis, a minore vsq; ad maiorem totius ecclesiæ uox est. Erraui sicut ouis perdita: omniũ membrorum christi vox est. omnes vt oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nostris. Hæc ille. Quã auctoritatem plurimum ponderant doctores. ¶ Item Augustinus in libro 2. de baptismo paruulorum mouet quæstionem. Vtrum in ista vita homo aliquis vnq̃ fuerit vel sit vel esse possit qui nũq̃ peccatum habuit, vel habeat, vel habiturus sit, & respondet dicẽs. Prorsus preter vnum mediatorem dei, & hominum Iesum christũ nullum esse vel fuisse vel futurum esse certissimum est. Item idem ibidem

[Margin: August. ×8 … August.]

eandem quæstionem resumens dicit. In hoc loco quæritur vtrum in filiis hominum aliquis sit vel esse potuisset qui non ex peccato ad iustitiam perfectissimam perueniret, ac si nullo omnino vnquam peccato esset obstrictus, i. obnoxius. Et respondet dicens. Si illa vera sunt quę tam multa de paruulis diximus, nec est in filiis hominum quisquam, nec fuit nec erit excepto vno mediatore in quo nobis propitiatio: & iustificatio posita est, per quam finitis inimicitiis peccatorum reconciliamur deo. Hęc ille. ¶ Item Augustinus in eodem ait. Ex quo per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, & in oes hoies pertransiit vsque in finem carnalis huius generationis & corruptibilis seculi, cuius filii generant & generantur, nullus extitit, homo de quo in hac uita constituto veraciter dici possit quod nullum omnino habeat peccatum, excepto vno mediatore, qui nos creatori nostro per remissionem reconciliaret peccatorum. Hęc ille. ¶ Itē idem Augustinus ibidem. Nec dubitandum est eis qui diuina scripta fideliter legunt, fideliter audiunt, fideliter tenent, quod ab illa carne quę prius volūtate peccari facta est caro peccati, deinde per successionē (transeunte in oēs perscriptiōe iniquitatis & mortis) caro fit propagatrix peccati, excepta vna similitudine carnis peccati, quę tamen nō esset caro peccati. Hæc ille. ¶ Itē Aug. in Enchiridiō ca. 6. loquēs de pctō primi hois ait. Hic post peccatum exul effectus: stirpē quoque suā quā peccādo in se tanquam in radice vitiauerat pœna mortis & damnationis obstrinxit, vt quęcunque proles ex illo esset simul dānata per quē peccauerat quę coniugio per carnalem concupiscentiam nasceretur traheret orginale peccatum. Et infra. Sic ait. Per vnum hominem peccatum intrauit in muudum. Per mundū quippe appellauit eo loco apostolus vniuersum genus humanū, & omnes erant iræ filii, de qua ira scriptum est: quoniam oēs dies nostri defecerunt & in ira tua defecimus, anni nostri sicut aranea meditabūtur. De qua ira dicit Iob. Homo natus de muliere breuis vitæ & plenus iræ. De qua etiam dicit dñs Iesus. Qui credit in filium habet vitam æternam: qui autem non credit in filium, non habebit vitā, sed ira dei manet super eum. Nō ait veniet, sed manet. Cum hac quippe nascitur omnis homo. Propter quod dicit apostolus. Fuimus enim & nos natura filii irę. Hæc Augustinus. ¶ Item Augustinus in Euchiridion. ca. 16. Illud vnum peccatum quod tā magnū in loco & habitu tantæ fœlicitatis amissum est, vt in vno hoie originaliter atque ut ita dixerim radicaliter totū genus humanū dānaretur nō soluitur ac diluitur nisi per vnum mediatorem dei & hois, hominem christum Iesum, qui solus potuit ita nasci, vt ei non opus esset renasci. Hæc ille. ¶ Itē in eodē loco etiam sic ait Augustinus. Veruntamen quod paulo post dicit. s. apostolus, sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationē, ita & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ & salutis, indicat ex Adam neminem natum sine damnatione detineri, & neminem nisi in christo renatum a damnatione liberari. Hæc ille. ¶ Item ibidem Augustinus cap 4. Per mediatorem qui solus sine peccato natus est, reconciliari nos oportebat. Hæc ille. ¶ Item Augustinus libro. 3. contra Iulianum pelagianæ hæresis defensorem ita inquit. An vero nec sic tādem respicit illud primitus in paradiso datum possibile ac facile præceptum fuisse, quo contempto ac violato omnes ex vno homine tanquam in massa originis commune illud, habuere peccatum. Et hoc est iugum graue super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Hæc ille. ¶ Item Augustinus libro 6. contra Iulianū ita inquit. Huic chyrographo nascūtur obnoxii omnes in carne, de carne carnaliter nati, eius ab hoc delicto sanguine liberandi qui in carne quidem

& de carne non tamen carnaliter, sed spiritualiter natus est. Natus enim de spiritu sancto & virgine maria, vt esset in illo similitudo carnis peccati, ideo illi chyrographo non venit obnoxius. Hęc Augustinus. ℂ Item Augustinus ibidem infra modicum, adducens illud apostoli, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors &c. Ita dicit, Vbi euidenter expressum est exceptis cuiuscunq; hominis propriis, commune omnibus hominibus originale peccatum. ℂ Item ibidem Augustinus ait, Hoc generi humano inflictum vulnus a diabolo, quicquid per illud nascitur, cogit esse sub diabolo, tanquam de suo frutice fructum iure decerpat. Hæc ille. ℂ Itē August. lib. 2. de ciuitate dei cap. 6. Omnes itaq; mortui sunt peccatis, nemine prorsus excepto, siue originalibus, siue etiam voluntate additis. Sequitur Et pro omnibus mortuis, mortuus est vnus, id est nullum habens omnino peccatum. Hęc ille. ℂ Item Augustinus ado. ptatum Episcopum ait. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in christo omnes viuificantur: quia sicut in regno mortis nemo sine Adam, ita & in regno vitæ nemo sine christo. Sicut per Adam omnes homines peccatores, ita & per christum omnes iusti homines. Sicut per Adam omnes homines mortales in pœna facti sunt filii seculi, ita & per christū omnes immortales in gratia facti sunt filii dei. Hæc ille. August. August. August. August.

ℂ Idem quod supra probatur auctoritatibus Leonis Chrisostomi, Remigii, Bedæ, Anselmi. Cap. 6.

IDEM quod supra expresse profitetur Leo Papa in primo sermone natiuitatis domini. Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur, vna cunctis lætitiæ communis est ratio, quia dominus noster peccati mortisq; destructor, sicut nullū liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. Hæc ille. ℂ Item Leo papa in sermone natiuitatis dñi qui incipit. Cū semper nos dilectissimi. dicit sic. In totius gñis humani strage cōmuni, vniuersorum remedium sub diuinę rationis occulto fuit quod possit subuenire prostratis. Si aliquis filiorum Adam originalis præuaricationis alienus ac innocens nasceretur, qui cęteris & exemplo prodesset & merito. Sed quia naturalis generatio nō sinebat nec vitiatę radicis propago sine semine esse poterat, de quo scriptura clamat. quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. Nonne tu qui solus es? Idcirco dominus Dauid factus est filius Dauid ac de promissi germinis fructu proles est orta sine vitio. ℂ Item Leo Papa in sermone primo de passione domini, ita dicit. Post illam nanq; præuaricationem primam, & vniuersalem ruinam ex qua per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt, nemo damnationem diaboli, nemo vincula dirę captiuitatis euaderet, nec cuiquam aut recōciliādo, hac veniat, hac reditus pateret ad uitam nisi coæternus & coęqualis deo patri filius dei, & hominis etiā filius, dignaretur veniens quærere & saluare quod perierat. Hęc ille. ℂ Item idē Leo Papa in sermo. 12. de passiōe dñi dicit sic. Quia primi hoīs vniuersa posteritas vno simul vulnere sauciata corruerat nec vlla sanctorum merita cōdōnē poterant illatæ mortis euincere, venit de cœlo medicus singularis multis sæpe significationibus nunciatus & prophetica diu pollicitatione promissus: qui manens in forma dei & hominis nihil proprię maiestatis amittēs, in carnis nostræ animæq; natura sine contagione antiquæ præuaricationis oritur. Solus. n. Leo Papa. Leo. Leo.

beatę virginis natus, est filius absq; delicto, non extraneus ab hominum gñe, sed alienus a crimine, in quo (illius ad imaginem dei cōditi) & perfecta esset innocē tia, & vera natura, cum Adæ propagine vnus existens, in quo diabolus quod suū
Leo. diceret nō haberet, Hæc ille. ¶ Item idem Leo papa ibidem in sermone 14. dans causam quare infirmitates nostras prouenientes ex peccato suscepit, absq; tamē cōmuniōe peccati, ait. Quia nemo posset laqueis mortalibus absolui nisi ille in quo solo innocēs erat natura omnium, sineret se interfici manibus impio
Leo. rum. Hæc ille. ¶ Item idem in sermone 18. Inimicus humani generis mortifi cate in ipsa origine vniuersitati lætale vulnus intulerat: nec poterat declinare
Leo. ferreum ius seminis captiua progenies. Hæc ille. ¶ Item idem Leo in 21. ser mone de passione ait. Colapsa enim in parentibus primis humani generis pleni tudine ita misericors deus creaturę ad imaginem suam factę per unigenitum suū Iesum, christum voluit subuenire: vt nec extra naturam esset reparatio naturæ, & vltra propriæ conditionis dignitatē præferret secūda cōditio. Et infra in eo dem. Suscepit ille naturam quæ & propaginem nostri generis a communi tra
Grego. mite non obrumperet: & contagium peccati in omnes homines transeuntis ex cluderet. Hæc ille. ¶ Item ad idem est Cirillus in tractatu contra manichæos, de similitudine carnis peccati ita dicens. Solus dominus venit in similitudine car nis peccati: solus peccatoribus similis natura carnis assumptę, non tamen con uersatione peccator. Solus nouam carnis gloriam (sicut vas electionis inducit) acquisiuit, vt aliquando nō delinquēs sed delinquenti similis haberetur. Et infra Eius est peccati similitndo: qui peccati nescit veritatem. i. qui non sit peccator. Et infra. Quod cum ita sit, vnus & solus est dominus noster qui & carnem cum spi ritu pro carnis salute coniūxit, & similitudinem carnis peccati illæsa inuiola taq; spiritus sanctitate gestauit. Hæc ille. ¶ Item ad idem beatus Remigius, & po
Remig. nitur in glosa sua ad Ro. 5. Peccatum originale est cuius rei sunt omnes carna liter geniti. ¶ Item ad idem est venerabilis Beda in omelia qua legitur in octa
Beda. uis Epiphaniæ de baptismo christi tractans illud Matt. 3 o. Ego a te debeo bapti zari. ita ait. Ab illo debuit baptizari. i. a peccati originalis contagione munda ri, quod quamuis nullus eo inter natos mulierum maior, tamē quia natus ex mu liere, culpæ vitio nō carebat, ideoq; cum cæteris mulierum natis ab eo qui na tus ex virgine, deus in carne apparuit opus habebat ablui. Quomodo ergo scri ptum est, quis est homo vt immaculatus sit & vt mundus appareat natus ex mu liere? Iure timuit homo q̃uis sanctus, natus tamen ex muliere & ob id a culpæ macula non immunis, baptizare dominum quem ex virgine natū, nouerat nul lam prorsus contraxisse maculam culpę. Hæc ille. ¶ Item ad idem est Ansel
Ansel. mus in multis locis operum suorum. Vnde in 1. li. cur deus homo, ca. 19. ait. Quemadmodum humana natura tota erat in primis parentibus ita in illis vi cta est vt peccaret, excepto illo hoīe, quem deus sicut sciuit sine semine viri de vir gine facere, sic sciuit a peccato Adæ secernere, ita in eisdem vicisset si nō peccas
Ansel. sent. ¶ Item ad idem est beatus Anselmus in lib. 2. cur deus homo, cap. 7. dicens q ex Adam & Eua peccatum in omnes homines propagatum est, & solum exci pit christum, infra. ¶ Item idem ad idem in cap. 15. dicit ita, Oportuit vtiq; vt redemptio quam christus fecit prodesset nō solum illis qui eo tempore fuerūt, sed etiam aliis. Exemplum sit. Rex aliquis cui totus populus cuiusdam suæ ciuita tis sic peccauit excepto uno solo qui tamen de illo est genere, vt nullus eorum facere possit vnde mortis damnationem euadat. Iste autem qui solus est innocēs tantā habet apud regem gratiam vt possit; & tantam dilectionem erga reos vt ve

sit omnes qui suo crederent consilio recōciliare quodam seruitio ꝑ placito valde ipsi Regi, quod facturus est die secūdum volūtatem regis statuto. Hęc ille. Quod exemplum tandem applicat ad christum, ostendendo in toto gñe humano nullum fuisse alium sine peccato cōceptum nisi xp̄m per quē omnes alii reconciliati sunt deo. Item idem Anselmus lib. de conceptu virginali, cap. 10. Quoniam vero Adam subditus noluit esse dei voluntati sicut fuisset si non peccasset, & gratiam quam de se propagādis seruare poterat perdidit, atq; omnes qui operāte natura quam acceperat propagātur eius astricti debito nascuntur. ¶ Itē idem Anselmus ibidem cap. 17. nō lōge supra ait. Inuestigare ꝓposui quomodo semen sumptum de virgine in quo mōstratum erat nullum esse peccatum, liberum auctoritatibus prædictis in quibus omnes alios hoies in peccato concipi posuerā posset intelligi. Hæc ille. ¶ Item idem Anselmus de cōceptu virginali, cap. 22. dicit ꝙ apostolus oēs filios Adæ excepto filio virginis peccatores & filios irę in scripturis suis pronunciat. Hæc ille. Ansel. Ansel.

¶ Idem ꝙ supra probatur auctoritatibus Gregorii & Bernardi. Cap. 7.

Ad idē est Gregorius in moralibus tractans illud Geñ. 6. & in vno cubito consumabis eam, & ponitur in glo. ordinaria, ita dicit. Sed quia nullus sine peccato, nisi ille qui cōceptus est sine peccato, uno cubito cōsumatur archa: quia vnus est adiutor & redemptor ecclesiæ sine peccato, ad quem & per quem oēs proficiūt qui se peccatores nouerūt. ꝑ Ad idem est Gregorius li. 4. moraliū quasi in principio ait. Quisquis enim regñationis vnda non soluitur, reatu primi vinculi ligatus tenetur. Quod enim apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificii, vel pro ipsis qui ex stirpe Abrahæ prodierunt ministerium circūcisionis. Nam ꝙ vnusquisq; primi parētis in culpa cōcipiatur propheta testatur dicēs. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea. Et ꝙ is quem salutis vnda non diluit originalis culpæ supplicia non euadat aperte per semetipsam veritas perhibet dicens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non habebit vitam æternam. Hæc Gregorius. ¶ Item lib. 2. cap. 3. Nullus homo sine peccato est nisi iste qui in hūc mūdū nō venit ex peccato: & quia omnes in culpa ligamur ipsa amissione iustitiæ morimur. Hęc Gregorius. ¶ Item Gregorius 14. moralium cap. 2. Omnes nos inimica illa persuasio in culpæ contagium ab ipsa radice polluerat: nullusq; erat qui apud dñm loquēs pro peccatoribus a peccato liber appareret: quia ex eadē massa æditos atq; coniunctos par reatus inuoluerat, proīnde venit ad nos vnigenitus patris: assumpsit ex nobis naturam, non perpetrans culpā, quia sine peccato esse debuit qui pro peccatoribus interuenire debuisset: quia nimirum alienæ pollutionis cōtagia nō tergeret si propria sustineret. Hęc ille. ¶ Item Gregorius exponens illud exodi. 12. primogenitum asini &c. Oēs inquit nati sumus, & ex carnis delectatione cōcepti culpam originalē contraximus. Hæc ille. ¶ Item beatus Bernardus est ad idem in sermone de passione dñi. qui incipit. Vigilate fratres: qui de peccato originali loquens, ita ait. Maximū est plane originale peccatum quod a primo Adam contraximus, in quo peccauimus omnes, pro quo morimur vniuersi. Maximum plane quod sic totum non modo humanum genus, sed quēmlibet ipsius generis occupat, vt nō sit qui eua- Grego. Glos. Gregor. Gregor. Gregor. Gregor. Bernar.

dat,nō fit vſq; ad vnum,a primo homine vſq; in nouiſſimum protenditur,& in ſingulis quoq; a planta pedis vſq; ad verticem capitis diffunditur, hoc venenū.
Bernar. Hæc ille. ¶ Item idem Bernardus tractans illud pſal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, in ſermone quodam ſuper illo verbo in ſex tribulationibus liberaberis & in ſeptimana non tanget te malum, dicit ſic. Quis inq̄ propheta habitabit in tabernaculo tuo, aut quis ſtabit &c. ¶ Qui (inquit) ſine macula ingreditur. Sed hæc inquies præparatio ſoli xp̄o cōuenire videtur: Nemo enim cæterorū hominū mundus a ſorde, nec infans cuius vita eſt vnius diei ſuper terram. Itaq; ſolus intrabit, qui ſolus eſt agnus ſine macula, ſolus argui nō poterat de peccato qd nec ab eo factum eſt nec in eo inuentum eſt: ſolus plane ſūmus pōtifex nec in p̄re contaminatus eſt ſicut lex dicit. Patrē quippe ſed deum, matrē quoq; ſed virginem hñs, vnde & ſolus ingreditur ſancta ſanctorū, & nemo aſcendit in cœlū niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo. Quid ergo nos? Ita ne cōtinuo diſperabimus? Immo vere ſperabimus, & in hoc maxime. Licet enim ſolus, ſed profecto totus intrabit: & os nō cōminuetur ex eo nō ſine mēbris caput inuenitur in regno: ſi tñ membra fuerint, cōformia. ſ. & coherentia, capiti ſuo. Hęc ille.
Bernar. ¶ Item idē beatus Bernardus in ſermone de ſpiritu ſancto: qui incipit. Hodie dilectiſſimi miſſus eſt coluber tortuoſus a Diabolo vt venenū per aures mulieris in ipſius mentem transfunderet, & ſic refunderet in totius poſteritatis originem. Miſſus eſt iterū Gabriel a Deo vt verbum patris per aurem virginis in ventrē & mentem ipſius eructuaret, eadem via intrauit antidotū, qua venenum intrauerat. ¶ Et infra a planta pedis vſq; verticē nō erat in nobis ſanitas: errauimus ab vtero & in vtero, dānati antequā nati, qui de peccato & in peccato cōcepti. Xp̄s ergo primā medicinā appoſuit vbi prius vulneris præſtabat locus; & ſubſtantialiter vtero virginis lapſus de ſpiritu ſancto cōceptus eſt: vt cōceptionem noſtram mundaret quā ſpiritus malus ſi nō fecerat, infecerat tñ. hęc Bernardus. Ex quo habetur ꝙ prima cōceptio a peccato ſana & mūda, fuit cōceptio xp̄i. ¶ Ecce patres Reuerēdiſſ. vndecim ſanctos doctores ſingulares in eccleſia dei. ſ. Hylariū, Ioānem chriſoſtomū, Hieronymū, Ambroſiū, Auguſtinum, Leonē, Gregorium, Remigiū, Bedam, Anſelmū & Bernardum. Ex quibus collecta ſunt originalia iam poſita. Ex quibus argumentū ſumunt doctores, quorū relator ſum, efficaciſſimū (vt arbitrantur) ad probandū de beata virgine ꝙ magis pium ſit credere eam conceptā fuiſſe in peccato originali q̄ oppoſitū, cum ipſi ſancti doctores ſemper qd pium eſt docuerint, vtpote docti a ſpiritu. Ex quibus arguunt tali ratione. Omnis homo ab Adam deſcendens præter xp̄m cōtraxit originale peccatum in conceptione ſua. Sed beata virgo deſcendit ab Adam & nō fuit xp̄s. Ergo ipſa in conceptione ſua cōtraxit originale peccatum. ꝯña eſt formalis in. 3. primę. Minor eſt manifeſta, maior vero exp̄ſſe habita eſt in auctoritatibus ſupra poſitus tam ſacræ ſcripturæ q̄ ſanctorū doctorū, numero vltra centum.

¶ In quo ponuntur auctoritates ſanctorū & pręcipue Auguſtini dicētes ad fidem catholicā pertinere credere oēs ab Adā ſeminaliter propagatos in originali pc̄tō fuiſſe cōceptos. Cap. 8.

AMPLIVS notandum eſt ꝙ præfati doctores quorū ſententias refero nedū dicunt eſſe verum iuxta auctoritates poſitas tam ſacræ ſcripturæ q̄ ſanctorū oēs homines ab Adam ſeminaliter propagatos eſſe in originali peccato cōceptos, verum et ꝙ hoc ſic credere

ad fidei

ad fidei catholicæ pertineat integritatem, quod tam determinatione vniuersalis ecclesiæ q̃ sanctorũ doctorum auctoritatibus probare conati sunt. Quorum dicta pro itegritate ministerii ex parte huius sanctæ synodi mihi iniuncti vt amplior materia deliberandi in hac re grauissima habeatur institui in medium afferre. Dicunt autem in primis illud determinatione vniuersalis ecclesiæ se accipere ex concilio vniuersali generali milleuitano, in quo fuit Augustinus & Anselmus Romanæ ecclesiæ legatus: vt legitur in canone. de cõsecra. distin. 4. cap. placuit. Vbi cõcilium vniuersale anathematizans negantes paruulos contrahere peccatum originale, causam assignat dicens. Quoniam nõ aliter intelligẽdum est quod ait Apostolus. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodũ ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit. Propter hãc regulam fidei, paruuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc cõmittere potuerunt, ideo in peccatorum remissione veraciter baptizantur vt in eis regeneratione mundetur qd generatione traxerunt. Hoc cõciliũ. Ecce q̃ sacrum cõcilium vniuersale auctoritatem Apostoli dicẽtis per vnum hominem peccatum intrasse in mundum in quo omnes peccauerunt, regulam dicit esse fidei, propter quã omnes paruulos in originali peccato dicit esse conceptos. ¶ Præterea auctoritatibus sanctorũ doctorum hoc idem sic probare cõnati sunt. Primo quidem Augustinus de fide ad Petrum lib. 2. cap. 22. Firmissime tene, & nullatenus dubites primos homines .i. Adam & mulierem eius bonos & rectos & sine peccato creatos &c. Propria volũtate peccasse. Prio quoq; peccato sic in deterius mutatam humanã naturã vt nõ solum in ipsis primis hominibus mors per peccatum obtineret regnum, sed etiam in omnes homines transiret peccati mortisq;. dominium. ¶ Item Augustinus lib. 1. cõtra Pelagian. ita dicit. Alia sunt in quibus inter se alii etiam doctissimi & optimi regulæ catholicæ defensores salua fidei compage nõ cõsonant: & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. Hoc autem de quo nũc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamenta. Quisquis in christiana fide vult labefactare quod scriptũ est. Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum; sicut enim in Adam omnes moriũtur ita & in christo oẽs viuificantur totum qd in christo credimus auferre mollitur. Hæc Augustinus. ¶ Item ibidem volens Augustinus idem ostendere: quos & quales viros fidei catholicæ, defensores haberet suæ opinionis, adducit testimonia multorum sanctorum doctorum de quibus superiori capitulo præcessit memoria, ita dicens. Nõ quidem omnium sanctorum de hac re sẽtẽtias: nec omnes eorum quos cõmemorabot me cõgregaturum polliceor: sed ponam pauca paucorum: quibus tamẽ nostri cõtradictores cogãtur erubescere & credere. Et sequitur infra. Vna est fides catholicorũ. Per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, in quo omnes peccauerũt, vno corde credunt, vno ore fatentur: & vestras nouitias præsumptiones catholica antiquitate subuertunt. ¶ Item idem ibidem libro tertio cõtra Iulianum qui videbatur asserere inter filios sanctorum quos negabat specialiter cõtrahere peccatum originale, præcipue & maxime Isaac non contraxisse asserebat propter specialitatem miraculi conceptionis eius, & promissionem in eo seminis benedicti, in quo benedicendę forent omnes gẽtes, dicit sic. Ego autem secũdum sanam fidem ex eadem concupiscentia voluptate conceptum etiam Isaac dico, ex qua & homines cæteri: vno solo excepto ab hoc malo per quem liberamur a malo. Hæc Augustinus. ¶ Item idem ibidem libro tertio contra Iu-

Cõciliũ milleuitanum.

August.

August.

August.

August.

lianum, sic inquit Iuliano. Vide sane quéadmodũ queras a me, inter tot bonã vnde sit in paruulis malũ: & taces qđ posui in eodẽ lib. cui non rñdes. Et inter ipsa verba quibus nunc rñdes, quod ait apostolus per vnũ hominẽ peccatum intrauit in mundũ & per peccatũ mors, & ita in oẽs homines mors pertrãsiit in quo oẽs peccauerunt. Hæc.n. non vis vt audiant vel legant homines isto loco vbi maxime opus erat, ne agnoscant fidem suã & contemnant argumẽtationem

Augusti. tuam. Hæc August. ℭ Item idem libro. 6. contra Iulianũ, cũ conclusisset cõtra eum ex dictis Apostoli necessario in peccatis mortuos esse omnes, si pro oĩbus mortuus est Christus, subdit. Nemo neget nemo dubitet qui se nõ negat aut dubitat christianũ. Hæc Augustinus. ℭ Item idem lib. 6. cõtra Iulianum ait. Quicũq̧ enim baptizati sumus in christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus. In christo autem baptizantur, peccato ergo moriuntur. Cui peccato quæso te nisi quod originaliter traxerunt. Argumentationes hominum conticescant. Dominus nouit cogitationes hominum quoniam vanę sunt. Abscondit hæc a sapiẽtibus & prudentibus: & reuelat ea paruulis. Si tibi christiana fides displicet, apertius confitere. Nam christianã fidem aliam nõ potes inuenire. Vnus homo est ad mortem, vnus ad vitã: iste tantũ homo, iste est Deus & homo. Per istũ est mundus inimicus factus deo: per istũ mundus reconciliatur deo electus ex mundo. Sicut.n. in Adam omnes moriuntur sic & in christo omnes viuificãtur. Hæc sunt stabilimenta fidei christianæ quæ qui subuertere nititur, stantibus eis ipse subuertetur. ℭ Item idem in secũdo libro de baptismo paruulorum cõtra

Augusti. Pelagianos sic dicit. Teneamus indeclinabilem confessionem ꝙ solus vnus est qui sine peccato natus est in similitudine carnis peccati, q̃ sine pc̃tõ vixit inter aliena peccata: sine peccato mortuus est propter peccata nostra. Et subdit. Nõ declinemus in dexteram vel sinistram. ℭ Item idem libro tertio de baptismo

Augusti. paruulorum, ita dicit: Cæterum in sanctis & catholicis libris viget huius sententiæ clarissima & plenissima auctoritas. Clamat apostolus. Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum: & per peccatum mors: & in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt. Vnde nec illud liquide potest dici ꝙ peccatum Adæ etiam non peccantibus nocuit, cum scriptura dicat, in quo omnes peccauerunt. Nec sic ista dicuntur aliena peccata tanquã omnino ad paruulos non pertineant. Siquidem omnes in Adam tunc peccauerunt. quoniã in eius natura insita vi qua omnes gignere poterat adhuc omnes illi vnus fuerunt. Sed dicuntur aliena: quia nedum ipsi agebant proprias vitas. Sed quicquid erat in futura propagine vita vnius hominis continebat. Hæc Augusti-

Augusti. nus. ℭ Item Augustinus in Epistola ad optatum episcopum dicit sic. Illud enim vbi vel maxime christiana fides consentit ꝙ per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur ita & in christo viuificantur & ꝙ per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit &c. Et infra. Si qua alia sunt testimonia, declarant neminem nasci ex Adam nisi vinculo delicti condẽnationis astrictum: & neminem inde liberari nisi renascendo per christum tam inconcusse tenere debemus, vt sciamus eum qui hoc negauerit nullo modo ad fidem christi, & ad eam quæ per christum datur pusillis & magnis dei gratiam pertinere. Hæc Augustinus.

August. ℭ Item idem Augustinus ad eundem optatum episcopum de origine animæ. Omnes animas etiam parulorum quos ecclesia non vtiq̧ in falsa sed in vera peccatorum remissione baptizat, vera fides prædicat trahere originale peccatum, propria primi hominis voluntate cõmissum, & in omnes posteros genera-

tione transmissum, sola regeneratione purgandum. Hæc Augustinus. ¶ Item Augustinus libro de perfectione iustitiæ capi. 12. ait. Quisquis ergo esse vel fuisse in hac vita aliquem hominem vel aliquos putat excepto vno mediatore dei & hominum, quibus necessaria non fuerit remissio peccatorum, contrarius est diuinæ scripturæ. Vbi Apostolus dicit. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum &c. Sequitur. Et necessarium est vt impia contentione asserat esse posse homines qui sine mediatore christo liberante atque saluante sint liberi saluique a peccato, cum ille dixerit: non est opus sanis medicus sed male habentibus. Hæc Augustinus. ¶ Item idem Augustinus in de origine animæ ad Hieronymum dicit, Sic sentiat quisque quod libeat: tantum contra apostolicam manifestissimam fidem nemo sentiat, quæ ex vnius delicto omnes in dânationem adduci prædicat. Ex qua condênatione nisi gratia non liberetur per Iesum christum dominum nostrum. In quo omnes viuificantur quicunque viuificantur. Hæc Augustinus. ¶ Item Augustinus ad Valerium comitem libro de nuptiis & concupiscentia in principio libri primi. Hæretici noui Pelagiani dilectissime fili Valeri qui medicinam christi qua peccata sanantur carnaliter natis paruulis necessariam non esse contendunt, dânatores nos nuptiarum operisque diuini quo ex maribus & fœminis deus homines creat inuidiosissime clamitant: quoniam dicimus eos qui de tali coniunctione nascuntur, contrahere originale peccatum. De quo apostolus ait. Per vnû hominem peccatum intrauit in mundû &c. eosque de præsentibus qualibuscunque nascantur, nô negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in christo: & per eius gratiam de potestate eruti tenebrarû in regnum illius qui ex eadem sexus vtriusque coniunctione nasci noluit, transferantur. Hæc ergo quia dicimus qđ antiquissima atque firmissima catholicæ fidei regula continetur isti nouelli & peruersi dogmatis assertores infideliter & imperite calumniantur. Hęc August.

Aug.

Augus.

August.

¶ Idem quod supra probatur auctoritatibus Anselmi, Leonis, & diui Thomæ. Cap. 9.

IDEM profitetur Anselmus libro de conceptu virginali cap. 3. dicens. Si dr̃ originale peccatum non esse dicendû absolute peccatum, sed cum additamento originale peccatum, sicut pictus homo non est verus homo sed pictus homo, sequitur ꝙ infans qui nullum habet peccatum nisi originale, mundus est a peccato. Et fuit solus inter homines virginis filius in vtero matris & nascens de matre sine peccato. Aut nô damnatur infans qui moritur sine baptismo nullum habens peccatum nisi originale, aut sine peccato dânatur. Sed nullum horum accipimus. (Quod intelligendum esse videtur, secundum fidem). ¶ Item Leo Papa in sermone natalis domini qui incipit. Quauis dilectissimi, dicit sic. Agnoscat ergo fides catholica in humilitate domini gloriam suam & de salutis suæ sacramentis gaudeat ecclesia quæ chorus est Christi: quoniam nisi verbum dei caro fieret & in nobis habitaret, nisi in communicatione creaturæ creator ipse descenderet, & vetustatem humanam ad nouum principium sua natiuitate reuocaret, mors ab Adam vsque ad finem regnaret & super omnes homines indissolubilis condemnatio permaneret: cum de sola conditione nascendi vna cunctis est causa pereundi. Itaque solus inter filios hominum innocens natus est dominus

Ansel.

Leo Pa.

Iesus Christus: quia solus sine carnalis cõcupiscentiæ pollutione conceptus est. Hæc ille. ¶ Item ad idem est beatus Thomas qui in epistolis Pauli (eiusdẽ Apostoli gloriosi testimonio, vt historia quę in ecclesia de eo cantatur attestatur, ita bonum & verũ intellectũ habuit: sicut in hac vita homo viuens põt habere, hoc idem, iuxta Apostolum Paulum & beatũ Augustinum & alios sanctos doctores prosequitur & confitetur in multis locis operũ suorũ. Primo quidẽ in. 2. sententiarũ di. 31. arti. 2. Item in. 4. distin. 43. arti. 4. q. 1. ad. 3. cuius verba sunt quæ sequuntur. Erroneum est dicere ꝙ aliquis sine peccato originali concipiatur præter xp̃m: quia ille qui sine peccato cõciperetur nõ indigeret redemptione quæ facta est per christum: & sic christus non esset oium hominũ redemptor. Hæc ibi. Item idem sanctus Thomas doctor in. 1. 2. q. 81. arti. 3. dicit sic. Secundũ fidem catholicam firmiter est tenendũ ꝙ oẽs homines, præter solũ xp̃m, ex Adam deriuati peccatũ originale ex eo contrahunt: Alioquin nõ oẽs indigerent redemptione quę est per christum. Q d est erroneum. Hæc ibi. Item idem Doctor sanctus in quæstionibus de malo. q. 4. arti. 6. ita dicit. Erroneũ est dicere ꝙ aliqui seminaliter ab Adam deriuentur absq; originali peccato. ¶ Ecce quot testimonia sanctorũ dicentiũ apertissime ꝙ secundũ fidem christianã tenẽdum sit oẽs ab Adam seminaliter descendentes peccatum originale cõtrahere. Quæ omnia maxime ponderant & ponderanda iudicant doctores, ipsi quorum relator sum. Ex quibus omnibus arguunt, sicut prius ex auctoritatibus positis in superioribus capitulis argutum est, ꝙ necessariũ sit concedere beatissimã virginem obnoxiam fuisse originali peccato: Attẽto ꝙ fides catholica hoc habeat qđ ipsa seminaliter descenderit ab Adam. &c.

Thom. / Thom. / Thom. / Thom.

¶ In quo confutatur primus modus rñdendi exaduerso qui datur in cõmuni ad auctoritates præfatas tam sacræ scripturæ q̃ sanctorum doctorũ vniuersaliter de oium hoium ab Adam seminaliter descendentium obnoxia conceptione docentium. Cap. 10.

VERVM quia partem oppositam defendentes, ad auctoritates præfatas respondere multipliciter nituntur vt robur & fortitudinem labefaciant argumentorũ quibus ex antepositis auctoritatibus luce apertissima doctores ipsi, quorum relator sum, cõcludere videntur beatissimã virginẽ in conceptione sua originali peccato obnoxiam extitisse. pñtis iam propositi est antequam ad alia inducenda testimonia procedatur vt responsa vniuersa data exaduerso ad præmissas auctoritates prius euacuentur: & sanctorũ doctorum intentioni ostendantur esse incõpossibilia. Fiunt autẽ tria exaduerso in hac responsione. Nã dantur prio responsa varia ad auctoritates omnes in vniuersali loquentes. Item dantur secũdo responsa specialia ad auctoritates oẽs in vniuersali loquentes. Item tertio dantur respõsa specialia ad auctoritates aliquas & rõnes per venerabilem collegam meũ in sua relatiõe inductas. Pręter ea vero respõsa, subiungitur vna responsio ad omnia dicta Augustini de originali peccato facientis mẽtionem. Contra quæ responsa hoc eodẽ ordine proceditur. ¶ Circa primũ autẽ exaduerso præsupposito pro fundamẽto ꝙ sacra scriptura multipliciter exponitur: & ꝙ pro sui cõcordia & sana intelligentia in passibus ambiguis libẽter admittit quamlibet rõnalem expositionẽ, rñdendo ad dictas auctoritates proceditur septem viis. ¶ Prima via rñdendi

Pria via

est ꝙ

est ꝙ præfatę auctoritates dicentes oẽs homines.s.ab Adam seminaliter proce- dentes,in originali peccato concipi,non sic sunt accipiendæ in absoluta siue logica vniuersalitate,sed sub vniuersalitate politica. Dicunt.n. ꝙ duplex est vniuersalitas. Vna.s.logica & alia politica. In vniuersalitate quidẽ logica vna particularis interimit vlẽm. Vli autẽ propositioni (politica vlitate) nõ cõtradicũt ab ipso distrahentes, vna vel plures particulares. Et hoc ab aliis oř sub aliis verbis, videlicet ꝙ auctoritates præfatæ nõ sunt accipiendæ absolute siue simpliciter vniuersaliter. Quod dicunt pro tunc fieri quando nihil est sumere sub subiecto de quo non dicatur prędicatũ: sed dicunt eas accipiendas esse sub distributione accõmoda. Dicitur enim cõmuniter (sicut inquit proponens exaduerso) ꝙ oẽs de ciuitate tali sunt sani, diuites, pulchri, siue audaces: vbi tñ aliqui immo multi sunt infirmi pauperes, deformes, aut timidi. Dicitur ẽt cõmuniter ꝙ tota ciuitas cõcurrit ad spectaculum: cũ tñ multi maneant in domibus. Et hoc modo legitur Math. 3. ꝙ exibat ad Ioãnẽ Hieronyma & oĩs Iudęa: & oĩs regio circa Iordanem. In quibus propõnibus manifestũ est ꝙ vniuersalitas nõ semper comprehendit omne cõtentũ. De quo modo vniuersalitatis alia ẽt exẽpla plurima ponuntur exaduerso in multis passibus sacræ scripturæ. ¶ Sed quia hic modus respondendi quasi præcipuus est eoꝝ qui exaduerso dantur., & magis cõis, tria faciam circa eius confutationem. Primo quidem manifeste ostendam ꝗ periculosum sit illam distinctionẽ in passibus sacræ scripturæ introducere, vbi necessitas euidentissima scripturæ aut rõnis non vrget. Secũdo ostendam ꝙ ex illa posita exaduerso (intellecta iuxta sanctorũ glosas) non suffragentur alleganti. Tertio clarissime ostẽdam ꝙ in materia pręsenti pręfata distinctio locũ nõ habeat, & per cõsequẽs ꝙ responsio data nullo iure subsistat. ¶ Circa primũ est summopere aduertendum ꝙ licet verum sit ꝙ sacra scriptura veniat vario modo exponenda in diuersis passibus suis: & ꝙ pro sui cõcordia & sana intelligentia in passibus ambiguis libenter admittat rationabilem distinctionem: nõ tamẽ omnis modus exponendi aut intelligendi qui est rõnabilis in vno loco scripturę, rationabilis est in alio. Immo qui in vno loco est rationabilis, sæpe in alio loco applicatus induceret errorem. Sicut cuilibet in sacris literis ẽt parũ docto manifestum est. Quare summa prouidentia cauendũ est ne quis leuiter ad suggestionem vniuscuiuscũq; etiam si rõnes sufficientes se glorietur habere, aliter exponat scripturam ꝗ exponenda sit, aut ꝗ a sanctis patribus exposita inueniatur. Alias locus daretur erroribus multis: & omnis fidei armatura qua veteres hæreses debellatę sunt, redderetur infirma. Quod exemplariter deducitur in præfato modo respondendi exaduerso dato ad auctoritates vniuersales antepositas qua dicitur ꝙ intelligendę sunt non vniuersaliter.s.pro omnibus comprehẽsis sub subiecto, sed vniuersaliter politice pro multis. Data quidem hac libertate, diceret hæreticus Manicheus negans omnia creata vniuersaliter facta esse per verbum dei ꝙ vniuersalis ista propositio, omnia per ipsum facta sunt. Ioan. 1. non militaret contra eum, quia politice esset intelligenda. Item hæretici ignoitę asserentes deum futura ignorare, dicerent ꝙ contra se non militaret vniuersalis apostoli ad hebræos. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius: quoniam dicerent ꝙ politice esset intelligenda. Item hæretici negantes prouidentiam Dei se extendere ad omnia, dicerent ꝙ non militaret contra eos vniuersalis illa. Cura est ei de omnibus. Sapientiæ. 12. quia politice esset intelligenda. Item hæretici asserentes fornicationem simplicem non esse peccatum mortale, dicerent ꝙ non militaret contra eos vniuersalis ista apostoli. Omnis fornicator, aut im-

rñdendi exaduerso.

Error maxim⁹ exaduerso.

mundus, aut auarus nō habet hæreditatē in regno christi & dei. Ad Ephe. 5. qm̄ dicerent ꝙ politice intelligenda esset. Item hæretici asserentes vsuram non esse pc̄m̄ mortale, dicerent nō militare cōtra eos illā vniuersalem. Date mutuum, nihil inde sperantes Luc. 6. asserentes illam politice intelligendā esse. Item de vniuersalitate tpis sequeretur hæc idem. Sequentes enim errorem Origenis & aliorum dicentiū ꝙ diaboli & homines damnati a pœnis, aliquando liberandi sunt, dicerent ꝙ minime militaret contra eos vl̄is ista. Ite maledicti in ignē ęter. num; qm̄ dicerent qd terminus ille ęternū nō esset capiendus vl̄iter logice pro. oīmoda interminabilitate durationis: sed politice pro aliqua tpis diuturnitate, sicut in aliis passibus scripturę & frequēter accipitur. Et ita de multis aliis exem plū poni posset; quæ pertranseo vt cōpendiosior sit sermo nr̄. ¶ Si vero quis dicat (vt exaduerso vr̄ innui) quod iste modus vl̄iter non extenditur ad propo sitiones vniuersales sacrę scripturę in quibus est respectus ad deū sub rōne oīpo tentiæ & oīscientiæ, siue essentialis dependētiæ ad suas causas meriti aut demeri ti in cōparatione ad ęternā remunerationem (quę sunt verba exaduerso. Pla ne parimodo dicendū est in p̄nti materia de propositionibus vniuersaliter lo quentibus de oium hominū ab Adam seminaliter procedentiū obnoxia conce ptione. Tum primo quia queadmodū pro eo ꝙ repugnat gloriæ christi secūdū quam est oium cōditor, ꝙ aliqua res creata sit ab eo nō producta, necesse est illā vl̄em oia per ipsum facta sunt. & similes, intelligere vl̄iter logice & nō politice: ita quia repugnat gloriæ christi secūdum quā est oium hominum sanguinis sui precio redēptor, ꝙ aliquis vel aliqua hō cōsequatur beatissimā gloriā, suo san guine nō redempta: cuius esset ois qui nullū unq̄ habuisset pc̄m̄. Vt S. Thom. ex verbis Augu. sępe arguit. Vt inferius videbitur. Necesse est igitur pro hono re xp̄i & gloria seruāda eius, ꝙ propōnes vl̄es p̄fatæ, de originali peccato loquē tes, vl̄iter logice accipiantur & nō politice. Et maxime cū nec rō nec auctoritas vrgeat incōtrarium: sicut in parte visum est superius & plenius deo assiſtente in fra ostendetur. Pręterea scdo. Si propōnes sacræ scripturę vl̄es in quibus fit ser mo de merito vel demerito in comparatione ad ęternam remuneratione intel ligendę sunt vl̄iter logice & nō politice, vt dr̄ exaduerso. Plane multo rōnabi lius vr̄ esse dicendū de propōnibus vl̄ibus loquētibus de illo vl̄i oium hominū demerito siue peccato originali qd est radix oium maloꝝ: de quo dicit ap̄ls in quo oēs peccauerunt. Ro. 5. Et Aug. tractans illud Gen. 17. Masculus cuius ca ro pputii circūcisa nō fuerit peribit de populo meo: quia pactū meū irritū fecit. dicit post multa. Paruuli nō ſm vitę suæ proprietatem sed ſm cōem humani ge neris originem oēs in illo vno testm̄ dei dissipauerunt in quo oēs peccauerūt. Ex quibus patet primū, videlicet q̄ periculose agatur nulla occurrente cā eui dente aut vrgente necessitate, videlicet vbi nec passus scripturę efflagitat nec euidētia rōnis fidei exposcit, ꝙ propōnes a spiritu sctō in scriptura vl̄iter ꝓ rola tę nō vl̄iter vl̄itate logica sed politica dicantur venire exponendę. Hoc quippe vr̄ esse minus integre scripturas accipere. Cōtra qd dicit August. in lib. de spiri tu & anima. Accipite integre scripturas, si integri esse desideratis.

August.

August.

¶ Q d' exēpla exaduerso inducta nō faueant proposito suo. Cap. 11.

SECVNDVM aūt qd iam aggrediendū venit est exēpla scripturę inducta exaduerso quæ dicuntur nō logica vniuersalitate sed politi ca intelligenda esse, ostēdere paꝝ facere pro intentione allegantis. Et

quã in multis hoc faciliter posset ostendi, considératis tam circunstantia literæ q̃ glosis sanctorum; quæ aliã frequẽter intelligentiã insinuant q̃ capiatur exad uer.o: breuitatis tñ causa, de inductis tm̃, exempla Pauli ad Romã. quæ rei de qua loquimur magis proxima sunt, manifestare curabimus. In quibus exaduerso dr ꝙ Paulus vsus est vniuersalitate politica & nõ logica. Quorum primũ est illud ad Ro. 3. Oĩs homo mendax. Q d aũt hæc propositio vl̃iter logice & nõ politice sit capienda. l. pro vniuersis descendentibus ab Adam seminaliter, sic deducitur. Pro quo notandũ ꝙ cũ hoc nomen mendax sit nomen verbale, sicut audax, capax & rapax, nõ dicit actũ mentiendi, sed cõditionem contractæ infirmitatis. Et ideo nõ est idem esse mendacem, & dixisse mendaciũ; sicut nõ est idem esse rapacem & rapuisse. Vnde Glosa quæ Ambrosio ascribitur dicit idem sic. Oĩs homo mendax id est nõ habens verũ esse naturæ in quo cõditus est. sed per peccata defluens. Et beatus Bernardus in lib. de gradibus humilitatis tractans eandẽ auctoritatem ita dicit. Quid est oĩs homo mendax? oĩs homo infirmus, oĩs hõ miser & impotens: qui nec se nec aliũ põt saluare. Et infra. Ait propheta oĩs homo mendax: neminem excipit, nisi quem decipiat: sciens quia oẽs peccauerunt & egent gloria dei. Hæc Bernar. Ex quibus patet ꝙ ista instãtia nulla est. Pueri innocẽtes nunq̃ mentiti sunt. ergo nõ fuerũt mendaces. Ab actu. n. ad habitũ siue potentiã negatiue, ꝯsequẽtia nulla est. Et ita patet ꝙ vniuersalis illa tam prophetę q̃ apostoli; Omnis homo mendax. iuxta assignatam intelligentiam Ambrosii in glos. & beati Bernardi, non vniuersal'r politice vt præsupponitur exaduerso, sed vniuersaliter logice & absolute respicere dicenda est omnem hoiem ab Adam seminaliter propagatum pro conceptionis suæ tpe, pro quo quilibet talis dicitur recepisse esse infirmum per peccatũ: quod idem est quod est esse mẽdacem in hoc loco. ¶ Cæterum hoc idem patet de secunda auctoritate quæ exaduerso in exẽplum iducitur vniuersalitatis politice in qua dicit apostolus causati sumus omnes Iudæos & græcos esse sub peccato. ad Ro. 3. Nõ enim hęc auctoritas (vt innuitur exaduerso) solum de peccato actuali loquitur: quia tũc ad paruulos Iudęorum & græcorum non se extenderet. Sed loquitur de vtroq; secũdũ Glo. Quia omnes illi tam gręci q̃ Iudęi nullo dempto, aut originali aut actuali peccato erant obstricti dicente Apostolo ibidem. Non est distinctio. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Vbi glosa ordinaria quæ Augustino ascribitur ita ait. Non est distinctio. Omnes peccauerunt, vel in seipsis, uel in Adam: quia sine peccato non sunt quod originaliter contraxerunt; uel quod malis moribus addiderunt. Hæc glo. Et ita secundum glo. beati Augustini apostolus in auctoritate illa nõ utitur uniuersalitate politica sed logica intelligendo illam se extendere uniuersaliter absolute ad omnes ab Adam seminaliter propagatos. ¶ Item idem ostenditur de tertia auctoritate quæ inducitur exaduerso de eodem loco apostoli uidelicet. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciet bonum nõ est usq; ad unum. Quoniam cum glosa ordinaria ibidem solum christum excipiat ab uniuersalitate illa, non est intelligendus ibi apostolus loqui de declinatione sola illa uniuersali qua uniuersitas humani generis declinasse dicitur a rectitudine originalis iustitiæ in qua primus homo conditus erat. De qua inquit propheta. Erraui sicut ouis quæ perierat. Et dominus Mat. 18. ꝙ fuerint alicui centũ oues, & una ex eis errauerit. &c. Vbi Hilarius ait (ut supra uisum est) Ouis autem una, homo intelligendus est, sub homine uno uniuersitas sentienda est. In unius enim Adæ errore omnium hominum genus oberrauit. Hæc ille. Sicut autẽ primo homine declinante a recti-

Glos. Ambr. Bernar.

Glo.

Glos. August.

August. Glos.

Glos.

Hilari.

tudine originalis iustitiæ tota eius posteritas intelligitur declinasse: Ita intelligitur effecta inutilis.i.deficiens a consecutione vltimi finis. Sicut medicina dicitur inutilis: quæ deficit ab introductione sanitatis. Fuit insuper inualida effecta ad operandū opera meritoria. Et ita apparet ꝙ secundum istam intelligentiam apostolu; non politice, vt dicitur exaduerso, sed vere vniuersaliter loquitur. Præterea idem apparet de quarta auctoritate quæ inducitur exaduerso ex eodem apostolo ad Ro. 5. vbi dicit. ꝙ per vnius (scilicet xpi) iustitiā in oēs homines in iustificationem vitæ: quæ vniuersalis propositio apostoli pro tanto dr̄ exaduerso, nō intelligenda esse vniuersaliter logice sed politice quia pauciores sunt homines iusti. Sed salua pace, hoc non est dicendum: qd venire videt ex nō integra intelligentia apostoli: qm̄ Apostolus non loquitur hic de iustitia christi quantū ad efficientiam: sed quantū ad virtutem eius & sufficientiā qua potest & valet oēs homines vniuersaliter absolute iustificare. ℂ Vnde Gl. ordinaria ita ait. Per vnius iustitiam. ſ. valentem in oēs homines. Et ideo Nicolaus de lira dicit in eodem passu. Nec valet si quis contradicat. d. ꝙ non oēs sunt iustificati per gratiam christi: quia hoc non prouenit ex defectu gratiæ: sed ex defectu hoium eam expellentium. Hæc ille. Ex quibus manifeste patet quantū detraheretur gloriæ virtutis christi & fidei christianæ fundamentis dicere ꝙ auctoritas illa Pauli, iustitia christi in omnes homines in iustificationem vitę (iuxta intelligentiam datam) sit politica vniuersalitate intelligenda, & nō absoluta siue logica. Et hoc idem de multis aliis exemplis inductis exaduerso posset oñdi scripturæ auctoritatibus medulitus & nō perfuntorie in solo cortice līæ consyderatis: a quarum deductione breuitatis causa supersedendum duxi.

Glos. / Nico. de lira.

ℂ Auctoritates præfatas sacræ scripturæ & sanctorum non esse interpretandas ſm vniuersalitatem politicā vt dicitur exaduerso, sed ſm vl̄itatem logicam. Cap. 12.

VENIO ad tertium in quo ostendendū est ꝙ responsio data exaduerso stare nō possit: qua dictū est ꝙ auctoritates pręfatæ tam scripturæ ꝙ̄ sanctoꝝ doctorū dicentes, oēm hominem ab Adam seminaliter propagatum fore in originali peccato conceptū, nō esse accipiendas vniuersaliter simpliciter siue logice: sed vniuersaliter politice. Et hoc ostenditur triplici via. Primo quidem auctoritate sanctorum: qui apertissime dicunt ab illis vniuersalibus propositionibus neminem ab Adam seminaliter propagatum excipiendum esse. Secūdo determinatione vniuersalis ecclesię. Tertio ratione multiplici. Auctoritate quidem primo patet ex oibus illis. 23. auctoritatibus supra positis iuxta intelligentiam sanctoꝝ doctorum dicentium solum christum in toto genere hominum a peccato originali immunem fuisse: cum quorum auctoritatum veritate videtur non posse stare responsio data exaduerso in qua innuitur alium a christo immunem conceptionem habuisse ab originali peccato. ℂ Cæterum secundo patet auctoritate multorum sanctorum doctorum. Vnde Augustinus in sermone de verbis apostoli vbi dicit apostolus. Condelector legi dei. Romañ. 7. qui sermo sic incipit. Cum ergo semetipsos sentiant sanctitatis; ita dicit de lege peccati. Omne humanum genus huic legi generaliter sine vlla exceptione subiicitur &c. Item Augustinus in Enchiridion capitulo sexto dicit. Nullo enim excepto dictum est. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte

August. / August.

ipsius

ipsius baptizati sumus. Et hoc ideo dictum est vt probaret mortuos quidem nos esse peccato, quod peccatum paruuli nascendo traxerunt. Hæc ibi. Ecce ꝙ Augustinus omnē exceptionem excludit. Item Augustinus contra Iulianū lib. primo, & etiam de secūda blasphemia contra pelagianos, ita dicit. Oēs nos vulneratos esse peccato protoplausti vas electiones probat cum dicit. Non est distinctio. Omnes. n. peccauerunt & egent gloria dei. Qui dicit oēs, nullum excipit. Et infra. Resistitis fundatissimæ fidei, vbi apostolus ait. Per vnum hominē peccatum intrauit in mundum & per peccatū mors: & ita in omnes pertransiit in quo oēs peccauerunt. Et ita oēs oportet intelligi. Nūquid hæc falsa sunt? Quis hoc dixerit, nisi diuinorū eloquiorum apertissimus inimicus? Hæc ille. ¶ Item Augustinus lib. 3. cōtra Iulianum qui inter filiorū sanctoꝝ veterū patrū, quos negabat specialiter peccatū originale contraxisse videbatur asserere hoc præcipue de Isaac, propter specialitatem miraculi cōceptionis eius, & promissionem seminis in quo benedicendę essent oēs gentes. dicit sic. Ego aūt secundū sanam fidem ex eadem cōcupiscentiæ voluptate cōceptum esse Isaac dico vt hoīes cæteri (vno solo excepto ab hoc malo, per quem liberamur a malo) Hæc August. Ecce Augustinum clarissima luce dicentē. Omnes homines pręter alioꝝ liberatorem xpm cōceptos esse in originali peccato. ¶ Item idem Augustinus libro 6. cōtra Iulianum in fine, arguens cōtra rñsionem Iuliani qui auctoritatē Apostoli dicentis in quo oēs peccauerūt dicebat, nō oēs cōcludi sed multos. Quod patere dicebat ex hoc ꝙ in ea auctoritate sequitur. Per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi. Confutando rñsionem Iuliani hæretici, confutare videtur rñsionem datam exaduerso de vniuersalitate politica quę videtur esse eadem. Ita dicit Iuliano. Cum vero multos (quod dicit postea) non vis intelligi omnes quod prius dixerat, ideo existimas dictū fuisse multos ne oēs intelligeretur. Poteris hoc dicere & de semine abrahę cui promissę sunt omnes gentes, nō omnes gentes fuisse, promissas: quia dictum est alio loco. Patrem multarū gentium posui te. Est autē sanus intellectus ideo sic loquutam scripturam: quia possent esse aliqua quæ dicantur oīa. quæ nō sunt multa, sicut oīa dicimus euangelia: & tamē breui numero idest quaternario cōtinentur. Et rursus. Possunt aliqua multa esse, non tñ oīa. Sicut multos dicimus credere in deū christum, nec omnes tamē credunt. Nō enim omniū est fides ait apostolus. Q̄d autē dictum est in semine tuo benedicentur oēs gentes, & patrē multaꝝ gentium posui te, easdem multas oēs, & easdem oēs multas esse manifestum est. Ita etiā cū dictum est. Per vnum in omnes transisse peccatū, postea & per vnius inobedientiam peccatores cōstitutos multos, ipsi sunt multi qui & omnes. Similiter cum dictum est. Per vnius iustitiā in omnes homines ad iustificationem vitæ: Et rursus dictum est. Per vnius obedientiā iusti cōstituuntur multi: sed nō aliquibus exceptis. Sed eosdem multos oportet intelligi: nō quia oēs iustificātur in christo: sed quia omnes qui iustificātur nō aliter pñt iustificari, q̄ in christo. Oēs ad mortem per Adam, oēs ad vitam per christum: Quia sicut in Adam oēs moriuntur, ita & in christo oēs viuificabuntur. i. ex prima origine, generis humani. nemo ad mortem nisi per Adam; nemo ad vitam nisi per xpm. Vos aūt dum nō omnes sed multos, siue per Adam cōdemnatos esse, siue per xpm liberari vultis intelligi, horrenda peruersitate christianæ religioni estis infesti. Hæc Augu. ¶ Itē Aug. secundo de ciuita. Dei cap. vi. Oēs itaqꝫ mortui sunt peccatis, nemine prorsus excepto siue originalibus siue etiam voluntate additis. Sequitur. Pro oībus mortuus est vnus nullum hñs omnino peccatum. Hæc ille. ¶ Item ad idem est

August.

August.

August.

August.

Ambr. beatus Ambrosius de quo Augustinus in secundo libro contra Iulianum testi-
August. monium faciens, ita inquit Augustinus. Praecipites ausus refrenetis: & tanq̃ ex furore resipiscentes incipiatis in qua nutriti estis recolere, & aduertere & resume re veritatem. Dicit beatus Ambro. Vnũ solum hoiem mediatorem Dei & hominũ eo qd sit natus ex virgine, nec senserit nascendo pctm̃, generatiõis obnoxiae
Ansel. vinculis nõ teneri: oẽs aũt homines sub pctõ nasci. ¶ Ad idem est Anselmus qui in libro de conceptu virginali cap. 22. vt superius relatum est ait, ꝙ Apostolus omnes filios Adę excepto filio virginis peccatores & filios irę in scripturis suis pronunciat. Haec ille. Ecce manifestum testimoniũ Anselmi de intentione Apostoli ꝙ ab illis vniuersalibus propositionibus de pctõ originali solus xp̃s excipiatur. ¶ Item ad hoc est ẽt beatus Bernardus qui cõtra excipiẽtes beatã virgi-
Bernar. nem ab ista regula generali ita loquitur. Solus itaq; dñs Iesus xp̃s conceptus est de spiritu sancto: quia solus est ante conceptũ sanctus: quo excepto vniuersos respicit ex Adam natos qd vnus similiter de semetipso ac veraciter cõfitet. In iniquitatibus inquiens cõceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea.

¶ Eadem vniuersalitas logica de qua supra per auctoritatem ecclesiae comprobatur. Cap. 13.

C AETERVM hoc idem oñdi, secũdo vr̃ determinatiõe vniuersalis ecclesiae in cõcilio generali mileuitano cõgregatis in quo (vt supra dictũ est) fuit August. & Anselmus romanae ecclesiae legatus: vt legitur in canone de cõse. di. 4. c. placuit. vbi cõcilium vniuersale anathematizans negantes paruulos contrahere originale pctm̃ ait. Qm̃ nõ aliter intelligendũ est quod ait apostolus, per vnũ hoiem pctm̃ intrauit in mundum & per pctm̃ mors, & ita in oẽs homines pertransiit in quo oẽs peccauerũt, nisi quemadmodũ ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit. Propter hãc regulã fidei paruuli qui nihil pctõꝝ in semetipsis adhuc cõmittere potuerũt, iõ in peccatorũ remissione veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur qd generatione traxerũt. Haec sunt verba concilii. In quo decreto veniunt ponderanda tria. Primũ ꝙ auctoritatem istam dicentem per Adam pctm̃ in mũdum intrasse, esse regulam fidei. Scdo ꝙ ex ista arguit & diffinit paruulos esse in originali conceptos. Vñ ait. Propter hanc regulã &c. & argm̃ esset nullũ nisi vl'ter intelligeretur auctoritas aplĩ. Nec valet si dicatur ꝙ cõciliũ nõ dicit oẽs paruuli. Quia vt gl. ait i. c. Si nõ licet. 23. q. 3. Verbũ indefinite prolatũ, gñaliter intelligendũ est. 3. ponderandũ est, qd ait. queadmodum ecclesia catholica semꝑ intellexit. Qd vero vl'is ecclesia semp tenuerit ꝙ solus xp̃s sit exceptus ab
August. ista regula gñali, testatur Aug. in quodã tractatu paruo, quẽ super eadẽ auctoritate fecit, tractãs verbũ illud aplĩ priae Thi. 1. Fidelis sermo & oi acceptione dignus &c. vbi ita dicit. Quis est sermo fidelis & oĩ acceptione dignus: quia Iesus venit in hunc mũdũ peccatores saluos facere, quoꝝ ego primus sum. Qui dicit ego nõ sum peccator vel nõ fui, ingratus est saluatori. Nullus hoium in illa q̃ ex Adam defluit massa mortali nullus oĩno hoium non ęgrotus, nullus sine grã dei sanatus. Nullus ergo nobis insinuet doctrinas alienas & falsas. Hoc ecclesia semp habuit, semp tenuit: haec a maioꝝ fide pcepit, haec vsq; ad finẽ pseuerãter custodit, qm̃ nõ est opus sanis sed aegrotãtibus medicus. haec ille. Itẽ hoc idẽ patet p eũdem Aug. qui lib. 2. cõtra Iulianũ prosequẽs auctoritatẽ illã Pauli. Per
August. vnũ hoiem &c. Ita inquit. Propter quã catholicã veritatẽ sancti ac beatissimi &

diuinorum eloquiorum clarissimi sacerdotes Hyreneus, Cyprianus, Reticius, Olympus, Hylarius, Ambro. Gregorius, Innocentius, Ioánes, Basilius, quibus addo velis nolis Hieronymũ, vt eos obmittã q̃ nondũ dormierunt aduersus vos proferunt de oium hominũ pctõ originali obnoxiã successione sniam. Vnde nemo eruitur, nisi quẽ sine lege peccati repugnante legi mẽtis virgo cõcepit. ¶ Et infra modicũ, in fine eiusdẽ secũdi libri ita ait eidem Iuliano. Nõ tu iudices quæsiturus es vbi cãm tuã purges, sed vbi tot sctõs doctores egregios atq; memorabiles catholicæ veritatis accuses, Hyreneũ, Cyprianũ, Reticiũ, Olympũ, Hylariũ, Gregoriũ, Basiliũ, Amb. Hierony. cæterosq; socios atq; participes eorum. Insuper vniuersam xpi ecclesiã: qui diuinæ familiæ, dñica cibaria fideliter ministrantes, ingenti in dño gloria clauerunt. Hæc Aug. Ex quibus verbis August. manifeste colligitur vniuersalẽ ecclesiã & sctõs eiusdẽ doctores, propõnes prædictas dicentes, oẽs homines seminalr ab Adã descendentes pctm̃ incurrisse originale, tenuisse, esse vl'r, simplr & non politice intelligendas. Et q fides vlis ecclesiæ semper tenuerit solum christum in toto genere humano a peccato originali in conceptione sua imunem fuisse. Augus.

¶ Confutatur responsio data exaduerso ad auctoritatem concilii mileuitani. Cap. 14.

SED dr̃ exaduerso q hæc determinatio vlis ecclesiæ facta in concilio præfato mileuitano non vr̃ militare: quia pariter ecclesia vlis nõ semel, puta in vno concilio, sed qualibet die adminus dñica profitetur publice cũ Athanasio, q in aduentu xpi oẽs resurgere hñt cũ corporibus suis. Qua tñ vl'i propõne catholica, & tam solẽniter publicata nõ obstãte stat in veritate illa singularis q beata virgo in aduẽtu xpi nõ resurget cũ corpore suo, pp singularẽ rõnem sibi conuenientẽ: quæ nõ reperitur in aliis. Et ita in proposito (inquit) esse dicendũ q istę duę propõnes stant simul in veritate oẽs peccauerũt in Adam, & cõtraxerunt originale pctm̃. Et q beata virgo dono grãe pręuenta nõ peccauerit in Adam, nec cõtraxerit originale pctm̃. ¶ Ad istud qd sæpe repetitur exaduerso tanq̃ singulare refugium rñdetur q nullo modo est sile hoc qd inducitur de resurrectione, ad id qd inducebatur de pctõ originali, pp duo. Tum primo quia concilium Mileuitanũ dicens nõ aliter intelligendũ esse qd ait apostolus. per vnum hoiem peccatũ intrauit in mundũ & per pctm̃ mors, & ita in oẽs hoies pertrãsiit in quo oẽs peccauerũt, nisi queadmodũ ecclesia catholica vbiq; diffusa semp intellexit, istam propositionẽ simpl'r vl'ter esse intelligendã: videlicet de oibus propagatis ab Adam seminaliter. Propter quã intelligentiam quã dicit semp habuisse vniuersalẽ ecclesiã diffinit vniuersos paruulos cõtraxisse originale pctm̃, ita, dicens. Propter hanc regulã fidei, paruuli qui nihil pctõrum in semetipsis adhuc cõmittere potuerũt: ideo in pctõrum remissionẽ veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur qd gñatione traxerunt. Hoc autẽ nõ est in eo exemplo qd de simultaria resurrectione vniuersali inducitur exaduerso: quoniam licet ecclesia sæpenumero repetat q oẽs homines in christi aduentu resurrecturi sint cum corporibus suis, nõ tamen dicit q simpliciter, vniuersaliter sit accipienda ista propositio vniuersalis: quia in hoc contradicere videretur scripturæ sanctæ: quæ ait Matth. 27. q multa corpora sanctorum qui dormierunt surrexerunt. quæ (vt ait ibidem Glo. ordina. quæ est Bedæ) credendi sunt cum domino ascendente ascendisse simul cum corpo- Glos. Beda.

re. Et ita plures ab ista vniuersali per priuilegium gratiæ singularis ex ipso scripturæ testimonio sunt excepti. Et idem dicit Ambrosius & sanctus Remigius, cuius dictū ponitur in Glo. ordinaria sub hac forma. Quærit aliquis quid de illis factum sit qui resurgente domino surrexerunt. Credendum quippe est ꝙ ideo surrexerunt ut testes essent dominicæ resurrectionis. Quidā dixerunt ꝙ iterum mortui sunt & in cinerem cōuersi, sicut & Lazarus & cæteri quos dominus suscitauit. Sed istoꝝ dictis nulla fides est accōmodanda: quoniam maius esset eis tormentum qui surrexerunt si iteꝝ mortui essent, ꝗ si non resurgerent. Incunctanter ergo credere debemus, ꝙ qui resurgente domino a mortuis surrexerunt ascendente eo ad cœlos & ipsi pariter ascenderunt. Hæc Remigius & Rabanus. Vnde dicit magister Nicolaus gorram in postilla super Matth. Nulla fides temeritati coꝝ est adhibenda qui dicunt eos in cinerem reuersos. ¶ Item sanctus Thomas in. 4. dicit hoc esse probabilius dictum ꝙ. s. perpetuæ resurrectioni fuerunt donati. Vt verum testimonium de christi resurrectiōe vera proferrent. Quod minime facere visi fuissent, si in cinerem iterum reuersi fuissent. Et ita manifestum habetur non militare qđ inducebatur exaduerso. ¶ Praterea scđo falsum præsupponitur exaduerso, aut est petitio principii. Videlicet ꝙ sicut beata virgo habuit gratiam priuilegii in acceleratione resurrectionis, ꝙ ita habuit priuilegium gratię singularis in prȩseruatione a contractione originalis peccati. Alia autem circa istā materiam reseruantur vsq; ad locū vbi ad ea quæ inducta sunt de Augustino de assumptione beatæ virginis respōsa dabuntur, & in aliis locis, iuxta exigentiam materiæ fortassis aliqua memorabūtur.

Ambr. Remigi. Glo.

¶ Idem qđ supra de vniuersalitate logica, & non politica in proposito probatur rōne multiplici. Cap. 15.

PRAETEREA hoc idem tertio ostenditur rōne multiplici. Et primo sic. Si auctoritates istę vniuersales supra positæ, vniuersaliter simpliciter nō sunt accipiendæ, sed politice (vt dicitur exaduerso) tunc argumētoꝝ processus beati Augustini cōtra Pelagianos negantes paruulos peccatum cōtrahere originale fundatus in prædictis auctoritatibus, factus in multis locis, præsertim in lib. de baptismo paruulorum, in libro cōtra Iulianum defensorem hȩresis pelagianę; in libro de natura & gratia; in libro Enchiridion; in libro de nuptiis & cōcupiscētia; & in libro qui dicitur hyponosticon, nullus esset, quoniā ex particularibus processisset: et ita inualidus fuisset. Qđ nō videtur secure dictū. Asserebant. n. prænominati hæretici inter alia, ꝙ Isaac & filii regeneratoꝝ nō cōtraherent peccatū originale. Contra quos August. procedit ex illis propositionibus vniuersalibus tam sacrę scripturæ supra positis ꝗ multoꝝ alioꝝ doctorum: sicut Hilarii, Ambrosii, Ioā. chrisostomi, Basilii, & multoꝝ aliorum quoꝝ sententias recitat in suis libris Augu. Quæ auctoritates si nō teneantur simpliciter vniuersaliter de oībus seminaliter propagatis ab Adam sed politice, oēs. i. ꝗplurimi, vel oēs. i. multi: processus videretur fuisse nullus, & per cōsequēs nōdum argumētis Aug. essent hæretici confutati. Quoniā dato ꝙ Isaac & filii baptizatoꝝ sine originali cōciperentur adhuc verum esset ꝙ ꝗplurimi siue multi peccassent in Adam & in originali peccato essent concepti. Immo si illa expositio auctoritatum esset vera siue bona absq; repugnantia sacræ scripturæ & fidei læsura, posset dici ꝗplures alios peccatum originale nō contraxisse. Quod est manifeste erroneū. Et tamē cōsequēs

 esta patet. Quoniã data illa expositiõe de vniuersalitate politica in qua omnes exponuntur .i. multi, possunt saluari adhuc in illo casu oẽs auctoritates apostoli & sanctorum in veritate. ¶ Scdo arguitur sic. Nulla expositio est admittenda sed tanquã periculosa repellẽda, per quã redditur scriptura sacra suspecta de veritate. Sed dicendo qd auctoritates illę dicentes oẽs in Adam peccasse, & oẽs ab eo seminaliter propagatos contraxisse pctm̃ originale, nõ sunt accipiendę vniuersaliter, redditur sacra scriptura de veritate suspecta: quæ vniuersaliter exprimit, & vniuersaliter intelligit, vt sancti doctores asserunt & affirmant, cum non sit vniuersalis vera, cuius particularis est falsa. Nõ enim est vera ista. Omnis hõ currit, existente ista falsa. Sortes currit. Nõ ergo admittenda est hæc expositio data exaduerso de vniuersalitate politica. ¶ Tertio sic. Sacra scriptura dicẽs, oẽs in Adam peccasse, nisi christum excipit: nec etiã sancti doctores: quos actor sacræ scripturæ .s. spiritus sanctus eiusdẽ scripturæ posuit expositores, ergo nullius alius a nobis excipiendus est. Verbo .n. generali omnia debẽt includi. Vñ apostolus ad hebræos allegans illud prophetæ. oĩa subiecit sub pedibus eius, dicit. In eo .n. ꝙ ei oĩa subiecit, nihil dimisit nõ subiectũ ei. ¶ Regula .n. est ꝙ qui oẽs vel omnia dicit, nullum vel nihil excludit vel excipit. 19. di. c. Si romanorum. Et extra de maio. & obed. c. solite. ¶ Quarto sic. Si propositiones illæ nõ essent vniuersaliter absolute intelligendæ, sed vniuersaliter politice, tunc ista auctoritas. omnes in Adam peccauerunt, & similes deberent resolui in particulares, videlicet dicendo oẽs .i. multi in Adam peccauerunt. Sed hoc est falsum, qm̃ glo. ordinaria cõstructa ex dictis sanctorum doctorum quibus maxime credendum est, in expositione sacræ scripturæ, propositiones quæ particulariter de hac materia siue indefinite loquuntur, in propositiones resoluit vniuersales: sicut patet ad Ro. 5. Vbi cum dicit apostolus. Si enim vnius hoĩs delicto multi mortui sunt Glo. inquit. Multi .i. omnes filii Adę ex eo carnaliter geniti, mortui sunt .i. peccatores cõstituti. Itẽ in eodẽ cap. vbi apostolus ait. Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi. Glo. exponit .i. oẽs. quo patet manifeste ꝙ expositio ista data exaduerso nõ potest stare sed oportet dicere ꝙ intentio fuit apostoli & sanctorum simpliciter vniuersaliter loqui in illis propositionibus, neminem excipiendo ab eis. ¶ Quinto sic. Si auctoritates præfatæ ita venirent exponẽdæ & distribuẽdæ, vt dr̃ exaduerso nõ simplr̃ vniuersaliter, sed aut politice aut sub distributione accõmoda. Sicut ista. deus illuminat oẽm hominem venientem in hunc mundũ: aut aliæ similes: vt dictum est. Tunc sicut excipi ab illis beatam virginẽ nõ est cõtra scripturã sacram (vt ipsi dicunt) pari rõne nõ esset contra veritatem sacræ scripturæ alios ẽt excipere, si verum sit ꝙ propositiones illæ nõ vniuersaliter simplr̃ accipi & intelligi deberẽt. Sed hoc nõ est dicendum. ergo nec ista expositio auctoritatũ est admittenda. ¶ Sexta ratio. beatissima virgo rõne cuius dr̃ ꝙ prefatæ auctoritates tam sacræ scripturæ q̃ sanctorum doctorum non sunt simplr̃ vniuersaliter intelligendę, nõ excipitur ab illis ergo intelligitur includi. Patet cõsequentia. 23. q. 5. cap. si non licet in glo. super verbo exceptus. Quod enim canon nõ excipit, nec nos excipere debemus. Qd aũt nec canon nec auctoritas aliqua excipiant gloriosam & beatissimam virginem, patet. Tum primo: quia in nullo sanctorum locorũ scripturarum excipitur. Plane creditur si alicubi exciperetur inductũ fuisset exaduerso in medium. Qd non est factum. Tum secundo quia (vt videbitur infra) doctores sancti eam sub ista lege expresse includunt, & includendam asserunt.

Glo. Glo.

¶ Cur auctoritates de cōtractione originalis peccati sunt accipiendæ in vniuersalitate logica & non plures aliȩ in sacra scriptura. Cap. 16.

8 ED quæritur exaduerso. cur tam variȩ propōnes prædictæ sacrȩ scripturæ vniuersaliter loquētes de originali peccato, plus in vniuersalitate absoluta siue logica accipiendȩ sunt, q̄ multȩ aliȩ vniuersales propositiones in scriptura eadē positȩ. ¶ Ad hoc rn̄detur iuxta doctrinā eo⁊ docto⁊ quo⁊ referendi sn̄ias huius sacræ synodi dispositione officium gero, hoc ex multis ratiōabilibus causis prouenire. Primo quidem, qm̄ si propositiones illȩ vniuersales sacræ scripturæ & sancto⁊ dicētes omnem hoīem ab Adam seminaliter propagatum originali peccato fuisse obnoxium restringere, limitare, siue cōtrahere ad vniuersalitatem politicā sicut limitantur & restringuntur plures aliȩ in sacra scriptura, de quibus supra cōmemoratum est exaduerso sequeretur (sicut superius argutum est) ꝙ stante veritate sacræ scripturæ & sanctorum doctorum multi ab Adam seminaliter propagati credi possent absq; læsura fidei originali peccato obnoxii non extitisse. Quod fidei christianȩ religionis (vt aiunt testimonia sancto⁊ patrū) minime cōsonat. Quare multi eo⁊ dant fidei regulā pro expositione vniuersalium positionū in sacra scriptura positarum, ꝙ propositio proprie vniuersalis in sacra scriptura posita est extēsibilis ad quodlibet inferius sub subiecto propositionis inclusum, & non ad aliqua tantū restringenda, nisi in casu vbi non restrictio esset expresse aut reductiue scripturȩ sanctæ contraria, & appellant proprie propositionem vniuersalem quæ non est figuratiue vniuersalis sicut est ista. Mat. 3. exibat ad eum. s. Ioānem, Hieronyma, & omnis Iudȩa & omnis regio circa Iordanem. In qua dicit Nicolaus de Lira esse figuram illam quæ dicitur yperbole & loquutio multum expressiua. Et ita de multis aliis in sacra scriptura quas auditas iudicat etiam parum doctus, esse similes. Ex quibus argumenta sumpta parum roboris habent applicata ad alias materias. Regula autē posita licet in multis aliis passibus ostendi posset. Verūtamen vt ea quæ inducta sunt exaduerso lucidius appareant parum virtutis habere, ostēdetur exemplariter in eisdem vniuersalibus propositionibus scripturæ quæ inductȩ sunt pro parte aduersa tanquam sint vniuersales politice. Patet quidem primo de prima. Ista enim vniuersalis quȩ adducta est de principio Gen̄. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & prȩsit piscibus maris & volatilibus cœli & bestiis terræ, vniuersæq; creaturæ, extendit se vniuersaliter ad omne genus creaturæ, de quo in sacra scriptura contrarium non habetur expresse. Et inde est ꝙ obiectio exaduerso facta de Angelis qui dicuntur non comprȩhendi sub præfata vniuersali, nulla est: quoniam scriptura in multis passibus dessignat angelos hominibus superiores esse vbi diuinæ prouidentiæ circa hominum directionem, illuminationem, custodiam & protectionem angelos ministros esse cōmemorat. Vt enim gloriosi doctores scilicet Dyonisius Augustinus, & Boetius aiunt. Diuina prouidentia per superiora inferiora gubernat. Item scriptura de primo angelo loquens Eze. 28. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia & perfectus decore. Vbi secundum Albertum magnum, & hoc idem dicit sanctus Thomas in prima parte quȩstio. 93. articu. 3. ex Gregorio in Omelia quadam. angelus pro tanto dicitur signaculum similitudinis: quia in eo expressior q̄ in homine diuinæ imaginis relucet similitudo. Dicitur enim signaculum quasi sigillum pro

[Margin notes: Nico. de lira. — Diony. August. Boeti. Alber. Thom. Grego.]

fundatum,in quo nulli dubiũ ꝙ Angelus homine dignitate naturæ superior designatur. ¶ Itẽ Mat. 11. postq̃ dñs Iohãnem baptistam cõmendasset dicens. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Iohãnes baptista,subiungit dicens: Qui aũt minor est in regno cœlorũ,maior est illo. Vbi glos.ordinaria ita dicit. No uissimus angelus cœli melior est quouis homine. Et Augustinus, & ponitur in Glo.continua. In regno cœlorum sunt angeli & quilibet in eis minor, maior est quolibet iusto portante corpus quod corrumpitur. Et ideo bene Glo.interli. super illo Geñ.primo,& præsit vniuersæ creaturæ. dicit idest irrationali creatu re dominus,omnium inferiorum. ¶ Similiter patet regula præfata exemplari ter in auctoritate secũda adducta exaduerso.ista videlicet.videns deus ꝙ multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio hominis intenta esset ad ma lum Geñ.6. quæ extendi videtur ad omnes illius temporis quos scriptura nõ excipit. Et iõ qd exaduerso arguitur de Noe, nõ habet apparẽtiam: quia ibi scri ptura immediate excipit eum,cum dicit. Noe inuenit gratiam,coram domino. Et infra. Noe iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis. Q d vero obiici tur de filiis Noe,pro tanto ad propositum non facit: q̃ñ(vt ex serie textus eius dẽm capituli & xi. patet & deducit Nicolaus de lira)sententia ista diuina quę ibi cõmemoratur. Delebo inquit hominem quem creaui a facie terrę &c. data fuit per.20.annos anteq̃ Noe generasset. Et ita cum nondũ essent generati, nõ po terat eos respicere pro tũc vniuersalis ista. ¶ Item idem est de ea vniuersali quę sequitur in eodem cap.videlicet. Oĩs caro corruperat viam suam super terram. Nec obiectio de piscibus quæ fit exaduerso apparentiã habet. Tum primo quia Glo.interli.habet. Omnis caro.i.oĩs homo. Tum secũdo ex eo ꝙ textus habet. oĩs caro corruperat viam super terram. Pisces autẽ non cõsueuerunt super ter ram currere:sed in aqua natare. Quid autẽ de aliis animalibus dicat Nicolaus de lira audiamus. Dicit.n.sic. Alio modo autẽ exponitur omnis caro &c. quia etiam aues & animalia cõmiscuerant se cum aliis quæ non erant sui generis vel speciei,& ita patet ꝙ ẽt aliquo modo vniuersalis ista omne genus animalium super terram respicere videbatur. ¶ Item regula patet in alia vniuersali aucto ri tate quæ adducitur de psal.78. In me psallebant omnes qui bibebant vinum: quæ videtur extendi ad oẽs illos viles homines:qui(vt dicitur)in tabernis ci uitatis Hierusalem post christi mortem vt sacerdotibus & phariseis cõplacerẽt cantilenas irrisorias de xp̃o decantabãt. Nec obiectio exaduerso facta de oĩbus bibentibus in toto mũdo,procedit: q̃m ipsa circũstãtia lr̃æ apertissime insinuat ꝙ de ciuitate tñ Hierusalem erat sermo xp̃i. ¶ Item patet de vniuersali ista pro phetę Isai.40.c. Videbit oĩs caro salutare dei. Planum.n.est ex ipsa circũstan tia lr̃æ ꝙ de carne loquatur quæ capax est visionis dei. Et ideo glo.ait. Caro.i. homo. Quare obiectio quæ fit exaduerso de carne animalium aut brutorũ,nul la est. ¶ Item ꝙ ista vniuersalis Iere.5.& 8. Omnes auaritiæ student: non cõm prehendit Ieremiam,Ezechielem, & Danielem, de quibus obiicitur exaduerso, ipsa scriptura testatur quæ pro eo tempore pro quo dicit,omnes auaritiæ stu dere,illos testatur sanctos viros,& iustos esse. ¶ Item patet regula in illa vniuer sali qua Christus inquit Petro Mat.27. Omnes qui acceperint gladium, gla dio peribunt. Planum est, accipiendo gladium,vt sancti exponunt,ꝙ pericu losum esset dicere ꝙ ista propositio non vniuersaliter accipienda sit. In qua autem significatione gladius ibi accipiatur audiamus,a glosis & a sanctis. Dicit enim Glo. interli. Omnes qui exercerint vindictam ipsam, vindicta erit eis causa perditionis. Item dicit Hieronymus, & habetur in Glos. ordinaria.

Glos. Augu. Glo. Glo. Nico. de Lira. Glos. Nic. de lira. Glo. Hiero. Glos.

Quomodo ergo gladio peribit quicunq; gladium sumpserit? Illo nempe qui igneus vertitur an paradisum: & gladius spiritus, qui in dei scribitur armatura.
Glo. Idem dicit Glo. ordinaria, vbi ita ait. Omnes. n. si omnes, tunc & iudęi gladio illo qui vertitur ante paradisum. i. diuinæ vindictæ & gladio spiritus. i. verbi dei. Quæ verba glosę si bene fuissent respecta, & quę in multis aliis passibus adductis de scriptura doctores ponunt, exaduerso proponens non curasset (saluo honore suo) de tanta multitudine auctoritatum inutiliter se armare. ℭ Præterea regula præfata patet in auctoritatibus vniuersalibus quæ videntur dicere omnem hoiem ab Adam descendentē natum esse natiuitate exteriori in originali peccato. A quibus tantum excipiendi veniunt quos scriptura aliquo modo excipit: aut expresse in propriis terminis, sicut est Ieremias de quo dr̄ Ierem. primo. Anteq̄ exires de vulua sanctificaui te. Et beatus Ioā. bap. de quo Luc. 1. dicitur. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Aut expresse arguitiue: Sicut est beata virgo: quæ necessaria opera arguitur sanctificata in vtero, ex hoc ꝙ alii sancti hoc priuilegio gratiæ dotati esse legūtur cū ipsa pro amplitudine muneris gratiæ priuilegia maiora omnium sanctoꝝ accepisse credatur. Vnde angelus ei ait. Luc. 1. Aue gratia plena. Alios autē sanctificatos esse
Thom. in vtero materno, de quibus scriptura mentionem nō facit, nō est credendū (vt ait sanctus Thomas in tertia parte. q. 27. ar. 6.) quia hmōi priuilegia grāe quādo dantur aliquibus pręter legem cōem, ordinantur ad vtilitatē alioꝝ. Secundum illud. 1. Corin. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatē: quę nulla proueniret ex sanctificatione aliquoꝝ in vtero, nisi ecclesię innotesceret. Hæc sanctus Thomas. ℭ Simili modo posset dari exemplū in vniuersalibus loquentibus de simultate rōnis omniū hominum, de quo satis dictum est superius; & pariter de multis aliis quæ breuitatis causa pertranseo. Et ita exēplariter patet regula supius posita. Videlicet ꝙ propositio proprie vniuersalis in scriptura posita nō vr̄ limitanda de aliquo tantū, nisi vbi nō restricta vel nō limitata, scripturæ siue fidei, aut expresse determinationi sanctoꝝ doctorum repugnare videretur. Et quoniā ab vniuersalibus dicētibus omnem hominē ab Adam seminaliter propagatum cōtrahere originale pctm̄, in sacra scriptura nō reperitur aliquis exceptus. nec in glosis sanctorum; sed reperitur ꝙ sancti prohibent aliquē excipi vt visum est. dicunt doctores ipsi non esse mirum si aliter iudicandū est de istis vniuersalibus propositionibus q̄ de multis aliis in sacra scriptura.

ℭ Ad idem quod supra rōnes alię inducuntur. Cap. 17.

SECVNDA autem ratio eoꝝ ad idem sumitur ex ipso specialiori modo loquendi, quem tenent, & sacra scriptura & sancti loquentes de hac materia. Non. n. solum sacra scriptura & glosę, & sancti Doctores inueniuntur asserere, omnes ab Adā seminaliter descendentes pctm̄ originale incurrere: sed etiam sępissime repetunt in toto genere hominum solum xp̄m imunem fuisse ab originali peccato, vt amplissima testimonia in superioribus locata capitulis attestantur qd in aliis nō vr̄ contingere. ℭ Tertia ratio huius rei capitur ex scriptura sacra. Quoniam cum ex de-
Zozi. mus pa. Augu. terminatione sedis apostolicæ ore beatissimi Zozimi papæ beatissimo Augustino teste diffinitum habeamus ꝙ nullus potest dici redemptus redemptiōe facta precio sanguinis christi, nisi fuerit vere per pctm̄ an captiuus, excipere aliquē propagatum ab Adam ab ista lege captiuitatis peccati, est contradicere scriptu-

ta dicenti de christo ꝙ saluator est oium hominum. 1. Thi. 2. Quare necessitate videtur ad aliter iudicandū de istis propositionibus vniuersalibus, & de multis aliis, ipsa dignitas christi, & vniuersalitas redemptionis humanę. vt sicut nullus excipitur a medicina nullus intelligatur exceptus ab infirmitate, dicēte ipso coelesti medico. Non est opus medicus sanis sed male habentibus. Luc. 5. Cum aute similis ratio non currat in multis aliis propositionibus sacrae scripturae, nō immerito aliter hic & ibi iudicandū est. ℭ Quarta rō est quia ipsi sancti quos a deo illuminatos fuisse credimus in intelligentia sacrae scripturae, beatissimā virginem ab illis vniuersalibus nō excipiunt, sed sub illis eam includunt, & hęc quidem fecerunt etiam illuminatissimi & deuotissimi maiores scholae theologiae doctores tam seculares q̄ regulares tam minores q̄ Augustineñ. tam carmelitę q̄ prędicatores, vt inferius in copioso numero de vtroq; statu exempla ponentur. Ideo dicunt ipsi doctores ꝙ vbi tot & tam valida testimonia concurrūt: merito aliter esse iudicādum de istis propositionibus vniuersalibus loquentibus de originali peccato, & de aliis pluribus vniuersalibus propositionibus de alia materia loquentibus. Et haec pro nunc sufficiunt pro confutatione primę viae: quae respondendo data est exaduerso: quae etiam ex cōfutatione aliarum viarū sequentium adhuc infirmior reddetur.

ℭ In quo confutatur secundus modus respondendi datus exaduerso. Cap. 18.

SECVNDA autē via rñdendi exaduerso est ꝙ non est faciēdus descensus ab vniuersalibus istis dicentibus descendētes ab Adam seminaliter in originali peccato esse conceptos ad particularē psonam beatissimae virginis, dicendo ꝙ ipsa fuerit in originali peccato concepta, pp hoc qđ multa obstant tali descensui. Et inter alia quatuor assignantur. Primū est, quia vbi (inquit) singulare distrahit a suo vniuersali ratione alicuius dignitatis, aut prerogatiuę quae illud genus transcendit, non licet ab vniuersali ad hmōi particulare ex omni mensura descendere: maxime in eo qđ detrahit illi prerogatiuae. Dicimus. n. ꝙ omne corpus humanū est obscurū corruptibile & ponderosum, tñ sub ista vniuersali non licet descendere ad corpus christi, vel virginis, vel ad aliud quodcūq; glorificatū, etiā si particularis premissa sit vera. s. ꝙ corpus glorificatum est humanū corpus. Obstat autē huic descensui: quia in ipsis est prerogatiua specialis: quae transcendit omne genus corporis. Et ita dici posset de beata virgine in qua (excepta anima christi) plus est de excellentia & gratia q̄ in humana omniū natura & angelica. ℭ Scdm est quia lex ignominiosa & poenalis nullatenus extenditur ad personam cuius dignitas est maior q̄ totius multitudinis quae subiicitur illi legi cōmuni. Exēplificari pō test (inquit) de lege disciplinae siue poenali quam paterfamilias ponit in domo sua, vtpote ꝙ nulli de nocte aperiatur porta, vel similia. Constat. n. ꝙ non est de eius intentione, sibi aut vxori ista hora portam nō aperiri, licet sub hac lege omnes de familia dicantur cōprehendi. ℭ Item exemplū est de Hester quae sub lege vniuersali nō cōpraehendebatur. Dignitas autē siue excellentia beatissimae virginis (vt dictum est superius) maior est q̄ omniū hoium qui subiiciūtur decreto diuinae maledictionis ob peccatum primorū parentum. ℭ Tertium qđ impedit descensum est. Primū principiū in quocūq; esse, nunq̄ dr esse subiectum qualitati contrariae suę habitudini principali; sicut primū corpus luminosum nunq̄

fuit subiectum tenebræ. Beata autem virgo est primum principium in esse spirituali omnium hominum. ℭ Quartum vis causatiua nunquam a posteriori in prius sed econuerso descendere dicitur. Beata autem virgo non tam filia Adę ꝗ ipsius mater est: sicut ergo incongruum est dicere christum et si esset cõmuni via propagationis genitus cum sit pater Adæ quantũ ad esse spirituale, licet filius eius dicatur quãtum ad carnem, fuisse corruptũ eius peccato: ita suo modo incõueniens est dicere de virgine. Nam ipsa tam Adæ ꝗ aliorũ filiorum dei in regeneratione spirituali vere dicitur esse mater. Vnde sic vis corruptiua ad hanc beatam virginem descendere nõ dicitur. ℭ Additur insuper ꝙ multa alia quæ superius cõmemorata sunt impediunt etiam hũc descensum videlicet quia mater & sponsa dei, regina cælorum, domina angelorum, ꝙ hominum, & etiã dęmonum. ℭ Hæc exaduerso in fauorem præfatæ secundæ viæ: qua respondetur ad auctoritates vniuersales antepositas. ℭ Sed hæc via respondendi nulla est: quoniam fundatur in falso. Falsum quidem est, & maxime quæ adducta sunt ꝙ efficaciter obstent & impediant descensum illum ab vniuersalibus illis propositionibus ad particularem personam beatissimæ virginis pro tempore suę cõceptionis. Quod ostenditur in illis quatuor quæ exaduerso tanquã potissima impedimenta super numero cõmemorantur. ℭ Primum quidem non obuiat: quoniam licet vbi singulare distrahit a suo vniuersali ratione alicuius dignitatis aut prærogatiuæ, non liceat descendere ab vniuersali ad huiusmodi particulare pro tempore pro quo dignitas & prærogatiua præfata actu inest tali singulari; non tamen prohibetur talis descensus pro tempore pro quo tale singulare dignitatem illam actu non habet. Sicut oculariter patet in exemplo dato exaduerso. Planum quidem est ꝙ licet ex ista vniuersali omne corpus humanum est obscurum, corruptibile & ponderosum, non liceat descẽdere ad hoc vel illud corpus humanum glorificatum pro eo tempore quo dote gloriæ vestitum est: nihil tamen prohibet fieri descensum in illud corpus pro tempore pro quo nondum dote illius gloriæ erat vestitum. Quare cum beatissima virgo, pro suæ conceptionis tempore non fuerit actu illa singulari dignitate pręrogatiua exaltata qua fuit post, non videtur facere ad propositum ratio inducta exaduerso, nisi probaretur ꝙ non probatum est, ꝙ ipsa in primo instanti suæ conceptionis fuerit actu plena gratia & mater Christi. ℭ Præterea secundum pari ratione nõ obuiat. vt de se patet. Omnia. n. hmõi argumẽta quæ a cõmunibus talibus capitibus sumpta sunt, viribus vacua esse reddũtur, qñ nõ probatur minor, videlicet ꝙ beatissima virgo pro suę cõceptionis tpe talis fuerit. s. aut plena grã aut maternitatis dignitate exaltata, aut vxor xpi, aut sponsa, & similia: quæ exaduerso inducuntur Propter quam rõnem manifestũ est etiam ꝙ exemplũ inductum de Hester, quæ actu vxor erat Assueri ad propositum nõ seruit. Tum primo quia talis a maioribus nõ conceditur fuisse beata virgo respectu christi pro suæ cõceptionis momento. Tum secũdo quia illud quod inducitur de Hester nõ habet eam intelligentiam quæ supponitur exaduerso. Pro quo notandum ꝙ vt habetur Hester. 4. Rex ille Assuerus in curia sua edictum habebat vt quicunq; non vocatus ingrederetur atrium interius Regis moreretur nisi forte Rex auream virgam extenderet ad eum in signum clementię. Et de hoc dicit Assuerus cap. 15. Hester reginæ. Non propter te, sed pro omnibus lex ista data est. Accede ergo & tange sceptrum &c. Ex quo patet ꝙ si plures essent quibus Rex auream virgam extendebat non erat contra legem quia pro nullo determinato posita erat, sed pro omnibus. Et quilibet in spe

ciali poterat excipi secundum voluntatem Regis. Ex quibus patet ꝙ non est sensus istius auctoritatis ꝙ omnes alii includerentur, & ipsa sola excepta esset, cum ipsa dicat (vt patet capi. quarto.) Sic Mardocheo. Vade & congrega omnes Iudæos quos insusis repereris: & orate pro me. Non comedatis nec bibatis tribus diebus ac tribus noctibus. Et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo. Et tunc ingrediar ad Regem contra legem faciens non vocata, tradensq; me morti & piculo. Sed & sensus ꝙ in spāli pro ea posita nō erat sicut nec pro aliquo determinato, sed pro oibus vniuersaliter posita erat; & i speciali poterat quilibet excipi. In cuius signum cū ait Assuerus; Hester non propter te, sed pro omnibus hæc lex constituta est, subiungit. Accede ergo & tange sceptrū. Q d & fecit. Q d nequaq̄ necessariū ei erat nisi in vniuersali ipsa sub lege fuisset inclusa. Stant ergo verba Regis quibus dicit propter te nō est constituta lex, sed pro omnibus. cum hoc ꝙ ipsa nō fuerit excepta. Verū quia facilius ęstimat quis ꝙ liberetur a lege pœnali data pro oibus. s. pro se & pro omnibus aliis, q̄ a lege data pro se specialiter tantum: ideo vt Hester cōciperet ꝙ ab ista lege Rex volebat eam excipere, vt sic conceptum timorem deponeret Rex blandiēdo taliter eloquebatur. Ex quibus patet primo qđ exemplum adductum de Hester (qđ totiēs repetitur exaduerso) non habet eam intelligentiam quæ exaduerso datur. Secūdo ꝙ dato ꝙ sic vt præfertur intelligendum esset, ad arguentis propositum non facit, cum pro tempore conceptionis passiuæ de beata virgine fiat sermo, pro quo nondum probatum est quod esset vxor dei. ¶ Tertium insuper motiuum non impedit. quoniam falsum præsupponitur, uidelicet ꝙ beata virgo cū christo fuerit principium omnium hominum in esse spirituali, eo modo quo innuitur exaduerso. & quo superius ih cap. 4. in probatum est. ¶ Cæterum quartum ēt motiuum nō impedit. Tum primo quia via naturalis originis secūdum quā descendentes ab Adam originale peccatū cōtrahunt, beata virgo Maria nō fuit prior Adam, sed posterior, licet dignitate & gratiarum plenitudine maior eo fuerit. Nec similitudo de christo suffragatur in aliquo: cum ipse nō descenderit ab Adam seminali propagatione qūo processit virgo beata. Tum secundo quia (vt superius diffuse ostensum est) nō videtur cōcedendū ꝙ vis causatiua spiritualis regenerationis descenderit a beata virgine in Adam & omnes homines. Hoc enim solius nostri redēptoris est. Vt visum est, a quo in ipsam beatam virginem spūalis vitæ defluxus descendit & in Adam, & in vniuersos filios eius: qa gratia & veritas per Iesum xpm. Io. primo. Quare ēt similitudo inducta de christo nō procedit. Et per idem patet rñsio ad alia similia quæ inducta sunt, de eo ꝙ est mater & sponsa dei & domina angeloꝝ & regina cœloꝝ. Ad quæ omnia qa diffuse superius responsum est, ideo ita breuis nunc datur expeditio.

¶ In quo proponitur tertius modus respondendi exaduerso &c. Cap. 19.

TERTIA via respondendi est ꝙ in quacūq; facultate ab vniuersali ad singularem propositionē arguere nō licet, vbi de eadē singulari exprimitur primo aut cōsequenter oppositum distrahens vel diuersum: Et ꝙ sacra scriptura in multis locis loquendo specialiter de beata virgine, tale ac tantum testimonium proferat de ea, ꝙ vniuersales propositiones de peccato originali loquētes nō extendūtur ad eam. Pro cuius vię intelligētia adduntur duę regulę reputatę tanquā intrinsece ad materiā pertinētes. Pria est

ꝙ in sacra scriptura vniuersalis propositio limitatur ad particularem: & pro veritate iudicii ad hanc præcipue debet attendi. Ita ꝙ licet in sacra scriptura aliqua dicatur generaliter, oēs cōprehendo, non intelligitur tñ extendi ad eos de quibus econtra aliquid asserit scriptura. Secūda regula est, ꝙ in his quæ tangūt personam quā laudabilē semel aut pluries cōmēdat scriptura: oīs fauor cōsueuit attribui singulari propositioni de ipsius laude pro tuenda innocentia. Ita ꝙ omnis fauor in eo qđ directe & expresse nō repugnat veritati fidei, debet attribui pro tuēda imunitate peccati. De hac regula dr̃ exaduerso, ꝙ sunt multa exēpla in nouo & veteri testamēto. Quia.n. semel sacra scriptura dixerat de Abraham ꝙ esset perfectus Geñ. 17. Dixit.n. ad eum ego deus oīpotens, ambula coram me, & esto perfectus. Licet dicatur gñaliter. ps. 115. ꝙ est omnis homo mēdax. Tamen quādo dixit de Sarra vxore sua ꝙ eius soror esset defenditur eius innocentia a peccato. Dr̃.n. ex cōi snia doctoꝝ ꝙ vel nō dixit falsum: vel ꝙ nō peccauit in dicendo. Idem ēt fit quantū ad innocentiā Iacob & Rebeccæ mr̃is suæ, ex cuius cōsilio dixit se esse Esau. Et cum non sit hoc verū in persona defenditur a peccato, dicendo ꝙ esset Esau quia accepturus erat illius benedictionem. Pręterea circa hanc regulam dr̃ exaduerso esse vnum satis singulari cōmemoratione dignum, videlicet ꝙ etiam si scriptura nihil laudabile aut vix parum de aliqua persona cōmendat, qñ vel ex rōne aut coniectura in fauorem ipsius aliquid deduci potest, quodāmodo fit violentia sacræ scripturę vt persona hmōi a culpa credatur imunis. De quo ponuntur duo exēpla in euangelio. Primum quidem legitur Marci primo, ꝙ cuidā quē a lepra mundauit dixit christus. Vide nemini dixeris. Et egressus ille cœpit prædicare & diffamare sermonē. Simile legitur Math. 9. de duobus cęcis quoꝝ christus apuit oculos, & cōminatus est illis dicens. Videte ne quis sciat. Illi aūt exeuntes diffamauerunt eū per totā terram illam. Ex verbo saluatoris constat his fuisse iniunctum de tenendo secretū, vnde cum hi (vt visum est) contrarium fecerint, videtur ꝙ peccassent: Tñ quia rōnale est hoc nō pręsumi de eis, fit quodāmodo violentia literę in fauorē inocentiæ eorum dicendo ꝙ dictū saluatoris licet fuerit pręceptū quantū ad exteriorem significationem, nō tñ quantū ad intentionē: & ꝙ christus tunc pręcepit aliquid cuius contrarium volebat fieri. Ex quibus oītus dicit proponens exaduerso, euidentissime patere, qūo sacra scriptura & sanctorū expositio doctorū benignissime offert se ad defendendam innocentiā cuiuscūq; personæ: quā ipsa sacra scriptura vno vel pluribus locis cōmemorat laudabilem esse, ita ꝙ omnis fauor in eo qđ directe & expresse non repugnat veritati fidei debet attribui pro tuēda imunitate peccati. Cui deductioni ex iure diuino, cōsonare dicit proponens ius ciuile & ius canonicum: quę dicunt ꝙ promptiora sunt & debent esse iura ad absoluendū q̄ ad cōdēnandum: & melius est reū siue nocentem absoluere q̄ innocentem condēnare. Applicando aūt hoc ad propositum, ostēditur exaduerso ꝙ beata virgo in scriptura sacra multipliciter cōmendata reperitur.

¶ Impugnatur via & duę regulę exaduerso inductę ad fundandū tertium modum respondendi. Cap. 19.

AD hęc via respondēdi nō satisfacit auctoritatibus suprapositis scripturę & sanctoꝝ, dicentibus oēm hoīem seminaliter ab Adam propagatum contrahere originale peccatū: qm̃ licet verū sit ꝙ ab vniuersali nō fit descensus ad particulare de quo in scriptura aliquid dicitur

in spāli

In speciali quod contrarietur siue repugnet tali descensui: hoc tamē ad proposi-
tum nō facit: cū nihil in sacra scriptura dictum reperiatur de beata virgine qđ
obiiciat præfato descensui pro tempore suæ conceptionis. Qđ clarissimum fiet
illuminante Deo inferius: cum ad omnes auctoritates adductas exaduerso respō
sa in generali & in speciali dabūtur. ¶ Regulę insuper istę duę superius inductæ
in fauorem pręfati modi respōdendi parum iuuamenti afferunt allegantι. Pri-
ma quidem parum. quoniā licet in scriptura sacra vniuersalis propositio limi-
tetur ad particularem, itaq̃ ab ea nō fit descensus ad particulare, de quo cōtra-
rium scriptura asserit: hoc tñ quia nō est in proposito sicut dictum est, similiter
in nullo iuuat arguentē. Idem aūt est de scda regula. Tū primo quia nō videtur
verū esse qđ in ea dī. videlicet q̃ in his quæ tangunt personā quā laudabilem se-
mel aut pluries sacra scriptura cōmemorat, omnis fauor cōsueuit attribui singu
lari propositioni de ipsius laude loquenti pro tuenda innocētia cōtra malitiā
peccati: item omnis fauor in eo quod directe & expresse nō repugnat veritati fi-
dei pro tuenda immunitate peccati. Quod autem hæc non ita se habeāt, appa-
ret ex duobus. Primo testimonio magistri Nicolai de lira. Secūdo exemplis sa-
cræ scripturæ. Nicolaus autem de lira postq̄ declarauit in cap. 17. super Gen.
qualiter Iacob non fuerat mentitus patri suo Isaac, dicendo se esse Esau, dicit
sic. Sciendū q̃ non vr̄ magna necessitas excusandi patres veteris testamenti a mē
dacio maxime officioso: sicut hic & in pluribus aliis locis: quia certū est qđ apo
stoli fuerunt multo perfectiores eis: & tñ nō fuerunt imunes a peccato veniali,
maxime quia plures eoꝝ. s. patrum veteris testamenti leguntur peccasse mor-
taliter & enormiter: sicut Dauid in adulterio Bersabe, & in homicidio Vriæ.
Patriarchę aūt ex odio & inuidia vēdiderūt Ioseph fratrem suum in Aegypto.
Hæc Nicolaus. Secundo hoc patet exemplis. Et primo quidē in Sarra: quæ li-
cet in scriptura cōmendata multipliciter sit: sicut Gen. 17. de bñdictione bñda,
& ad Hebręos. 11. de credulitate firma, & pri. Pe. 1. de humilitate & obediētia.
Nihilominus tamē non excusatur de mendacio qđ dixit qñ negauit se risisse: de
quo in ca. 18. habetur q̃ Sarra audiens q̃ angelus diceret Abrahę. reuertēs ve
niam ad te vita comite, & habebit filium vxor tua Sarra: Sarra risit post hostiū
tabernaculi quasi friuolum reputans (vt inquit. Nicolaus de lira) Et infra cum
dixisset Dñs ad Abraā, quare risit Sarra dicēs. Nū vere paritura sum anus? Nun
quid deo est quicq̄ difficile? Negauit Sarra dicens. Non risi, timore perterrita.
Dñs aūt, nō est (inquit) ita, sed risisti. Vñ patet q̃ regula posita exaduerso deficit.
Item Exo. 1. legimus de obstetricibus, quas (licet scriptura eas cōmendet q̃ timue
runt dñm, & qđ nō fecerunt iuxta pceptū regis Ægypti, sed seruabāt mares) nul
lus tñ excusat eas a mendacio, q̃ rñdētes regi Ægypti dixerūt. Nō sunt Hebręę
sicut Ægyptię mulieres. Ipsę. n. obstetricādi hñt sciam: & priusq̄ veniamus ad eas
pariunt. Et ita regula posita exaduerso nō vr̄ bñ secura. ¶ Item tertio pōt poni
exēplū de rege Saul, de rege Dauid, de rege Salamone, & de multis aliis: q licet
cōmendabiles a scriptura cōmemorētur, de nullo tñ eoꝝ laudes ita fauorabiliter
amplientur aut eoꝝ mala facta pro tuenda eoꝝ innocētia, ita pia interpreta-
tione defenduntur, vt a pctō excusentur aut minus grauiter peccasse dicantur.
Quinimo quanto magis scriptura cōmendabiles eos añ describferat, tāto gra
uius eos peccasse, & durius a deo redargutos cōmemorasse vr̄. Sicut patet primo
de Saul: qui licet cōmēdatus legatur satis ample in scriptura. 1. regū. 9. & 10.
Samuel tñ grauiter repręhēdit eū, qa eo nō plene expectato, obtulerat sacrificiū
ita dicēs. c. 13. Stulte egisti, nec custodisti mādata Dñi dei tui q̄ pcepit tibi &c.

Nicol. de lira.

Nicol. de lira.

Item in cap. 15. super eo quod pecora reseruauerit de Amalech, contra mandatum Domini, dicit eidem. Nonne cũ paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Et infra pro eo ꝙ abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis rex. Item patet etiam de Dauid: cuius laudibus licet plena sit scriptura, nullus tamen excusationis aut defensionis fauor impensus inuenitur male actis per eum, pro eius tuenda fama aut innocentia. Immo legitur dure repręhensus & grauiter punitus: sicut patet de adulterio & homicidio per eum commissis. 2. Regum. 12. Vbi legitur Nathã prophetam ex parte dñi ita ad Dauid fuisse locutum. Ego vnxi te in regẽ Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domũ domini tui &c. sequitur. Quare ergo contempsisti verbum domini vt faceres malum in conspectu meo? Vriam etheum percussisti gladio, & vxorẽ eius accepisti vxorem; & interfecisti eum gladio filiorum Amon. Quamobrem nõ recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum &c. Item simile est de peccato perpetrato in numeratione populi pro quo interfecta sunt. 70. millia virorum. 2. Regum vltimo. Vbi manifeste apparet. ꝙ regula data exaduerso nõ habeat apparentiam. Prӕterea clarissimum de hoc habetur exemplum de Salom. de quo licet scriptura singularissimas cõmemoret laudes, vnde. 3. Regum. 11. Vocatur adamabilis domino, eo ꝙ diligeret eum dominus, nullus tamẽ doctorum ei talem impendit fauorem, vt excuset eum a fatuo amore mulierũ & idolatria, pro eius fama aut innocentia tuenda: immo quanto plus cõmemoratur dono sapientiӕ donatus fuisse, tanto repręhensibilior legitur notatus in delictis suis Vnde. 3. Regum. 11. dicitur Salomon adamauit mulieres alienigenas, per quas ita damnatum est cor eius vt sequeretur deos alienos &c. Item Ecclesiastici. 47. Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo. & pararet sanctitatem in sempiternum quemadmodum eruditus est i iuuentute sua: & impletus est quasi flumen sapientia. Et ifra. Inclinasti fœmora tua mulieribus, potestatem habuisti in tuo corpore, dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum inducere: iracundiam ad liberos tuos, & in cӕteris stultitiam tuam, vt faceres imperium vituperium &c. Ex quibus bene consyderatis & aliis multis a quibus supersedeo manifeste patet ꝙ regula illa in qua exaduerso tanta spes posita esse videtur careat omni ratione. Nec iuuat in aliquo quod exaduerso dicitur de Saul & Salomone quod doctores nituntur possibiliter declarare ꝙ non fuerint cõdenati: quia dato ꝙ ita sit, hoc nihil ad propositum pertinet. qm̃ aliud est ꝙ prӕfati reges pœnitentiam de peccatis suis egerint, & aliud, defendere siue tueri eorũ innocentiã aut immunitatem peccati, immo (vt videtur) dicẽtes eos pœnitentiã egisse de peccatis suis, ex cõsequẽti videntur nõ defendere aut excusare sed profiteri eos non esse immunes a peccato siue innocentes, sed peccatores fuisse. Et ita manifeste patet nõ esse verũ quod dr̃ exaduerso: videlicet ꝙ quia scriptura cõmendauit Saul & Salomonem ꝙ ideo doctores nituntur possibiliter declarare ꝙ nõ fuerint cõdenati sed salui. Alia quippe rõne moti sunt doctores qui illud asserũt ꝙ̃ sit rõ illa assignata: Qm̃ hebrӕi qui hoc dicunt: quorũ opinionẽ recitat Nico. de lira. 1. Regũ. 31. ideo hoc opinãtur quia dicunt eũ audita snia dñi sibi per Samuelem designata. de oĩbus peccatis suis pœnituisse. Sil'r doctores dicẽtes Salomonẽ saluatũ esse, nõ ea rõne mouẽtur ad hoc dicendũ quia cõmendatus legatur multiplr in scriptura: sed quia dicunt eum in fine vitę de peccatis suis pœnituisse: colligẽtes illud ex multis locis tam ex isto verbo Prouer. 3. Stultissimus sum virorũ. ꝙ̃ ex multis aliis verbis positis in lib. Ecclesiastes quẽ tpe suӕ pœnitentiӕ asserũt

Nicol. de lira.

ab eo esse cōpositum: q̃ Nico. de lira in multis locis postillæ suæ: sicut. 2. Regum. 7. & Prouer. 38. & Ecclesi. 2. dicat hoc dubiū esse sibi, Videlicet ꝙ Salomon perfectā egerit poenitentiā: quia (vt inquit) si vere poenituisset, cū esset Rex valde potens: cui nullus de proprio ausus fuisset cōtradicere destruxisset templa idoloꝝ: quæ ędificauerat (vt vr̃) qđ nō fecit: quia steterunt vsq; ad tp̃s Regis Iosiæ: vt habetur. 4. Reg. c. 23. Hæc magister Nicolaus de lira. Nicol. de lira.

¶ Improbantur quædam exempla exaduerso inducta in fauorem secundæ regulę. Cap. 21.

CÆTERVM exempla posita exaduerso de Abraam & Iacob in fauorem præfatę regulæ, si litera scripturæ & glosæ sanctorū fideliter respiciantur, in nullo suffragantur intentioni arguentis. Patent hęc primo de exemplo qđ inductū est de Abraam ꝙ esset perfectus. Gen̄. 17. Licet. n. ibi cōmemoretur deus dixisse Abrahæ. Ego deus oīpotens, ambula corā me, & esto perfectus. sensus est. i. tendens ad perfectionē: quia scriptura nō loquitur hic de statu Abrahę vt iam pfecti sed vt proficientis, & est similis modus loquēdi. Mat. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes &c. nō quia iste iuuenis hoc faciens statim esset perfectus sed per hoc tendens ad perfectionem. Hæc Nicolus de lira. Sed & secūdum præsuppositum est falsum. s. ꝙ quia semel scriptura dixerat de Abraham ꝙ perfectus esset: ꝙ ideo defenditur a doctoribus eius innocentia a peccato quando dixit de Sarra ꝙ esset vxor eius. Hoc autem non est ita, nec doctores sancti hac ratione moti sunt ad excusandum eum a mendacio. Vnde Augustinus in quæstionibus super Gen̄. & ponitur in glosa ordinaria super illud Gen̄. 12. vbi ait Abraham Sarræ. Dic obsecro ꝙ soror mea sis, & idem habetur in cap. quęritur cur Patriarcha. 22. q. 2. Quæritur cur Patriarcha voluit mentiri, vt diceret. s. vxorem suam sororem, & non potius deo cōmisit: qui si vellet eius pudicitiam apud Pharaonem conseruare posset. Sed veritatem voluit celari, non tamen mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia patris. Et in hoc ostenditur quia nemo debet tentare deum suum, dum habet quid faciat rationabili consilio. Fecit enim pro vita sua quod potuit, quod autem non potuit, deo commisit cui pudicitiam coniugis commendauit. Hęc Augustinus. Et Nicolaus de lira super eodem passu ita dicit. Et docuit non mentiri, sed veritatem caute celare. Mulieres enim & viri de eadem cognatione propinqua, fratres & sorores nominantur. Vnde in cap. sequenti Abraham nominat nepotem suum fratrem suum dicens. Ne quęso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos. Fratres enim sumus. Hęc ille. Cęterum ipse Abraham cum eadem cautela vteretur apud palestinos: & rex Abimelech informatus quod esset vxor eius quęreret ab eo: quare hoc fecisset. Respondit cogitaui mecum dicens. forsitan non est timor dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam. Alias autem vere soror mea est filia patris mei, non filia matris meæ. In quo manifeste ostendit se non fuisse mentitum, & ita patet ꝙ Abraham excusatur a mendacio, non pro eo ꝙ verba eius a quocunq; excusarentur pro tuenda eius innocentia, sed quia expresse, veritatem habebant. Cuius illud est manifestum testimonium quod supra positum est de Sarra: quæ hic excusatur pariter cum Abraham a mendacio. Non autem infra in cap. 17. Vbi se risisse ad verbum angeli negauit. Præterea. Hoc idem patet de exemplo inducto ex Iacob super eo quod dixit pa-

Nicol. de lira. Augusti. Glos. Nicol. de lira.

tri tuo ego sum Esau primogenitus tuus. Gen. 27. in quo loco a mendacio excusatur a doctoribus: non tamen ea ratione sicut dicitur exaduerso: quia sacra scriptura eum laudabilem commemorat. Vt Malachiæ. 1. dicitur Iacob dilexi & Esau odio habui sed pro tanto excusatur quia quantū ad ius dignitatis primogenituræ verū dixit. Vt ait Aug. in capi. quęritur superius relato. 22. q. 2. Ita de Iacob loquitur. Iacob dicēs se primogenitū nō est mentitus. Non. n. dixit se esse primogenitū nascendo, sed ius primogenituræ isto vendente rite adeūdo. Sic & xp̄s dixit Ioānem esse Heliam nō persona sed imitatione virtutis. Et infra. veraciter ergo Iacob nō mendacium se dixit Esau esse; nec mentiendo. sed verū dicēdo sibi profuit, alteri vero nō nocuit: quia benedictionē sibi debitā accepit nō alienā surripuit. Hęc Aug. Quā sniam sequēs magister Nico. de lira ita dicit in prefato loco. Quantū ad dignitatē primogenituræ verū dixit Iacob: quia sic qd Iacob debebat intelligi: quia quęrebat de eo cui bndictio debebatur. Propter quod nō decepit patrem, licet pater non intellexerit. Et tali modo loquēdi vsus ē saluator noster. Mat. 11. dicēs de Ioā. ipse est. n. Helias. & ita exponenda sunt alia verba in quibus loquitur tanq̄ Esau. Hęc Nic. Et ita patet qꝫ exēpla prefata in nullo fundant regulā illam exaduerso imaginatā. ¶ Præterea. Idem patet de eo qd cōsequēter inductū est de leproso. Mar. 1. & de duobus cæcis. Mat. 9. in testimonium qꝫ nūqꝫ violentia fiat scripturæ, vt quis paꝝ ēt in scriptura cōmendatus credatur imunis a peccato. Glosas. n. sanctorū & doctorum plurium postillas reuolui, & talem doctrinam nunq̄ legi. qꝫ in fauorē cuiuscūqꝫ, & maxime taliū de quibus exēpla posita sunt, aliquo mō violentia fiat sacrę scripturæ. Immo vr̄ hoc prohiberi in cap. relatum. 37. di. Vbi dr̄, Non enim sensum alienum extrinsecum & extraneum debetis quærere, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et hoc merito, quia vt habet capitulum hæresis. 24. q. 3. Qui scripturam intelligit aliter q̄ spiritus sanctus efflagitat, hæreticus est. Quamobrem sancti doctores in expositionibus sacræ scripturæ hæc præ oculis habuerunt: vt sic exponerent eam, ne diceretur eis, violentiam aliquam inferre scripturæ. Vnde Hieronymus in Epistola. 23. quam de vestibus sacerdotalibus scribit ad fabiolam exponens de christo illud Leui. 21. Sacerdos virginem ducet vxorem dicit. Ne quis vim scripturæ me facere putet, & amare Christum: vt historiæ auferam veritatem, interpretetur in membris quod referatur ad caput: intelligendum in seruis: quod intelligatur in domino. Quid autem doctores dicant in materia filius præcepti in quo prohibuisse Christus dicitur ne leprosus ab eo sanatus alicui diceret se ab eo salutis beneficium suscepisse audiamus. Magister enim sententiarum in primo distin. 45. ponens quandam regulam pro similibus dubiis soluendis dicit qꝫ non est intelligendum deum omne illud fieri velle quodcunqꝫ pręcepit, vel non fieri quod prohibuit. Pręcepit enim Abrahę immolari filium, nec tamen voluit. Nec ideo pręcepit vt illud fieret, sed vt Abrahę probaretur fides, & in Euangelio Marci primo præcepit leproso ne cui diceret, ille autem prædicauit vbiqꝫ, intelligens deum non ideo prohibuisse quin vellet opus suum prędicari, sed vt daret homini formā, laudem humanam declinandi. Hęc ille. ¶ Ad idem est sanctus Thomas in secū da secdę. q. 104. arti. 4. ad primum argumentū. Et Nic. de lira super Mat. c. 9. de duobus cęcis illuminatis: qui nō obstante prohibitione xp̄i publicauerunt miraculum eius formans quęstionem: ita dicit, sed quęritur quomodo fecerunt cōtrarium eius: quod dixerat eis xp̄s. Quia aut christus voluit fieri illud quod dixit, aut non. Si voluit, sequitur qd fecerunt contra præceptum eius, & sic

Margin notes: August. · Nico. de Lira. · Hiero. · Magist. · Thom. · Nico. de lira.

peccauerunt: qđ nō vř: quia nō fuissent digni sanatione. Si autem noluit, sequitur ꝙ christus mendax vel duplex in verbis fuit. quod est impossibile. Pro responsione dicit. ꝙ in christo ponitur duplex voluntas: sicut in natura, vna diuina, & est duplex. vna signi, & altera beneplaciti. Voluntas autem beneplaciti est qua vult aliquid simpliciter & absolute. Et sic christus voluit miraculum publicari. Contra voluntatem autem beneplaciti nihil fit, sed bene contra voluntatem signi. Alia fuit voluntas humana. Et sic christus voluit miraculum quodammodo publicari: quia voluit ad dei gloriam. Noluit autem hoc, vt ostenderet humanā laudem fugiendam. Sicut etiam sunt aliquā quæ sunt partim voluntaria: partim nō (vt dicitur tertio Ethicorū) sicut ille qui proiicit merces in mari, vult & nō vult proiicere diuersis respectibus: quia quod nō vult absolute vult in tali casu. Hæc Nico. Et huius sententiæ est etiam sanctus Thomas in tertia parte. qō. 13. ar. 4. ad. 2. arg. Ex quibus manifeste patet, quantam apparentiam veritatis habeat id quod dicitur exaduerso, videlicet ꝙ in fauorem innocētiæ præfati leprosi, & illorum duorum cęcorum, vt. s. a peccato excusentur violentia fiat scripturæ, & qđ admirabilius est, ꝙ quasi onus imponatur christo, videlicet ꝙ verbum suum non fuerit suæ intentioni conforme, super quo licet multa dicenda occurrerent, sufficiat tamen hic perfunctorie ista dixisse. ¶ Præterea secundo ex eo manifestum habetur ꝙ regula posita exaduerso in nullo suffragatur intentioni proponentis: ꝙ dato ꝙ vera esset quantum ad actualia peccata ad quæ etiam exēpla posita referuntur nullam tamen apparentiam habet veritatis quātum ad peccatum originale, de quo est sermo noster. Quod patet. Nam Augustinus licet excuset Iacob a mendacio cum dixit patri suo se esse Esau: vt (visum est supra) non tamē ab originali peccato. Immo in tertio libro, contra Iulianum dicit eum secundum sanam fidem dicendum esse in orginali peccato conceptum. Item si regula ista extendenda esset ad originale peccatum maxime Ioan. bapti. Iure illius regulæ excipiendus veniret ab illis vniuersalibus propositionibus, quem tam singulariter cōmendabilem describit sacra scriptura. Cōmemorat enim primo eum a prophetis pronunciatum. Isa. 40. & Mat. 3. Vox clamantis in deserto. Item secundo adeo destinatum siue missum Malachiæ. 3. Ego mitto angelum meum. Item Psal. 131. Paraui lucernam christo meo. Item Ioannis primo fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioā. Item tertio cōmemorat eius conceptionem & natiuitatem per Gabrielem archangelum fuisse annunciatam. Luc. primo. Quarto cōmemorat eum miraculose esse natum. Luc. primo. Quinto cōmemorat eum sanctum & spiritu sancto repletum ex vtero matris suæ ibidem. Item sexto qđ fuit propheta ex vtero matris dum exultando in vtero materno testimonium dedit christo. Luc. secūdo. Septimo ꝙ fuit plusq̄ propheta. Mat. 11. Octauo cōmemorat ꝙ christum baptizauerit. Mat. 3. Et sic de multis aliis laudibus eius exēpla poni possent: quarum tamen laudum tam singulari ac clarissima gloria nō obstante a nullo excusatus est de contractione originalis peccati. Quare manifestum est ꝙ regula ista exaduerso posita quę tam intrinsece ad materiam pertinere dicta est, parum aut nihil soliditatis habet. ¶ Illud autē qđ de iure ciuili & canonico in fauorem præfatæ regulæ exaduerso inducebatur. Videlicet ꝙ proniora sunt & debent esse iura ad absoluendum q̄ ad condēnandum, & quod melius est reum & nocentem absoluere q̄ innocentem cōdemnare, non videtur ad propositum bene applicabile propter multa. Tum primo: quia contractio originalis peccati non est constitutio aut canon emanans ex iure aliquo diuinitus instituto, sed

Thom.

Augus.

ex corruptione ista primæ radicis totius humanæ propagationis. Lex peccato primi hominis in quo omnes peccauerunt. Rom. 5. Tum secundo quia sub eodem colore posset quis de multis aliis hoc idem dicere, & maxime de his quorũ laudes in scriptura aut in ecclesia cõmemorantur. Tum tertio quia obstare huic videtur tam gloria principis Christi q̃ integritas scripturæ & fidei christianæ, cum quibus (vt aiunt doctores quorum relator sum) stare non potest (sicut sæpe repetitum est) exceptio cuiuscũq; a præfatis vniuersalibus propositionibus. Alia etiam ad hoc possent dici: quæ compẽdii gratia dimittuntur. Et hæc de confutatione tertiæ viæ respondendi datæ exaduerso dixisse sufficiant.

Reprobatio quarti modi respondendi ad auctoritates scripturæ & sanctorum exaduerso reprobatur. Cap. 22.

QVARTA via, siue quartus modus respondendi est exaduerso q̃ præfatæ auctoritates scripturæ sanctæ & sanctorũ dicentes omnem hominem ab Adam seminaliter propagatum originale peccatum contraxisse, intelligendæ sunt de lege cõmuni, siue secundũ cõmunem cursum, ita q̃ non se extendunt ad personas priuilegiatas si quæ sunt cuiusmodi dicunt esse beatam virginem: quam asserunt præseruatam priuilegio gratiæ singularis. Sed ista responsio in præsenti materia locum nõ habet propter duo quæ supponit, quæ falsa a doctoribus quorũ relator sum, asseruntur esse. Primum est q̃ propositiones illæ vniuersales de originali peccato loquentes non teneantur vniuersaliter simpliciter. Quod improbatum est superius. Secũdo supponit illud super quo tota præsens disputatio decurrit, videlicet q̃ beata virgo habuerit tale priuilegium. Demõstrato enim q̃ beata virgo habuit hoc priuilegium cessat quæstio nostra. Quod cum hucusq; per assertores cõtrariæ positionis demonstratum non fuerit, rationabiliter responsio data fundata in præsuppositione illius priuilegii gratiæ singularis, nõ venit recipiẽda. Quoniam si a legibus vniuersaliter promulgatis imperialibus siue papalibus dicenti se exemptum, aut aliquem alium non creditur nec credi debet nisi fidem faciat de priuilegio: vt (colligitur ex cap. contra morem dist. 100) minus debet credi dicenti aliquem esse exemptum per priuilegium ab vniuersali lege: quæ (vt exaduerso dicitur) posita est ab ipso summo imperatore cœlesti & immortali deo, vniuersis ab Adam seminaliter descendentibus: nisi de hoc priuilegio fidem fecerit sufficientem. Sufficiens autem fides in hac re quæ ad fidem resoluitur, oportet haberi altero quinq; modorum: videlicet aut per authenticam scripturam quam voco diuinam, publica manu cœlestis magisterii descriptam, iuxta illud psal. Lingua mea calamus scribæ. Aut secundo per determinationem ecclesiæ. Aut tertio per testimonia approbatissimorum testium sanctorum patrum. Aut quarto per reuelationem diuinitus factam. Aut quinto per rationem fidei ex sacræ scripturæ fundamẽtis euidenter procedentẽ: quorum nullum in medium dicitur, nec inuenitur, quãquã super hæc his diebus per proponentes exaduerso & superioribus temporibus per multa annorum curricula per alios eiusdem assertionis defensores sit studiosissime laboratum: Quod licet aliquantisper ex superioribus iam pateat, clarius tamen fiet magis ex inferius inducendis pro parte eorum doctorum quorum sententias refero. Et cum vniuersa quæ ex aduerso inducta sunt, ostendentur in sufficientia esse ad fidem faciendam de præfato priuilegio.

¶ Multiplex responsio ad præmissa exadversο. Cap. 23.

ED ad ista quæ pro parte inducta fuit per collegam meum, respondetur multipliciter exaduerso. Primo quidem ad maiorem rationis factæ de fide facienda priuilegii dicendo ꝙ non erat necessarium ostendere priuilegium de hac immunitate originalis peccati in beata virgine. Et hoc duplici ratione. Primo, quoniam impertinentibus simpliciter ad laudem eiusdem virginis, non est necessariũ habere testimonium sacræ scripturę, sed sufficit scire ꝙ hoc ad laudem eius pertineat sicut beatus Augustinus videtur innuere in epistola quã de eiusdem virginis assumptione conscripsit. Cũ autem (vt dicitur exaduerso) tenentes ꝙ beatissima virgo nõ fuerit in originali peccato concepta, sentiant de beata virgine quæ propria, quæ digna & iusta sunt illi non ipsis: ideo non tenentur priuilegium aliquod demonstrare. Sed e contra sentientibus incumbit onus probandi videlicet se cognouisse consilium dei ad oppositum esse. Secundo non erat necessarium testimonium proferre, quoniam priuilegium qd est euidentissimum, vtputa in iure communi inclusum aut in eadem charta cum iure cõmuni contentum, non est necessariũ ostendere, sic autem est in proposito (vt dicunt) quia priuilegium maternitatis diuinę in sacra scriptura repetitur vicibus innumeris ratione cuius quasi infinite prerogatiuę attribuuntur beatæ virgini, & si de eis expressa non habeatur auctoritas in sacra scriptura (sicut exemplificatum est exaduerso.) Primo videlicet ꝙ fuerit sanctificata in vtero. Secundo ꝙ nunquã peccauerit mortaliter. Tertio ꝙ nec venialiter. Quarto ꝙ christus non fuerit filius Ioseph. Quinto ꝙ Ioseph non genuit ex ea filios. Sexto ꝙ nunquã fuit cognita ab eo. Septimo ꝙ est exaltata in corpore & anima super choros angelorum in coelo. ¶ Secundo respondetur exaduerso ad minorem in qua dicitur, ꝙ nec auctoritate scripturæ, nec ecclesiæ, nec sanctorum, nec reuelatione coelesti, nec ratione in fide fundata habetur testimoniũ de prefato priuilegio, negãdo ipsam. Dicitur enim primo ꝙ priuilegium dignitatis maternę frequentissime replicatum est in sacra scriptura, & in dictis sanctorum: & vltra hæc multa specialiter allegata sunt sacræ scripturæ testimonia. Ex quibus collectis in vnum, magna (inquit) satis apparet euidentia probationis. Secundo dicitur ꝙ ista assertio contraria est iuxta cõmune iudicium rationis: vt nemo fere sit qui si primo non haberet contrarie oppositam opinionem, quin statim cum exponitur & assecuratur ꝙ hoc potuit fieri absꝙ preiudicio fidei & sacrę scripturę, statim fateatur rationabilem esse quęstionem, quã hęc doctrina pretendit de sancta conceptione beatę virginis.

¶ Impugnatio predictarum responsionum. Cap. 24.

ED pace salua sic respondentium, responsio data in nullo satisfacit: quod clarissime ostenditur per ordinẽ discurrendo per singula in oĩbus supradictis. Nõ satisfacit aũt primo in eo qd dicebatur ad maiorẽ, videlicet ꝙ in pertinentibus ad laudẽ beatę Marię virginis, non erat necessarium testimonium sacrę scripturę ostendere &c. pp duo. Primo quia

laudem conferret, ꝙ de spiritu sancto esset concepta, & ꝙ ab origine conceptionis fuerit beata. Item ꝙ ab instanti cōceptionis habuerit omnem sapientiam, et sic de multis aliis quæ inter xp̄i laudes commemorantur, sequeretur ꝙ talia affirmare quis posset de beata virgine catholicæ, nec affirmantes tenerentur de hoc testimonium scripturę in medium proferre, sed tantummodo sufficeret dicere hoc ad laudem virginis pertinere: quod minus gratię videtur doctrinę san

Hiero. ctorum. maxime cū dicat Hieronymus. Quod de sacris literis auctoritatem nō habet, eadē facilitate contemnitur qua probatur. Nec vnq̄ talis vniuersalis fuit doctrina Augustini in allegato sermone de assumptione eiusdem virginis: sicut

August. dicitur exaduerso (sicut manifestum fiet inferius, cum ad ea quæ inducta sunt de sermone illo responsa dabuntur, & ostendetur Augustinū aliam intelligentiam habuisse in multis dictis suis q̄ exaduerso dicatur.) ¶ Præterea 2. rñsio ista data nulla est. Quoniam nondū probatum est exaduerso ꝙ tenentes beatam virginē non cōceptā fuisse in originali peccato sentiāt quæ proprie digna & iusta sunt, immo videtur contrariū, vt dicunt doctores quorū relator sum, quoniam cum tam auctoritate scripturę q̄ testimonio sanctorū doctorū, & aliorū eximiorum scholasticorū habere cōceptum sanctū, solius xp̄i prærogatiua sit, & agni immaculati qui tollere venerat vniuersa peccata mūdi, soli xp̄o vniuersali redemptori hominū est proprium dignū & iustum hoc tribuere, & nulli alteri de numero

Bernar. filiorum Adæ. Vnde Ber. in epistola ad Lugdunē̄. canonicos. qui huiusmodi credulitatis esse videbantur celebrantes festiuitatem conceptionis beatæ Mariæ virginis, dicebat eis. Honor reginæ iudicium diligit, virgo regia falso non eget honore veris honorum titulis cumulata. Quare cum ex hiis pateat, ꝙ asserentes beatam virginem non fuisse conceptam in originali peccato non videantur sentire de beata virgine quæ propria sunt, cum hoc sit solius christi proprium; nec quæ digna, cū hæc sit dignitas solius summi sacerdotis & sacrificii & hostiæ pro peccatis; nec quæ iusta, cū non sit suum sed ad dignitatem pertineat solius vniuersalis redemptoris omniū, manifestum est ꝙ ipsis maxime incumbit huius suę assertionis ostendere testimonium: & prædictæ exemptionis priuilegium facere manifestū. alias eis credendum non est. iuxta superius allegata. Equidē doctores quorū relator sum discernentes inter dignitates & prerogatiuas christi redemptoris nostri, & inter dignitates & prærogatiuas beatæ virginis & aliorum membrorum corporis mystici, attribuunt vnicuiq; quæ propria quę digna & iusta sunt sine confusione dignitatum. Quod autem priuilegiū siue prærogatiua propria solius capitis christi, & nulli alteri conueniens sit habere conceptum mundum a peccato orginali, ostenditur per eos quasi innumeris testimoniis ꝙ scripturę sacræ & sanctorum doctorum, sicut in parte superius visum est, & consequenter infra plenius deducetur. Quare eorum doctrinæ, vtpote publicis & diuinis testimoniis roboratę & confirmatæ credēdum videtur. & non assertionibus partis aduersę. ¶ Præterea quod respondetur. videlicet ꝙ non est necessarium ostendere priuilegium, quod in iure cōmuni est expressum, non facit ad propositum. Quoniam falsum est ꝙ tale priuilegiū expressum habeatur in scriptura sacra. vt quid enim sancta synodus in hac re nobis tam laboriosum studium iniunxit. si expressum in sacra scriptura habeatur testimoniū rei de qua quęritur, si expressum hr̄, cur nō fertur in mediū, & cesset tā periculosum certamen. ¶ Quod vero dicitur consequenter ꝙ in sacra scriptura scribitur expresse priuilegium maternitatis diuinæ, ad propositum nō suffragatur. Licet. n. hoc verissimum sit, propter hoc tamen non ostenditur priuilegium sanctæ con

ceptionis, nec testimonium eius, nec id ad quod necessario sequatur. Equidem ista consequentia negatur. beata virgo est mater christi. ergo non fuit concepta in originali peccato. Quanq̃ enim ratione maternitatis diuinę, multa priuilegia dignitatis excellētias ac gratiarum prerogatiuas consequuta sit beatissima virgo, nō tamē consequuta dicitur hoc priulegium cōceptionis sanctę, sicut nec multa alia, quæ sibi soli christus reseruauit propria. Soli .n. illi qui sic cōceptus est vt omnium redemptor esset & saluator, reseruatum est vt sine peccato originali conceptus sit: vt patet ex auctoritatibus, tam sacræ scripturæ q̃ sanctorum doctorum supra positis. Nec verisimile est, nec credendum, ꝙ lumina illa ecclesiæ splendidissima. videlicet Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Eusebius, Anselmus, Bernardus & sanctus Thomas, ac præclari antiqui doctores in scholæ Theologiæ, qui solius christi hanc dicunt esse prærogatiuam, non nouerint æque plene amplitudinem priuilegii maternitatis diuinæ in beatissima virgine, sicut proponens exaduerso. Quare omnino iuxta illorum sententiam, negāda est ista cōsequentia. Rōne maternitatis competūt beatæ virgini tales vel tales pręrogatiue. ergo & pręrogatiua sanctę cōceptionis. Magna plane differentia est inter hanc pręrogatiuam & alias pręrogatiuas de quibus specificatum est exaduerso. videlicet ꝙ fuerit sanctificata in vtero ꝙ non peccauerit mortaliter nec venialiter: item ꝙ virgo ante partum, & in partu, & post partum fuit. & per consequens ꝙ nō cōceperit christum de Ioseph, sed spiritu sancto, & ꝙ fuerit exaltata in corpore & anima super choros Angelorum. Quę differentia licet satis pateat ex superioribus vbi data est differentia inter propōnes vniuersales sacrę scripturę loquentes de hac materia, colligitur tamē in speciali hæc differētia ex tribus. Primo quidem quia isti pręrogatiuæ nō contradicunt scripturę diuinę, sed aut in sacra scriptura expresse continentur. aut ex sacra scriptura necessaria consequentia eliciūtur. aut ex sacra scriptura euidenti congruentia, sanctorum doctoꝝ testimonio colligunt. De his vero quę in sacra scriptura expresse cōtinentur, est pręrogatiua fœcūditatis cum virginitatis honore, videlicet ꝙ virgo concepit & peperit Isa. 9. Ecce virgo. Et ꝙ de spiritu sancto cōcepit. & per consequens nō de Ioseph. Luc. 1. De genere vero eoꝝ quę ex sacra scriptura cōsequētia necessaria eliciuntur, est pręrogatiua sanctificationis, Nam vt dicit sanctus Thomas in 3. di. 3. Quis sanctificatio beatę Marię virginis expresse in scripturis veteris & noui testamentorum non habeatur. tñ pro certo haberi potest ex hiis quę ibi leguntur. Si enim Ioānes & Ieremias sanctificati sunt: qui christum pronunciauerunt: multo magis beata virgo quæ christum genuit. Hæc ille.

¶ Ad idem est Alexander de ales in 3. suo in materia pręsenti dicēs. ꝙ licet hęc sanctificatio beatæ virginis non legatur expresse in sacra scriptura, legitur tamen ibi dupliciter. Primo in significatione: quia figurata fuit in multis locis scripturæ. Vnde psal. sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Secundo in ratione fidei. Nam legitur de Ieremia & Iohāne baptista ꝙ sanctificati fuerunt in vtero. Sed quod aliis est concessum beatæ virgini non est negatum. Et ita fides est & ratio fidei, hæc Alexander. Præterea cum non solum ex dictis sequatur ꝙ sanctificata fuerit, sed etiam ꝙ cæteris copiosius, manifeste eliciūtur aliæ duæ prærogatiue ex eadem radice scripturæ, videlicet prima ꝙ nunq̃ peccauerit mortaliter: quod est commune omnibus sanctificatis in vtero, 2. ꝙ nec venialiter: quod est proprium sibi inter alios a peccato in vtero sanctificatos pro sublimitate gradus sanctificationis qua pręcæteris donata fuit sicut ex superioribus dictis ex auctoritatibus Bernardi in Epistola ad Lugduneñ. canonicos fuit ma- Alex. de Ales. Bernar.

nistrum. De genere autem eorum quæ ex sacra scriptura euidētissima congrui tate eliciuntur, est prærogatiua qua assumpta est cum corpore in cœlum. Plane
Augus. sicut ait Augusti. in sermone assumptionis ex eo scripturæ loco vbi virgo beatissima concepisse & peperisse christum dei filium commemoratur, arguitur euidentissime fore congruentissimum vt corpus illud sanctissimum de quo christus carnem diuinitati viuendam assumpserat: non terrea putredine resoluēdum esset, sed cœlum possideret dote claritatis vestitum. Ad quod etiam concurrunt testimonia pia sanctorum doctorū. Attribuere autem prærogatiuā puritatis & sanctitatis conceptionis alicui alteri q̄ xpo, scripturæ sanctæ repugnare visum est doctoribus quorum relator sum: sicut ex superioribus auctoritatibus iuxta glosas sanctorū patrū clare & multipliciter deductū fuit. ¶ Secunda causa differentiæ est quia attribuere prerogatiuas pdictas beatissimæ virgini non derogat dignitati christi. Attribuere vero ei hanc prærogatiuā sanctitatis conceptus, derogat integritati gloriæ xp̄i secundū quā est omniū redemptor, sicut in parte visum est supra, & plenius inferius ostēdetur. ¶ Tertia rō est quia doctores sancti q̄bus maxime credendum est in dubiis fidei, licet prædictas prærogatiuas prædicent & confiteantur de beata virgine, hanc tñ dicūt & profitentur soli xpo cōpetere: sicut ex eorum dictis superius patuit. Patet ergo ex dictis. Primo, ꝙ magna est differentia de prærogatiuis aliis, & de prærogatiua sanctitatis conceptus. Secūdo patet non esse verum quod dicebatur exaduerso, videlicet ꝙ ex eo ꝙ in sacra scriptura diuina fiat mētio de priuilegio maternitatis diuinæ, habeatur testimonium de priuilegio sanctæ conceptionis beatæ virginis.

¶ In quo confutatur Quartus modus respondendi exaduerso. Cap. 25.

C AETERVM ea quę inducebantur exaduerso respondendo ad minorem principalis rationis quæ erat ꝙ nulla fides fiebat exaduerso de priuilegio sancto conceptionis, pariter nullā habent apparentiā. Nō quidē primū cū dr. ꝙ priuilegiū maternitatis diuinę replicatur in sacra scriptura, & ꝙ per alias auctoritates allegatas simul collectas satis apparēs habeatur euidentia probōnis, qm̄ (vt iam dictū est) priuilegiū maternitatis diuinæ nullum testimonium facit de sanctitate conceptionis passiuæ beatę marię virginis. Auctoritates etiā inductę, nec diuisę nec simul collectę realē vel satis apparentē faciūt euidentiā testimonii de præfato priuilegio, vt clara luce ostendetur inferius, quando dabuntur responsa ad eas. Præterea non est verum quod consequenter exaduerso dr, ꝙ .s. assertio contraria ita sit iuxta commune iudicium rōnis, vt nemo fere sit qui si primo non habeat contrarie oppositum opinionem quin statim cum exponitur & assecuratur, ꝙ hoc potuit fieri absq; pręiudicio fidei & sacræ scripturę, statim confiteatur rationabilem esse eā. Plane hoc verbum si mihi similes parum doctos respiceret, patienter tolerandū esset: sed quia principales ecclesiæ, & scholæ Theologiæ clariores doctores respicit & dehonestare videtur, innuens eorum doctrinam contra commune rationis iudicium esse: quod turpissimum genus errandi est dicente Aristo. 1. metha physices. in foribus quis errabit.) ęgro animo audiendum est. Veruntamen cum totus orbis aliam de præfatis doctoribus opinionem habeat: quos veluti luminaria amplectitur & veneratur, nō est multum curandum si solus exaduerso proponens hanc prauam æstimationem de istorum ingeniis & sapientia concepe

sit. Non tñ parum mirandum est ꝙ hoc ipse proponens dixerit, cum contrarium dicere alibi videatur. cum tractaret verba Augustini in sermone assumptionis dominę nostræ. vbi cum altitudinem & profunditatem pręsentis materiæ vellet magnificare dicit sic in forma. ꝙ materia quę militat in derogationē excellentię & prærogatiuæ beatę virginis annumerari debet inter materias humano iudicio incompręhensibiles, ita ꝙ non possit haberi certitudo de ipsa nisi per reuelationem tanq̃ de incompręhensibili. Hæc iste. Vtrum autem credendum sit ei qui in iudicio contraria asserit, relinquo reuerendis patribus iudicandum. Dimissis ergo istis quę magis verba respiciunt q̃ ad rem ipsam pertineant, dicitur iuxta sententias doctorum quorum relator sum, ꝙ illud non est verum quod dicitur exaduerso de communi iudicio rationis; nec illud quod subiungitur de assecuratione ꝙ assertio prędicta non pręiudicet fidei & sacrę scripturæ, & hoc potissime nisi alia maiora testimonia inducantur q̃ inducta sunt. ℂ Præterea doctores ipsi quorum relator sum inde secundo mouentur ad credendum ꝙ priuilegium siue pręrogatiua sanctę conceptionis soli christo sit attribuenda, & non beatę virgini, quia (vt dicunt) non est verisimile ꝙ si tale priuilegium fuisset beatę virgini concessum ꝙ in sacra scriptura, aut in glosis Biblię, aut in dictis sanctorum patrum simel adminus in propriis terminis nō fuisset expressum: sicut de aliis priuilegiis & prærogatiuis eiusdem virginis reperire contingit. Quod tali ratione confirmare conantur, quia de christo de quo erat minus dubitandum an in peccato originali esset conceptus, q̃ de beata virgine, nec spiritus sanctus nec ecclesia vniuersalis nec sancti patres voluerunt hoc credendum de eo relinquere diffiniendum humano iudicio aut in vestigatione humana, sed spiritus sanctus voluit hoc expresse testari & diffinire in scriptura sua in multis locis: sicut supra patuit in auctoritatibus inductis. Augusti.

ℂ Immunitas ab originali peccato esse priuilegium christi, probatur pluribus auctoritatibus sacrę scripturę & sanctorum. Cap. 26.

VERVM quia proponens exaduerso dicit ꝙ ad hoc posset rñderi interrogãdo vbi hęc scriptura sacra expresse habeatur, visus est dubitare vbi scriptura diuina de hoc christi priuilegio mentionē faciat, reperi aliqua scripturę loca de multis, vbi testimonium eius habetur clarissimum. Primo enim scribitur. psal. 20. de christo. pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Vbi glo. ait ordinaria. benedictiones dicit immunitatem peccati qua christus donatus est etiam in cõceptione. ℂ Item psal. 21. de ventre matris meę deus meus es tu. Glo. quia nec conceptio sine deo facta est. Neq; enim in peccato conceptus sum vt alius homo. ℂ Itē Luc. 1. Spũs sanctus superueniet in te; sequitur. Quod. n. ꝙ nascetur ex te sanctũ. ℂ Item Mat. 1. quod in ea natum est de spũ sancto est. Quę verba nō possunt cũ veritate exponi solum de natiuitate exteriori cum dicatur quod natum est in ea. Secundo nec possunt verificari si in conceptione sua sanctus non esset: quia quantuncunq; sanctificatus in vtero diceretur, si in originali peccato primo fuisset conceptus non posset dici conceptus de spiritu sancto: sicut nec alii sanctificati. Et ita patet ꝙ omnes illæ euasiones quę exaduerso dicuntur posse ab aliquibus fingi contra prædictas auctoritates, nec catholicæ essent, nec aliquã apparentiam haberent. Ex quibus patet qualiter spiritus sanctus testatur ex- Glos. Glos.

gutum est sic. Hoc non est reuelatum sanctis doctoribus & eorum doctrina expresse est in contrarium. ergo verisimile est quod hoc non sit uerum, cum non credenda sit esse reuelatio cœlestis quæ doctrinæ sanctorum doctorum ecclesiæ in materia fidei repugnet, & potissime in materia priuilegiorum redeptoris nostri Iesu christi & virginis sacratissimę. Per quę ad multa alia verba exaduerso in hac re patet respōsio, quę minime inducta fuissent vt arbitror si virtus argumentorum bene pensata fuisset. & ita patet qualiter hic non habet locum via illa quarta respondendi exaduerso qua respondetur quod auctoritates dicentes omnem hominem seminaliter ab Adam propagatum, in originali fuisse conceptū, intelligendę sunt de iure siue de lege communi, a qua beatissima virgo exempta sit priuilegio gratiæ singularis.

¶ In quo confutatur quintus modus respondendi exaduerso. Cap. 27.

EX quibus præmissis facile patet aggressus ad confutationem viæ siue modi quinti. quo quidem ex aduerso vtuntur respōdendo ad auctoritates præmissas dicentes quod prefatę propositiones vniuersales scripturæ asserentes omnes homines ab Adam seminaliter descendentes originale peccatum contraxisse intelligendæ sunt de iure, siue de debito, non autem de facto: Dicūt enim quod quilibet filius Adæ naturalis debitor est iustitiæ originalis, & ex demerito caret ea: & sic contrahit peccatum originale. sed beata virgo de facto non contraxit. ¶ In confutationem autem presentis modi respondendi sic procedam. Primo improbabitur modus loquendi. Secūdo dato quod modus loquendi præfatus (originalis) esset apertissimus, rationibus (diuinæ lucis assistente gratia) ostendam prædictam responsionem locū nō habere in præsenti materia. ¶ Tertio ostendetur, quod ex eo quod conceditur quod beata virgo cōtraxit de debito siue de iure, sequatur quod contraxit de facto, Et ita habetur propositum. ¶ Circa primum autem non parum mirādum videtur, quod sic respondētes vocant debitum siue ius: cum, dicunt quod omnes ab Adam propagati seminaliter de debito & de iure & de facto obnoxii sunt peccato orginali; beata autem virgo licet de debito & iure, non tamen de facto. Videtur enim quod iste modus loquendi minus sit rationalis. Quod sic ostenditur. Et primo ex rōne peccati sic. De rōne peccati est esse indebitum, quia deum offendere & cœlestem contemnere disciplinam. Vnde Augustinus libro de natura & gratia. Quis enim insanus diceret debere peccare: cum ideo sit peccatum quod nō debet fieri: ergo irrationabiliter dictum est aliquos de debito peccasse aut peccato subiacuisse, immo videtur cōtradictio in obiecto quod quis dicatur peccasse, & quod peccet de iure vel de debito. cum nullus videatur peccare soluendo debitū. ¶ Secundo sic. quilibet propagatus ab Adam ex debito debuit habere iustitiam originalem: hac enim ratione carentia iustitiæ originalis imputatur ei ad peccatum quia fuit debita ei inesse, ergo impossibile est quod talis habuerit debitum contrahendi peccatū originale: quod est oppositum illius quod debitum erat inesse. Consequentia est manifesta. In eo enim debitum inueniri nō potest quo quis habet debitum ad non habendum illud. ¶ Tertio sic. Diuina iustitia nunquam punit hominem contrahendo et faciendo quod de debito siue de iure contrahere siue facere tenetur. sed magis ideo quia contra debitum & ius venit. Sed contrahentes originale peccatum puniuntur a deo pœna æterna damni .s. carentia diuinę visionis. ergo nō

stat cum debito iustitiæ ꝙ tales dicantur peccare ex debito & de iure. Et confirmatur. Pœna & culpa ex opposito diuiduntur in ratione debiti, tunc enim pœna dicitur debita quando datur pro eo quod de iure & de debito non debuit fieri; indebita vero, quando datur pro eo ꝙ de iure fiendum erat. Si ergo homo ab Adam propagatus seminaliter incurrit peccatū originale de debito & de iure; sequitur necessario ꝙ indebite puniatur pro eo. Quod de deo iustissimo nephas est dicere. ¶ Præterea ius proprie sumptum semper est licitum. Peccatum autem originale semper est illicitum & iniustum, cum originale peccatum nihil aliud sit q̄ carentia originalis iustitiæ debitæ in esse, vt superius visum est, ergo dicere ꝙ aliqui obnoxii sunt peccato originali de iure siue de debito est omnino irrationabiliter dictum. ¶ Si autem dicatur ꝙ ius in hoc loco vocetur institutum diuinum, siue lex dei coarctans, quæ concurrit in contractione originalis peccati; vt dicit proponens exaduerso, hoc non videtur posse cum veritate stare; sicut superius multipliciter ostensum est. Plane nullibi in scriptura tale statutum a deo institutum esse legimus, sed bene illud apostoli ad Galat. 6. Non debitores sumus carni vt secundum carnem viuamus. Præterea: quomodo ab optimo legislatore deo cuius lex sancta & mandatum sanctum. Roma. 7. credendum est institutum esse ius hominibus vt fœdi vel turpes aut inimici eius concipiantur. Quare ut dixi hic modus loquendi ꝙ de debito & de iure homines cōtrahant originale peccatum, non videtur rationabilis, immo valde peregrinus a sanctorum patrum doctrina.

¶ Præfatum modum respondendi non habere locum in præsenti materia probatur multipliciter. Cap. 28.

C AETERVM aggredior secundum in quo ostendēdum est ꝙ dato ꝙ modus præfatus loquendi rationabilis esset locum tamen nō habeat in præsenti materia. Et hoc multis mediis. Primo ex ipsa institutione apostoli. Secundo ex modo loquendi absolute sacræ scripturę & maxime apostoli. Tertio ex diffinitione facta in concilio Mileuitano. Quarto ex expositione sanctorum doctorum. Quinto ex intellectu quem habuerunt tam sancti q̄ famosiores doctores in schola theologica, ex qua intelligentia moti sunt ad asserendum beatam virginem de facto originale peccatum contraxisse. Sexto eo ꝙ talis responsio, videtur aperire portas ad multos errores. ¶ Quod autem auctoritates scripturæ dicentes omnem hominem seminaliter propagatum ab Adam originale contraxisse peccatum, non solum intelligantur de debito siue de lege aut de iure, sed de facto ex ipsa intentione apostoli, sic deducitur. Apostolus enim in epistola ad Rom. ostensa insufficientia legis naturalis & legis scriptæ, dicens ꝙ ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, volens ostēdere dependere aliunde iustificationem nostram. s. a redemptione fienda per passionem filii dei, sic dicit in cap. 3. ad Rom. Non est distinctio: omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in christo Iesu: quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguinem ipsius. Vbi Glo. ita ait. Peccauerunt omnes, ex vno peccatore nascūtur peccatores: inuenit gratiā dei qui solus sine pctō venit, & omnes egent gloria dei; vt ipse qui potest nō tu qui liberatione indiges. Et infra repetens ait. Omnes peccauerunt & indigent gloria dei. i. indulgentia & venia peccatorum. Hęc in Glo. ordinaria. Item, Nicolaus de Lira super eun-

Glos.

Nic. de Lira.

dem passum ita dicit. Hic consequenter ostenditur modus huius iustificationis per causam formalem finalem & efficientem ac temporum congruentiam. Ins primis autem ostenditur huius iustificationis necessitas cum dicitur. Omnes.n. peccauerunt &c. Hæc ille. Ex quibus verbis apostoli iuxta glosam ordinariam & expositionem magistri Nicolai intellectis sic arguitur. Omnes qui sic pecca uerunt & egent gloria dei: id est indulgentia & venia peccatorum, fuerunt non solum de debito siue de iure sed de facto peccato obnoxii. Sed qui propagantur seminaliter ex Adam sunt peccatores,& egent gloria dei, id est indulgen tia & venia peccatorum. Ergo omnes tales non solum de iure & de debito, sed de facto obnoxii peccato dicendi sunt. Consequentia est formalis in primo pri mæ. Minor est glosa ordinaria quæ beato Augustino ascribitur. Maior vero est clarissima dicente veritate non egent qui sani sunt medico. Luc. 5. Et Augu stinus libro de natura & gratia capitulo primo ait. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei iustificati gratis per ipsius sanguinem. Quicunq; autem nō putantur pertinere ad hos homines qui peccauerunt & egent gloria, profecto nullam necessitatem habēt vt Christiani fiant: quia non est opus sanis medicus sed ægrotantibus. Hæc Augustinus. Et iterum in libro tertio de baptismo paruulorum arguens contra Pelagium dicit sic. Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus: hoc est quia non est necessarius Iesus eis qui non habent peccatum, sed eis qui salui sunt a peccato. Et idem patet ex multis aliis auctoritatibus superius inductis apostoli & sanctorum a quibus supersedeo. Ex quibus manifeste colligitur intentionem fuisse apostoli dicere omnem hominem ab Adam seminaliter descendentem de facto originale peccatum contrahere. ¶ Secundo hoc idem colligitur ex modo loquendi sacræ scripturæ, & sanctorum doctorum in auctoritatibus supra positis in quibus sacra scriptura & sancti vniuersos ab Adam seminaliter descendentes vocant simpliciter & absolute peccatores siue peccato obnoxios, aut immundos, aut inquinatos, aut damnationi subiectos, quæ omnes auctoritates ita simpliciter & absolute loquentes, aut dicendæ essent impropriæ aut falsę si nō de facto sed de iure tantum intelligerētur quod esset temerarium dicere. Aliud plane est dicere quod quis debeat esse talis aut quod teneatur esse talis, & aliud quod simpliciter & absolute dicatur esse talis, cum prædicatio fundetur super inesse. Ab eo enim quod res est vel non est (inquit Aristoteles) oratio dicitur vera vel falsa. Quod non est de facto tale, false dicitur esse simpliciter tale quanq̄ debeat esse tale. Quis in tantam rationis obscuritatem venit vt peccatorem, dei actu inimicum, constitutum amicum dei dicat: quia ex debito naturalis iustitiæ eum amare tenetur. Quis vitiis fœtentem splendere dicat virtutibus, aut turpem, honestum, aut flagitiosum, iustum: quia ex debito & iure debet esse talis; Sane teste Tullio in libro de legibus, nihil præstabilius q̄ nos ad iustitiā esse natos, & ita de multis aliis exempla poni possent. ¶ Cæterum si ex solo debito aut iure quo quis debet esse talis posset dici q; sit talis absolute & simpliciter, pari ratione ex solo debito & iure quo quis non debet esse talis, posset dici absolute q; non sit talis etiam si de facto esset talis. Cum in causis præcisis si affirmatio est causa affirmationis & negatio erit causa negationis. Hoc autem esset absurdissimum. Possumus enim hic vere absolute dicere multa; quorum opposita annumerentur inter principales bases fidei catholicæ, vt quod Christus non fuit passus, quia de iure & de debito non debuit pati cum esset sanctissimus & innocentissimus. Item q; non fuisset mortuus, eadem de causa. Item q; Iudas non tradidit eum. Item q; Pe

Augus.

Augus.

Tullius

trus non negauit eum,cum nullus eorum de iure & de debito illud fecerit siue facere debuit. Et sic multa alia erronea & absurda dici possent quæ sequi cēsētur ad modum illum respōdēdi datum. Patet ergo ex modo loquendi simpliciter & absolute ꝙ tam scriptura sacra q̄ sancti obseruant in auctoritatibus superius po sitis,ꝙ auctoritates illę vniuersaliter de facto intelligendæ sunt & nō de iure tan tum. ¶ Tertio idem ostenditur ex determinatione superius posita vniuersalis

Concil. ecclesiæ in cōcilio mileuitano in qua narrata auctoritate illa apostoli Pauli p vnum hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerūt:sic inquit. Per hāc regulam fidei & paruuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur.vt in eis re generatione mundetur quod generatione traxerunt. Hæc ibi. Sed clarissimū est ꝙ nisi auctoritas illa apostoli de facto intelligeretur,non concluderet conci lium vniuersale paruulos omnes in peccatorum remissione veraciter esse bapti zandos vt regeneratione mundaretur,ꝙ generatione traxerunt, quoniam qui de facto nullum peccatum aut maculam contraxit,quæcunq; de iure contrahe re debuisset,baptizari non habet necessitatem,vt Augustinus contra Iulianum, & pelagianos arguit, sicut superius in parte visum est.

¶ Idem quod supra ostenditur per expositiones sanctorum & maxime Augustini. Cap. 29.

QVARTO hoc idem ostenditur, ex expositione sanctorum do ctorum,& maxime Augustini,qui verba apostoli pro peccatis pon derasse & tractasse videtur,pro eo ꝙ circa intellligētiam textus ser monis eius plures insurrexerunt eius temporibus hæreses ad quas suo tempore eradicandas virtute multa & sapientia legitur insudasse: qui tam in libro de baptismo paruolorum q̄ contra Iulianum sępe repetens præfatas au ctoritates Pauli ostendit intelligendas esse de facto:probās ex illis necessitatem

August. redemptionis & sacramentorum. ¶ Vnde in libro 3. de baptismo paruulorū dicit sic. Nōne veritas sine vlla dubitatione testatur non ob aliud paruulos ad Iesum hoc est ad saluatorem & medicum christū piis gestantium manibus ferri nisi vt per medicinam sacramētorum eius,possint a peccati peste sanari,hęc Au

August. gustinus. ¶ Item idem Augustinus in 3. cōtra Iulianum negantem Isaac fuisse cōceptū in originali peccato,dicit sic. Diaboli adiutor esse cōuinceris: qui om nes paruulos ab eo malo per quod tenentur a diabolo, sanari per christum nō debere cōtendis: cum doctrina non sana,sanos esse defendis. Ego autem secun dum sanam fidem ex eadem cōcupiscentiæ voluptate cōceptum etiam Isaac di co,ex qua & homines cæteri, vno solo excepto ab hoc malo per quem libera mur a malo. Et infra. Nec opus est vt anfractibus lōgis ea quæ concedo,proba re inde coneris: sed ad hoc respōde si potes cur ipse isaac nisi baptismatis christi signo circuncisus die fuisset octauo,periisset anima eius de populo suo. Explica si potes tanta pœna quo merito plecteretur. Hæc Augustinus. Et tamen si rñsio quæ,datur a multis exaduerso locum haberet, faciliter dictum fuisset Augustino ꝙ Isaac de iure sed non de facto contraxisset ori. peccatum,& ita totus eius pro cessus contra hæreticos illos redditus fuisset inualidus, cum tota virtus conse quentiæ pendeat ex virtute præmissarum. Propter quod idem Augustinus con tra tales expositiones scripturæ quæ minus perfecte esse videntur. Immo con

tra intentionem Apostoli, dicit sic in primo libro cōtra Iulianum. Alia sunt in quibus inter se aliquando etiam doctissimi & optimi regulę canonicæ defensores salua fidei compage non consonant, & alius ab alio deuiare, ac melius aliquid dicere & verius alio vt. Hoc autem qd nunc agimus: ad ipsa fidei pertinet fundamenta. Quisquis in christiana fide vult labefactare quod scriptum est. per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriūtur ita & in christo omnes viuificātur, totum quod in christo credimus auferre molitur. Hæc Augusti. Labefactare vero auctoritates illas videtur, qui eas non de facto sed de debito intelligendas esse dicit. Labefactare enim idem est (vt dicūt grāmatici) quod couellere cassare, & diminuere. ¶ Item idem Augusti. in lib. 2. de nuptiis & cōcupiscentia contra peruertentes sensus prædictarum auctoritatum, Inducēs testimonia aliorum doctorum sanctorum post allegationem multarum auctoritatum quæ per me superius positę sunt, ita ait. Puto ꝙ omnia ista & cætera huiusmodi quæ prædicant omnem hominem sub peccato & maledictiōe nasci, nō legūtur in tenebris Manicheorum, sed in luce orthodoxorum, & cōsequenter de sensu earum quem habuerunt sancti; ita prosequitur dicens. Quid autem dicam de ipsis diuinarum scripturarum tractatoribus qui in catholica ecclesia floruerunt; quomodo hoc nō in alios sensus conati sunt euertere: quoniam stabiles erāt in antiquissima & robustissima fide: non autem nouitio mouebātur errore. Et infra. Veruntamē vt obmittam beatissimum Ambrosium, cui Pelagius (sicut iam commemoraui) tam magnum integritatis in fide perhibuit testimonium: qui tamē Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis vt haberēt necessarium medicum nisi originale peccatū. Hæc Augustinus. ¶ Ex quibus clarissime patet sanctorum intelligētiam hāc esse cōmunem vt auctoritates dicētes omnes ab Adam genitos, originale peccatum ꝯtraxisse vniuersaliter, de facto esse intelligēdas. ¶ Quinto idem patet ex intellectu quem habuerūt de eis famosiores doctores Theologię, sicut fuit Hugo de sancto Victore. Magister sentētiarum. Alexander de ales. Albertus magnus, sanctus Thomas, Bonauentura, & quasi tota schola antiquorum doctorum Theologiæ & expositorum Bibliæ. quorum aliqui in amplissimo etiam numero infra in propriis sentētiis adducēdi sunt: qui omnes pręfatas auctoritates vniuersaliter & de facto intelligēdas esse dicūt. & hanc esse intelligētiam sanctorum patrum: cuius gratia necessitati sunt dicere beatissimam virginem cōceptam esse in peccato originali: sicuti inferius ex propriis eorum dictis manifestum fiet. ¶ Sexto idem ostēditur ex eo ꝙ ex præfata expositione auctoritatum quę exaduerso ab aliquibus frequētatur, potest quis multos alios negare fuisse cōceptos in originali peccato. Quod nō parum offenderet fidei catholicæ puritatem. Cōsequentia patet: quoniam stantibus illis auctoritatibus in veritate, & intellectu vniuersaliter vt dicitur de debito siue de iure seu lege cōmuni & nō de facto, sine offensa sacræ scripturæ multi dici possent nō concepti in originali peccato: sicut alii parētes christi & beatissimæ virginis. Maxime cum faciliter darētur persuasiōes ad hoc: & ostēderetur fuisse decētissimum ꝙ pater & mater genitricis saluatoris nostri, & alii qui fratres christi in euāgelio nominātur & ipse Ioseph sponsus virginis qui pater christi in scriptura vocatur, præseruati fuissent ne vnquam diaboli captiui fuissent, aut in odio dei, aut abominabiles deo, & ita de multis aliis prædicatis quibus vtitur exaduerso arguēdo proponens. de quibus personis vtiꝗ multa argumēta probabilitatis fierent: sicut Pelagiani fecisse legūtur de filiis baptizatorum. & singulariter de Isaac & aliis quorum laudes & benedictiones sin

Augus.

Ambr.

gulares scriptura commemorat. Et eo potissime attento ꝙ hoc nec potentię dei contradicit simpliciter: nec scriptura in oppositum aliud de ipsorum personis expresse loquitur. ℭ Item etiam probaretur eisdem rationibus quibus exaduerso probatur de beata virgine ꝙ preseruatio illorum a peccato, non derogabat honori christi. ℭ Si vero dicatur exaduerso ꝙ non ęque rationes currunt de aliis quibuscunq; sicut de beata virgine. rñdetur ꝙ hoc nõ obstat propter duo. Primo quidem quia sicut arguebatur virtute illarũ auctoritatum, si eo modo exponantur sicut exaduerso exponuntur, videlicet ꝙ vniuersaliter intelligãtur de iure & non de facto, posset capi virtus efficacis probatiõis, ꝙ alii nõ de facto incurrissent, nisi quis vellet principium petere & præsupponere ꝙ caput tenet pñtis certaminis. videlicet ꝙ auctoritates præfatæ de oĩbus aliis intelligãtur de iure & de facto, sed de beata virgine de iure & non de facto. Hoc enĩ cum nõ probetur testimonio scripturæ aut authenticę glosæ aut sanctorum doctorũ, eadẽ facilitate cõtẽnitur qua probatur. Tum scdo quia licet rationes quæ fiunt pro beata virgine sint maioris apparentię ꝙ essent rationes quæ fierent pro aliis, nulla tamen earum sufficit probare intentum. vt superius ostensum est. ℭ Secũdo idem patet scilicet ꝙ respõsio data nõ satisfaciat ex eo ꝙ expositio illa periculosa esse videtur. Quoniam si admitteretur posset esse ianua ad multos errores. Possent enim multi simili expositione vti in locis aliis sacræ scripturæ, sicut Origines asserens omnes dãnatos tandem finaliter esse saluandos, diceret ꝙ licet ex debito omnes tales ęternaliter venirent puniẽdi, nõ tamẽ de facto: quia iuxta apostolũ misericordia domini super exaltat iudicium, & ita in multis aliis locis scriptura sacra corrumpi posset, & suscipi occasio multorum errorũ si expositio præfata introduceretur ita voluntarie.

ℭ Implicat cõtradictionẽ b. verginem de debito & nõ de facto cõtraxisse originale peccatum. Cap. 30.

PRÆTEREA tertio principaliter arguitur contra id qd dicitur applicãdo respõsionem pręnotatam ad beatam virginem, videlicet ꝙ beata virgo contraxit de debito & de iure peccatũ originale. sed nõ de facto, quia videtur ꝙ sit implicatio cõtradictionis. Et ostenditur ꝙ ex verbis eoꝝ habeatur propositũ qd intẽditur. Pro quo arguitur sic. Beata virgo ſm istos contraxit de debito & de iure. ergo sequitur ꝙ cõtraxit de facto. Antecedens vero est eorũ, qui aduersam defendunt partem. Sed cõsequentia probatur sic. Quãdocunq; additio aliqua fit ad aliqd pdicatũ & non diminuit de rõne prædicati sed potest stare in eodem subiecto cũ completa ratione prędicati, et sine additione illa sequitur positio predicati: sicut dicẽdo. iste currit velociter. ergo iste currit: quia hæc additio velociter nõ ẽ distrahẽs siue diminuens de rõne illius predicati currit: nõ sic aũt est si arguatur homo mortuus, ergo hõ: qa mortuus nõ stat cũ plena rõne hoĩs in eodẽ subiecto. Sed ista additio de debito siue de iure nõ est additio distrahens siue diminuens de rõne huius qd est contrahere originale pctm̃, imo stare põt in eodẽ subiecto cũ cõpleta rõne eius: sicut patet in oĩbus qui de facto cõtraxerũt: qui et de iure & de debito dicũtur cõtraxisse. Per eos ergo optime sequitur in proposito. beata virgo cõtraxit de debito siue de iure. ergo cotraxit de facto. Si dicatur qd nõ bene sequatur ꝯtraxit de debito. ergo cõtraxit de facto licet bñ sequatur, cõtraxit de debito. ergo cõtraxit: nõ tñ sequitur ergo cõtraxit de facto. ℭ Cõtra. Ista cõsequẽtia est bona. cõ

traxit.ergo cõtraxit de facto. In oībus.n.ista cõsequentia est bona. Iste currit.ergo de facto currit. Iste contraxit matrimonium.ergo de facto contraxit. Si ergo ad istā. Beata virgo de debito siue de iure cõtraxit.sequetur ista.ergo cõtraxit,& ad istā contraxit sequitur ꝙ de facto cõtraxit,nõ dubiū quin a primo ad vltimū bn̄ sequatur,cõtraxit de debito siue de iure ergo cõtraxit de facto. ¶ Et cõfirmatur quia si ista cõsequētia nõ valet,cõtraxit de debito siue de iure. ergo cõtraxit de facto,nõ habemus vnde possimus cõcludere quasi de aliquo determinato nato post passionem christi ꝙ de facto contraxit:quia de nullo videtur in singulari scriptum esse,qđ originale peccatū de facto cõtraxerit: sed hoc est inconueniens.ergo illud ex quo sequitur.

¶ Alia responsio exaduerso reprobatur. Cap: 31.

I VERO dicatur exaduerso,ꝙ cū dr̄ ꝙ beata virgo cõtraxit de debito siue de iure exponendū siue intelligendum est.i. cõtractura erat nisi dei gratia eam præseruasset. ¶ Contra hoc est, quoniam sicut cum veritate nõ diceretur quis contraxisse de debito siue de iure matrimonium ex eo solum ꝙ esset obligatus ad contrahendum siue quia de debito erat cõtracturus:nec ꝙ iste de debito & de iure contraxit lepram aut cęcitatem:quia ex debito siue de iure contracturus esset nisi præseruatus fuisset. Sic non vr̄ posse cum veritate dici ꝙ beata virgo de iure vel ex debito cõtraxit originale pct̄m:quia cõtractura erat de debito nisi p̄seruata fuisset. Hoc.n. mō posset quis asserere ꝙ multi fuerūt mortui & suspēsi & cõbusti qui nūꝙ̄ fuerūt, & multi dānati,qui sunt gloriosi i coelo:qa de debito multi erāt tales futuri nisi præseruati fuissent,quę icõuenientissima forent & aliena ab oī vera doctrina. Magna plane drīa est iter ista duo. Videlicet. Iste cõtraxit de debito vel de iure pct̄m originale:& ꝙ iste de debito vel de iure erat ↄtracturus originale pct̄m. Dato.n. ꝙ beatissima virgo(vt illi dicūt)nõ cõtraxisset originale pct̄m,stant sil' ista duo: nõ cõtraxisse,& ꝙ cõtractura erat ex mō suę propagatiōis nisi præseruata fuisset, nõ tn̄ videtur ista duo posse sil' stare.nõ cõtraxisse de facto,& ꝙ de debito siue de iure cõtraxit:sicut licet posset dici ꝙ btūs Paulus erat icursurus poenā iferni nisi diuina gr̄a fuisset adiutus:nõ tn̄ pōt dici,ꝙ poenā inferni incurrit de debito siue de iure;& sic de multis aliis exēpla possent dari. Et ita patet ꝙ præfata rn̄sio nulla veritatis firmitatē habet. ¶ Præterea scdo arguitur cõtra p̄fatū modū loquēdi circa beatā virginē sic. Beata virgo de debito & de iure originale pct̄m ↄtraxit licet nõ de facto. ergo de debito & de iure. ergo debuit esse inimica dei & in odio dei. Qđ nedū de ea sed de quocūq; alio stultū esset dicere. ↄnñtia tn̄ patet ex his quę dicta sunt exaduerso circa qđ qđ est ipsius originalis pct̄i,vbi dictum est ꝙ originale pct̄m est dānabilis culpa siue offensa dei. ¶ Præterea.3. Btā virgo s̄m istos erat de debito & de iure cõtractura originale pct̄m,& de facto nõ cõtraxit.ergo seqtur ꝙ nõ cõtrahēdo de facto peccauit. Cõsequentia patet, quia nõ soluēdo debitū & nõ parēdo iuri,actū esset cõtra ius & legē dei,maxīe cū exaduerso dicatur ꝙ lex illa coarctans ad cõtractionem originalis peccati, sit lex dei. ¶ Quarto arguitur & probatur ꝙ aut sit iplicatio contradictionis:aut sit ignorantia vocis. Et hoc sic. Lex illa de omniū hominū conceptione obnoxia extēdebatur ad beatam virginem.aut non.si non.(sicut dr̄ a multis exaduerso)tunc sequitur ꝙ nulla lege,nullo iure nulloq; debito tenebatur contrahere, & per consequens falsum est quod de debito siue de iure contraxit aut contractura erat. Immo manifesta est implicatio contradictionis quod de iure contra-

rit,& quod ius ad eam nõ extẽdebatur. Si vero dicatur ꝙ lex ipsa extẽdebatur ad eam,sed priuilegio singularis gratiæ preuẽta, de facto nõ fuit tacta a lege. Idem arguitur quia pro illo instãti fuisse in quo cõtrahitur originale peccatum anima beatę virginis fuit per te priuilegiata,& ita absoluta a debito & obligatione legis:cum priuilegium sit priuatum ius cõtra ius cõmune indultum: ergo sequitur ꝙ nullo debito siue iure,cõtraxisse dicẽda est.Immo videtur implicatio cõtradictionis cum pro illo instãnti(dato isto casu) absoluta ĩtelligatur per legem priuatam a debito cuiuscũꝗ alterius legis cõtrarię. ¶ Si vero dicatur ꝙ debitum illud intelligitur quãtum est ex se,vel ex cõditione suæ naturæ. Hoc parum valet:quoniam talis expositio nõ sufficit(vt dictum est)ad veritatem illius propositiõis ꝙ virgo de debito & de iure cõtraxit. Habere enim hoc ex cõditione naturæ aut originis, non sufficit ad verificãdam propositionem illam,ꝙ de debito cõtraxit. Alias dicere possemus ꝙ corpus virginis in sepulchro fuerit de debito & de iure resolutum in putredinem,& esca datum vermibus:licet de facto non fuerit. Et alia similia sequerentur quæ religiosis auribus insolita sunt:quæ faciliter possent induci nisi breuitati studeremus. Quare clarissime patet ꝙ modus ille respondendi datus a nõnullis exaduerso & scriptis cõmendatus:videlicet ꝙ virgo Maria de debito siue de iure contraxit, sed non de facto,minus sit rationabilis aut implicet contradictionem,aut sit ignorãtia propriæ vocis,& hoc de illo modo respõdendi dixisse sufficiat.

¶ In quo confutatur sextus modus respondendi exaduerso. Cap. 32.

PRÆTEREA est alia via scilicet sexta respondendi, data ab aliquibus defensoribus aduersæ partis, quæ etiam pro parte tacta est per vltimum proponentem: videlicet ꝙ præfatæ auctoritates & si vniuersaliter intelligendę veniant:non tamen actualiter siue formaliter. Sed ꝙ quandoꝗ causaliter siue virtualiter,aut aptitudinaliter intelligantur,ita ꝙ verum est ꝙ omnis homo descendens ab Adam seminaliter, peccatum originale contrahit causaliter. quod idem est ꝙ omnis talis habet causam vnde quis contrahit peccatum originale. Vnde secundum istos contrahere peccatum originaliter siue virtualiter aut aptitudinaliter est concipi ex cõmixtione vtriusꝗ sexus in statu naturę corruptę. Actualiter vero siue formaliter contrahere originale peccatum esse dicunt quando ipsa anima conceptę prolis contrahit in se maculam actualiter eam inficientem derelictam ex vnione sui ad carnem. & dicunt consequenter ꝙ deus potest virtute sua facere primum sine scdo. Potest enim cãm suspendere ab effectu,sicut in camino ignis de tribus pueris:& in potu veneni dato beato Ioãni euãgelistæ,in quibus licet fuerit causa mortis;nõ tamen effectus est cõsequutus,causa vniuersali prima impediente. Et similiter in conceptione beatæ virginis dicunt esse factum. ¶ Hic autem modus dicendi licet satis improbatus esse videatur in confutatione responsionis in proximo cõfutatæ qua dicebatur ꝙ auctoritates prefatę scripturæ & sanctorũ intelligendę essent de iure & de debito & non de facto,cum idem sit de facto esse & actualiter siue formaliter esse tale,secundũ etiam eos:vt tamen veritas clarior splendeat,probatur ꝙ rñsio data nõ possit stare cum auctoritatibus supra positis,& hoc multiplici via. Primo ex ipsa forma auctoritatum. Secũdo ex modo loquendi absolute sacrę scripturæ & sanctorum doctorum. Tertio ex

cõdẽnationę

cōdemnatione qua dicuntur detineri omnes sic ab Adam descendentes. Quarto ex inconuenientibus quæ sequuntur ex tali modo rñdendi. ℭ Primo quidem ꝙ rñsio data nulla sit, patet ex forma ipsa auctoritatum Apostoli. Dicitur enim ad Ro. 3. Nō est distinctio. Oēs enim peccauerūt & egent gloria dei. Vbi notandum ꝙ descendentes seminaliter ab Adam, ita apostolus dicit peccasse ꝙ egeant gloria dei. i. iustitia dei, siue gratia dei liberāte, siue indulgentia & venia peccatorum. Sed talis nō est nisi qui actualiter & formaliter alicui peccato obnoxius fuerit: & non tantum causaliter aut aptitudinaliter; sicut nemo indiget medicamento pœnitentiæ qui actu peccato actuali astrictus non fuerit, quantūcunque causam aut dispositionem aut aptitudinem cōmittendi habuerit. Similiter nemo indiget curatione ab infirmitate quā actu non incurrit: licet habuerit causam incurrendi eam. Vnde patet ex ipsa forma auctoritatis apostolicæ ꝙ respōsio data nullius sit apparentiæ. ℭ Scdo idem ostenditur ex modo loquendi sacræ scripturæ & sanctoꝝ in hac materia, equidem tam scriptura diuina q̄ sancti doctores dicunt simpliciter & absolute omnes ab Adam seminaliter descendētes peccato originali obnoxios esse in conceptione sua. Qđ nequaq̄ dicerent nisi actualiter & formaliter peccato obnoxii fuissent omnes tales. quia qđ est tale tātū in potētia siue aptitudine aut solum in causa tale, falso đr esse simpliciter tale. Quod enim simpliciter đr, sine addito dicitur, ait Aristoteles in Topicis. False enim diceretur leprosus, qui actu nunq̄ fuit lepra percussus, licet aptitudinē aut cām adhoc habuerit. False insuper diceretur beatus Ioānes in potu veneni vita extinctus, licet mortis causam susceperit. ℭ Tertio idem ostēditur clarissime ex vinculo damnationis qua astricti dicuntur cōcepti omnes ab Adā seminaliter propagati. De qua apostolus ad Ro. 5. Sicut per vnius delictū in oēs homines ad cōdemnationem: ita & per vnius iustitiam in oēs homines ad iustificationē vitæ, in quo dicto (vt ait Augustinus in Enchiridion. c. 16.) indicat apostolus ex Adam neminem natum nisi vinculo dānationis detineri, & neminem nisi in christo renatum a damnatione liberari. Hæc ille. Quæ quidem dānationis sententia si omnes (vt apostolus & Augustinus testantur) inuoluit, oportet de necessitate concedere ꝙ omnes tales peccatum originale formaliter & actualiter & nō causaliter siue virtualiter aut aptitudinaliter tantum contraxerint: quæ consequētia cunctis etiam parum in literis sacris doctis est clarissima. Quare manifestum est ꝙ mentis apostolicæ fuerit dicere ab Adam seminaliter descendentes originale peccatum actualiter & formaliter contrahere. ℭ Quarto hoc idem patet ex inconuenienti maximo quod sequi videtur ex tali responsione. quod etiam in aliis impugnationibus sæpe repetitum est, videlicet ꝙ data ista expositione posset quis sine læsura fidei, & iniuria scripturæ affirmare de multis aliis ab Adam seminaliter propagatis ꝙ non actualiter & formaliter contraxerint originale peccatum sed tantum aptitudinaliter siue causaliter: qđ minime christiana religio supportaret. ℭ Præterea quod dicitur ꝙ beata virgo contraxerit virtualiter siue causaliter aut aptitudinaliter sed non formaliter siue actualiter, non videtur posse stare duplici de causa. Tum primo quia nullus potest dici ꝙ cōtraxerit peccatum causaliter siue virtualiter aut aptitudinaliter nisi qui in se habuit causam & virtutem siue aptitudinem aliquam incurrendi peccatum ex qua virtute & causa siue aptitudine contraheret de facto nisi impedimentum interueniret. Hæc patet. Sed si anima beatæ virginis non contraxit actualiter sed in primo instanti sui esse fuit pręuenta gratia, non habuit vnquam in se aliquam causam aut virtutem aut aptitudinem contrahendi originale peccatum

Aristo.

Augusti.

dato ꝙ in parentibus suis fuerit aliquid huiusmodi. Patet; quia impossibile est ꝙ quis pro instanti quo est in gratia gratum faciente habeat aptitudinem contrahendi originale peccatum. ergo de anima beatæ virginis de qua quæstio est proposita, non potest dici ꝙ contraxerit virtualiter, siue causaliter, aut aptitudinaliter peccatum originale si non contraxerit actu. Consequentia est manifesta. Tum .2. quia illud non potest dici de beata virgine in præsenti loco quod non sufficit ad saluandam veritatem istius propositionis, omnes peccauerunt & egent gloria dei, & similium propositionum sacræ scripturæ. Sed ad veritatē istius propositionis apostolicæ non sufficit dicere de aliquo ꝙ contraxit originale peccatum causaliter seu aptitudinaliter & non de facto. vt supra visum est. Præterea quia si hoc sufficeret posset etiam aliquis fingere simile de aliquo alio absq; eo ꝙ diceret contra veritatem sacræ scripturæ. Q d non est credendum. Et hæc dixisse sufficiat de confutatione huius viæ cum in superioribus multa sint dicta quibus apertissime minus rōnalis esse ostenditur.

¶ In quo confutatur septimus modus respondendi exaduerso. Cap. 33.

CÆTERVM septima via respondendi ad præfatas auctoritates adinuenta est ab aliis & scriptis reddita. Dicit enim quidam magister in sermone quodam quē in hoc sacro concilio de conceptione beatę virginis ꝑdicauit. ꝙ sicut solet distingui de duplici volūtate dei, scilicet antecedente & consequente, ita potest distingui de duplici peccatore scilicet antecedenter & consequenter. Ille dicitur peccator antecedenter, qui in suis causis habuit omnia sufficientia & requisita ad peccandum siue incurrendum peccatum: sicut dicitur ꝙ deus vult illum saluum fieri cui dedit liberum arbitrium cum gratia qui sunt sufficientes & necessarię causę ad salutem promerendam. Ille vero dicitur consequenter peccator, qui de facto peccatum cōmisit aut contraxit. Qua distinctione facta dicit ꝙ auctoritates illę scilicet omnes declinauerunt &c. & omnes peccauerunt in Adam &c. intelliguntur de declinatione & peccatore antecedenter. Et hoc modo concedit ꝙ beata virgo peccauit antecedenter: quia causæ necessarię & sufficientes ad contrahendum originale peccatum sunt esse filium naturalem Adæ, & concupiscibiliter propagari per commixtionem maris & fœminæ, & istæ causæ fuerunt in beata virgine: ipsa enim fuit filia naturalis Adæ ex Ioachin & Anna concupiscibiliter propagata, vnde nihil aliud restabat ad contractionem originalis peccati nisi sola diuina permissio: quia si deus permisisset, virgo ex illius causis necessario contraxisset: Et hoc est esse peccatorem vel peccatricem antecedenter sed non sequitur virgo Maria antecedenter contraxit originale peccatum, ergo contraxit. Sicut non sequitur deus vult antecedenter antichristum saluari, ergo saluabitur. Hęc magister præfatus in sermone præfato qui incipit. Sapientia aperuit os mutorum. ¶ Sed ꝙ iste modus respondendi minus sit rationabilis, nec in hac materia admittendus (salua pace adinuentoris) satis patere potest ex confutatione modi respondendi proxime præcedentis: quoniam idem videtur esse antecedenter peccare, & causaliter siue virtualiter aut aptitudinaliter peccare, consequenter vero peccare idem est quod actualiter peccare, sicut patet ex declarationibus terminorum datis exaduerso. Peccare enim antecedenter est ha-

bere causas sufficientes ad peccandum vel contrahendum peccatum. Et hoc quidem superius dictum est esse causaliter peccare. Quare sicut superior modus respondendi depulsus est tanquā a forma & intentione scripturæ peregrinus: & tanquā modo loquendi scripturæ & sanctorum doctorum expositioni contrarius; pariter eisdem rationibus venit iste respondendi modus expellendus. Verum conueniens est vt etiam aliud dicatur in speciali circa illum. Ne omnino tacuisse videamur. Notandum ergo ꝙ in tribus deficit. Primo in exemplo adducto de duplici voluntate. Secundo in distinctione de peccatore. Tertio in applicatione ad auctoritates scripturæ superius per me inductas. Primo quidem peccat responsio data in exemplo posito: quoniam non videtur esse ad propositum: nec in aliquo suffragari intentioni allegantis, quoniam distinctio voluntatis dei in antecedentem & consequentem iuxta cōmunem doctrinam doctorū in primo sententiarum dist. 46. non sumitur penes habere causas sufficientes mouentes ad volendum aliquem saluari, & penes volendum aliquem de facto saluari; nec aliquis dicitur a deo volitus saluari: quia causas habeat sufficientes saluationis suæ: nec aliquis dicitur ex eo saluari consequenter volitus quia de facto consequitur salutationem, vt de se patet. Vnde sanctus Thomas parte pria q. 13. arti. 6. declarans qualiter intelligenda sit præfata distinctio voluntatis diuinæ: idest antecedenter & consequenter assignata a Damasceno dicit sic. Hęc distinctio non accipitur ex parte volūtatis diuinæ in qua nihil est prius vel posterius: sed ex parte volitorum. Ad cuius intellectum (dicit) sciendum esse ꝙ vnumquodque secundum ꝙ est bonum sic est volitum a deo. Aliquid autem potest esse in prima sua consyderatione secundum ꝙ absolute consyderatur bonum vel malum, qd tamen prout cum aliquo adiuncto consyderatur (quæ est consyderatio consequens) esse eius contrario modo se habet. Sicut hominem viuere est bonum, & hominem occidi est malum secundum absolutam consyderationem. Sed si addatur circa aliquem hominem ꝙ sit homicida vel viuens in periculum multitudinis, sic bonum est eum occidi, & malum est eum viuere. vnde potest dici ꝙ iudex antecedenter velit omnem hominem viuere, sed consequenter vult homicidam occidi. Similiter deus vult omnem hominem saluari: sed consequenter vult quosdam damnari secundum exigentiam suæ iustitiæ. Hæc sanctus Thomas. Cuius sententiæ in intelligentia præfatæ distinctionis est quasi tota schola theologorum. Ex quibus patet ꝙ peregrina sit intelligentia quā præfatus Magister exaduerso habet in distinctione illa voluntatis diuinę. Thom.

Secundo peccat in distinctione de peccatore antecedenter & consequenter: quæ distinctio cum non fundetur in aliquo scripturæ sacræ passu aut sanctorum dictis, sed magis communi doctrinæ videatur contraria eadem facilitate contemnitur qua adinuenta est. ¶ Præterea. Per ex hoc ꝙ quis habeat causas sufficientes ad peccandum; si dicendus est peccator antecedenter; sequitur ꝙ omnes sancti iudicandi venirent peccasse antecedenter omni quasi genere peccati mortalis: cum liberum arbitrium & fomitem peccati, pronitatem facientem ad mala, habuerint: quæ causæ sufficientes ad peccandum reputantur. Quod esset maculare omnem ornatum sanctorum & splendorem obfuscare sanctitatis ecclesiæ. ¶ Tertio peccat responsio data in applicatione ad auctoritates: quoniam impossibile est saluare integritatem auctoritatum sacræ scripturæ & sanctorum doctorum supra positarum cum distinctione ista (vt patet clarissime intuenti eas.) Vnde Augustinus primo contra Iulianum postquā Gregorium Nazazenum, & Basilium, & plures episcopos orientales adduxit in me- August. Grego. Nazazenus.

secundum positionem illam. Sextum inconueniens quod sequi dicunt data illa positione est ꝙ nõ fuerit superegressa angelos in virtutibus & gratiis in quibus tanta fuit puritas vt nullam vnq̃ maculam habuerint. ❡ Omnia autem ista verba retorqueri possunt valde faciliter contra eos, sic. Beata virgo secũdum te de debito de iure antecedenter cãliter & habitudinaliter cõtraxit originale peccatum. ergo non fuit tantę puritatis qua maior sub deo non possit intelligi. Patet consequentia: quia maioris vř puritatis esse qui nec de iure nec antecedenter nec de debito habuit maculam: sicut nec de facto, q̃ qui solum de facto non habuit, cuiusmodi sunt angeli & primi parentes in statu innocentiæ. Patet etiam secundum. quoniam sicut decet sponsam tanti principis nunq̃ fuisse de facto ancillam hostis eius: ita decet eam nunq̃ fuisse de debito nec de iure nec antecedanter ancillam hostis eius, maxime cum ex forma verborum maior expro batio importetur in hoc quod est esse aut fuisse de debito & de iure captiuũ aut seruum hostis alicuius principis q̃ de facto fuisse. Tertium etiam idem sequitur. quia data illa responsione ipsa nõ habuit gratiam illam quæ est immunitas peccati originalis de iure & de debito antecedẽter & causaliter & habitudinaliter sicut de facto. Quartum etiam sequitur. quia data illa responsione ipsa nõ videtur super omnia benedicta fuisse sicut arguunt: quia Eua in statu Innocentiæ sicut de facto non habuit peccatum originale, ita nec de debito nec de iure, nec antecedenter sicut nec consequenter. Quintum pariter retorquetur contra eos; quia data responsione illa sequi videtur ꝙ etiam non esset omni laude dignissima: quia non habuisset istam laudem quæ est carere originali peccato de iure & de debito, & antecedẽter & virtualiter sicut & de facto: cum nullus diceret ꝙ nõ esset laus immunem esse omnibus istis modis a peccato originali. Sextum incõueniens eorum pariter sequitur ad respõsionem eorum: quia data ista responsione non superegrederetur angelos in virtutibus & gratiis in quibus nõ parua virtus est nec de debito nec de iure habuisse vnq̃ aliquam maculam, sicut nec de facto. Et ita patet ꝙ eadem quæ sequi dicuntur tanq̃ inconuenientia ad positionẽ dicentium beatam virginem de facto originale peccatũ contraxisse retorqueri etiam possent contra eos qui exaduerso hoc dicunt, ꝙ de debito & de iure siue aptitudinaliter & antecedenter contraxit, licet non de facto. Veruntamen ad omnia illa quæ exaduerso inducuntur diuina gratia assistente responsa plena suis locis inferius dabuntur.

❡ Explicit tertia pars; & incipit quarta pars operis.

❡ In quo confutantur responsa data exaduerso ad auctoritates scripturæ inductas per collegam meum in sua relatione. Et primo ad auctoritatem illam ad Ro. 3. iustitia dei est per fidem Iesu xpi in omnes &c. Cap. 1.

POSTQVAM auxiliante deo confutata sunt plene in superioribus responsa quæ dantur in communi exaduerso ad auctoritates sacræ scripturæ & sanctorum dicentes omnem hominẽ ab Adam seminaliter propagatum in sua conceptione originale peccatum contrahere. Nunc confutanda veniunt responsa

data in speciali ad aliquas auctoritates inductas per collegam meum in relatio-
ne sua. Prima auctoritas, est illa apostoli ad Rom. 3. iustitia dei est per fidem
Iesu christi in omnes & super omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Oēs
enim peccauerunt & egent gloria dei, iustificati per gratiam ipsius per redēptio-
nem quæ est in christo Iesu quem proposuit propitiatorem per fidem in sangui-
ne ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ, & sequitur post pauca. vt sit ipse iustus & iu-
stificans. ¶ Ad istam auctoritatem præter respōsiones communes superius po-
Augus. sitas ad omnes auctoritates vniuersales, respondetur in speciali exaduerso pri-
mo ꝙ iuxta doctrinā Augustini in de natura & gratia capitulo 2. sensus litera-
lis ex intentione apostoli in eo passu est loqui de actualibus peccatis iudæorū,
& grecorum: Præmisit nanq; illud. Causati enim sumus Iudæos & Græcos om-
nes sub peccato esse. In continuando autem probationē suam infra subdit. Om-
nes enim peccauerunt & egent gloria dei. Et adiungit proponens. Quod autem
hic sit sensus lrālis patet manifeste intuenti oēs glo: & scripta super hāc ep̄lam ad
Ro. Hæc est responsio prima exaduerso. ¶ Sed hæc rūsio nulla est. Fundatur
enim in falsis. Primo in eo ꝙ de beato Augustino inducitur in libro de natura
& gratia. quoniam in cap. allegato, nec in tribus præcedentibus nec tribus se-
quentibus habetur ꝙ sensus literalis præcisus sit qui dictus est. Immo ex eodem
libro & ex multis aliis eiusdem doctoris, apertissime colligitur, cōtrariæ intētio-
Augus. nis Augustinum fuisse. ¶ Vnde in præfato libro. s. de natura & gratia in cap.
1. tractans præfatam auctoritatem Pauli ita dicit. Omnes enim peccauerunt &
egent gloria dei iustificati gratis per sanguinem ipsius. Quicunq; autem non pu-
tantur pertinere ad omnes homines qui peccauerunt & egent gloria dei, profe-
cto nullam necessitatem habent vt christiani fiant: quia non est opus sanis medi-
co: sed ægrotantibus. Hæc Augustinus. Manifestum autem est hoc dictum refer-
ri non solum ad actualia quæ solum habent locū in habentibus vsum liberi ar-
bitrii, sed etiam ad originale peccatum quod paruulos ipsos respicit. Vnde in-
Augus. fra parū dicit sic Augustinus. Hæc ergo christi gratia sine qua nec infantes nec
ætate grandes salui fieri possunt non meritis redditur sed gratis datur. propter
ꝙ gratia nominatur. Iustificati (inquit) gratis per sanguinem ipsius: vnde & illi
qui non per illam liberantur, siue quia nondum audire potuerūt, siue quia obe-
dire noluerunt, siue etiam cum per ætatem audire non possent lauacrum rege-
nerationis quod accipere possent per quod salui fierent non acceperunt. iuste
vtiq; damnatur, quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerūt,
vel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccauerunt siue in Adam
siue in semetipsis, & egent gloria dei. Hæc Augustinus. Ex quibus patet ꝙ Augu-
stinus in libro prællegato manifeste innuit auctoritatem præfatā apostoli,
de originali peccato etiam intelligendam esse. Quod vero iuxta sensum litera-
lem ita intellexerit & docuerit esse capiendam ex isto clarissime colligitur: ꝙ
prædicta auctoritate in multis locis sicut super psalmos, in libro de baptismo
paruulorum, & in libro contra Iulianum, & in libro dicto hyponosticon, siue
de 5. hęresibus aut blasphemiis contra pelagianos, vtitur tanq; fortissimo & in-
expugnabili fundamento contra hæreticos negantes originale peccatū in par-
uulis: quod minime fecisset si literalis sensus præfatæ auctoritatis ex intentio-
ne apostoli solum de peccatis actualibus Iudæorum & Græcorum accipiendus
Augus. esset, cum ipse Augustinus dicat in epistola ad Vincentium donatistam ꝙ ex li-
terali solo sensu scripturæ efficax capiatur argumentum. Vnde idem Augusti-
Augus. nus in præfato libro nominato hyponosticon ita dicit. Peccatū Prothopla-

sti omnes trahimus non morum mutatione, sed seminis conceptione, & infra. Omnis enim originaliter nascẽs, natura filius iræ dicitur recte quia natura pro thoplausti prior in illo propter delictum iram iudicis dei iuste suscipit. Si enim delictum Adæ per quod (vt dixi) ad iram deum prouocauit non traheremus, nunq̃ natura filii iræ diceremur. Et ideo peccatum eius non solũ ipsum sed omne necauit genus humanum, cum eius dãnationem simul & pœnam suscipimus. Quod vas electionis probauit cum dixit. Non enim est distinctio Iudæi & Græci: Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Dicendo omnes, nullum excipit. Hęc Augustinus. Ex quibus manifeste apparet falsum esse, quod dicebatur ex aduerso de intentione Augustini circa intelligentiam præfatæ auctoritatis Pauli. ¶ Præterea falsum esse patet quod secũdo loco dicebatur, videlicet quod intuenti omnes glosas & scripta super præfatam epistolam Pauli ad Romanos. manifeste patebat ꝙ ille sit sensus literalis qui dictus est: quoniam totum est per contrarium. Vnde glosa ordinaria in eodem passu quæ assumitur de Augustino dicit sic. Non est distinctio. Oẽs enim peccauerunt vel in seipsis vel in Adã: quia sine peccato nõ sunt, vel quod originaliter contraxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. Peccatum enim primi hominis nõ solum ipsum, sed etiam necauit omne genus humanum: quia ex eo simul damnationem & culpam suscipimus. Peccauerunt ergo omnes cum ex vno peccatore omnes nascuntur peccatores, & egent adhuc quotidie gloria dei, id est iustitia dei: quia per hoc deus gloriosus apparet. Omnes ergo peccatores inuenit gratia christi, qui solus sine peccato venit, & omnes egent gloria dei, id est, vt ipse liberet qui potest, non tu qui liberatione indiges. Hæc Glos. Ex qua clarissime patet quam a veritate suppositio exaduerso fulciatur. ¶ Cæterum Magister sententiarum in secundo distinctio. 30. probans hac auctoritate ꝙ originale peccatum sit culpa, allegat Augustinum in de natura & gratia intelligentem prædictam auctoritatem apostoli de originali peccato sub verbis iam dictis. ¶ Cæterum Nicolaus de Lira ita ait in eodem loco super illo passu. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redemptionem. (Sequitur) ad ostensionem iustitiæ suæ. ita dicit. Per hoc enim declarauit se iustum ꝙ peccatũ Adæ totam naturam humanam inficiẽs nõ reliquit impunitum. Hæc ille. ¶ Item Magister Nicolaus de Gorran postillator insignis totius Bibliæ iuxta glosam ordinariam exponit textum originali & actuali sic dicens. Omnes enim tam Iudæi q̃ gentiles peccauerunt vel in seipsis peccatis actualibus, vel in Adã peccatis originalibus. ¶ Item ad idem est magister Henricus in postilla sua ita dicens. Omnes enim peccauerunt contrahendo peccatum originale & egẽt vniuersali medicina. Item magister Stephanus Parisieñ. in postilla sua super illud. omnes peccauerunt, dicit sic. Hoc autem quod dicitur. Omnes in Adam peccauimus. nihil aliud est q̃ ꝙ ab eo maculam originalis peccati contraximus. Ex quibus glosis & scriptis, quæ videre potui manifeste apparet falsum esse quod secundo præsupponebatur exaduerso; Videlicet quod omnes glosę, & omnia scripta dicãt ꝙ sensus literalis illius auctoritatis Pauli sit de actualibus. s. tantũ: quia si dicat ꝙ etiam de originali ad literã auctoritas apostoli loquatur, tũc nobiscũ est & habetur propositum. ¶ Item tertio patet falsum esse quod præsupponitur exaduerso de intelligentia, & intentione apostoli in præfata auctoritate ex eo ꝙ si ita intelligatur ad literam sicut dicitur exaduerso de peccatis actualibus iudęorum & græcorũ, falsa esset auctoritas dicens, omnes iudęos, & omnes gręcos peccasse actualiter, cum manifestum sit hoc de paruulis eorum non posse di-

Aug. Glo.
Magr.
August.
Nicol. de lira.
Nicol. de Gor.
Henri.
Stepha. Parisie.

ti. Quare cum apostolus verum dixerit dicens, non est distinctio, omnes enim peccauerunt; luce clarissima demonstratur intentionis apostolicæ fuisse non loqui de peccatis actualibus tantum, sed (vt Augustinus inquit in glo. & superius assignati doctores) de pctõ originali & actuali sub intelligentia superius posita.

¶ Rationes duæ super præfata auctoritate apostoli fundatæ defendũtur. Cap. 2.

PATET igitur ex præmissis ꝙ respõsio assignata exaduerso ad primam auctoritatem apostoli non satisfaciat, & per consequens ꝙ rationes duæ quibus arguebatur per collegam meum: & ex eadem auctoritate ꝙ beatissima virgo fuerit in cõceptione sua originali peccato obnoxia, maneant insolute. Quarum prima fuit. Omnes homines qui credunt, aut crediderunt in christum, aliquo peccato peccauerunt (vt sumitur in exẽplo.) Sed virgo Maria fuit huiusmodi; ergo beata virgo aliquo peccato peccauit. Sed nõ actuali, ergo originali. ¶ Ad illam rationem dicitur exaduerso ꝙ non procedit propter quatuor. Primo quia apostolus non ita generaliter loquitur, sicut præsupponitur. Secundo quia hic loquitur de peccatis actualibus illorum quorum redarguit pctã: & quo reducit ad concordiam. Tertio quia nõ est bona consonantia ꝙ de ratione credentię in christũ sit primo fuisse in peccato. Quarto quia ista maior non videtur vera. quia aut intelligitur de actuali, & sic non habet verum in innocentibus, aut intelligitur de originali: & sic nõ est vera in Adam & Eua qui in christum crediderunt, & tamen in originali non fuerunt concepti. ¶ Sed ista in nullo impediunt quin ratio per collegam meum facta procedat & in sua virtute maneat. Non quidem primum. quoniam falsum est quod dicitur ꝙ apostolus non ita vniuersaliter loquatur sicut arguens præsupponit. quoniam glosa ordinaria quæ est Augustini eandem inibi vniuersalitatem innuit in qua sic dicitur (sicut superius tactum est) omnes peccatores inuenit gratia christi qui solus sine peccato venit & omnes egent gloria dei. i. vt ipse liberet qui potest. Hæc glos. Collega autem meus sicut & doctores quorum relator sum nõ aliam vlitatem præsupponit q̃ glo. Augustini dicat esse apostoli. Videlicet ꝙ omnes homines peccatores fuerunt, & ꝙ solus christus inter eos sine peccato venit. Secundum etiam non obstat: quoniam (vt ex superioribus patet) falsum est quod dicitur. videlicet ꝙ auctoritas pręfata de actualibus peccatis solum illorum. f. quos reprẹhendit, loquatur. Tertiũ non obuiat. quoniã falsum est ꝙ collega meus dixerit aut intellexerit ꝙ de ratione credẽtiæ in christum sit primo fuisse in peccato: & ꝙ de ratione membri christi sit fuisse membrũ primo diaboli. ¶ Plane male argutum esse videtur cum ex eo ꝙ iuxta apostolum dicentem iustitia dei per fidem Iesu christi in omnes & super omnes qui credunt in eum &c. dixerit ꝙ omnes homines qui credunt aut crediderunt in christum de facto peccauerunt, dicitur siue arguitur intellexisse ꝙ de rationę credentiæ in christum sit primo fuisse in peccato. Simili etiam modo iniuste videtur repræhendi in eo loco vbi commemorans illud quod ait Augustinus in primo de baptismo paruulorum, totius ecclesiæ vox est. errauí sicut ouis perdita. omnium membrorum christi vox est, omnes vt oues errauimus, asseritur intellexisse ꝙ de ratione membri christi sit primo membrum fuisse diaboli. Quã rectum autem sit hoc iudicium, etiam parũ eruditus in rudimentis logicalibus nouit. Oẽs homines peccauerunt & egent gloria dei. ergo de ratione hominis est peccare

omnes

August. glo.

August.

omnes homines credentes in christum peccauerunt. ergo de ratione credentiæ in christum est primo fuisse in peccato. ¶ Quartum etiam non impedit rationem quoniam falsum est ꝙ maior assumpta a collega meo sit falsa cum illa sit aposto lis dicentis omnes peccauerunt. & credentibus loquitur. vt patet ex litera ipsa, & est in glosa beati Augustini. ¶ Cum autem quæritur, de quo peccato intelliga tur. s. an de originali an de actuali cum dicitur ꝙ omnes qui crediderũt in christum peccauerunt, respondetur secundum glosam ꝙ de vtroq; sub disiunctione. Vnde ibi glo. Augustini ita dicit. Omnes peccauerunt, vel in seipsis vel in Adã: quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter cõtraxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. & ita patet ꝙ ratio prima facta per collegam meũ manet in suo vigore. ¶ Secũda ratio eius ex præfata auctoritate apostoli fuit ista. Omnes iustificati per gratiam christi, & per ipsum redempti aliquo peccato peccauerunt. Hoc patet quia apostolus postꝙ præmisit omnes peccauerũt. subdit. Iustificati gratis &c. Sed beata virgo fuit huiusmodi. ergo aliquo peccato fuit obnoxia, nõ actuali. ergo originali. ¶ Ad istam rõnem respondetur exaduerso dupliciter. Primo dicendo ꝙ auctoritas ista pauli loquitur determinate de quibusdam personis. ¶ Sed hæc rñsio confutata iam est sæpenumero, & visum est ex glosis & dictis sanctorum ꝙ vniuersaliter loquitur. ¶ Secũda rñsio est, ꝙ stat aliquem iustificatum esse & nunꝙ peccasse. ¶ Sed hæc respõsio nõ facit ad propositum, nec in aliquo minuit veritatem rationis: quia cũ hoc ꝙ possit stare sicut in angelis & in primis parentibus in statu innocentiæ aliquem iustificatum esse, & nunꝙ ante peccasse, capiendo iustificationem in sua communitate stat veritas propositionis assumptæ iuxta auctoritatem Pauli ꝙ omnes homines vniuersaliter iustificati per gratiam christi & per ipsum redempti, de facto peccauerunt. Nec vna propositio contradicit alteri, cũ vna loquatur de possibili sub aliqua ratione iustificationis, & alia loquatur de facto de iustificatione hominum facta per christum post lapsum primi hominis, sed de hiis inferius plenior erit sermo. Et ita patet ꝙ tam auctoritas prima, ꝙ duæ rationes per collegam meũ ex ea formatę adhuc maneant in sua virtute.

Augu. Glos.

Glos. Augu.

¶ In quo confutatur responsio ad auctoritatem illam ad Ro. 5. Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit. Cap. 3.

SECVNDA autem auctoritas inducta per collegam meum fuit ista apostoli ad Ro. 5. Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit & per peccatum mors: & ita in oẽs homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt. Ex qua auctoritate argutũ est consequenter sic. Omnes ab Adam propagati, in pctõ ipsius peccauerũt. Sed beata virgo Maria fuit ab Adam carnaliter propagata. ergo &c. ¶ Ad istam auctoritatem & rõnẽ simul respondetur multipliciter exaduerso. Primo sic. ꝙ qua auctoritate collega meus modificat verbum apostoli ꝙ gñaliter loquitur, dicendo ꝙ nõ omnes peccauerunt; sed solum carnaliter propagati, eadem auctoritate doctrina exaduerso potest eam modificare, dicendo omnes concupiscentialiter propagati peccasse, nisi priuilegiati, vt sub hoc respectu virgo Maria excipiatur. ¶ Hæc autem responsio in primis nulla est: quoniam falsum est ꝙ collega meus modificauerit verbum apostoli, immo recipit illud in eadem vniuersalitate qua Apostolus illud loquitur. Quod manifeste patet si auctoritas inducta per

collegam meum plene & integre repetatur. & non cauda eius tantum, sicut repetitur exaduerso. Auctoritas autem incipit sic. Per vnum hominem in hunc mũdum peccatum intrauit, & per peccatũ mors: & ita in oẽs homines mors pertrãsiit in quo omnes peccauerunt. In quibus verbis cum ingressus iste quo per vnũ hominem in hunc mundum peccatum intrasse dicitur non sit intelligendus per imitationem, vt pelagiani dicebant: sed per propagationem & originem carnalem. manifeste habetur ꝙ intentio ipsius apostoli erat dicere istam vniuersalem. Omnes vniuersaliter propagati ab Adam in peccato ipsius peccauerunt: quæ fuit maior propositio rationis mei socii. Quod clarius patet si glosa ordinaria

August. quæ est Augustini super eodem passu in medium repetatur. Dicit enim sic. Per

Glo. vnum hominem. i. Adam a quo propagati sumus, peccatum originale intrauit in hunc mundum, id est in omnes homines. Mundum appellauit vniuersum genus humanum. Et infra. Occulta enim tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificauit omnes in se de sua stirpe venturos. Hæc ibi. Et similia dicit idem Augusti-

August. nus auctoritatem eãdem tractando in diuersis locis: quorum aliqua in superioribus inducta sunt. Ex quibus patet ꝙ inutiliter arguitur exaduerso contra vniuersalitatem illius auctoritatis de Adam & Eua & de Christo; quoniam ex ipsa litera apostoli & Glosa Augustini manifestum est ꝙ apostolus de propagatis ab Adam carnaliter: id est per seminalem rationem loquitur, cuiusmodi nec Adam. nec Eua, nec Christus fuit. Quare euidenter apparet falsum esse quod exaduerso dicebatur. ¶ Præterea. Responsio data nulla est, quia de hoc quod dicitur ꝙ beata virgo habuerit priuilegiũ exemptionis ab ista vniuersali regula fidei quã apostolus ponit, nulla fides facta est exaduerso. Nec videtur possibile fieri, cũ (vt partim superius visum est, & plenius ostendetur.) sit manifeste contra doctrinã sanctorum. ¶ Secunda responsio etiam superius est cõfutata in præcedenti ca. in confutatione modi respõdendi qui datur ad auctoritates vniuersales. vbi clare monstratum est falsum esse ꝙ multa sint quæ obstent huic descensui ab vniuersali ista. Omnes in Adam peccauerunt, ad hanc particularẽ beata Maria in Adã peccauit. ¶ Sed hæc responsio confutata est in præcedenti cap. superius in cõfutatione modoꝝ respondendi qui datur ad auctoritates vniuersales. Vbi clare monstratum est ꝙ vniuersa argumentatio exaduerso in hoc loco, aut in materia, aut in forma peccat; quare nullo modo procedit.

¶ Tertia respõsio auctoritatibus scripturæ falso vallata per omnia confutatur. Cap. 4.

TERTIO rñdetur ad auctoritatẽ præfatã exaduerso dicendo ꝙ peccare in Adã põt sumi dupliciter, vel quantũ ad pœnã vel quãtũ ad culpam. Quantũ ad pœnã facile intelligi potest. Sicut enim filii peccare dicuntur in parentibus suis quãdo luunt pœnas pro peccatis parentum debitas. Pro quo inducuntur exaduerso testimonia aliqua scripturæ. Et primo illud Trenorum. 5. Patres nostri peccauerunt & non sunt: & nos iniquitatem eorũ portauimus. Item illud psal. 105. quod inquit Dauid. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus iniquitatem fecimus. Et idem dicit haberi iudicium. Dañ. 3. & 9. Et sic dicit patere ꝙ in sacra scriptura dicitur peccasse illos qui nunꝗ commiserunt peccatum sed luunt pœnam ipsius. Et applicando ad propositum dicit proponens exaduerso, ꝙ cum beata virgo contraxerit pœnam mortis & aliarum passionum quæ obuenerunt propter pec-

catum, isto modo ratione pœnæ diceretur. in Adam peccasse. ¶ Hæc autem responsio in nullo satisfacit propter duo. Primo. quia falsum præsupponit. Secundo quia distinctio ab ea posita nō pōt habere locū in p̄nti auctoritate siue in p̄nti materia. ¶ Preterea patet q̄m falsum vr esse illud qd exaduerso pro fundamēto præfatæ distinctionis inducitur. Videlicet q̄ filii dicantur peccasse in parentibus suis quando luunt pœnas pro peccatis parentum debitas. Hoc enim nō videtur verum. Si enim luere pœnam pro peccato alterius debitam denominaret aliquē peccasse in ipso, sequeretur illud erroneum. s. q̄ christus peccasset in Adā, cuius pœnam luit. Secundum illud psal. Quæ non rapui tunc exoluebam. Vbi glo. Non peccaui, & pœnas dabam. Solus enim ipse talis est. ¶ Nec auctoritates inductæ exaduerso probāt intentionem arguentis, si cum glosis & expositionibus doctorum legantur. Non quidem ista prima Trenorum. 5. Vbi dicitur. Patres nostri peccauerunt & nō sunt, & nos iniquitatem eorū portauimus. Ve patet manifeste: quoniam in hac auctoritate nō habetur q̄ filii dicātur peccasse, ex hoc q̄ portabant iniquitatem patrum. Præterea patet hoc clarissime ex eo quod Nicolaus de lira dicit sic. Iniquitatē eorum portamus. Vnde enim puniūtur filii pro parentibus temporaliter: & maxime quando sunt imitatores paternorum scelerum, sicut fuit in proposito. Hæc Nicolaus de Lira. Et ita patet q̄ auctoritas non faciebat ad propositum arguentis, sed magis in contrarium. ¶ Item neq̄ secunda. quæ scribitur psalmo. 105. Vbi Dauid inquit. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus iniquitatem fecimus. Hoc quidem nō ait propheta ideo quia lueret aliquas pœnas peccatis patrum qui fuerunt in Aegipto debitas, vt patet manifeste, sed cur dicat. Audiamus Augustinum in glosa ordinaria & Nicolaum in sua postilla, & nihil fingamus de nostris. Glosa vero ordinaria ita dicit. Peccauimus in patribus nostris quia in eis fuimus materia quando peccauerunt, vel potius cum patribus nostris: id est sicut patres nostri: iniuste egimus quantum ad deum & iniquitatem fecimus quantum ad proximum. Hæc Glo. Nicolaus vero dicit cum patribus, id est sicut patres nostri eorum peccata imitantes. Et quauis psalmista esset sanctus, tamen connumerat se peccatoribus eo q̄ erat, membrum illius populi. Hæc ille. Et idem dicit super auctoritate Danielis 3. Vbi Azarias sic in medio flammæ existens dicitur inter alia dixisse. Peccauimus enim & inique egimus &c. Vbi consyderandum est (inquit Magister Nicolaus) q̄ peccatum populi vocant suum: quia erant pars illius populi. Daniel enim & socii eius erant innocentes & sancti; & maxime quando fuerunt de Ierusalem translati, & ideo non fecerunt ista peccata propter quæ ciuitas Ierusalem fuerit destructa. Hæc ille. Ex quibus patet q̄ ex nulla auctoritate inducta habetur. fundamentum suppositionis exaduerso.

Error exaduerso.

Glos.

Nicol. de lira.

August. Glo. Nicol. de lira.

Nic. de Lira.

Nicol. de lira.

¶ Contrahentes pœnas originali peccato debitas, non contrahunt debitas parentum peccatis, sed suis secundum apostolū. Cap. 5.

PRAETEREA secundo ostenditur q̄ dato q̄ suppositio inducta exaduerso in aliquibus locis scripturæ diuinæ, vbi de pœnis aliquibus particularibus respondentibus quibusdam peccatis personalibus parentum, locum haberet, non tn̄ posset in præsenti materia introduci. Et hoc probatur dupliciter. Primo quidem ex ipsa forma auctoritatis apostoli, si integre capiatur. Dicit enim sic apostolus. Per vnū hoiem in hunc mundum pc̄m̄ intrauit & per pc̄m̄ mors: & ita in oēs pertrāsit, in quo

Glos. omnes peccauerunt, Vbi glo. ordinaria ita dicit. Recte subdit in quo oẽs peccauerunt, quia merito per eum in oẽs mors intrauit: quia causa mortis in omnes per eũ intrauit. i. peccatum. Et hoc est in quo idest in Adam peccauerunt. i. ab eo originale peccatum contraximus, ex quibus. s. textu & glo. manifeste patet ꝙ intentio Apostoli in præfatis verbis est ꝙ vtrunq; simul scilicet, peccatũ & pœna trãsiuerit in oẽs alios hoĩes ab eo seminaliter propagatos. Quod ad catholicam fidem diffinit Augustinus pertinere libro de fide ad Petrum in ca. 22. ita dicens. Firmissime tene & nullatenus dubites esse primo quoq; peccato sic in deterius mutatam humanam naturam vt nõ solum in ipsis primis hominibus per

Augus. peccatum mors obtineret regnum sed etiam in oẽs homines transiret peccati mortisq; dominium. Hæc Augustinus. ¶ Item super psal. 50. tractans illud. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. ita dicit, & habetur in glo. ordinaria. In omnibus trahitur iniquitas ex Adam & vinculum mortis. Nemo. n. nascitur nisi trahens pœnam & trahens meritum pœnæ: nisi tu qui de spiritu sancto conceptus es. In omnibus enim sunt vincula reatus & propago mortis. Tu oẽs vincis: quia de spiritu sancto es cõceptus. Hæc Glo. Ex quibus patet ꝙ cum intentio apostoli, & Augustini nõ possit stare ꝙ aliquis dicatur in Adam peccasse ratione solius pœnæ cõtractę. ¶ Secũdo idem ratione colligitur ex eo ꝙ similiter per illam expositionem & distinctionẽ possent multi alii dici fuisse immunes ab originali peccato. Diceretur enim ꝙ in Adam peccauerunt non quo ad culpam sed quo ad pœnam tantum. Quod christianæ religionis fides fundatissima nõ admittit. ¶ Sed ad istam rationem respondit proponens exaduerso dicens ꝙ nõ valet. Cõstat enim (inquit) ꝙ ratione subiecti sæpe variatur significatum prædicati, ita vt aliter in isto & aliter in alio intelligatur. Pro cuius declaratione inducit exempla scripturæ aliqua. Et primo illud apostoli ad Rom. 6. Quid ergo dicemus. Permanebimus in peccato vt gratia abũdet. Absit, si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo. Et infra. Qui enim mortuus est peccato iustificatus est a peccato, si enim mortui sumus cũ Christo credimus ꝙ simul viuemus cum eo. scientes ꝙ xp̃s resurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi nõ donabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem viuit, deo viuit. Ita & vos ęstimate fratres. Vos mortuos quidem esse peccato: viuẽtes autem deo. Ecce patet inquit proponens exaduerso ꝙ esse mortuũ peccato dicitur de xp̃o, & dicitur de hominibus: differenter tñ, quia xp̃s dicitur mortuus peccato, id est pro peccato; homines autem dicuntur mortui peccatis: quia fuerunt aliquãdo sub eis. ¶ Secũdo inducit illud primæ Corin. 15. Vbi dicitur. Mortuus est semel pro peccatis nostris, & corpus nostrum dicitur mortuum propter peccatum. Rom. 8. Aliter tamen & aliter. In christo enim mortuum esse, dicit carentia humanæ vitæ: in nobis autem non actualem carentiam sed aptitudinem siue necessitatem ad illam. ¶ Tertio inducitur illud apostoli Ro. 3. Est aũt deus verax. Itẽ dicitur Ioan. 8. ꝙ diabolus est mendax & pater eius. Constat autem (inquit) ꝙ ratione diuersitatis in subiecto, in illis propositionibus prædicatum nõ eodem modo sed diuersimode exponitur. Sic. n. dicitur deus verax ꝙ nunꝗ mentitur. nec aliqua potentia aut ordinata aut absoluta mentiri potest. Diabolus autem non sic dicitur mendax quin aliquãdo verum dicat. ¶ Quarto inducitur illud psal. & apostoli. Oĩs hõ mendax. Quod aliter dicitur (inquit proponens) de eo quod est beatus in cœlo, & aliter de eo qui nunꝗ mentitus est, & aliter de paruulo baptizato, & aliter de assueto mendaciis per totam vitam suam. ¶ Quinto inducitur illud ad Ro. 3. Vbi apostolus ait.

lus ait. Causati sumus Iudęos & gręcos omnes, sub peccato esse. Q đ de actualibus peccatis dicit intelligi. Constat autē ꝙ non eadem peccata intelligit esse vtriusq;. Nam alia attribuit gentilibus in primo cap. alia Iudęis in scdo. ¶ De beata autem virgine dicendum erit ꝙ vel a propositione illa vniuersali excepta intelligatur: aut ꝙ sub peccato esse dicatur solum, quantum ad dispositionem proprię corruptę naturæ. quomodo nō erit inconueniens dici beatam virginem in Adam peccasse: quoniam ex modo suę cōceptionis cōmuni cum omnibus aliis, necessitatem habuit ad contractionem originalis peccati: sed pręueniēte gratia non cōtraxit. Hæc exaduerso.

¶ Refellitur responsio exaduerso cum confirmationibus suis. Cap. 6.

HÆC autem respōsio data exaduerso in nullo impedit rōnem factam; nec exempla scripturæ sacræ inducta, in aliquo suffragatur eidem. Q đ ex multis ostenditur. Primo quidem ex hoc ꝙ (vt visum est supra) veritas illius auctoritatis apostolicę, maxime iuxta glosas sanctorum doctorum, saluari non potest sub ista tam tenui significatione, videlicet ꝙ quis peccasse dicatur in Adam solum ratione habitualis dispositionis ex parte corruptionis naturæ, aut rōne solius pœnæ contractæ. Tum secundo quia & si rōne subiecti varietur prædicatum, nō tamē ratione cuiuscūq;: sed talis ꝙ necessarium sit pro veritate scripturæ habere prædicatum in alia significatione: cuiusmodi subiectum esse beatam virginem nōdum probatum est exaduerso. Immo est petitio principii. Tum tertio quia & si rōne subiecti sæpe varietur significatio prędicati, hoc tamē videtur esse in diuersis propositionibus: in quibus de diuersis subiectis p̄dicatur vnū & idem p̄dicatū. Sicut cum dicitur. homo ridet & pratum ridet, planum est ꝙ sub alia significatione capiatur risus dictus de homine q̄ capiatur dictus de prato. Nō tamē hoc videtur esse verum in vna & eadem propositiōe vniuersali in qua pratum sub vna cōmuni significatiōe dicitur de subiecto & de cōtentis sub eo. Sicut cum dicitur; omnis homo est animal; oīs homo currit, & sic de similibus in quibus planum est prædicatum vno modo & sub vna significatione prædicari de subiecto & de contentis sub illo. Non enim dicimus ꝙ alia sit significatio aialis aut substantiæ aut cursus ratione diuersorum indiuiduorum contentorum sub homine de quo vniuersaliter dicitur ꝙ est animal aut substantia aut ꝙ currat. Et ita cum dicitur ꝙ omnes scilicet homines peccauerunt in Adam, non est dicendum ꝙ pro diuersitate hominum capiatur alia & alia significatio illius prædicati quod est peccare in Adam. Alias cum multipliciter sit varietas inter homines & in sanctitate & dignitate & in multis prærogatiuis specialibus, diceretur ꝙ aliter peccauit in Adam Abel q̄ Cayn, & aliter Iacob q̄ Esau, & aliter mater beatissimę virginis q̄ Magdalena. Aliter Ioseph sponsus eiusdem virginis q̄ Pilatus. Aliter Ioan. baptista q̄ Herodes: Aliter Ioānes Euangelista q̄ Iudas: & sic de multis aliis. Quod apud eruditos in sacris literis videtur ridiculosum: cum ad hoc concurrere videatur vniuersa schola Theologorum ꝙ originale peccatum vnius sit rationis in omnibus & ęquale. sicut sanctus Thomas ostendit tam in secūdo distin. 32. q̄ in prima secūdæ. quęstio. 82. articulo vltimo. Quare id quod inducitur primo de apostolo ad Ro. 6. ꝙ Christus dicatur peccato mortuus, alia ratione q̄ cum ait apostolus mortui sumus peccato: quomodo adhuc viuemus in illo. Ad Thom.

propositum non videtur facere propter duo. Primo quidem quoniam in dictis Apostoli fit comparatio vnius prædicati ad subiecta discreta: quorum vnū non includitur sub alio. Non sic autem in proposito cum assumitur illa vniuersalis propositio. omnes in Adam peccauerunt, & singularis ista sub ea contenta. beata Maria in Adam peccauit. Quare oportet vt sub eadem significatione sumatur prædicatum, cum dicitur de beata virgine, sub qua eam dicit Apostolus inquiens. omnes in Adam peccauerunt. Quæ (vt visum est ex glosis sanctorum) talis est vt omnes qui ab Adam descendunt seminaliter, intelligantur de facto contrahere originale peccatum. Et per hoc idem patet solutio ad secundam auctoritatem. 2. Corin. 5. ℭ Secunda vero ratio quæ de hac re plenam assignat causam dissimilitudinis est, quia scriptura ipsa expresse dicit aliter sumendum prædicatum illud. s. mortuum esse peccato cum dicitur de Christo, & cum dicitur de aliis. Cū. n. scriptura expresse ipsum excipiat ab omni peccato, & in illo dicit omnes peccato mortuos esse in Adam, dat intelligere aliter accipiēdum esse mortuum peccato cum dicitur de aliis hominibus & aliter cum dicitur de Christo. Et ideo, Glosa ordinaria in eodem loco varie exponit sic dicēs.

Glos. Alii quidem dicuntur mortui peccato: quia liberati a peccato: Christus vero dicitur mortuus peccato idest peccati similitudini: idest carni in qua non erat peccatum sed similitudo peccati, cui mortuus est, quoniam moriendo, exutus est carne mortali simili peccatrici. hæc Glosa. Nicolaus vero de lira exponit

Nicol. de lira. mortuus est peccato: idest pro peccato. Hoc autem non est in proposito: quoniam, nullibi scriptura sacra nec glosæ sanctorum exponentes scripturam dicunt aliter intelligendas esse auctoritates Apostoli cum applicantur ad beatam virginem: & aliter cum applicantur ad alios homines: nec etiam reperiūtur excipere beatam virginem ab illis vniuersalibus propositionibus loquentibus de contractione originalis peccati. ℭ Quod vero tertio inducitur de illo ad Rom. 3. deus verax est, & de illo. p. 8. diabolus est mendax & pater eius. cum sint propositiones distinctę & subiectis & prædicatis, nullo modo ad propositum faciunt. ℭ Præterea etiam in nullo iuuat quod dicitur quarto de illa propositione vniuersali. omnis homo mendax. Vbi primo non parum mirandum est vbi magister proponens exaduerso inuenit hanc doctrinam videlicet ꝙ mendax dicatur de eo qui est beatus in cœlo. Profecto hæc non videtur stare cum plenitudine beatitudinis quā fides catholica beatos in cœlo possidere credit. Quis enim auderet dicere ꝙ ipsi sancti in cœlo veritate increata iam fruentes dicantur mendaces. vt puta dicamus ꝙ Ioan. baptista sit mendax. Quæ propositio an fidei integritati & honori sanctorum obuiet, sacra Synodus diffinire dignetur. Hoc autem prętermisso, dicitur ꝙ falsum est ꝙ cum dicitur omnis homo mendax. hoc prędicatum mendax alio & alio modo dicatur de hominibus de quibus prædicatur. Immo vno modo dicitur. Sed iste modus non est tenuis significationis sicut dicitur exaduerso: vt videlicet ratio mendacii capiatur pro dispositione ad deficiendum ex parte naturæ aut pro mutabilitate. Nō enim videtur ꝙ ex sola dispositione ad deficiendum ex parte naturæ: aut ex sola mutabilitate quis possit dici mendax. alias cum solus deus sit immutabilis: vt dicit apostolus. 1. ad Thi. 6. nedum homines post lapsum primorum parentum dicerentur mendaces: sed etiam ipsi primi parentes pro statu innocentiæ: & ipsi angeli beati, quod sanctorum doctrinæ minime consonare videtur. Nec

Glo: Glosa ordinaria exponit illud pro sola mutabilitate (vt dicitur exaduerso).

Ambr. Sed Glo. (quæ dicitur esse Ambrosii) dicit sic. Omnis homo mendax: idest nō

habens verum esse naturæ in quo conditus est, sed per peccata defluens. Hæc Glo. Ex quibus verbis manifeste habetur ꝙ non quęlibet mutabilitas aut dispositio ad deficiendum facit aliquem esse mendacem: sed non habere verum esse naturæ in quo conditus est per peccata defluendo a vero esse quod fuit in primo homine qui creatus est in veritate. i. in rectitudine iustitiæ originalis. Veritas enim rectitudo quædam est: vt ait Anselmus; Et hæc est ratio communis omnibus hominibus descendentibus ab Adam pro suæ conceptionis tempore. Et si exaduerso hæc concedatur de beata virgine pro suæ conceptionis exordio, concordia erit inter doctores: & gloria laudis dabitur deo pro pace & termino nostri certaminis. ¶ Præterea quod hoc loco de illo adductum est ad Ro. 3. Causati sumus iudæos & græcos omnes sub peccato esse, non suffragatur in aliquo propter multa. Tum quia sufficienter probatum est superius falsum esse ꝙ ibi apostolus solum de actuali peccato loquatur. Tum secundo quia dato ꝙ loquatur de peccato actuali, nedum non iuuat allegantem sed infirmare videtur positionem eius: quoniam nunquam aliquis ex sola dispositione ad deficiendum in aliquo peccato actuali, aut ex sola mutabilitate liberi arbitrii, dicitur peccasse actualiter vt de se patet. Et similiter dicendum est de originali ꝙ nullus ex sola dispositione ad deficiendum aut naturæ mutabilitate dicendus est in Adam peccasse, nisi de facto originali peccato fuerit obnoxius. Et confirmatur, quia si sola dispositio naturæ ad hoc sufficeret, tunc pari ratione sanctificati in vtero dicerentur etiam natiuitate ex vtero in peccato originali. Quod tamen falsum est. Consequentia tamen est manifesta: quia nisi fuissent præseruati & per sanctificationem ad hoc erat dispositio naturę. Tertio non suffragatur, quia ꝙ aliter & aliter dicantur peccasse qui actuali peccato deliquisse dicuntur hoc prouenit sæpe quia varia sunt genera & species peccatorum actualium: sic autem non est de peccato originali. quod vnius speciei est in omnibus hominibus (ut ait sanctus Thomas in prima secundę. q. 82. articu. 4.) Ex quibus omnibus patet qd responsio data exaduerso ad auctoritatem secundam allegatam per collegam meum nulla fuerit: & per consequens patet ꝙ ratio ex eadem auctoritate collecta permaneat in robore suo.

Ansel.

¶ In quo confutatur responsio ad tertiam auctoritatem. Cap. 7.

TERTIA auctoritas allegata per antenominatum collegam meum est ista apostoli Rom. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes in iustificationem. ¶ Ad istam auctoritatem respondetur exaduerso multipliciter. Primo quidem allegando rationes quas Apostolus facit in capi. 3. ad Rom. probans ꝙ peccata per se non faciunt ad gloriam dei. Item dicit multa arguendo contra vnum quod dicitur prætendi per collegam meum. Videlicet ꝙ laudabile siue necessarium est in peccato originali beatam virginem Mariam fuisse conceptam, vt efficeretur membrum Christi. Sed ab istorum repetitione supersedeo: quia ad propositum non faciunt. Tum primo quia doctores quorum relator sum, cum apostolo conueniunt in hoc ꝙ peccata per se non faciunt ad gloriam dei. Tum secundo quia collega meus non est tam paruæ æstimationis vt hoc pretenderet in dictis

suis. Nedum de beata virgine sed nec de quocunq alio. Quis enim integri sensus diceret laudabile per se esse fuisse in ira dei? Quis etiam est tam par-uæ intelligentiæ vt ad hoc ꝙ quis efficeretur membrum Christi absolute, necessarium dixerit fuisse primo sub peccato? Sed fortassis hoc dixisse reperitur ꝙ omnis ab Adam descendens seminaliter, prius obnoxius est peccato originali q̄ per regenerationem siue specialem, siue cōmunem, Christi membrum efficiatur. Hoc autem (vt superius dictum est) nō est idem dicere ꝙ de ra-

August. tione membri Christi fuerit ante in peccato fuisse. Secundo respondetur ad auctoritatem exaduerso ꝙ Augustinus in de natura & gratia per hoc ꝙ Apostolus dicit. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ; non est intelligendum ꝙ omnes homines per gratiā christi sint iustificati: sed ꝙ sicut omnes qui sunt iustificati, per gratiam Christi sunt iustificati: sic omnes qui sunt condēnati, fuerunt cōdemnati non alterius q̄ ex delicto primi parentis: ita ꝙ sicut nullus est iustificatus nisi per gratiam Christi, ita nemo cōdemnatus nisi per delictum istius. Secundum istam intelligentiam Augustini (inquit) quam ipse hic & in aliis pluribus locis suorum operum ad istam & ad multas alias auctoritates vniuersaliter loquentes frequentissime docet, manifestum est ꝙ argumentatio exaduerso non concluderet. Hæc proponens. ¶ Hæc responsio

August. ꝙ nulla sit & in falsa fundetur intelligentia doctorum & Augustini ostenditur ex multis. Primo ex dictis in forma ipsius beatissimi Augustini in libro de natura & gratia. Pro quo notandum ꝙ hæreticus ille contra quem ibi disputat Augustinus videbatur hanc intelligentiam suscepisse ex verbis prædictis Pauli, vt sicut de facto non omnes iustificantur, & tamen qui iustificantur, non nisi per Christum iustificentur, ita non omnes delicto primi hominis condemnationis vinculo abstricti concipiantur, licet nullus talis concipiatur nisi per

Error exaduerso. delictum ipsius. Sed hanc intelligentiam quæ profecto periculosa esset plurimum in fide nostra: cum ex ea magna pars orbis possit intelligi immunis ab originali peccato, beatissimus Augustinus elidit sic dicens in libro præfato.

August. Potest etiam scilicet iste hæreticus illud testimonium vnde probet cum dicuntur omnes. non semper omnes omnino nullo prætermisso intelligi oportere: sicut per vnius (inquit) delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificatione vitæ, cum per Christi (inquit) iustitiam, non omnes sed eos tantum qui illi obedire volunt & baptismo cuius, ablutione purgati sunt sanctificatos esse non dubium sit. Re-

August. spondit Augustinus. Non plane hoc testimonio probat quod vult. Nam sicut dictum est, sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem vt nullus prætermitteretur sic & in eo quod dictum est. per vnius iustitiam in omnes in iustificationem vitæ nullus prætermissus est; non quia omnes in eo credant & baptismo eius abluantur, sed quia nemo iustificatur nisi in eum credat, & baptismo eius abluatur. Itaq omnes dictum est, ne aliquo modo alio quā per Christum quisquam saluus fieri esse credatur. Hæc Augustinus. Ex quibus manifeste accipimus duo. Primum est ꝙ non est ea intelligentia Augustini de dictis Apostoli quam proponens dicit eum habuisse. Secundo ꝙ ita vniuersaliter intelligendum est ꝙ per delictum primi hominis, sic ita

Glo. est in condemnationem in omnes homines ꝙ nullus prætermittatur. ¶ Quod manifestius fit si commemoretur Glo. ordinaria eiusdem textus. quę ita ait. Attende ꝙ Apostolus vides nō sola imitatione Adę fieri peccatores sed propaga-

tione

tione: nec sola imitatione christi iustificari ad regeneratione spirituali, dicit omnes & omnes. non ꝙ omnes geniti per Adam regenerentur per christū: sed quia sicut nullius carnalis generatio est nisi per Adam, sic spiritualis nullius generatio est nisi per christum. Si qui essent prꝫter Adam generati: & si qui pter christū regenerati non diceret omnes & oēs. Sicut autem nullus est homo prӕter illā generationem, sic nullus est iustus prӕter istam. Nemo enim nascitur nisi in cōcupiscentia carnali quӕ tracta est ex primo homine: Et nemo renascitur nisi gratia spirituali quӕ data est a secūdo homine. Hӕc glosa. ¶ Item ad idem est Augustinus primo libro de baptismo paruulorū, ex quo videntur verba prꝫfatӕ glosӕ sumpta. vbi dicit sic. Dictum est omnes & omnes. Nec enim qui generātur per Adam idem ipsi homines per christum regenerantur, sed hoc recte dictum est: quia sicut nullius carnalis generatio nisi per Adam, sic spiritualis nullius nisi per christum: Nam si aliqui possent generari non per Adam, & aliqui regenerari spiritu non per christum, non liquide omnes, siue hic, siue ibi dicerētur. Eosdem autē omnes, postea multos dicit. Possunt quippe in aliqua re omnes esse qui pauci sunt, sed multos habet generatio carnalis & spiritualis: quāuis non tam multos habeat spiritualis ꝙ ista carnalis: Verūtamen quemadmodum omnes illa habet homines: sic ista omnes iustos homines: quia sicut nemo prӕter illam homo, sic nemo prӕter istam iustus homo. Hӕc Augustinus. Ecce fides Augustini. Ecce sana intelligentia apostoli textus, in qua maxime doctores ipsi quorum relator sum, intentionem suam fundant. Hic plane nulla ambiguitas est, nullus dubitationis locus. Clarissime dicit Augustinus illud super quo est cōclusio nostra. Vniuersaliter enim nullo ab Adā carnali generatione propagato prӕtermisso, intelligendam dicit auctoritatem prӕfatam apostoli, ex quo inconuincibile capitur argumentum contra distinctionem exaduerso de vniuersalitate logica & politica in pñti materia. Augustinus.

¶ Tertia & quarta responsio ad auctoritatem apostoli exaduerso eliditur. Cap. 8.

TERTIO rñdetur exaduerso ad prӕfatam auctoritatē aplī sic. ꝙ magna est differētia inter sñiam cōdēnationis & illius exequutionem. Esto ergo ꝙ ratione peccati primi parentis contra oēs descēdentes ab eo fuerit lata sñia condēnationis ꝙ nascerentur vinculo delicti & cōdēnationis obstricti, & sic beata virgo vna cum aliis omnibus cōdemnata fuisse dicatur, nō ex eo sequitur necessario ꝙ in personā eius sicut aliorum istius sententiӕ dicatur facta executio. Stabit ergo iuxta doctrinam apostoli ꝙ delictum istius est in omnes homines in cōdēnationem: Et tamen exequutio huius sententiꝫ quantū ad effectum reatus culpabilis non attingit beatam virginem. Nec ista duo cōtradicunt cōdēnatam fuisse simul cum aliis omnibus: & nō fuisse factam exequutionem, dispensationis beneficio. ¶ Sed ista responsio nulla est. Tum primo quia nōdum probatum est exaduerso illud dispensationis beneficium in beata virgine. Tum et secūdo quoniam hoc quod dr̄ ꝙ magna sit differentia inter sententiam condēnationis & illius exequutionem, licet verum sit, non tamen facit ad propositum: quia non est verum ꝙ aliqua talis a deo sit lata sententia ꝙ omnes homines ab Adam descendentes nascerentur in peccato originali. Hoc enim quod sӕpissime prꝫtenditur exaduerso nullo modo concedendum est. Plane sñia summi ac optimi iudicis dei non potest ad hoc se extē

dere vt homines nascantur in odio sui aut in culpa siue offensa suæ maiestatis. Sed sententia sua est vt qui culpis inuoluuntur, debitis plectantur pœnis. Quod enim homines originali peccato obnoxii concipiuntur nō est ex aliqua snia dei, sed ex peccato primi parentis in quo peccante, siue in quo peccato omnes peccauerunt: vt ait apostolus Ro. 3. Ratione cuius peccati vniuersi hoies con-
August. denationis vinculis nascuntur astricti. Quod expresse notat Augustinus in epistola ad optatum episcopum de origine animę, vbi post multa testimonia scripturæ. ita dicit. Et si qua testimonia declarant neminem nasci ex Adam nisi vinculo delicti & cōdemnationis obstrictum, neminemq; inde liberari nisi renascatur per christum, tam inconcusse tenere debemus: vt sciamus eum qui hoc negauerit nullo modo ad christi fidem, & ad eam quæ per christum datur pusillis & magnis dei gratiam pertinere. ℭ Quarto respondetur exaduerso ꝙ auctoritas
August. apostoli intelligatur de lege cōmuni. Quod ex immediate antepositio dicto Augusti. dicit patere in ea parte vbi dictum est, neminem inde liberari nisi renascatur per christum: quoniam (vt inquit proponens) plures fuerunt ab hoc liberati sanctificati in vtero antequā in baptismo renascerentur per christum. Et dicit ꝙ nisi sic loqui intelligatur Augustinus, in hoc non fideliter loqui videretur. ℭ Sed ista responsio in nullo satisfacit. Falsum enim videtur esse, & nūquā in schola Theologorum admittendum ꝙ prætendit prædicta responsio, videlicet ꝙ sanctificati in vtero non renascantur per christum. Non enim omnis regeneratio quæ fit per christum fit per sacramentum baptismi. Sed fit quādoq; speciali lege scilicet per sanctificationem in vtero. Nunquid beatus Ioannes & Ieremias non fuerunt in christo renati, cum in vtero fuerūt sanctificati? Quis christianus auderet negare, nisi quis eos adoptionis filios sanctificatos in vtero asserere præsumeret non fuisse? Potest ne quis filius effici dei qui conceptus est fi-
Augus. lius iræ, nisi renatus in christo? Certe minime. ℭ Augustinus autem non dicit in auctoritate anteposita neminem inde liberari nisi renascatur per christum in sacramento baptismi actualiter percepto: sed simpliciter ait nisi renascatur per christum. Sub quo verbo intelligitur omnis natiuitas spiritualis hominum siue lege cōmuni per sacramenta, siue speciali per priuilegium sanctificationis in vtero celebrata sit. Et ita Augustinus simpliciter vniuersaliter loquens, fideliter loquitur. Et ita patet ꝙ responsio data exaduerso in nullo satisfacit auctoritati tertio inductæ per collegam meum, & per cōsequens ipsa auctoritas & ratio inde sumpta manent in suo robore & firmitate.

ℭ In quo confutatur responsio ad auctoritatem illam ad Gal. 3. conclusit scriptura omnia sub peccato. Cap. 9.

QVARTA autem auctoritas fuit illa apostoli ad Gal. 3: Conclusit scriptura omnia sub peccato vt promissio ex fide Iesu christi daretur credentibus. ℭ Ad istam auctoritatem respondetur exaduerso specialiter sic. ꝙ ex glos. ordinaria hæc auctoritas intelligitur de scriptura legis Moysi quæ ostendebat peccatū, sed non iustificabat. Et loquitur de peccato actuali. ℭ Sed salua pace, hæc responsio nulla est: quia licet scriptura ista intelligatur esse lex Moysi quæ ostēdebat veraciter omnia esse sub pec-
August. cato. Verūtamen ꝙ de peccato actuali solum intelligatur. Falsum est, & contra
Glos. dicta glosæ ordinariæ in eodem loco quæ Augustino ascribitur, & contra di-

sta Hieronymi, Glosa autem ordinaria integra est ista in eodem passu: Conclusit idest ostendit omnes hoies conclusos esse sub peccato. Non est enim lex vt peccatū afferret, sed vt sub peccato omnia cōclusa ondēderet. Data est lex vt ægrū de morbo conuinceret, qui sibi sanus esse videbatur: vt peccata demonstrarentur: non vt peccata auferentur: data est vt inueniret se homo, nō vt a morbo sanaretur, sed vt priuatione morbo crescente medicus quæreretur. Qui ergo negat ægritudinem suam superfluum iudicat saluatorē. Ergo naturæ nostrę creatorem laudemus: & propter vulnus qd nobis inflictum est, saluatorem quæramus. Hæc glo. quæ vere & manifeste etiam de originali loquitur. ¶ Nicolaus etiam de lira ibidem ita dicit. Lex peccatum ostendebat, non tamen gratiam iustificantem afferebat, & sic homines mouebantur ad desiderandum aduentū christi per quem erant iustificandi. Hæc ille. Sed planum est ꝙ christi aduentus non solum ad iustificationem hominum a peccatis actualibus desyderabatur, sed maxime ad deletionem peccati originalis, qd radix est in nobis totius corruptionis humanæ. ¶ Ad idem est Hieronymus in epistola. 57. ad Thesiphontem cōtra negantes peccatum in hominibus esse. Vbi dicit sic inter alia. Quæ enim potest alia maior esse temeritas, q̄ dei sibi non dicam similitudinem sed ęqualitatem vendicare, & breuissima omnium hæreticorum venena complecti: Et infra. Cum paucis auctoritatibus scripturarum possunt hæreticorū & per eos philosophorum argumenta conuinci. Quid enim dicit vas electionis. Conclusit autem deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur. Et in alio loco omnes peccauerunt & egent gloria dei. Et prophetæ testimoniū inducens dicit. Vnde Dauid dicit. Ecce eni in iniquitatibus conceptus & in peccatis concepit me mater mea. Et in alio psalmo. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Hęc Hieronymus. Vbi manifeste patet apostoli verba plus se extendere, & ampliorem habere intelligentiam q̄ dicatur exaduerso. Quare patet ꝙ auctoritas præfata in suo vigore maneat & insoluta.

Hiero. | Nicol. de lira. | Hiero.

¶ Quinta auctoritas Matth. 9. ab aduersariis defenditur. Cap. 10.

QVINTA auctoritas fuit illa Matth. 9. Non est opus valentibus medicus sed male habentibus. Ex qua arguebatur ꝙ si Christus fuit necessarius medicus beatæ virgini ꝙ ipsa aliquando fuit male habens & infirma, & non alia q̄ infirmitate peccati originalis. ¶ Ad istam auctoritatem respondetur exaduerso ꝙ beatæ virgini opus fuit medico, & maxime opus. Equidem (si fas est sic dicere) plus indiget medico qui ex necessitate naturæ infirmabilis est, & ab infirmitate ne vnquā incurrat curetur, q̄ qui liberatur. Illi enim necessaria est omni tempore assistentia medici vt præseruare doceat a contrariis sanitati. Huic autem consueuit assistere in tempore medicum quo ab infirmitate curatur. Vnde magni principes & alii qui possunt habent penes se medicos: vt ipsorum auxilio præseruati rarius aut nunquam incurabiles infirmitates incurrant. Hæc exaduerso. ¶ Hæc autem responsio in nullo satisfacit auctoritati. Et hoc propter duo. Primo quidem quia negare videtur auctoritatem Christi. Christus enim dicit sic Matth. 9. Non est opus valentibus medicus sed male habentibus. Et Luc. 5. dicitur. Non egent medico qui sani sunt, sed qui male habent. Vnde Gregorius. Et ponitur in Glosa continua ita habet. Dicit non egere

Grego. Glo.

sanos & iustos medico .s. Angelos, sed male habentes & peccatores idest nos, qui morbum peccati incurrimus qui in cœlis non est. Hæc ille. Dicere autem ꝙ beatę virgini fuit opus medico, & tamen nunquã fuerit male habens, est expresse negare auctoritatem christi. ¶ Secundo quia dato ꝙ fuerit præseruata ab infirmitate peccati, falsum est quod dicitur, videlicet ꝙ beata virgo maxime opus habuit medico, & plusquã alii qui de facto contraxerunt. Hoc plane est contra omnem rationem. Vnde angeli quãquã (vt ait Bernard. in sermone. 24. super cantica) dicantur pręseruati a deo ne laberentur in peccatum: & postea confirmati sunt in gratia ne vnquam infirmitatem aliquam peccati incurrerent: non tamen dicuntur medico indiguisse. ¶ Præterea respõsio, primo videtur prætendere vnum de duobus inconuenientibus. Videlicet aut ꝙ aliis hominibus non præseruatis non fuerit necessaria assistentia christi ne caderent in peccatum, aut ꝙ gratia data eis, solum valeat ad remissionem peccatorum, & non in adiutorium vt non vlterius peccata committant: cuius contrarium diffinitum est in concilio quodam Carthaginensi, vt deducit sanctus

Cõciliũ cartha. Isidor.

Isidorus, & ponitur de consecratio. distin. 4. cap. Placuit, vbi sic in diffinitione tertia dicitur. Placuit vt quicunq; dixerit gratiam dei qua iustificamur per Christum dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere: quæ iam commissa sunt, non in adiutorium ne committantur, anathema sit. Hæc ibi. Eadem sententia est Augustini in libro de gratia & lib. ar. cap. 11. & in lib.

August.

de natura & gratia. Exemplum autem quod inducitur exaduerso de potentibus qui prope se medicos semper habent, paruissimæ videtur virtutis esse. Quod enim potentes prope se medicos semper habent non arguit potentes plus egere medico q̃ pauperes indigeant qui illos apud se semper habere non possunt, vt clarissimum est. Ex quo patet ꝙ dicere beatam virginem nunquam con-

Error exaduerso.

traxisse aliquam infirmitatem peccati, non potest stare iuxta verbum Christi cum hoc quod est indiguisse medico, & minus cum isto ꝙ maxime indiguerit eo, & pręcæteris qui peccati originalis infirmitate de facto laborarunt, a qua post liberati sunt. Quod etiam satis manifestum fecerat collega meus ex illo Augustini quod in quodam tractatu quem ipse super illo verbo Apostoli. 1. ad

August.

Thessalo. 1. fidelis sermo & omnium acceptatione dignus ędidit. vbi sic ait. Quid ergo o Apostole. fidelis sermo (inquit) & omnium acceptatione dignus. quis est iste sermo: quia Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere quorum primus ego sum. Qui dicit ego non sum peccator vel non fui, ingratus est saluatori. Nullus hominum in ea quæ fluit ab Adam Massa mortali, nullus omnino hominum est non ęgrotus, nullus sine christi gratia sanatus, & infra. Nemo, ergo nobis insinuet doctrinas alienas & falsas. Hæc Ecclesia semper habuit & tenuit, hæc a maiorum fide percepit, hæc vsq; in finem perseueranter custodit: quoniam non est opus sanis medicus: sed ęgrotantibus. Quid necessitatem habet infans christo si non ęgrotat, si sanus est: quare per eos qui deum diligunt medicum quærit. Et infra. Ad Christum qui venit, habet quod in eo sanetur qui vero non habet, non est causa quare medico offeratur. Hæc Augustinus. In quibus clarissime patet quod quęrimus. ¶ Verum ad istam Augustini auctoritatem licet sit clarissima proponens exuerso respondere conatus est sic dicens, ꝙ intentio Augustini in verbis illis est ꝙ qui non est sanus gratia Christi, ille est ægrotus. Dicere autem aliquem semper fuisse sanum gratia Christi: sicut hæc doctrina dicit beatam virginem fuisse non repugnat huic ꝙ absq; illa scilicet gratia christi est ægrotus.

¶ Sed ista responsio nulla est: quoniam Augustinus non solum dicit in verbis antepositis ꝙ nullus sine christi gratia est sanus: sed istas duas propositiones distinctas ponit: quarum prima est. Nullus omnino hominum est non ęgrotus. ¶ Secunda nullus sine christi gratia sanus. Dicere autem aliquẽ hominem semper fuisse sanum christi gratia, cõtradicit illi primæ propositioni, videlicet, nullus omnino hominum non ægrotus. Et ita manifestum est ꝙ tam auctoritas Euãgelica q̃ beati Augustini iuxta veram & integram intelligentiam earum manifeste fundat propositum, & ratio inde sumpta manet in suo robore. Verum quia de ista materia inferius erit plenior commemoratio, ista pro nunc circa auctoritatem illam & rationem dixisse sufficiant.

¶ In quo continetur responsio ad auctoritatem illam Lucæ. 19. venit filius hominis quærere &c. Cp. 11.

SEXTA auctoritas inducta per collegam meũ fuit ista Luc. 19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Ex qua formabatur ratio ꝙ cum beata virgo fuerit de numero illoꝝ quos potissime in aduentu suo quęsierit & saluos fecerit ꝙ ipsa fuerit de numero ipsorum qui in Adam peccauerunt. ¶ Ad istam auctoritatem exaduerso respondetur tripliciter. Primo ꝙ perire intelligitur ibidem aptitudinaliter. Nam cõstat (inquit) ꝙ filius hominis venit quærere & saluos facere, homines non solum tempore suæ prędicationis viuentes, sed etiam futuros vsq; in finem seculi. Secundo respondet ꝙ non minus saluatur qui præseruatur per gratiam dei ne in ipsum peccatum cadat; q̃ qui liberatur a culpa commissa. Tertio ꝙ auctoritas ista & præcedens tam ex intentione textus, q̃ ex intentione glosæ intelliguntur de vocatione peccatorum ad pœnitentiam quæ locum non habebat in beata virgine. ¶ Sed istæ responsiones in nullo satisfaciunt. Quælibet enim eorum super falso fundatur. Quod clarissime ostenditur ex verbis Augustini qui in secundo libro de nuptiis & concupiscentia, postq̃ dixerat ꝙ pelagiani & cœlestiani dicunt humanam naturam a bono deo conditam, sed ita esse in infantibus paruulis sanam vt christi non habeant in ista ætate necessariam medicinam, ita prædictis pelagianis dicit. Vobis autem dicit veritas. Venit filius hominis quærere & saluare quod perierat. Sed vos egregii christiani respondete christo, si quod perierat quærere & saluare venisti, ad paruulos non venisti. Isti nec perierãt, sed salui nati sunt; vade ad maiores. de verbis tuis tibi pręscribimus, non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Hæc ille. ¶ Item infra in eodem libro loquitur contra eos sic dicens. ¶ Ad hæc responsurus prius volo intentum esse lectorem nihil agere istos nisi vt saluator non sit paruulis necessarius quos peccata prorsus a quibus saluentur negant habere. Hæc est tanta peruersitas, & tam inimica gratię dei quæ data est per Iesum dominum nostrũ: qui venit quærere, & saluum facere quod perierat. Hæc ille. Ex quibus auctoritatibus Augustini & processu argumentationis eiusdem tria colliguntur, quæ responsiones exaduerso minus pertinentes esse demonstrant. ¶ Primum est ꝙ perire in auctoritate christi nõ intelligatur aptitudinaliter, sicut dicebatur exaduerso in primi responsione; & maxime in personis pręteritis quæ actualiter saluationis fructum iam consequutę sunt: sicut est in præsenti cum de beata virgine loquimur, alias ex auctoritate illa nõ probasset efficaciter Augustinus contra pelagia Auguſt.

nos paruulos actu originali peccato obnoxios esse: sicut in superioribus diffuse ostensum est. Vbi confutatus est modus respondendi dicentium auctoritates scripturæ de hac materia loquentes intelligendas esse aptitudinaliter & non actualiter. ℂ Secundum quod colligitur est ꝙ saluatio de qua hic fit mentio necessario vt christi verbum innuere videtur, præsupponit peccatū esse in eo ꝙ sic per Christum sanguinis precio ablutus est, & saluatus: sicut etiam proxime superius visum est. ℂ Tertiū est ꝙ auctoritas illa non intelligitur solum de vocatione ad pœnitentiam, sicut dicitur exaduerso: quoniam si sic esset, nequaquam Augustinus tam repetitis vicibus ea præcinctus argueret contra pelagianos paruulos nunꝙ vocationis ad pœnitentiam capaces in originali peccato esse cōceptos. Et ita manifeste patet ꝙ responsiones datæ, sunt inualidę. Et per consequens ꝙ auctoritas præfata allegata per collegam meum cum ratione inde formata in suo robore maneat.

August.
Glo.

August.

ℂ Septima auctoritas apostoli. primæ Thim. 1. defenditur ab aduersariis. Cap. 12.

SEPTIMA auctoritas fuit illa apostoli primæ ad Thi. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignis: quia christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. ℂ Ad istam auctoritatem respondetur exaduerso ꝙ hæc loquutio est pluralis numeri, & saluari potest in tanta multitudine, licet vnus, aut duo, aut plures nō fuissent actualiter peccatores ex gratia preseruante. ℂ Sed hæc responsio in nullo satisfacit. Quoniā dicendo aliquos ab Adā propagatos saluari per christum non habentes peccatum aliquod, contradicere videtur rationi & intelligētiæ saluationis, de qua & christus in auctoritate superiori, & in hac apostolus loquūtur. Hic. n. modus saluationis (vt sæpe ostensum est & glosis sanctorum & intentione christi & apostoli) præsupponit in suscipientibus saluationis effectū præfuisse aliquod pctm. Vnde Augustinus in primo de baptismo paruulorum contra pelagianos dicentes paruulos non cōtrahere originale peccatum, & tamen saluari per christum, ait sic. Vnde autem eos saluos facit si nulla est in eis originalis ægritudo peccati? ℂ Tum secundo contradicit intelligētiæ quam Augustinus dat de præfata auctoritate apostoli, & ponitur in glo. ordinaria, vbi ita ait. Nulla causa veniendi christo nisi peccatores saluos facere: tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est causa medicinæ. Venit de cœlo magnus medicus: quia per totū orbem magnus iacebat ægrotus. humanum genus est quod totum perierat ex quo peccauit vnus in quo totum erat: sed venit vnus sine peccato: qui saluos faceret omnes a peccato. Venit enim filius hominis quærere & saluos facere omnes a peccato. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Hæc Augustinus in glosa: cum cuius dicto manifestum est ꝙ stare non potest responsio exaduerso data.

August.
August.
Glos.

ℂ In quo confutatur responsio ad auctoritatem illā. 1. Thi. 2. Vnus est mediator &c. Et ad illam 2. cor. 5. charitas xp̄i vrget &c. Cap. 13.

OCTAVA auctoritas est illa primæ thim. 2. Vnus. n. deus unus est mediator dei & hominū homo xp̄s Iesus qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus. ℂ Ad istam auctoritatem dicitur

exaduerso responsionem patere ex dictis in 5.allegatione. Quod autem per ea quæ dicta sunt exaduerso in 5.allegatione in nullo satisfiat auctoritati præfatæ & rõni quæ inde colligitur palam fiet ex infra dicendis: vbi clarissime demonstrabitur ꝙ nõ possit saluari (loquendo de redemptione facta per christum solutione precii sanguinis sui) ꝙ beata virgo dicatur redempta, si non fuerit in peccato originali concepta. Attento ꝙ in ea nullum peccatum actuale fuit.

¶ Nona autem auctoritas fuit illa. secundæ ad Corin. 5. Charitas christi vrget nos æstimantes hoc quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo oẽs mortui sunt, & pro omnibus mortuus est christus. vt & qui viuunt iam nõ sibi viuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. ¶ Ad istam auctoritatem respondetur exaduerso ꝙ glo. ordinaria exponit intelligentiam auctoritatis præfatæ, quinqꝫ modis. & collega meus assumpsit vnum ex eis qui est. Si xp̃s pro omnibus mortuus est, omnes in Adam mortui sunt in peccato. ¶ Sed ista responsio nulla est: quia ꝙ auctoritas antepostta Pauli multipliciter exponatur. non obuiat quin processus apostoli iuxta primum expositionis modum sit validus cũ arguit. Si xp̃s pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Quod manifeste colligitur ex dictis Augustini, tam in glo. ordinaria super prædicto passu, q̃ in aliis libris suis, & potissime in libro de baptismo paruulorum, & in libro cõtra Iulianum, in quibus frequentissime hac auctoritate veluti singularissimo pugione contra pelagianos vtitur, negantes in paruulis originale peccatum. Cuius tamen processus nullus esset si id quod exaduerso respondetur locũ haberet. Quod manifestũ fit si id quod glo. ordinaria dicit, & auctoritas inducta per collegam meum de Augustino in libro 6. cõtra Iulianum commemorentur. Glos. autem ordinaria sic dicit. Æstimãtes hoc, qm̃ si vnus tãtum iustus sine peccato, .i. xp̃s mortuus est pro nobis, ergo omnes alii sunt in peccato, ergo omnes mortui sunt. Et est sensus. Hoc certissime existimamus: quia si xp̃s charitate pro oĩbus mortuus est, tunc cõstat oẽs mortuos fuisse in Adam pro quibus mortuus est xp̃s: vt omnes a morte liberaret. Hæc glo. In præfato aũt libro 6. contra Iulianum arguens Augustinus dicit sic. Totus itaqꝫ iste apostolicæ epistolæ locus si te ab ista prauitate nõ corrigit nimis obdiruisti. Quamuis enim sibi connexa sint omnia quibus ait scribens ad Ro. vt gratia dei cõmendetur. per Iesum christum; tamen quia epistolam totam hic recolere & pertractare nõ possumus, (valde. n. longum est) ex isto capite quod agitur consyderemus vbi ait. Commendat autem suã charitatẽ deus in nobis, qm̃ cum adhuc peccatores essemus, xp̃s pro nobis mortuus est. Hoc tu dictum exceptis paruulis vis putari. Vbi sic absit quæram. Si non sunt inter peccatores habẽdi: quomodo pro eis mortuus est qui pro peccatoribus mortuus est? Respondebis non pro solis peccatoribus mortuum, quamuis etiam sit pro peccatoribus mortuus. Quod quidẽ nusquã legis in diuinis auctoritatibus, mortuũ. s. esse xp̃m etiã pro eis qui nullum habuerint, omnino peccatum. Sed attende q̃ validis testimoniis vrgearis. Tu dicis ẽt pro peccatoribus mortuum, ego vero dico nõ nisi pro peccatoribus mortuũ. Ita vt respondere cogaris si nullo peccato paruuli obstricti sunt, nõ esse pro paruulis mortuum. Dicit enim ad Corin. qm̃ vnus pro omnibus mortuus est, ergo oẽs mortui sunt. Nullo mõ hic negare pmitteris nõ nisi pro iis qui mortui sunt mortuũ fuisse Iesum. Quos ergo hoc in loco itelligis mortuos, nũquid eos q de corpore exierunt? Quis ita desipiat vt hoc sapiat? Eo itaqꝫ mõ intelligimus mortuos pro quibus oĩbus vnus mortuus est Christus quo alibi dici. Et vos cũ essetis mortui in delictis & præputio carnis vestræ viuificauit cũ illo, ac p hoc vnus

Augusti.
Augusti.
Glo.
August.

inquit pro omnibus mortuus est.ergo omnes mortui sunt, ostendens fieri non potuisse vt moreretur nisi pro mortuis.Ex hoc .n. probauit mortuos esse:quia pro omnibus mortuus est vnus.Impugno, inculco,infero te recusante. Accipe salubre est, nolo moriaris. Vnus pro omnibus mortuus est ergo oēs mortui sunt. Vide quia consequens esse voluit vt intelligatur omnes esse mortui si pro omnibus mortuus est. Quia ergo non in corpore, restat vt in peccato esse mortuos oēs pro quibus christus mortuus est, nemo neget, nemo dubitet, qui se non negat, aut dubitat esse christianum. Quapropter si nullum trahunt peccatū paruuli, non sunt mortui. Si non sunt mortui, non est mortuus pro eis qui non est mortuus nisi pro mortuis. Tu autem iam primo libro tuo contra nos clamās dixisti, etiam christum pro paruulis mortuum. nullo modo ergo negare permitteris eos contrahere originale peccatum: nam mortui vnde, si non inde: aut propter quam mortem paruulorum, mortuus est, qui non est mortuus nisi pro mortuis: sicut tu mortuum pro paruulis confiteris. Reddi ergo mecum ad illud quod ad Rom. coeperam dicere. Commendat (inquit) suam charitatem deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. Cum peccatores (inquit) essemus hoc est cum mortui essemus, christus pro nobis mortuus est. Et infra prosequens hanc argumentationem, & validissimis ac apertissimis scripturarum auctoritatibus demonstrans xpm non nisi pro mortuis. i. pro peccatoribus mortuum. dicit sic. Hæc sunt stabilimenta fidei christianæ: qui ea subuertere nititur, stantibus eis ipse subuertitur. Hæc Augustinus.

August.

¶ Tria valde consyderanda ex verbis apostoli & Augustini. Cap. 14.

Ex quibus dictis tria clarissima testimonia colligimus quæ in hac synodica discussione præcipue cum aliis consyderanda & ponderanda veniunt. Primum est hanc fuisse mentem apostoli in præfata auctoritate vt omnes illi mortui fuisse dicatur. pro quibus christus mortuus est. Ait enim sic Augustinus. Contra eum probauit apostolus. s. oēs mortuos esse, quia pro omnibus mortuus est vnus. Impugno inculco, infero te recusante. Accipe, salubre est. nolo moriaris. Vnus pro omnibus mortuus est. ergo omnes mortui sunt. Vide quia consequens esse voluit, vt intelligantur oēs mortui si pro omnibus mortuus est. Ex quo correlarie apparet quantum veritatis habeat id quod exaduerso tam sæpe commemoratum est. videlicet q xps pro angelis mortuus sit. Secundum est q mors ista qua omnes mortui fuisse dicuntur, pro quibus christus mortuus est, est intelligēda in anima per peccatum. Vnde ait. Quia ergo non in corpore, restat in peccato esse mortuos oēs pro quibus christus mortuus est. Tertiū est q credere hoc ad fidem catholicam pertineat. Vnde ait immediate. Nemo neget, nemo dubitet, qui se non negat aut dubitat esse christianum. Et iterum infra. Hoc stabilimentum fidei christianæ vocat. Quare in cōuincibilis & irrefragabilis videtur ratio illa quæ ex præfata auctoritate formatur apostoli, adducta declaratione beati Augustini. qua sic arguitur. Christus pro beata virgine mortuus est. ergo aliquādo beata virgo mortua fuit: non actuali: ergo originali. Añs (vt arbitror) nullus fidelis negaret. Consequentia vero est apostoli. ¶ Verum ad hoc respondendum laboratum est exaduerso. Et primo per quæstionem, quærēdo vbi legitur specifice q christus pro beata virgine matre sua tanq̄ pro peccatrice mortuus fuerit. ¶ Ad hoc respon

detur primo ꝙ vbi legitur ꝙ pro auo suo Ioachin & auia sua Anna & pro patre suo putatiuo Ioseph sponso matris suæ, & pro eis qui fratres sui in Euangelio appellantur, tanq̃ pro peccatoribus mortuus est christus; Ibi etiam de beata virgine legitur, quantum ad peccatum originale, ꝙ cũ eadẽ lege conceptionis cum eis concepta fuerit. Quomodo respõdendum est ad quæstionem qua quæritur. idem de quocũq; alio. Nec oportet in specie per proprios terminos testimoniũ de hoc reddere. Sufficit enim scriptura apostoli quæ omnes vniuersaliter respicit, dicens, ꝙ oẽs pro quibus christus est mortuus fuerunt in peccatis. Qui vero diceret ꝙ in beata virgine deficit consequentia apostoli, & beati Augustini: qua arguunt mortuos fuisse omnes in peccato pro quibus xp̃s mortuus est, non est audiendus si sufficiens & magnæ auctoritatis de hoc testimonium non faciat (vt in superioribus dictum est.) Secundo respondetur ad quæstionem illam ꝙ ex inferius dicendis vbi speciales auctoritates inducentur in medium, ostendetur satis clare in specie quod quæritur. Vbi sanctorum testimonio probabitur ꝙ beata virgo originale peccatum contraxerit. ¶ Secundo dicitur exaduerso commemorandum esse ꝙ ex auctoritate beati Bernardi fuit deductum, ꝙ xp̃s etiam pro angelis fuit crucifixus. Quomodo ergo inquit pro solis peccatoribus? Angeli enim nunq̃ fuerunt peccatores. ¶ Sed ista responsio nulla est; & fundatur super falso, & nimis est periculosa in fide nostra. Falsum enim est (vt in parte visum est) ꝙ pro angelis xp̃s crucifixus siue mortuus est: & expresse cõtra doctrinã apostoli. Nec hoc quod dicitur exaduerso nunq̃ dixit Bernardus. Quod inferius cum de redẽptione fiet sermo, manifeste ostẽdetur. Vnde beatus Augustinus expresse ponit in enchiridion cap. 23. ꝙ non pro angelis mortuus est xp̃s, sed de hoc magis infra disputabitur. Præterea si pro angelis qui nunq̃ peccauerũt xp̃s diceretur mortuus; quomodo Augustinus iuxta doctrinam apostoli diceret hoc stabilimentũ esse fidei xp̃ianæ vt omnes illi in peccato dicantur fuisse mortui pro quibus xp̃s mortuus est? Qũo vnq̃ hac auctoritate posset aliquis argui in genere humano in originali peccato mortuus, si verum est quod dicitur exaduerso. Plane omnia argumenta Augustini contra hæreticos quæ validissima esse credidit, ruunt. Quod nimis præsumptuosum esset dicere, & fidei nostræ fundamentis aduersum. Quare patet quod responsio exaduerso data nullo modo procedit.

Bernar.

August.

¶ Alia fuga magis turpis præcluditur. Cap. 15.

TERTIO dicitur exaduerso ꝙ cum beatus Augustinus beatã virginem professus fuerit sub illa generalitate qua dicitur omnes homines esse peccatores non comprehendi, non fuit de intentione eius in deductione illa contra Iulianum beatam virginem debere intelligi fuisse peccatricem. Nam si ab illa generalitate omnes in Adam peccauerunt, intelligitur excepta, prout eam dicit constare ex dictis. Simili modo intelligenda erit excepta ab omnibus auctoritatibus quæ generaliter in sacra scriptura de originali peccato loquuntur. ¶ Hæc autem responsio nulla est, & fundatur in falso. Falsum enim est ꝙ beatus Aug. exceperit beatam virginem ab ista regula omnes in Adam peccauerunt, & ab ista. omnes peccauerunt, & egent gloria dei. Nec enim ex hoc ꝙ beatus Aug. de natura & gratia in ea parte vbi de peccatis actualibus loquens dicit ꝙ cum de peccatis agitur, de beatissima Maria non vult habere quæstionem &c. in hoc innuens eam exceptam esse a numero

eorum qui peccatum actuale commiserunt; nō sequitur ex hoc ꝙ eam exceperit a numero eorum qui peccatum originale in sua conceptione contraxerunt. Quod infra tam ex dictis specialibus Augustini q̄ ex dicendis circa auctoritatē inductam exaduerso ex libro de natura & gratia manifestissimum erit. ¶ Quarto respondetur, ꝙ si fiat instantia multa ꝙ beata virgo fuit mortua, ꝙ de aptitudinali morte intelligi posset; addendo ꝙ cum ipsa a sanctis denominetur tanq̄ omnium reparatrix & viuificatrix mortuam fuisse in peccato, a præfata denominatione multum abducit. ¶ Sed ista responsio in nullo pariter satisfacit, tum quoniam pro aptitudinali morte non potest saluari auctoritas Pauli, nec Augustini. ¶ Paulus enim dicit sic. Si xp̄s pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt scilicet in peccato, pro quibus xp̄s mortuus est. Et idem Augustinus vt visum est. Planum est enim ꝙ de eo qui est aut fuit sic mortuus peccato, & non ꝙ solam aptitudinem habuit ad mortem peccati, & nunq̄ actu fuit mortuus, false diceretur fuisse mortuus. vt de se manifestum est. ¶ Tum secundo quia data positione exaduerso ꝙ beata virgo fuerit præseruata in primo instanti sui esse aut ꝙ ex intentione legislatoris, non fuerit comprehensa sub regula illa omnes peccauerunt & egent gloria, non videtur verū ꝙ anima beatæ virginis fuerit mortua aptitudinali morte. Præterea similiter falsum est ꝙ consequenter dicitur ex aduerso, videlicet ꝙ denominatione qua beatissima virgo a sanctis denominatur omnium reparatrix & uiuificatrix abducat dicere ꝙ beatissima virgo in cōceptione sua contraxerit mortem originalis peccati. Hoc autē superius falsum esse sufficienter monstratum est. vbi ostensum est in qua intelligentia beatissima virgo dicta est a sanctis reparatrix omnium &c. In quo loco declaratum est qualiter ita reparatrix omnium esse dicatur ꝙ tñ per christum ipsa reparata esse credatur: ita viuificatrix omniū: ꝙ ēt ipsa per xp̄m viuificata fuerit. Fiet etiam hoc manifestius infra vbi testimonio ipsorum doctorum sanctorum qui eam prædicant reparatricem & viuificatricem omnium, ostendetur ꝙ in originali peccato fuerit concepta, & sic patet inualida esse responsa data exaduerso ad auctoritates scripturæ allegatas: & ad rationes inde factas per collegam meum in relatione sua. Et per consequens allegata per eundem in suo robore & virtute firmissima manere videntur.

¶ In quo recitatur responsio data exaduerso in generali ad auctoritates Augustini. &c. Cap. 15.

POSTQVAM ostensum est iam proximo responsiones datas exaduerso ad auctoritates sacræ scripturæ inductas per collegam meum in sua relatione minus sufficientes esse: iam idem demōstrādum est de quadam alia respōsione in generali data exaduerso ad auctoritates Augustini in vniuersali loquentes. Responsurus quidem proponēs exaduerso ad istam auctoritatem Augustini de natura & gratia in qua sic dicitur in primo cap. eiusdem libri. Quicunq; autem non putantur pertinere ad hos homines qui peccauerunt & egent gloria dei, profecto nullam necessitatem habent vt christiani fiant: quia nō est opus sanis medicus sed male habentibus &c. Dicit pro responsione eius & aliarum similium, attendendum esse ꝙ tēpore Augustini contra gratiam dei insurrexerunt Iuliana & pelagiana hæreses dicentes ꝙ sine gratia dei posset homo adimplere diuina mandata & obtinere vitā æternam. Nec oportebat ꝙ in ecclesia ad deum porrigerentur orationes pro pec-

catoribus vt conuertantur, siue piis gratia augeatur, quia absq; quocunq; auxilio gratiæ ex sola virtute naturæ & libertate arbitrii poterant si vellent conuerti. Asserebant etiam paruulos omnes sine vllo peccati vinculo nasci. Aduersus quas hæreses pietatem fidei destruentes Augustinus in multis locis doctrinarum suarum vehementissime arguit, & specialiter (vt inquit) in libro contra Iulianum, & in illo de natura & gratia. In hoc autem libro Augustinus declarat intentionem suam dicens ꝙ sua disceptatio aduersus eos non est super hoc quasi reputetur impossibile hominem siue naturam humanam esse sine aliquo peccato: sed super hoc cuius auxilio hoc possibile est. Videlicet naturæ aut gratiæ. Etenim si ipsi confitentur ꝙ auxilio gratiæ hoc possibile est, dixit ꝙ iam pax est inter ipsos. Vnde Augustinus de persona aduersarii loquens ait. in cap. 21. In ipsa peccandi possibilitate contendit, in qua nec nos aduersus eum certare opus est. Nam nec illud minus curo vtrum fuerunt hic aliqui vel sint vel esse possint qui perfectam cui nihil addendum esset habuerint vel habeât, vel habituri sint charitatem dei, Ipsa enim verissima, plenissima, perfectissimaq; iustitia est. Quando vero id, qd voluntate hominis adiuti per gratiam dei fieri posse confiteor & defendo, quando vel vbi, vel in quo fiet, nimium certare non debeo, nec de ipsa possibilitate contendo, cum sanata & adiuta hominis voluntate possibilitas ipsa simul cum effectu in sanctis proueniat, dum charitas dei, quantum plenissime natura nostra sana atq; purgata capere potest diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis &c. ¶ Et infra in cap. 30. Vtrum autem in hoc seculo fuerit vel sit, vel possit esse aliquis ita iuste viuens vt nullum habeat omnino peccatum, potest esse aliqua quæ inter veros piosq; christianos: posse tamen esse certissime post hanc viam quisquis ambigit desipit, sed ego nec de vita ista volo contendere. Hæc Augustinus. Ecce ex iis suadetur super abnegatione gratiæ, non autem super immunitate peccati, dummodo hoc non virtute naturæ sed attribueretur dono diuinæ gratiæ. Vnde quia doctrina hæc asserit immunitatem peccati originalis in beata virgine, nô quidem virtute naturæ sed singularissimo dono gratiæ, huiusmodi auctoritates generales Augustini contra eam non militant; Addiciens ꝙ ex hoc ꝙ ponitur non contraxisse originale peccatum, non ideo dicitur non indiguisse auxilio gratiæ. Immo hæc eodem suffragante non peccauit. Constat enim inquit ex doctrina magistri in. 2. distin. 29. ꝙ primus homo in statu innocentiæ egebat auxilio gratiæ, similiter & angeli. Hæc exaduerso. Aug. Augu

¶ In quo confutatur prædicta responsio vna ratione. Cap. 16.

SED hæc dicta exaduerso in nullo infirmant auctoritates inductas Augustini, nec rationes fundatas in eis in robur & confirmationem conclusionis doctorum quorum relator sum. Quod ex multis patere potest. ¶ Primo quidem ex eo ꝙ falsum est illud quod exaduerso dicitur. Videlicet ꝙ disceptatio Augustini principaliter erat contra pelagianos super abnegatione gratiæ, non autem super immunitate peccati, dummodo hæc non virtute naturæ, sed attribuentur dono diuinæ grã. Pro quo notandû ꝙ (sicut et exaduerso tactû est) Pelagiana hæresis inter alias hęreses has duas posuit. Videlicet ꝙ paruuli nô contraherent originale peccatum:

& ꝙ in maioribus.i.adultis habentibus vsum rationis, voluntas sibi sine auxi lio alterius gratiæ sufficiebat ad iustitiam si vellet proficere. De quibus dicit ita
August. Augu.in libro de natura & gratia cap. 29. Vtinam obedienter audiat .s. pelagianus hæreticus per vnum hominem peccatum intrauit in mũdum & per peccatum mors,& ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt: & non infirmaret tanti medici gratiam dum fateri non vult naturam humanam esse vitiatam.O vtinam sicut xp̃ianus,legeret præter Iesum xp̃m nullum esse nomen sub cœlo in quo oporteat saluos fieri nos,& non possibilitatē naturæ humanæ defenderet vt per liberum arbitrium etiam sine isto nomine saluos nos esse posset credatur. Hæc Augu.Contra quas hæreses procedit Augu.in eodem
August. disputando: vt patet legenti eundem librum. Vnde cõtra primam in principio libri immediate dicit verba superius posita seu allegata, ꝙ quicunq; non putantur pertinere ad hos homines qui peccauerunt & egent gloria dei, profecto nullã necessitatẽ hñt vt xp̃iani fiant: quia non est opus sanis medicus sed ægrotantibus. Hæc Augu. Quod vero hoc probare asserere defendere, fuerit de peccatoribus in disceptatione beati Augustini contra pelagianos, ipsemet testatur in hoc libro in principio cap. 8. ita dicens. Iam nunc vide qđ ad rẽ maxime pertinet, quomodo humanam naturam tanq̃ omnino sine vitio vllo sit tenetur ostendere,& contra apertissimas scripturas dei adhibetur sapientia verbi: quia euacuatur crux xp̃i. Sed plane illa nõ euacuabitur, ista potius sapiẽtia subuertetur. hæc Augu. Ob quam causam inquit de pelagiano ꝙ si hoc vellet admittere, finis esset controuersiæ totius. in cap. 25. inquiens si saluatoris medicina qua verbum caro factum est vt habitaret in nobis sicut opus est fateatur necessaria paruis & magnis.i.a vagitibus infantium vsq; ad canos senum. tota inter nos est huiusmodi quæstionis controuersia dissoluta. Ex quibus verbis patet ꝙ in hoc libro de natura gratia intentio principalissima Aug. fuit oñdere neminem ab Adam seminaliter propagatum exemptum esse ab originali peccato. Quod vero hoc idem fuerit potissimæ intentionis suę in multis aliis libris eius, patet ex ipsis titulis librorum: sicut in tribus libris de baptismo paruulorum, sicut in sex contra Iulianum: sicut in duobus de nuptiis & concupiscentia.

¶ In quo confutatur prædicta responsio quatuor aliis rationibus. Cap. 17.

PRAETEREA secunda, responsio data exaduerso nulla est: quoniam si verum esset ꝙ non fuerit intentionis Augustini in auctoritatibus prædictis disceptare super immunitate peccati originalis: quasi non reputans inconueniens aliquos propagatos seminaliter immunes fuisse ab originali peccato, tunc inualida cuncta dicta Augustinĩ redderentur ad probandum de quibuscunq; ꝙ originale peccatum cõtraxissent. Dicerent enim qui ea euadere vellet illud quod exaduerso dicitur. Videlicet ꝙ intentio Augustini in prædictis verbis non est nisi dicere ꝙ virtute naturæ propriæ nemo esset immunis, ab originali peccato. Hoc plane nimis periculosum esset. Præterea tertio si ita est ꝙ Augustinus contra hæreticum Pelagianum nõ intendit principaliter nisi ꝙ immunitas peccati nõ attribuatur virtuti naturæ, cur exaduerso, tam frequenter repetitum est ꝙ auctoritas Augu. in vniuersali loquens non se extendat ad beatam virginem: cum tñ si non aliud prætendunt q̃ dicitur exaduerso, necessarium sit concedere præfatas auctoritates ad eam extendi, vt

di, vt de se patet: cum immunitas peccati originalis virtute naturæ ei competere minime posset. ¶ Præterea quarto responsio data, ad materiã de qua agimus pertinere non videtur quia cum Augustinus dicit in.c.3o. superius notato ꝙ quæstio potest esse inter veros pios[que] christianos, an in hoc seculo fuerit vł possit esse aliquis ita iuste viuens vt nullum habeat omnino peccatum, non loquitur de originali, cum semper diffiniuerit secũdum fidem dicendum esse nullum fuisse immunem ab eo: sicut in principio huius libri de natura & grã, & in multis aliis locis dicit: vt in superius allegatis patet. sed de actuali loquitur. Vnde ait vtrum in hoc seculo fuerit vel sit vel possit esse aliquis tam iuste viuens vt nullum habeat omnino peccatum. ¶ Quinto quia falsum est quod cõsequẽter innuitur exaduerso, videlicet ꝙ solum in hoc Augustinus impugnet Pelagianos ꝙ sanctitatem virtuti naturæ ascriberent & non gratiæ: quoniam nõ solum de hoc, sed maxime de hoc impugnat eos videlicet ꝙ homines sine ęgritudine originalis peccati concipi dicebant. Contra quem errorem sępissime clamat Augustinus dicẽs eos in hac assertione, fidei euertere fundamenta, sicut iam in proxime antedictis inductum est. Dicentes enim naturam humanam vitiatam non esse, superfluum necessario conuincuntur asserere saluatorem. Quo fidei nostræ nihil potest esse magis aduersum. Vnde in.c.16. huius libri de natura & gratia, ita de Pelagio loquitur Augustinus. Porro ꝙ dei causam sibi agere videtur defendendo naturam, non attendit ꝙ eam naturam sanam esse dicendo, medici repellit misericordiam. Ipse est creator eius qui saluator eius. Non ergo debemus sic laudare creatorem vt cogamur immo vere conuincamur dicere superfluum saluatorem. Hæc Augustinus. Item idem. 6. lib. contra Iulianum negantem filios sanctorum patrum in veteri testamẽto & baptismo sanctificatorum in nouo contrahere originale peccatum; Et per cõsequens negantem necessitatem sacramenti baptismi, dicit sic. Frustra te intorques argumentationibus vanis nõ aduersus me, sed aduersus matrem spiritualem quæ te non alr peperit q̃ sic, & iam non vis vt pariat, contra cuius viscera satis acutis telis tibi videris armatus, de iustitia dei, de gratia dei contra gratiam dei colligens argumẽta. Hæc Augustinus. Ex quibus omnibus patet manifeste falsum esse qđ innui videtur exaduerso.

Auguſt. | Auguſt. | Auguſt.

¶ In quo confutatur præfata responsio duobus aliis rationibus. Cap. 18.

SEXTO respõsio data exaduerso non satisfacit: quia dato ꝙ Augustinus dicat se nolle de possibilitate disputare & dicat hominem esse sine peccato non esse impossibile, non sequitur propter hoc ꝙ auctoritates Augustini in quibus asserit ad fidei stabilimenta pertinere credere omnes homines ab Adam seminaliter propagatos fuisse de facto originali peccato obnoxios, minus procedant, aut minus validę sint rationes quæ ex eis formantur. Stat quidem bene. Vtrũ[que] simul videlicet ꝙ oĩs homo ab Adam predicto modo propagatus sit de facto originali peccato cõstrictus: & ꝙ potestate diuina talis potuerit esse pręseruatus. Quod aũt beata virgo fuerit virtute diuina priuilegio singularis gratiæ præseruata, hoc sicut sæpe dictũ est caput tenet nostræ quæstionis, & per cõsequens nõ præsupponendum sed probandum erat. Quod nõ est factum. ¶ Septimo respõsio data nõ procedit qũoniam id quod cõsequenter exaduerso præsupponitur videlicet ꝙ ex hoc ꝙ beata virgo dicitur nõ contraxisse, non propter hoc sequatur ꝙ nõ indiguerit au

xilio diuinæ gratiæ. Falsum est. Immo hoc manifeste sequitur, loquẽdo de auxilio medicinalis gratiæ de qua Augustinus loquitur & arguit in præfato libro de natura & gratia, cum dicit. Quicũqꝫ non putantur pertinere ad homines qui peccauerant & egent gloria dei, profecto nullam necessitaté habent vt christiani fiant: quia non est opus sanis medicus sed ægrotantibus. Vnde in capitu. 3 5. sic dicit. De gratia quippe agitur quę nobis p mediatoré medicinam opitulatur. Et hoc modo de gratia loquitur apostolus ad Ro. 3. Vbi ait. Non est distinctio. Omnes. n. peccauerunt & egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quę in christo Iesu quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Planum autem est & frequentissime ab Augustino in libris suis resumitur cõtra Pelagianos, ꝙ qui nullum vnquam peccatum habuit, tali auxilio gratiæ non indiget. Vnde ipse Augustinus in. 8. capi. eiusdem libri de natura & gratia. ita ait. Quid sanatur, si nihil est vulneratum, nihil sauciatum, nihil debilitatum, atqꝫ vitiatum! Item infra in eodem. Quomodo saluum faciet vbi nulla est ægritudo! Ex quibus manifestum est ꝙ si beata virgo dicatur nõ contraxisse originale peccatum, attento ꝙ nullum actuale habuerit, necessarium sit concedere ꝙ ipsa non indiguerit auxilio gratiæ medicinalis liberantis quæ per Iesum Christum facta dicitur. ¶ Quod vero dicebatur exaduerso in confirmationem sui dicti: ꝙ iuxta doctrinam Magistri sententiarum in secundo dist. 2 9. primus homo in statu innocentiæ eguerit auxilio gratię: qui tamẽ pro tunc nullum peccatum habuerit, & similiter etiam angeli, multum cõfirmat doctrinam doctorum quorum relator sum, si feratur in medium plene quod Magister sentẽtiarum in illa parte dicit. Magister. n. in loco iam nominato in capi. 1. mouens quæstionem vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante & cooperante. respondet sic. Ad. qd breuiter dicimus ꝙ nõ cooperante tãtum, sed etiam operante gratia indigebat: nõ quidem secũdum omnem operandi modum operantis gratiæ. Operatur enim. & liberando & præparando voluntatem hominis ad bonum. Egebat vtiqꝫ homo ea non vt liberaret voluntatem suam quæ peccati serua non fuerat: sed vt præpararet ad volendum efficaciter quod per se nõ poterat. Non enim poterat bonum mereri sine gratia. Vt Augustinus in Enchiridion euidẽter ostendit. Hæc Magister sententiarum. Ecce qualiter Magister sententiarum dicit ꝙ primus homo in statu innocentię indiguerit gratia, & qualiter nõ indiguit. Plane ad efficaciam merendi non ad liberationem siue medicinam aliquam cõsequendi, cum eius voluntas nec peccatis serua ante fuerit: nec aliquo peccati vulnere sauciata. Et ita patet ꝙ ista cõsequentia sit necessaria quæ fit a doctoribus quorum relator sum: videlicet. Si beata virgo nullum vnquã habuit peccatum, ꝙ nõ indiguit gratia liberationis siue medicinæ, siue redemptionis exhibitæ per saluatorem nostrum & medicum dominum Iesum christum. Quod de ea cõcedere siue de quocunqꝫ alio tam scripturæ repugnare, ꝙ̃ pręiudicare dignitati christi asserunt: sicut in parte visum est supra, & plenius adiuuante deo deducetur in sequentibus. Nunc autem ista pro confutatione illius responsionis datæ exaduerso ad dicta Augustini dixisse sufficiat.

¶ Explicit quarta pars operis.

¶ Incipit quinta.

¶ In quo ponuntur auctoritates sacræ scripturæ. Ex quibus iuxta glosas & expositiones tam sanctorum q̃ doctorum aliorum colligitur in speciali ꝙ beata virgo Maria de facto incurrit origi. peccatũ & primo per auctoritates veteris testamenti.

Capi. Primum.



DECVRSIS iam superiori sermone pro parte auctoritatibus tam sacrę scripturę q̃ doctorum sanctorũ de omnium hominum seminaliter ab Adam propagatorum obnoxia cõceptione in vniuersali loquentibus: iam ad auctoritates scripturę & sanctorum, quæ in speciali hęc de beata virgine testimonia proferunt accedẽdum est. Ex quibus plane clarior nobis fiet & veritas ipsa quam inquirimus, & intentio sacræ scripturę & sanctorum in auctoritatibus supra allegatis. Patebit etiam ex eis ꝙ respõsa data exaduerso ad auctoritates sanctorum cum cõtra eorũ intẽtionẽ sint, nulla ratione & firmitate subsistunt. Inchoabitur autem ab auctoritatibus sacrę scripturę per quas iuxta expositionem nõ meam sed sanctorum & magnorum doctorum in ecclesia dei (diuina luce assistente) arbitror sacrum præsens cõcilium clarissimam habiturum notitiam introductæ difficultatis. ¶ Dicitur enim primo Exo. Vltimo. Postq̃ cuncta perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonii: & gloria domini impleuit illud. Per istam auctoritatem sanctus doctor in. 3. parte. q. 27. ar. 2. dicit significari ꝙ beata virgo nõ fuerit in conceptione sua sanctificata, sed conceptione completa. Ita inquiens. Ea quę fuerunt in veteri testamento sunt figura nouorũ. Secũdum illud primę Corin. 10. Oĩa in figura cõtingebant illis. Per sanctificationem aut tabernaculi (de quo dicitur in Psalm. sanctificauit tabernaculum suum altissimus) videtur sanctificatio matris dei quę dei tabernaculum dicitur secũdum illud Psalm. in sole posuit tabernaculum suum. De tabernaculo autem dicitur Exo. Vltimo. Postquã cuncta perfecta sunt operuit nubes tabernaculũ testimonii: & gloria domini impleuit illud. Ergo nõ fuit sanctificatum nisi postquã cuncta eius perfecta sunt. s. corpus & anima. Hęc ille. Item idem habetur in libro famosissimo: qui de ministeriis & figuris veteris testamenti & laudibus beatę virginis intitulatur in figura. 16. quæ est tabernaculi. vbi sic (inquit) auctor libri. Interserit hic testimonii tabernaculum, virginem Mariam beatam significans: quę non ante animationem sanctificata est sicut nec tabernaculum nube coopertum & gloria domini impletur ante perfectionem. Sic enim in Exod. scribitur. Postquam cuncta perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonii. & gloria domini impleuit illud. Hęc ille. ¶ Item in libro Iob capit. 3. dicitur. Obscurentur stellę in caligine noctis eius: & expectet lucem & non videat: nec ortum surgentis auroręe. Ista autem auctoritatę quę iuxta glosam ordinariã loquitur de nocte originalis peccati: qua obscuratę dicũtur stellę. vt ait Glo. quia etiam splẽdentes virtutibus, reliquias illius noctis cõtrahunt dicit sanctus Tho. in. 3. parte vbi supra significari. ꝙ solus ortus beatę virginis, & nõ cõceptus, fuerit a nocte originalis peccati immunis. Ita dicẽs. Beata virgo contraxit originale peccatum, sed ab eo fuit mundata antequam ex vtero nasceretur. Et hoc significatur. Iob. 3.

Thom.

Glo.

Thom.

Vbi de nocte originalis peccati dicitur. Expectet lucem.i. Christum, & non videat: quia nihil inquinatum introiuit in illam .s. dei sapientiam. Sapien. 7. Nec ortum surgentis auroræ.i. beatæ virginis: quia in suo ortu a peccato originali fuit immunis. Hæc ille. Eodem modo videtur exponere sanctus Bernardus hunc locum: qui in sermone natiuitatis eiusdem dominæ nostræ, qui incipit. De gaudiis ad gaudia, natiuitatem beatæ virginis ex vtero, per ortū amore describens, ita ait. Hæc est aurora quā sequitur. Immo qua nascitur sol iustitiæ, solius solis claritati succumbens. Hæc est aurora quam ille non vidit, qui vidit omne sublime. Et erat beatus Iob vt ea multa suppressione claudatur dicēs, nō videat ortum surgentis auroræ. Hęc beatus Ber. ¶ Idem tertio videtur haberi ex illo Ecclesiastes. 7. Vbi dicitur virum de mille vnum reperiri, mulierem autem ex omnibus non inueni. Vbi Glosa ordinaria dicit ita. Virū.i. christum, de mille.s. sanctū. Quā glosam secutus dominus Hugo Cardinalis primus postillator Bibliæ, & Magister Parisien. ita dicens. Hoc exponitur de Christo qui solus extra illam vniuersitatem est quæ dicitur Ro. 3. Omnes peccauerunt & egent gloria dei, qui omnino peccatum nō fecit: qui est caput omnium bonorum & super omnes bonos: qui significatur per millenarium qui perfectus est numerus. Vnde dicit sponsa canti. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Mulierem autem ex omnibus nō inueni: quę aliquid muliebritatis nō haberet saltem originaliter. Beata autem virgo originale habuit. Propter qđ eius conceptio nō celebratur. Tamen qui eam celebrant, debent habere respectum ad sanctificationem eius qua sanctificata fuit in vtero matris. Hæc omnia prefatus dominus Hugo cardinalis. Item idem dicit magister Garricus profundus Theologus, Magister Parisien. in postilla sua super eundem passum, ita inquiens. Mulierem ex omnibus nō inueni: quia nulla fuit absq; peccato originali. Item idem dicit in eodem passu in postilla sua dominus Iacobus de lausana magister Parisien. & episcopus lausaneñ. qui ita in forma dicit. Inter omnes viros vnum solum inuenit omnino mundum ab omni cōcupiscentia.s. christum, sed inter mulieres nullam: quia beata virgo infecta fuit peccato originali. ¶ Item quarto deducitur ex illo Prouerb. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Quod albertus in sermone natiuitatis dominæ nostræ de beata virgine exponit dicens. Habuit siquidem beata virgo rubiginem originalis peccati quæ contrahitur de vetustate primæ culpæ Adæ: quæ igne Spiritus sancti purgata fuit. Et tunc purissimum illud vas permansit: quia nec lutum actualis, nec puluerem venialis postmodum habuisse creditur. Hęc ille. ¶ Item idem dicit prænominatus dominus Iacobus lausaneñ. in sermone natiuitatis eiusdem virginis: qui incipit ab eadem auctoritate, ita dicens. Committitur spiritui sancto a tota trinitate qui totius puritatis & sanctitatis est actor, virginem Mariam purificare & mundare cum dicit. Aufer rubiginem de argento. Ad cuius euidentiam dicit esse notandum ꝙ beata virgo rubiginem originalis peccati contraxit in sua conceptione & animatione: quæ quidem originalis culpa merito per modum rubiginis designatur. Et infra. Nulla de mulieribus euasit hanc rubiginem, & nullus de viris præter Christum. Ecclesiastes. 7. Virum vnum de mille vix reperi: mulierem autem ex omnibus non inueni. Hæc ille. ¶ Item eadem est expositio plurium aliorum postillatorum Bibliæ quorum inferius ponentur sententiæ & dicta in forma.

Bernar. Glo. Hugo cardin. Garric. Iacobus lausañ. Alber. Iacobus lausañ.

¶ Idem deducitur per auctoritates noui testamenti. Cap. 2.

ITEM quinto hoc apertissime colligitur angelico testimonio iuxta expositionem sanctorum doctorum ex illo Luc. 1. vbi angelus ait beatissimæ virgini. Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Super quo verbo dicit beatus Ambrosius: vt refert sanctus Thomas in. 3. scripto super sententias distin. 3. Spiritus sanctus superueniens in virginem, mentem ipsius ab omni sorde vitiorum castificauit. Item Augustinus tractans idem verbum contra Maximinum hæreticum primo lib. c. 21. ita dicit. Nõ enim deus inhabitat in homine quẽ nõ ante spiritus sanctus sanctificauerit atq; purgauerit. Deniq; ad Mariam illam beatam virginem dicebatur. Spiritus sanctus, superueniet in te, vtiq; ad sanctificandum & ad purgandum. Hæc Augustinus. Item Ioan. Damascenus lib. 3. ca. 2. ait. Spiritus sanctus superuenit in Mariam purgans ipsam, & virtutem susceptiuam verbi dei tribuens simul & generatiuam. Ad idem est Fulgentius in sermone natiuitatis domini qui incipit. Cupientes aliquid de huiusmodi diei solẽnitate narrare. Vbi dicit q̃ gratia sancti spiritus menti virginis contulit firmissimam fidem: & carni abstulit omnino libidinem. Item eiusdem sententiæ videtur esse beatus Gregorius in moralibus li. 32. cap. 3. exponens illud Iob. 40. sub vmbra dormit, in secreto calami. Vbi sic dicit. Obumbratio in sacro eloquio, incarnatio domini ponitur vel mentis refrigerium a feruore carnalium cogitationũ. Quod autem dominica incarnatio seruata, veritate historiæ obumbrationis appellatione designetur angelicus sermo testatur: qui ad Mariam virginem dicit. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Quia enim obumbratio nõ aliter exprimitur, nisi per lumen & corpus, virtus altissimi obumbrabit ei: quia in eius vtero lux incorporea corpus sumpsit. Ex qua videlicet obumbratione omne in se refrigerium mentis accepit. Hæc Gregorius. ¶ Ad idem videtur esse beatus Bernardus præfatum verbum. s. virtus altissimi, tractans sup cantica, sermone. 34. ita dicẽs. Aut certe virtus vegetans, vmbra refrigerans. Item eiusdem sententiæ est venerabilis Beda in Omelia super missus est, & habetur pro parte in Glosa ordinaria, super verbo pręfato angeli. Vbi ita inquit. Superueniẽs in virgine spiritus sanctus, duobus modis, in ea potentiæ diuinæ efficaciam ostendit: quia eius mentem adeo quantum humana fragilitas patitur ab omnium vitiorum sorde castigauit, vt cœlesti esset digna partu; & in vtero eius sanctum ac venerabile redemptoris nostri corpus sola sui operatione creauit: idest nullo virili interueniente tactu, carnem de carne virginis sacrosanctam intemerata formauit. Et infra. Obumbrauit autem beatæ dei genitrici virtus altissimi: quia spiritus sanctus cor illius cum impleuit, ab omni ęstu concupiscentiæ carnalis temperauit & mandauit a desideriis temporalibus: ac donis cœlestibus mentem simul illius consecrauit & corpus. Item eiusdem sententiæ est Hugo de sancto Victore, qui in. 2. libro de sacramentis parte prima. c. 8. ita dicit. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Spiritus nanq; sanctus virgini superuenit vt per operationem eius caro Christi de carne virginis formaretur. Et virtus altissimi obumbrabit ei. ne substantiam carnis ministrans cõcupiscentia carnali vteretur. Quorum sanctorum & venerabilium patrum dicta Magister sententiarum in. 3. distin. 3. & doctores eximii, qui in schola Theologiæ splendidiores habentur de purgatione quarũdam reliquiarum peccati ori

Ambr. Thom. August. Ioan. Damascenus. Fulgen. Gregor. Bernar. Beda. Glo. Hugo de sãcto victore. Magist.

Magist. ginalis & fomitis a quibus beatissima virgo in ipsa superuentione spiritus sancti in cóceptione filii dei purgata dicitur intelligunt & exponunt. Vnde Magister sententiarum ita habet vbi supra. Mariam quoq; totam, in eam superueniens spiritus sanctus a peccato prorsus purgauit, & a fomite peccati liberauit, vel fomitem ipsum penitus euacuando (vt quibusdam placet) vel sic debilitando & extenuando vt ei postmodum peccandi occasio nulla extiterit. Praeterea praefatas glosas sanctorum prosecutus dominus Hugo Cardinalis in postilla sua super Lucam, ita dicit super eodem passu. Obumbrabit tibi. i. refrigerabit tibi mentem, fomitem extinguendo. Vnde ait glosa quae est Bedae. Superueniens spiritus sanctus in virgine, mentem illius ab omni sorde vitiorum castigauit. i. fomitem vitiorum. Vnde Glosa interli dicit. contra omnia nitentiam vitiorum. Haec Vgo cardinalis. Item ad idem est. Dominus Albertus in postilla sua super Lucam, qui eundem passum exponens ita dicit. Quantum ad hoc q̄ vmbra ponit quoddam refrigerium, sunt duae glosae, vna quae dicit q̄ obumbrare est ab incentiuo vitiorum refrigerare. Incentiuum autem vitiorum est fomes, & sic virtute altissimi virgo beata fuit a fomite purgata. Et si dicatur q̄ hoc est falsum: quia ipsa fuit sanctificata in vtero ab originali peccato. Ad hoc dicendum est q̄ in vtero fuit sanctificata a peccato & ab omni sorde vitii, sed ipse fomes non fuit in ea extinctus, sed ligatus. In ipsa autem conceptione verbi fuit penitus extinctus, vt nullus esset omnino. Et hoc est quod dicit glos. Haec dominus Albertus. Item ad idem est sanctus Thomas in. 3. sententiarum in expositione lrae. di. 3. vbi ita ait. Dicitur virtus altissimi obumbrabit tibi ad significandum omnimodam extinctionem fomitis: quia per aduentum filii dei in ipsam, omnes reliquiae fomitis ab ea extirpatae sunt. Haec estirpatio, obumbratio dicitur. sicut & fomes incendium. Vmbra autem contra aestum, refrigerium praestat. Haec sanctus Thomas. ¶ Ad idem est dominus Bonauentura Cardinalis ordinis minorum, in. 3. sententiarum dist. 3. in expositione literae. vbi praedictum verbum angelicum exponens ita inquit: Virtus altissimi obumbrabit tibi potius dicit obumbrare q̄ illuminare. Obumbratio enim visum adiuuat & calorem refrigerat: Et in aduentu filii dei virgo Maria refrigerata fuit fomitis extinctione. Haec praefatus dominus Cardinalis Bonauentura. ¶ Eodem modo exponit dominus Bertrandus de turre cardinalis eiusdem ordinis in expositione euangeliorum. Vbi super illud. virtus altissimi obumbrabit tibi, sic dicit. Secundum glosam contra ardorem fomitis refrigerabit, & secundum Gregorium. 33. moralium, caro Mariae fuit obumbrata virtute altissimi, quia in eius vtero lux incorporea corpus sumpsit: ex qua obumbratione omne in se refrigerium mentis & carnis accepit. Caeterum eodem modo exponit praedictum verbum dominus Vlricus argentineñ. in lib. sententiarum suarum cap. 3. quinti tractatus ita dicens. Obumbrabit tibi. s. incentiuum fomitis, refrigerio diuinae gratiae penitus extinguendo. Et eodem modo Magister Nicolaus gorram postillator totius bibliae exponit. Quibus omnibus consyderatis apertissimum videtur colligi testimonium ex praefato angelico dicto, q̄ virgo sacratissima in originali peccato fuerit concepta: cum fomes ipse materialiter sit ipsum originale peccatum: Vt superius visum est. Vnde Augustinus in libro retracta. de verbis apostoli: vt deducit Magister sententiarum in scdo distin. 30. dicit. Semper pugna est in corpore mortis huius: quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus finiri non potest. Quae est concupiscentia cum qua nati sumus? Vitium vtiq; est quod paruulum habilem concupiscere facit. Adultum vero concupi-

Margin notes: Hugo cardin. — Glos. — Beda. — Glo. — Alber. — Glo. — Thom. — D. Bonauentura cardin. — Do. Bertrandus de turre cardin. — Glos. — Grego. — Vlricus — Mr Nicolaus gorrã. — August. — Magist.

scente reddit. Ex quibus verbis Augustini dicit Magister sententiarum dari intelligi qd sit originale peccatum.s.vitium concupiscentiæ.quod in omnes per concupiscentiam natos per Adam intrauit, eo sq vitiauit. Quod etiam Augustini testimonio confirmat dicens. Vnde Augustinus in libro de baptismo paruulorum. Adam præter imitationis exemplum occulta etiam tabe carnalis concupiscentię suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe venturos. Hæc ille. Et ita patet ꝙ cum fomes ipse essentialiter pertineat ad originale peccatum: quare cum iuxta sententiam tam sanctorum ꝙ venerabilium patrum & doctorum in virgine Maria fuerit fomes a quo virtute altissimi obumbrata & purgata fuit, necessarium est dicere ꝙ ipsa originale peccatum contraxerit. August.

¶In quo confutatur responsio exaduerso dicens ꝙ fomes & concupiscentia non sit euidens testimonium contractionis originalis peccati. Et respondetur rationibus in contrarium. Cap. 3.

QVOD autem dicitur exaduerso (scholasticæ tamen) ꝙ fomes & concupiscentia non sint euidens testimonium originalis peccati, non habet veritatem: nec rationes inductę ad hoc procedunt. Primum autem ostenditur loquendo de fomite, vt communis schola loquitur, ex quatuor. Primo ex diffinitione fomitis. Fomes autem secundum sanctum Thomam est inclinatio sensitiui appetitus in id quod est contra rationem, siue vt alii dicunt est inclinatio aptitudinalis sensualitatis in sensibile præter aut contra imperium rationis recte. Proponens vero exaduerso secundum cõmunem scholam Theologorum dicit eum sic diffiniri. Fomes est inordinata concupiscentia sensibilis appetitus repugnans rationi: faciendo difficultatem ad bonum & pronitatem ad malum. Sed manifestum est ꝙ huiusmodi habitudinalis inclinatio in paruulis qua prona est vis cõcupiscibilis vt feratur in delectabile sensus præter ordinem rationis cum sit contra naturam, & bonum hominis in ꝗtum hõ. Malũ enim hominis est ꝯtra rationem esse, Vt ait Dionysius de diuinis nominibus, sufficiens & apertissimũ testimonium est originalis peccati. Secũdo hoc idem apertissime colligitur ex multis nominibus quibus fomes ipse a sanctis, & a Magistro sententiarum in. 2. distin. 30. & doctoribus scholæ Theologicæ nominari consueuit. Dicitur enim primo fomes peccati, quasi fomentum prębens ad peccandum: sicut siccitate lignorum fouetur ignis. Secundo dicitur concupiscentia quo ad actum quo cõcupiscit aduersus spiritum. Tertio cõcupiscibilitas quę est habitualis inclinatio appetitus sensitiui delectabile secundum sensum præter imperium rõnis. Quarto langor naturæ: quia infirmitas quędam & vulnus naturę est ex subtractione originalis iustitię. Quinto nominatur tyrannus: quia exigit qd nõ debetur sibi: & vult dominari spiritui contra ordinem debitum. Sexto dicitur lex carnis quia ex carne contrahitur. Septimo dicitur lex peccati inquantum est origo omnis peccati. Octauo dicitur lex membrorum quia est propinquum mouens membra vt exhibeamus ea seruire peccato ad iniquitatem. Cui autem dubium ꝙ id de quo hęc omnia dicuntur argumentum & testimonium sufficientissimum sit in descendentibus ab Adam contraxisse originale peccatum? Thom. Diony. Magist.

¶ Ex processu Augustini & aliorum doctorum cõtra Pelagianos ostenditur propositum ꝙ.s.fomes sit euidens testimonium peccati originalis. Cap. 4.

ERTIO hoc idem ostenditur ex processu Augustini & doctorũ contra Pelagianos negantes originale peccatum, qui ex hoc ꝙ fomes reperitur in hominibus, arguunt eos originale peccatũ cõtraxisse. Vnde Augustinus in. 2. lib. cõtra Iulianum hoc medio
Auguſt. vtitur tanquã potissimo & incõuincibili, ita dicens. Cur me damnatorem dicis
Ambr. esse nuptiarum. qd dicere nõ audebis Ambrosium, si quoniam oẽs homines sub peccato nascũtur, & ipse nr̃ ortus in vitio est. Ideo Pauli caro corpus mortis erat (sicut ipse ait) quis me liberabit de corpore mortis huius. Iam tandem prospice etiam seipsum in his verbis voluisse intelligi apostolum. Ipsius ergo interior homo cum delectaretur legi dei, videbat aliam legem in membris suis repugnãtem legi mentis suæ: & propterea carnẽ suam corpus mortis esse dicebat. In ipsius ergo carne nõ habitabat bonum. Propter qd, nõ ꝙ valebat faciebat bonum: sed magis quod oderat, hoc agebat. Et tota nr̃a causa impulsa, prostrata, cõtrita, & sicut puluis quẽ proiicit ventus a facie terræ: sic a cordibus eorum quos
Auguſt. decipere ceperatis si hoc voluerint deposito studio cõtentionis cogitare proiecta est. Nũquid eni Paulus apostolus nõ erat baptizatus. An aliquid ei vel originalis vel propriorum, vel ignorantiæ, vel scientiæ remissum nõ fuerat peccatorum? Vnde ergo talia loquebatur, nisi quia id qd dixi in libro meo cui te respondisse gloriaris, oĩno verum est. Lex quippe ista peccati quæ in membris est corporis mortis huius, & remissa est regeneratione spirituali, & manet in corpore mortali. Remissa. s. quia reatus eius solutus est sacramẽto quo renascũtur fideles, manet aũt, quia operatur desideria cõtra quæ dimicant etiam fideles. Hoc est oĩno qd funditus subruit hęresim vestram. Hæc Augustinus. Ecce ꝙ August. argumẽtum sumptum ex ipso fomite qui est, lex peccati & ipsum malum in carne nostra habitans tantæ efficaciæ esse asserit vt hęresim Pelagianorum peccatũ originale negantium in paruulis; impulsam, prostratam eo esse dicat ac contritam. Quod plane minime verum esset si ita se haberet qd exaduerso dicitur, videlicet ꝙ fomes nõ est euidens testimonium in esse vel fuisse originale peccatum in eo in quo fomes esse dicitur. Item in eodẽ libro Augustini ex auctoritate Am-
Auguſt. brosii hoc idem ostendit sic dicens. Non enim vi cõsuetudinis appellabat car-
Ambr. nem suam corpus mortis apostolus: sed propter hoc ꝙ rectissime intellexit Ambrosius: quia omnes sub peccato nascimur, & ipse ortus in vitio est. Hæc ille. ¶ Item in eodem infra post prolixum sermonem eiusdem Ambrosii de hac ma-
Ambr. teria dicit sic Augustinus. Ecce fudit eloquentiæ lucidum & prospicuum flu-
Auguſt. men Ambrosius. non est vbi hęreat lector, vbi calliget auditor: manifestissime dicit Paulum ideo dixisse. quis me liberabit de corpore mortis huius: quia omnes sub peccato nascimur, & ipso ortus in vitio est. Hæc ille. ¶ Et multa huiusmodi prosequitur ex dictis apostoli in eodem libro & in multis aliis locis. Et
Alexã. de ales. ad idem facit Alexander de ales in secundo in prima. q. de originali peccato. Vbi conformiter ad Augustinum ex prædictis apostoli verbis & similibus quibus peccati fomitem se profitetur habere & in omnes alios eadem lege concupiscentiæ conceptos originale probat contraxisse peccatum: quorum rationes minus validę redderentur. Et per consequens fidei nostræ fundamenta, si fomes (vt dicitur exaduerso) non esset sufficiens testimonium origina-

lis peccati. ¶ Quarto idem ostenditur ex ratione quam sancti & doctores scholastici eos sequentes assignant, quare in Christo non fuerit fomes, quorum ratio potissima ad hoc videtur resolui: qnia testimonium est contracti originalis peccati. Vnde Augustinus libro 2. contra Iulianum ita inquit. Ex hac lege peccati repugnante legi mentis, nihil corpus christi attraxit: quia nō ex illa virgo concepit. Ex hac lege carnis repugnante legi mentis, eandem legem prima natiuitate nemo non contraxit, quia nisi ex illa mulier nulla concepit. Et ideo venerandus Hilarius ex peccato esse omnem carnem non cunctatus est dicere. Hæc Augustinus. Item ad idē est sanctus Thomas in tertia parte, quæst. 15. ar. 2. quærēs vtrum in christo fuerit fomes. Ex quibus manifestum est ꝙ fomes sufficiens testimonium est originalis peccati, videlicet ipsum in esse aut in fuisse subiecto in quo fomes dicitur esse, & per consequens argumentum doctorum quorum relator sum, quo arguunt ex fomite ꝙ beata virgo originale peccatum contraxerit, in suo robore & virtute manet. August. Hylar. Thom.

¶ Rationes ad idem inductas exaduerso, non procedere & primo primam. Cap. 15.

QVO habito consequenter ostendendum venit ꝙ rationes inductæ exaduerso non procedant, quibus proponens laborauit ostendere ꝙ fomes non esset sufficiens testimonium originalis peccati. Rationes autem & cōsyderationes inductę dimissis eis quæ ad propositum non faciunt reducuntur ad 3. quarum prima est. Quandocunque aliqua duo sic se habent ꝙ vnum potest ab alio separari, & non econuerso, potest vnum in esse subiecto absq; alio. Constat autem ꝙ necessitas concupiscendi potest separari ab originali peccato, vt in baptismo, quoniam manet absq; eo. ergo a principio etiam potuit absq; isto in esse subiecto. Patet inquit, quoniā dicitur esse prior & quodammodo causa illius. Item manifestū est ꝙ se habet vt quid communius & vniuersalius. Nam in quocunq; est peccatum inest necessitas concupiscendi: sed non econuerso. vt patet in baptizatis in quibus est fomes, nec tamen culpa originalis. ¶ Ad istam rationem supersedendo a multis quæ dici possent circa præmissas, breuiter respondetur negando consequētiam. Additur enim in consequēte aliquod. s. a principio. quod nō præcessit in aliqua præmissarum. Et ad probationem primam consequentiæ, negatur antecedēs. Nō enim videtur habere veritatem. ꝙ fomes prior sit & causa originalis peccati, loquendo in eodem subiecto, vt dicit sanctus Thomas in secūdo sentētiarum distin. 32. ar. 1. quod multipliciter ostēditur. ¶ Primo quidem ex superius proxime dictis vbi visum est qualiter Augustinus contra pelagianos ex fomite siue cōcupiscentia in hominibus probat necessitatem cōtractionis originalis peccati: cuius ratio nō videtur habere necessarium processum, si verum sit ꝙ fomes sit prior originali peccato in eodem. Secūdo ostenditur auctoritate Augu. Dicit enim Augustinus in primo libro de nuptiis & cōcupiscētia sic. Ex hac carnis cōcupiscentia, quæ licet in regeneratis iam nō deputetur in peccatum, tamen naturæ non accidit nisi de peccato. Ex hac inq̄ cōcupiscētia carnis tāq̄ filia peccati, & quando illi ad turpia cōsentitur, etiam peccatorum matre multorum, quæcunq; nascitur proles, originali est obligata peccato: nisi in illo renascatur quē sine ista concupiscentia virgo cōcepit. Hæc ille. Ecce manifeste patet ꝙ Augustinus cōcupiscentiam siue fomitem remanētem in baptizatis filiam dicit originalis pec- Thom. Augus. August.

cati;matrem vero actualium peccatorum si consentitur eidem;causam vero originalis peccati in prole quae nascitur ex eadem. Quare si fomes siue concupiscētia filia originalis peccati sit,manifestum est ꝙ nō prior nec causa originalis peccati est,sed eo posterior & sequela illius. Tertio hoc idem manifestum fit si rememorentur aliqua in superioribus dicta de cā originalis peccati. In principio.n. huius relationis ostēsum est ꝙ inordinatio virium infe tiorū quae nomine concupiscentiae importatur,& dicitur materiale in originali peccato, causatur ex deordinatione siue ex auersione voluntatis a deo. Sicut enim ordo rectitudinis impressus viribus inferioribus deriuabatur in statu innocentiae, ex ordine rectitudinis voluntatis, ita in statu corruptae naturae inordinatio habitualis virium inferiorum oritur ex de ordinatione voluntatis in quā formaliter & principaliter consistit originale peccatum. Et ita patet ꝙ fomes ipse qui praedictam inordinationem virium inferiorū importat.sequela sit originalis peccati contracti,& non econuerso. ¶ Ad secundam vero probationem respondetur ꝙ assumptum est falsum. Videlicet ꝙ fomes sit quid communius & vniuersalius simpliciter originali peccato eo modo quo de magis vniuersali cōmuniter loquimur, dicentes ꝙ vniuersalius & cōmunius est prius. Licet enim fomes sit in pluribus q̃ sit de praesenti originale peccatum: non tamen est in pluribus q̃ sit vel fuerit originale peccatū. Quare ex illo modo maioritatis & vniuersaliter quo fomes in pluribus reperitur actu, q̃ originale peccatum, nō arguitur prioritas in eo respectu originalis peccati,nec causalitas:sicut nec ex hoc ꝙ extincto igne fornacis calor adhuc remanet in fornace, potest argui ꝙ calor ignem praecesserit,& causa fuerit eiusdem.

¶ Secundam rationem ad idem exaduerso non procedere. Cap. 6.

SECVNDA ratio quae est fundamentum primae consyderationis positae exaduerso est ista. Secundum sententiam magnorū doctorum carentia originalis iustitiae est formale in peccato originali,fomes autem & concupiscentia quasi materiale dicitur. Sed materiale quod vocatur quoddam potentiale,pr̨ecedit suū constitutum. ergo concupiscentia siue fomes praecedere dicetur originalem culpam. Ad istam rationem respondetur.ꝙ licet verum sit ꝙ fomes,siue cōcupiscentia materiale sit in originali peccato,non tamen ad intellectum illum quem arguens praetendit. Cum enim dicitur.ꝙ fomes est materiale in originali peccato, & formale carētia originalis iustitiae, non capitur hic materiale(prout dominus Herueus in

D.Her. quęst. de originali peccato dicit) pro subiecto carentiae originalis iustitiae,nec pro potentiali cōstitutione essentialiter peccati originalis eo modo quo genus venit in constitutionem speciei. Primum patet,quia subeictum originalis iustitiae siue carentiae illius dicitur esse essentia animae siue voluntas animae. Secundum etiam patet ex eo ꝙ fomes subiecto distinguitur a formali ipsius peccati originals. Fomes nanq; ponitur in parte sensitiua, formale vero.s. carentia originalis iustitiae in voluntate. Sed constat ꝙ ea quae concurrunt ad constitutionem alicuius vnius per modum assignatum,sunt vnum subiecto. Vt in 6.topicorum dicit Aristoteles. Non igitur videtur ꝙ fomes ita materialiter concurrere dicatur ad originale peccatum, sicut vnum potentiale concurrit cum aliquo formali principio ad constitutionem alicuius termini. Sed dicitur materia

le(vt dicit præfatus doctor) eo modo quo minus principale dicitur materiale, formale, vero quod principalius est vel materiale dicitur. Secundo modo prout subiectum alicuius operationis dicitur materia circa quam opus eius debet exerceri. Et sic inordinatio concupiscentiæ dicitur materiale in originali peccato. Est enim defectus proueniens ex carentia originalis iustitiæ, quæ appetitum sensitiuum debebat regulare. Quod autem est hoc modo materiale respectu alicuius, non oportet ꝙ præcedat illud prioritate perfectionis & causalitatis: sed sequitur sicut quoddam derelictum ex illo. Quod nobis plenius & clarius innotescet si consyderemus quomodo materiale & formale se habeāt in iustitia originali. Erat autem in iustitia originali, vt dicit sanctus Thomas in 2. distin. 32. ar. 1. aliquid formale. s. ipsa rectitudo voluntatis: & secūdum hoc sibi opponitur culpæ deformitas in originali peccato. Erat etiam in ea aliquod materiale. s. ordo rectitudinis impressus viribus inferioribus. Et quantum ad hoc opponitur sibi fomes & concupiscentia. Sed notū est ꝙ in iustitia originali materiale. s. ordo rectitudinis impressus viribus inferioribus, non erat prior nec causa rectitudinis voluntatis: immo econuerso, ergo similiter iudicādum est de materiali & formali in originali peccato, cum per habitum iudicium sumendū sit de priuatione: maxime cum talis ordo in primis parentibus descriptus nobis sit in quo lapsu iste ordo fuit. Primo enim fuit in eis inobedientia siue auersio volūtatis a deo, & deinde consequuta est inobedientia inferiorum virium & rebellio ad rationem: dicente beato Ambrosio, & ponitur in glo. Rom. 7. legitime factum est, vt qui non obediunt suo superiori eis nō seruiat suum inferius: iustissime factum est vt ex quo ratio se substraxit a deo, ꝙ inferiores uires rebellēt rationi. Ex quibus patet ꝙ talis est ordo in contractione originalis peccati, videlicet ꝙ primo intelligatur auersa ratio a deo in quo stat formale & principale ipsius peccati originalis. Secundo tanꝗ effectus, rebellio inferiorum virium ad rationem: in quo stat materiale ipsius peccati. Tertio intelligitur inobedientia corporis ad animam: in quo fundatur necessitas moriendi. Et ita salua pace vacat consyderatio quam habet in hac re proponens exaduerso. Thom. Ambr. Glo.

¶ Tertia ratio ad idem exaduerso producta confutatur. Cap. 7.

TERTIA ratio siue consyderatio ad quam resoluuntur multa quę exaduerso prolixo sermone in diuersis consyderationibus dicuntur est, ꝙ fomes sicut & necessitas moriendi, & aliæ huiusmodi pœnalitates, non est pœna originalis peccati contracti personaliter sed est pœna peccati illius quod fuit in primo parente. Hæc autem consyderatio multum distare videtur & a veritate & a communi theologorum consyderatione. Communis quidem videtur esse sanctorum doctorum consyderatio ꝙ cōcupiscentia & necessitas moriēdi pœna sint etiam originalis peccati contracti. De concupiscentia autem, superius inducta sunt testimonia & Augustini & beati Ambrosii. Vbi in secundo libro contra Iulianum dicit Ambrosius. Quoniam omnes homines sub peccato nascimur: & ipse noster ortus in vitio est, ideo Pauli caro corpus mortis erat: sicut ille ait. Quis me liberabit de corpore mortis huius. In quibus verbis clarissime ostendit beatus Ambrosius. Fomitem ipsum ex originali peccato in nobis nasci. De necessitate vero moriendi dicit idem Apostolus Roma. 5. Per vnum hominem in hunc mundum pecca- August. Amb.

rum intrauit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit in quo oës peccauerũt. Vbi glo. ordinaria quæ est August. ita dicit. Merito per eum. s. Adam mors pertrãsiit: quia causa mortis in oës per eum intrauit. i. peccatum. Quam plane auctoritatem si cum glo. respexisset proponens exaduerso, nequaq̃ eam induxisset in fauorem sui. Item Augustinus primo libro cõtra Iulianum ait. Quis mortalium non ad istam culpam casumq; pertineat quo cecidit primus homo de vitæ perennitate: quã si nõ peccaret acceperat: si diabolus oës qui immortales esse poterãt facit mortales. Vnde paruuli moriuntur, si obnoxii peccato primi illius hominis nõ sunt. Item Gregorius. Quilibet traxit saccũ & meritum sacci. Saccus dicitur ipsa mortalitas, meritum sacci ipsa culpa. Ecce manifestum testimonium ꝙ necessitas ipsa moriendi, pœna etiam in paruulis est respectu originalis peccati personaliter cõtracti. Idem etiam est sententia sancti Thomæ & Alexandri de ales & Alberti, sicut inferius cum de pœnalibus sermo fiet plenius videbitur. Verum ad videndum qualiter peccato originali debeatur diuersitas pœnarum, notandum cũ sancto Thoma in. 2. di. 32. ar. 2. Vbi quærens an pœna originalis peccati remaneat post baptismum, dicit ꝙ peccatum originale primo & per se est infectio naturæ: & per cõsequẽs inficit personam, secũdũ ꝙ dispositio naturæ in personam redundat. Et secundum hoc duplex pœna debetur originali peccato. Vna inquãtum personam inficit. s. carentia diuinæ visionis. Alia debetur sibi inquantum naturam inficit, sicut necessitas moriẽdi & rebellio carnis ad spiritum. Per baptismum autem pœna tollitur quæ personæ debetur. s. carentia diuinæ visionis, nõ autem baptismus remouet infectionem naturæ secundum ꝙ ad naturam refertur, sed hoc erit primo quando natura perfectę libertati restituetur. Hæc ille. Et huiusmodi doctrinæ est quasi tota schola eximiorum patrum antiquorum theologiæ in qua innuitur ꝙ cõcupiscentia & aliæ pœnalitates sunt etiam pœnæ respectu ipsius originalis peccati cõtracti personaliter. Nec cõtra hæc militat (sicut videtur proponẽti exaduerso ꝙ Augusti. dicit in Enchiridiõ. videlicet ꝙ mitissima pœna est eorum qui præter peccatum quod originaliter cõtraxerũt nullum insuper addiderũt, quoniã ex hoc ꝙ taliũ post hãc vitam mitissima pœna esse dicitur, nõ negatur, quin in præsenti vita aliqua pœna temporalis sensibilis respondeat originali peccato per eos contracto, vt deducit sanctus Thomas in secundo sententiarum dist. 33. & ex cõi tam sanctorũ q̃ doctoꝝ principaliũ in schola theologię inferius ostendetur. Ex quibus clarissime patet ꝙ rõ illa irrefragabilis est qua arguitur. Beata virgo Maria habuit fomitem innatum. ergo originale peccatum contraxit. Et ita ex auctoritate superiori Euangelica, & Angelico testimonio, iuxta sanctorum & venerabilium patrum & doctorum intelligentiã manifestum colligitur argumentum intentionis doctorum quorũ relator sum. Videlicet ꝙ virgo Maria contraxit originale peccatum.

Glo. August. August. Gregor. Thom. Alex. de Ales. Alber. Thom. Thom.

¶ Principale propositum probatur auctoritate beatæ virginis Luc. primo. Cap. 8.

SEXTO hoc idem ostenditur. auctoritate scripturæ sanctæ, testimonio ipsius sacratissimæ virginis. Dicit enim ipsa Luc. 1. Magnificat anima mea dominũ. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Super verbo magnificat. ita inquit Bernardus, in expositione quam fecit super præfatum canticum, vt Vincentius. historialis testatur in libro quem

Bernar. Vincentius historialis

de laudibus

de laudibus beatæ virginis ex dictis sanctorum ordinauit. Magnificat inquit ergo dominum anima mea, quia magnifice a magnifico domino est magnificata. In primis quidem ad imaginem & similitudinē dei mirabiliter creata. Post hæc in Adam mirabiliter deformata, nunc autem mirabilius, gloriosius, ac magnificentius renouata. Magnificat ergo dominū voce, opere, affectu. Magnificat quidem dominum omnis creatura: sed anima mea super omnia. Inter omnem quidem creaturam nihil magnificauit dominus sicut animam meam. Super verbo vero. exultauit spiritus meus in deo salutari meo. dicit glo. interli. i. saluatore. Et dominus Hugo de sancto Victore super magnificat, ita dicit (vt testatur præfatus Vincētius in prænominato libro.) De saluatione quam humano generi præparari nūc video, totis præcordiis exulto. Video nanq; assumi de me quod credo pro me debere offerri. Hæc ille. Quare beatus Augustinus in sermone assumptionis eiusdem sacratissimæ virginis, qui incipit si omnium nostrum membra verterentur in linguas, sic de ea loquitur. Hęc enim mirabili & inæstimabili modo oium & suum peperit saluatorē cōem cum aliis. Manifeste igitur eiusdem virginis testimonio arguitur ꝙ ipsa aliquando alicuius peccati ægritudine fuerit infirmata, non actualis: vt omnium fides habet. ergo originalis. Patet hoc. quoniam infirmitas siue ægritudo peccati præsupponitur in esse omnibus qui per christum saluati siue sanati esse dicūtur, sicut superius demonstratum est. Et patet etiam per illud Augustini in libro de natura & gratia, vbi disputans cōtra hæreticum paruulos originale peccatum contrahere negantem, ita dicit. Videte quæso quomodo nesciens nitatur euertere medicinalium eloquiorum voces saluberrimas. Ego dixi domine sana animā meam quia peccaui tibi. Quid sanatur si nihil est vulneratum, nihil sauciatum, ac vitiatum. Porro si est quod sanetur, vnde vitiatum est. Et infra in eodem capitulo. Cū illo igitur potius obsecro disputa si potes qui dixit. Non est opus sanis medicus sed ægrotātibus. Non veni vocare iustos sed peccatores; Vbi iustos, vtiq; sanos: peccatores autē appellat ægrotos. Cernis ne quo tendat, & quo nam se porrigat hæc disputatio? Vt omnino frustra putetur dictum. vocabis nomē eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Quomodo enim saluum faciet, vbi nulla est ęgritudo? Sequitur. O frater. bonū est vt memineris te esse christianum, Crede ista. Hæc Augustinus. Ex quibus manifesta & clarissima videtur facta esse res ipsa super qua disputamus. Merito quidem omnis iam dubitatiōis causa in hac re cessare videtur. vbi tantorum testimoniorum interuenit splendor. Ecce testimonia in speciali & spiritus sancti in scriptura sancta loquentis & archangeli Gabrielis & ipsius sacratissimæ virginis: quæ iuxta expositionem & sanctorum & doctorum, ac venerabilium patrum in ecclesia dei manifeste innuunt virginem beatissimam originale peccatum contraxisse.

Hugo. Vincēt. historialis. August. August.

¶ In quo ponuntur sanctorum doctorum auctoritates: quæ in speciali testantur beatam virginem Mariam originale peccatum cōtraxisse. Et primo beati Augustini, cum confutationibus quorundam responsionum quæ dantur ex aduerso. Cap. 9.

SVPEREST iam iuxta pollicitum ordinē in superioribus, post auctoritates sacræ scripturæ, sanctorum doctorum auctoritates in medium adducere quæ in speciali de beata virgine testantur. Lo-

quentes eam peccatum originale contraxisse. Et exordiar ab illis beati Augusti ni super geñ. ad literam quæ per venerabilem collegam meum inductæ fuerũt in sua relatione, vt in primis responsa data. exaduerso adeas confitentur. quo

August. nobis facilior via paretur ad sequentes. In primis beatus Augustinus singularis splendor ecclesiæ & sacrarum scripturarum profundissimus perscrutator libro 10. super geñ. ad literam tractans quomodo illud Salomonis dictum. s. sapieñ. 8. sortitus sum animam bonam, & cum essem magis bonus veni ad corpus incoinquinatum, possit cõuenire domino nostro secundum humanam quæ a verbo assumpta est creaturam, dicit sic. Quid incoinquinatius isto vtero virginis: cuius caro & si de peccati propagine venit, non tamen de peccati propagine concepit. vt ne in ipsum quidem corpus xpi ea lex sæuierit in vtero Mariæ: quæ in membris posita corporis mortis, repugnat legi mentis: quam sancti patres coniugati refrenantes, non quidem nisi quousq; licebat eius impetum pertulerunt. Hæc Augustinus. Vbi afferens virginem benedictam venire de peccati propagine, manifeste innuisse videtur eam originale cõtraxisse peccatũ. ¶ Sed ad istam auctoritatem respondetur sic exaduerso. ꝙ Augustinus hic duo dicit. Primum est, ꝙ caro beatæ virginis Mariæ de propagine peccati venit. Secundum, ꝙ corpus christi non est conceptum per legem concupiscentiæ. Et dicit cõsequenter ꝙ ex nullo istorum sequitur intentum arguẽtis. ¶ Sed ista respõsio non satisfacit sed in multis deficit. Primo quidem in hoc ꝙ non bene ponderat dictum Augustini. Plura enim Augustinus ponit in auctoritate prædicta, q̃ proponens exaduerso ponderauerit. Tria enim ponere videtur. Primo quidem ꝙ caro beatæ virginis venit de propagine peccati. Secundo, ꝙ ipsa nõ concepit Christum de peccati propagine. Tertio ꝙ ideo non sæuit in corpus Christi lex quæ in membris posita corporis mortis, repugnat legi mentis. In quibus verbis manifeste apparet ꝙ intẽtio Augustini fuit dicere ꝙ in omnem carnem quæ de peccati propagine venit sæuiat lex peccati. Alias non videtur habere veritatem quod ait. s. ꝙ virgo Maria ideo de peccati propagine christum nõ cõceperit ne in corpus xpi lex sæuiret quæ in mẽbris posita corpis mortis, repugnat legi mentis. Cum ergo dicat Augustinus ꝙ virgo Maria de propagine peccati venerit, necessarium est dicere secundum eum ꝙ lex peccati quæ repugnat legi mentis, fuerit in ea, quæ habitualis concupiscentia dicitur. Cõcupiscentia autem habitualis cum sit vel materiale in originali peccato, vel sequela eius, verissimum est testimonium contractionis peccati. Vt superius visum est. ¶ Secundo responsio, data exaduerso deficit in hoc ꝙ dicit ꝙ ex hoc ꝙ caro virginis venit de propagine peccati, non sequatur ꝙ eius persona contraxerit originalem culpam. Stat enim (inquit) carnem virginis venisse de propagatione peccati, & animam eius siue personam nunq̃ infectam fuisse originali culpa: quia caro illa poterat dici caro peccati: quia in ipsa (iuxta multorum sententiam) erat tunc vis in ea transfusiua originalis peccati. ¶ Quod autem ista responsio deficiat & stare nõ possit iuxta intentionem beatissimi Augustini, licet ex ipsa serie auctoritatis, & ex iam dictis satis sit manifestum, deducitur tamen hoc aliis testimoniis eiusdem Augustini, vt veritas ipsa clarior fiat. Dicit enim Augusti-

August. nus libro primo de nuptiis & concupiscentia. Omne itaq; nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi. Proles fides & sacramẽtum. Prolem cognoscimus ipsum dominum nostrum Iesum Christum. Fidem, quia nullum adulterium; Sacramentum quia nullum diuortium. Et inferius. Ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat sine ista carnis concupiscẽ

tiā quæ accidit ex peccato.sine qua cócipi voluit qui futurus erat sine peccato, non in carne peccati. Vt hinc etiam doceret,omnem quæ de concubitu nascitur carnem esse peccati,quando quidem sola quæ non inde nata est nō fuit caro peccati.Quáuis cóiugalis cócubitus qui fit intētione generādi;nō fit ipse peccatum. Hæc Augustinus, Vbi tria ponit quæ luce clarissima videntur nedum responsionem exaduerso infringere,sed etiam rem de qua quærimus facere manifestam. Primo ponit ꝙ ideo nuptialis cócubitus nō fuit in cóceptione Christi: quia in carne peccati fieri nō potuit sine illa carnis cócupiscētia quæ accidit ex peccato. Secundo quod sine tali cócupiscētia cócipi xp̄s voluit: vt hinc doceret omnem quæ de concubitu nascitur,carnem esse peccati. Tertio ꝙ idem est esse sine peccato,& nō in carne peccati,sed in similitudine carnis peccati.Ex prima propositione sequitur ꝙ cóceptio beatæ virginis nō fuit sine carnis cócupiscētia quæ accidit ex peccato.Ex secūda propositione (quam dicit Augustinus esse doctrinam Christi) sequitur ꝙ caro virginis fuerit caro peccati.Ex tertia sequitur ꝙ ipsa virgo Maria aliquando habuerit originale peccatum,ex quo fuit caro peccati: quia pro eodem hæc accipit Augustinus. Vnde sanctus Thomas in tertia parte quæst. 27.ar.2.ad tertium argumentū respondendo dicit. Q̄d & si parentes beatæ virginis fuerunt mundati a peccato originali,nihilominus tñ beata virgo cótraxit originale:cū fuerit cócepta secūdum carnis cócupiscentiā, & ex cómixtione maris & fœminæ. Dicit enim Augustinus in, libro de nuptiis & cócupiscentia. Omnem quę de cócubitu nascitur carnem esse peccati. Hęc sanctus Thomas. Ex quibus patet ꝙ ista cósequentia secūdum Augustinum habet necessitatem caro virginis venit de propagatione peccati,ergo eius persona contraxit originale peccatum,quæ fuit cósequētia prima probāda. ¶ Quod etiam ex aliis testimoniis eiusdem Augustini in loco prænominato manifestum fit. Dicit enim sic ibidem. Ex hac ergo cócupiscentia carnis quod nascitur,vtiq; mundo non deo nascitur. Hæc ille. Clarum est aūt ꝙ hoc de cōtractione peccati dicitur in quo cócipitur quicūq; ex tali cócupiscentia carnis siue ex peccati propagine cócipitur. Item infra. Ex hac carnis cócupiscentia quę licet in regeneratis iam nō deputetur in pctīm;tñ naturæ nō accidit nisi ex peccato. Ex hac (in quam) concupiscentia carnis tanꝙ filia peccati.& quando illi ad turpia consentitur.etiam peccatoꝝ matre multoꝝ. quæcūq; nascitur proles originali est obligata pctō,nisi in illo renascatur;quem sine ista cócupiscētia virgo cócepit. Propterea qñ nasci est in carne dignatus,sine peccato solus est natus. Hæc Augu. Ex quibus manifestū est ꝙ intentio Augu.dicendo beatā virginem de propagatione peccati venisse,fuit dicere eam in origi. pctō fuisse cóceptā, maxime cū beatissima virgine noiata,dicat solū xp̄m sine peccato natū:quia nō de illa peccati propagine venit. Dicit insuper ꝙ ideo xp̄s qui futurus erat sine pctō,de cócupiscentia carnis cócipi noluit,vt doceret omnē carnē ex cócupiscentia carnis venientē esse peccati. ¶ Q d vero dr̄,exaduerso ꝙ caro virginis poterat dici caro peccati:quia iuxta multoꝝ sniam in ea erat vis trāsfusiua originalis peccati,nō habet apparentiā. Tū quia (sicut iam ex dictis manifeste ostēsum est) Augu. pro eodem habet carnē peccati nasci,& pctm̄ originale cōtrahere. Hanc ēt dicit sanctus Thomas esse intelligentiā Augu. cū ait. Oēm quæ de cócubitu nascitur carnē esse peccati,vt patet in eo qd proxime de tertia eius parte inductū est; Verum hoc infra plenius ostēdetur. vbi cōfutabitur ea quæ exaduerso inducūtur de carne peccati;quę cōtra cōem doctrinā scholæ theologię,& (vt vr̄) cōtra intētionē sctōꝝ videtur eē dicta. ¶ Q d aūt exaduerso vltimū dr̄, ꝙ nō est habitudo necessi

(margin notes: Thom. — beside "quitur ꝙ ipsa virgo Maria…"; August. — beside "ex aliis testimoniis…"; Thom. — beside "eodem habet carnē peccati…")

ne sua contraxisse originale peccatum. Praeterea etiam dato ꝙ Augusti. loqueretur in illo verbo de puritate pro tunc immunitatis ab originali peccato, non videtur valere ista consequentia. Nihil est incoinquinatius vtero virginis. ergo non contraxit originale peccatum. Indifferens.n. esse videtur ad hoc ꝙ aliquid dicatur incoinquinatius alio, qd non fuerit vel ꝙ fuerit prius pro aliquo tempore sub aliquo inquinamento, sicut manifeste potest deduci exempla/riter tam in corporalibus inquinamentis ꝙ in spiritualibus. Vnde propheta sanctus qui prius dixerat. Ecce. n. in iniquitatibus cõceptus sum & in peccatis concepit me mater mea. Paululum infra ait. Asperges me domine ysopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Et de apostolis qui & originalibus & actualibus antea fuerunt iniquitatibus sordidi canit ecclesia. Candidiores niue, nitidiores lacte, & rubicundiores ebore antiquo, quae tamen dicta & innumera quasi alia sacrae scripturae, veritatem habere non possent si consyderationes exaduerso in hac re veritatem haberent. ¶ Caeterum etiam quae exaduerso inducitur de primo angelo, & de diabolo, & de primo homine, & de prima muliere, ad propositum non suffragatur inducenti, pro tanto quia in illis non fuit carnalis propago vnius ab alio: sicut nunc in hominibus est rõne cuius aliqua contrahitur hic macula per originem quae non est in illis.

¶ Secunda auctoritas Augustini defenditur. Cap. II.

QVINTO adidem est principaliter auctoritas secũda Augustini in decimo libro super Geñ. ad literam ita dicentis. Proinde corpus christi, ꝗuis ex carne foeminae assumptum est, quae de ipsa carnis peccati propagine concepta fuerat, tamen non sic in ea conceptum est quomodo fuerat & illa concepta: nec ipsum erat caro peccati, sed similitudo carnis peccati. Non enim accepit inde reatum moriendi: qui apparet in motu carnis non voluntario, aduersus quem spiritus concupiscit, sed accepit inde nõ quod contagioni praeuaricationis congrueret, sed in quod exsoluendae indebitae morti & ostendẽdae promissę resurrectionis sufficeret: quorum vnum nobis ad non timendum, alterum ad sperandum valeret. Haec Augusti. In quibus verbis cum Augusti. dicat. proinde quia corpus christi nõ fuit cõceptum de propagine carnis peccati queadmodũ virgo Maria cõcepta fuit, ꝙ ideo ipsum corpus xp̃i nec erat caro peccati, nec accepit reatũ moriendi qui apparet in motu carnis nõ voluntario, aduersus quẽ cõcupiscit spiritus, apertissime habetur arguendo a contrario sensu ꝙ ex quo beata virgo secundũ ipsum Augustinũ ex propagine peccati concepta fuit ꝙ ipsa & caro peccati fuerit, & acceperit in cõceptione sua reatum moriendi qui apparet in motu carnis non voluntario aduersus quem cõcupiscit spiritus, & per cõsequẽs ꝙ originale peccatum contraxerit. cũ reatus moriendi in proposito hoc dicat. ¶ Sed ad istam auctoritatem & rõnem respondetur primo sic exaduerso. Quod ex hoc ꝙ caro virginis fuerit cõcepta alio modo ꝗ xp̃i caro, nõ arguitur in ea fuisse originale peccatũ. Scdo quia magna differẽtia est inter necessitatem moriendi & peccatũ originale, cũ hoc in christo fuerit, & aliud nõ. ¶ Sed hę responsiones in nullo satisfaciunt. Non quidem prima parte: qm̃ licet iste modus arguendi sic in cõi nõ sit validus, caro virginis fuit alio modo cõcepta ꝗ caro christi. ergo cõtraxit virgo Maria originale p̃ctm̃: efficacissimus tñ videtur esse modus arguendi qui sumitur ex modo quẽ beatissimus Augustinus obseruat in auctoritate praefa

ta q̃ est iste. Corpus xp̃i (vt dicit Augustinus) quia nõ est cõceptũ sicut caro virginis fuit concepta, ipsum nec fuit caro peccati, nec accepit inde reatum moriendi, qui apparet in motu carnis, ergo beata virgo in conceptione sua fuit caro peccati & accepit reatũ moriẽdi: quia sicut oppositũ de opposito & propositũ de proposito. ¶ Scdo hec scda rñsio data satisfacit in ea parte in qua dicit ꝙ dñia est inter necessitatẽ moriẽdi & pc̃m originale: qm̃ licet hoc verũ sit, ad propositũ tñ nihil facit ꝙ hic reatus moriẽdi ſm intentionẽ Augu. nõ dicit necessitatẽ moriendi. Q đ patet ex duobus, tũ ex eo quia Augu. expresse dicit in auctoritate prefata ꝙ xp̃s nõ accepit reatũ moriendi: cõiter tñ dr ꝙ accepit necessitatẽ moriendi. Scdo patet quia ipsemet Augu. exponẽs quẽ noĩauerit reatũ moriendi, inquit, qui apparet in motu carnis nõ volũtario, quãuis volũtate superãdo, aduersus quẽ spiritus cõcupiscit. Clarũ est autẽ ꝙ hoc nõ est necessitas moriẽdi, sed ipsum originale peccatũ siue fomes peccati, siue cõcupiscentia ipsa: quæ oĩa idem sunt essentialiter, vt superius visum est. Quare August. cũ hic clarissime innuat beatissimã virginẽ in originali peccato cõceptã fuisse, rõnabiliter cõclusum est per collegam meum intentionem eiusdem Augu. esse ꝙ in propositionibus vniuersalibus de originali peccato loquentibus, virgo Maria semper conclusa intelligenda veniat.

¶ Tertia auctoritas Augustini defenditur. Cap. 12.

TERTIA auctoritas ad idẽ est eiusdẽ Aug. loco pręallegato vbi sic ait. Scdm rõnẽ illam quippe seminalẽ ibi fuit Leui: quia ea rõne per cõcubitũ venturus erat in matrẽ: scdm quã rõnem nõ erat xp̃i caro: q̃uis scdm ipsam ibi fuerit Marię caro. Quapp nec leui nec xp̃s in lumbis Abrahę fuit scdm animam; scdm carnẽ vero & leui & xp̃s. Sed leui secundũ cõcupiscentiam carnalẽ, xp̃s aũt secũdum solam substantiã corporalem. Cũ.n. sit in semine & visibilis corpulentia & rõ seminalis. Ideo vtrũq; concurrit ex Abrahã, vel ẽt ex ipso Adam vsq; corpus Mariæ: quia & ipsum eo modo cõceptũ & exortum est. Xp̃s autẽ visibilis carnis substantiã de carne virginis assumpsit, rõ vero cõceptionis nõ a semine virili, sed longe aliter ac desup venit. Hæc August. ¶ In qua auctoritate clarissime innuit Aug. beatissimã virginem cõceptam fuisse in originali peccato. cum eam asserit secundũ seminalẽ rõnem fuisse in Adam, & scdm eandẽ ab eo descendisse. Quod manifestũ fit si verba, quę parũ infra prosequendo intentionẽ suam Augustinus dicit, attendatur. Dicit autẽ sic. Eadem nãq; caro nõ Abrahę tantũ sed ipsius primi terreniq; hominis simul habebat & vulnus pręuaricationis, & medicamentũ vulneris. Vulnus pręuaricationis in lege mẽbrorũ repugnante legi mentis quę per oẽm inde propagatam carnẽ seminali rõne quasi transfunditur. Medicamentum aũt vulneris in eo solo qui sine opere cõcupiscentiali, in sola materia corporali ꝓ diuinam cõceptionis formationisq; rõnem de virgine assumptũ est, propter mortis sine iniquitate cõsortiũ. & sine falsitate resurrectiõnis exẽplũ. Hæc Augustin. Ex quibus verbis manifestũ est qđ quęritur, sic arguendo. In omnem carnem ab Adã seminali rõne propagatã, descendit vulnus pręuaricationis: medicamẽtum autem vulneris in eo solo qui sine opere concupiscentiali, sed sola diuina operatione descẽdit. Sed virgo Maria seminali rõne propagata fuit ab Adam. ergo in eadem descendit vulnus pręuaricationis. Consequentia est formalis, & antecedens pro vtraq; parte est Augustini in auctoritate prædicta. ¶ Ad istam

auctoritatē respondetur exaduerso dupliciter. Primo ꝙ in oībus his auctoritatibus Augustinus ad hoc videtur solū aut principaliter intēdere ꝙ differens modus est cōceptionis virginis & alioꝝ, a modo quo xp̄s fuit cōceptus. Hoc autē nullus negat. ¶ Sed hęc rn̄sio in nullo satisfacit. Non.n. habet veritatē hoc qd dicitur videlicet qd August. solum hoc aut principalr̄ hoc intenderit in auctoritatibus inductis ex lib. 10. super Gen̄. ad literam. ꝙ differens modus est conceptionis virginis & alioꝝ hoīum a modo quo xp̄s fuit cōceptus. Hoc.n. falsum est, vt patet vnicuiꝗ legenti librum præfatū August. Immo hoc maxime intendit ostendere ibi August. videlicet ꝙ vniuersi ab Adam secundū seminalē rōnem descendētes, vulnere prçuaricationis eius cōcipiantur percussi: a quoꝝ numero xp̄m probat esse exemptum pro eo ꝙ nō scd̄m seminalē rōnem sicut cæteri homines ab Adā descēderit. Vnde in principio prçfati libri ita habet. Iam quidē ordo ipse rē exposcere vt de peccato primi hoīs dissera mus. Ecce qualr̄ ex titulo libri manifestū fit ꝙ intentio Augu. fuit loqui de peccato originali: & ex differenti modo procedendi ab Adā ostendere qui illius peccato vulneratā suscipiebant cōceptionem, & qui non. Prçterea mirū esset ꝙ August. tam subtilem & acutum processum tenuerit in præfato libro ad ostendēdū solum siue principaliter id quod cunctis fidelibus etiam simplicissimis notum est. Plane vniuersis ꝗ nouerunt ꝙ xp̄s nō de virili semine sed spū sancto conceptus est, & ꝙ virginis beatissimę pr̄ fuit Ioachin, notū est ēt ꝙ differēs modus fuit cōceptionis christi a modo cōceptionis beatę virginis & alioꝝ hoīum. Nec ad hoc ostendendū erat opus ꝙ beatus Aug. fecisset tā longū tractatū. Manifestū est ergo ꝙ aliquid aliud fuit principalius in intentione Aug. q̄ id quod dr̄ exaduerso.

¶ Proponitur & reprobatur alia responsio exaduerso ad prædictas auctoritates. Cap. 13.

PRÆTEREA scdo rn̄detur exaduerso ad antedictā auctoritatē August. sic ꝙ si oino instetur dicendo ꝙ Augu. hic intēdit de peccato originali, & ꝙ sua intētio fuit ꝙ ad virginē aliquo mō ipsum peccatum originale pertineat, dicendū (inquit) ad aliquā pertinere originale peccatum intelligi pōt quadrupliciter, vel quantū ad reatū, vel cōtrahendi modum, & sic pertinet cōmuniter ad omnes ex Adam seminaliter descendentes. Aut nec quantū ad reatum, nec contrahendi modū. & sic refertur ad xp̄m. Tertio quantū ad reatum sed nō quantū ad contrahendi modū, & sic pertinet ad primū hoīem in quo fuit reatus culpę, sed nō modus cōtractionis. Vel quarto q̄tū ad cōtrahēdi modū, sed nō quātū ad cōtrahēdi reatū. Et sic intelligēdo sane, posset dici ptinere ad beatā virginē. Suus.n. modus cōceptiōis erat modus cōtrahendi originale peccatū, nisi subuenisset diuina virtus cū singulari dono suę grāe præueniēdo cōtractionē originalis culpæ. Et de isto mō cōtrahendi, pōt intelligi oēs hic inductę auctoritates. Hoc satis cōe est (inquit) in Theologia ꝙ participans alterius modo, quasi pro eodē putatur sicut de Iacob, qa pilosꝗ manus expresserūt similitudinem Esau. Gen̄. 27. Et Tamar meretrix: quia ad mo᷑ meretricis in biuio sedit. Gen̄. 38. & Dauid stult. s. primi Regū. 21. & christus ebriosus ac publicanorū & peccatorum amicus. Ysa. 53. & Luc. 7. Hæc responden᷑ exaduerso. ¶ Hæc autem responsio nō satisfacit, immo est in multis defectuosa. Primo quidem in diuisione nouella quam sine fundamento quodā facit de quadruplici modo quo peccatū originale pōt intelligi ad aliquē pertinere. Et deficit ista diuisio in tribus membris eius. Primo quidem in

ſcdo q̄m nō videtur bñ ſecurum includere xp̄m inter eos ad quos aliquo modo originale peccatū, ad eū nullo modo pertinebat. Quare videtur implicatio cōtradictionis in verbis exaduerſo. Scdo deficit prædicta diſtin. in tertio mēbro: q̄m falſum eſt ꝙ peccatū originale pertinuerit ad primum hoīem quantum ad reatum. Reatus enim qui fuit in Adā nō fuit reatus peccati originalis ſed actualis Originale quidem peccatū ab origine dr̄ quaſi per originem tractum. Vt enim Anſelmus dicit in principio libri de cōceptu virginali: Originale quidē ab origine denominari dubium nō eſt. Habere autem aliquid per originem ab alio homine, primo homini non cōuenit. Tertio deficit in quarto mēbro. Nō enim videtur habere apparentiam ꝙ peccatum originale pertinere dicatur ad hominē qui nunq̄ reatu originalis peccati fuit obnoxius: quantūcūq; propagationis modum cum aliis hominibus cōmunē habuit. Falſe. n. diceretur lepro ſus qui pręſeruatus fuit ne ex corrupto ſemine leproſus efficeretur, quantūcūq; ex cōditione ſeminis debuiſſet eſſe leproſus. Et ita videtur in propoſito. Falſo enim & periculoſe diceretur caro peccati, aut in originali peccato quis conceptus qui nunq̄ veraciter actu fuerit aliquo peccato conſtrictus. Quocirca apparet ꝙ hmōi adinuentiones diſtinctionum ad fugiendum apertiſſima teſtimonia ſanctorum patrū de re qua quęrimus, cum nec in auctoritate ſcripturæ, nec in doctrina ſanctorum, nec etiam hoc cōmunis ſchola Theologorum habeat: nec in euidenti rōne aliqua fundentur, abiiciendę ſunt & nō curandę. ¶ Secundo deficit reſponſio data exaduerſo per fallaciam petitionis principii. Præſupponit enim principium totius diſputationis pręſentis. videlicet ꝙ beata virgo Maria pręſeruata fuerit dono ſingularis gratiæ ne peccatum originale cōtraheret. ¶ Tertio deficit in hoc qd dicit ꝙ de iſto modo pertinēdi originale pec catum ad aliquē rōne ſolius modi propagationis, poſſunt intelligi omnes auctoritates Auguſtini deſignantes beatā virginē contraxiſſe originale peccatū. Hoc. n. nō poteſt ſtare. Qd patet tam ex forma auctoritatum q̄ ex intentione beati Auguſtini quā habet in proceſſu pręfati libri. Forma autē auctoritatum: (vt viſum eſt manifeſte) inſinuat beatam virginē de propagine peccati deſcendentem etiā carnem fuiſſe peccati, & reatum habuiſſe moriendi, & vulnus pręua ricationis incurriſſe cum cæteris qui ſecundū ſeminalē rōnem ab Adam deſcenderunt, qd vulnus ſanandū erat per chriſtum, qui ſolus non ſecundū ſeminalem rōnem ab Adā deſcendens, medicamentū extitit vulneris. Manifeſtū eſt autem ꝙ talia verificari nō poſſunt de beata virgine ſi pręſeruata fuit ne originale peccatum contraheret, ſicut ſæpe numero in ſuperioribus repetitum eſt. Secūdo hoc idem patet ex intentione Auguſtini quā in pręfato libro proſequitur: quæ eſt (vt ante parum dixi) oſtendere & probare ex eo ꝙ chriſtus nō de propagine peccati eſt conceptus, ꝙ caro eius non fuit caro peccati, nec habuerit legē peccati cōtradicentē legi mentis: nec habuerit reatū moriēdi: nec præuaricationis vulnus: ſed fuerit medicamētū vulneris. Cuius probatiōis profecto virtus nulla eſſet ſi vera eſſent quę dicuntur exaduerſo. Vt clariſſimum eſt dicta Auguſt. con ſyderantibus. ¶ Quarto deficit rñſio in hoc ꝙ vltimo inducit in confirmatione dictorū videlicet ꝙ ſatis eſt cōe in Theologia, ꝙ participans alterius modo, quaſi pro eodē putatur. Falſum. n. eſt hoc niſi in ea ſchola in qua ſunt tales ſcho lares ſtudētes, aut magr̄i qualis ſunt ipſi de quibus exēplificatur exaduerſo vt ca ligantes oculis, ſicut Yſaac, qui ex ſimilitudine manuū credidit eſſe Eſau qui erat Iacob. Gen̄. 27. De quo ē primū exēplū exaduerſo. Aut ſicut decepti: ſicut Iudas fuit in credēdo Thamar eſſet meretricē ex ſimilitudine loci: vn̄ fornicatus eſt cū

Anſel.

ea.

ea.Geñ.38.de qua est exẽplũ scdm exaduerso. Aut sunt tertio minus sapientes, sicut fuit rex Achis: qui credidit Dauid esse stultum. primi Regũ.21. de quo est exẽplum tertium exaduerso. Aut sicut increduli vel sicut iudęi qui christum reputabãt quasi leprosum Glo.interli.i.peccatorẽ,& vt dicit Nico.de lira.i.abominabilem & vilem.& quasi percussum a deo & humiliatũ propter peccata sua: vt ait Ysa.in eo℞ persona.c.53.de quibus est exemplum quartũ exaduerso. Aut sicut malitiosi pharisei qui in christũ dicebant.Ecce homo deuorator & bibens vinum amicus publicanorum & peccatorũ.Luc.7.de quibus est quintum exemplũ exaduerso.Ecce magistros quorũ testimonia inducuntur exaduerso ad fundandum responsa ad auctoritates pręfatas beati Augustini,& ad ostendendũ ꝙ quis possit dici caro peccati,& contraxisse originale peccatũ rõne solius similitudinis in modo cõtrahendi.¶ Pręterea secũdo deficiunt exempla inducta: quia per ea nõ probatur id qđ intenditur exaduerso,sed magis si aliqd probãt, cõfirmant propositũ.Quod patet:quia illi de quibus exẽpla inducta sunt nõ loquebantur putatiue aut similitudinarie:sed ita veraciter credebant esse sicut dicebãt.Nam Ysaac veraciter credidit Iacob esse Esau quẽ pilosum experiebatur. Et Iudas veraciter credebat Thamar esse meretricem cũ qua in biuio concubebat.Et rex Achis credebat Dauid esse stultum:quẽ cõmutantem os & impingentem in ostia portę videbat.Et Iudęi veraciter credebant xp̃m peccatorem esse. Si ergo dicta Aug. quibus insinuat virginem in originali peccato cõceptã sunt ad similitudinem dictorum istorũ capienda.Sequitur manifestissime ꝙ fides beatissimi Augustini ista fuerit ꝙ virgo Maria veraciter in originali peccato fuerit concepta.Quod est propositum.Et ita patet ꝙ auctoritates Augustini inductę p collegam meũ de antedicto lib.Aug.efficaciter probent intentũ siue propositũ. Glos. Nicol. de lira.

¶Duo auisamenta vocata exaduerso reprobantur. Cap. 14.

VERUM post hæc ponuntur exaduerso duo auisamenta quæ cõmemoranda esse dicũtur pro r̃nsione ad hmõi auctoritates Augustini de libro super Geñ.ad literam. Primum est ꝙ etiam(vt inquit proponens)attendi voluit August.videlicet ꝙ inter alios libros suæ doctrinæ,liber Geñ.nõ est tantę auctoritatis.Dicit.n.sic in libro retractatioñ.Titulus horum librorũ inscribitur de Geñ.ad literam,in quo opere plura quęsita q̃ inuenta sunt,& eorum quæ inuenta sunt pauciora terminata.Cætera vero ita posita velut adhuc requirenda.Hæc ille. Hoc autem auisamẽtum in nullo derogat robori & auctoritati iam dictorum.Tum primo quia per illa verba August.nõ habetur ꝙ auctoritates superius inductę sint de numero eorũ quæ minus certa in præfato libro August.ponũtur. Sed magis vidẽtur pertinere ad ea quę in eo firma esse dicũtur.Quod colligitur maxime ex eo ꝙ ex auctoritatibus illis August.tanquã solidis & firmissima fide tenẽdis vtitur pro magna parte Magister sniarum,& doctores Theologię cum eo in.3.sentẽtiarum di.3. in materia decimationis.Tum secũdo quia nedum August.in lib.prenominato super Geñ.ad literam est eius sniæ & fidei de cõceptione beatę virginis in originali peccato:sed etiam in pluribus aliis libris eius qui maximæ auctoritatis habiti sunt & habẽtur sicut infra patebit ex proxime inducendis.¶ Secũdum auisamentum exaduerso est ꝙ post libros super Geñ.ad literam August.edidit librũ de natura & gratia, in quo profitetur cum de peccatis agitur nullam prorsus de beata virgine propter honorem domini velle fieri quęstionem. ¶ Sed hoc

auisamentum parum etiam suffragatur intentioni auisantis propter duo. Prio quia (vt superius in parte visum est & plenius inferius demonstrabitur) Augustinus in loco prænominato de natura & gratia loquitur de peccato actuali sicut ex circũstantia literę proxime præcedentium & sequentium, & ex forma verborum præfatæ auctoritatis, & ex testimonio Magistri sententiarum, & communiter omnium doctorum scholæ Theologiæ testimonio clara luce refulget. In libro vero super Gen. loquitur de originali peccato, sicut iam ostensum est. Tũ secundo quia sicut liber de natura & gratia secutus est libros super Gen. ad literam. Ita liber de nuptiis & concupiscentia ad Valerium, & sex libri contra Iulianum de peccato originali additi sunt ab Augustino post librum de natura & gratia, sicut patet ex ipsius Augustini testimonio in libro retractationũ. In quibus tamen libris de beata virgine eandem sententiam repetit quã in libris super Gen. ad literam: sicut videbitur ex infra inducendis. Ex quibus iam clarissimum habemus ꝙ nec responsa nec auisamenta minuunt in aliquo robur auctoritatũ inductarum beati Augustini.

¶ Quarta quinta & sexta auctoritas beati Augustini proponitur inuicta. Cap. 15.

PRÆTEREA ad idem est quarto in loco auctoritas eiusdẽ Augustini in lib. 2. contra Iulianum de originali peccato & lege carnis, loquens, ita ait. Ex hac lege carnis repugnante legi mentis nil christi corpus attraxit: quia non ex illa virgo concepit. Ex hac lege carnis repugnante legi mentis, eandem legem prima natiuitate nemo non contraxit, quia non ex illa mulier nulla concepit. Et ideo venerãdus Hilarius ex peccato esse omnem carnem non cunctatus est dicere. Hæc ille.

Hilari. ¶ Ecce ꝙ nominata beata virgine solum christum excipit a lege peccati, asserẽs neminem esse cõceptum in lege carnis repugnante legi mentis qui nõ eandem legem cõtraxerit. Ex quo manifeste videtur intentio esse Augustini ꝙ beata virgo originale peccatum contraxerit quæ ex eadem lege carnis concepta descẽdit. ¶ Item quinto ad idem est auctoritas ibidem lib. 5. Vbi ita Iuliano loquitur. Quid est ꝙ laboras magnis argumentationibus peruenire ad impietatis abruptum vt christi caro quia de Maria natus est, cuius virginis caro, sicut cæterorum hominum ex Adam fuerat propagata, nihil distet a carne peccati, & sine vlla distinctione apostolus dixisse credatur eũ fuisse missum in similitudine carnis peccati? Immo potius instas vt vlla sit caro peccati, nec hoc sit & Christi? Quid est ergo similitudo carnis peccati, si nulla est caro peccati? Sed hãc Apostolicam sententiam me non intellexisse dixisti, nec eam tamẽ exposuisti vt te docente noscamus ꝙ aliqua res posset esse similis rei quæ non est. Quod si dementis est dicere, ꝙ sine dubiõ caro christi non est caro peccati, sed similitudo carnis peccati, qđ restat vt intelligamus nisi ea excepta oẽm reliquã humanam carnem, carnẽ esse peccati? Et hinc apparet illam concupiscentiam per quã christus cõcipi noluit fecisse in genere humano propaginem mali: quia Marię corpus quãuis inde venerit. tamen eam nõ traiecit in corpus qđ nõ inde concepit. Cæterum corpus christi inde dictum est venisse in similitudinem carnis peccati, quia omnis alia caro hominũ caro peccati est. Hæc Augustinus. ¶ In quibus verbis cõsyderandum est ꝙ Iulianus impugnans Augu. de hoc ꝙ paruulos dicebat originale pctm̃ a parentibus cõtrahere, arguit contra eum dicens, ꝙ si hoc

esset verũ, sequeretur ꝙ christus fuisset in originali pctõ conceptus: quia de Maria erat natus: cuius caro erat ex Adam cõcepta sicut caro cæteroꝝ hominum. ¶ Ad hoc rñdens Augu. tria facit. Primo cõfirmat apostolicam sniam ꝙ Christi caro nõ fuit caro peccati. Nam apostolus de christo loquens ait Ro. 8. Misit deus filium suũ in similitudinẽ carnis peccati. Scdo ponit ꝙ Apls in verbis præfatis nõ solum voluit dicere ꝙ caro xpi nõ esset caro peccati, sed cũ hoc intellexit ꝙ ois alia caro humana fuit caro pcti. Tertio assignans cãm quare argumentum Iuliani nõ procedebat, dicit ꝙ licet xps esset cõceptus de beata virgine Maria, non tñ erat caro peccati: quia & si beata virgo esset cõcepta de concupiscentia illa quę in humano gñe facit propaginem mali, eam tñ non traiecit in corpus christi: quia nõ inde illud cõcepit. Ex quibus verbis clara luce colligitur de mente fuisse Augu. virginẽ Mariam & carnem fuisse peccati: & propaginem mali. i. pctm̃ originale cõtraxisse. ¶ Item sexto ad idẽ est auctoritas Augu. in lib. 2. de baptismo paruulorũ vbi ita dicit. Solus ergo ille & iam homo factus manens deus, peccatum nullum vnq̃ habuit, nec sumpsit carnem peccati quãuis de materna carne peccati. Q d enim carnis inde suscepit; illud profecto suscipiendo mundauit. Hæc August. Ecce hic manifestum & clarissimum testimonium ꝙ solus christus peccatũ nullum vnquam habuit: & ꝙ caro virginis beatissimæ fuit caro peccati, & per cõsequens ꝙ originale contraxit: cum actuale (vt cõis oium fides sentit) nunq̃ habuerit.

¶ Rñsiones exaduerso ad pfatas auctoritates multiplr reprobãtur. Cap. 16.

VERVM ad auctoritates prefatas designantes beatã virginẽ carnẽ fuisse pcti, rñdetur exaduerso ꝙ caro pcti multis modis dr. Prio quidẽ modo dr caro pcti quę actu peccato subiecta est: sicut est in parulis ante grãm baptismi. Scdo modo dr caro peccati quę & si actu pctõ subiecta nõ sit, fuit tñ aliquãdo, vt in baptizatis. Tertio modo dr caro peccati quæ alieno pctõ subiecta fuerit. Quarto modo dici põt caro peccati quia fuit causa futuri in virgine quãtũ est ex aptitudine siue necessitate naturæ, nisi diuina gratia ill præseruando præuenisset. Quinto modo posset dici caro peccati quæ in se habet vim causatiuam peccati. Vnde iuxta positionẽ quorũdam doctoꝝ dicentium ꝙ beata virgo sanctificata fuit quantũ ad se vt nõ contraheret originale peccatum in primo instanti cõceptionis suæ: non tñ quantũ ad vim naturę: quia si ex semine humano cõcepisset, filii ex ea generati contraherent originale pctm̃: sic caro virginis diceretur caro peccati: nõ quia vnq̃ fuerit sub pctõ: sed quia in ea esset vis causatiua pcti quantũ ad prolẽ inde nascẽtẽ. Et sic cõcludit Magr proponẽs exaduerso, ꝙ beata virgo nũq̃ cõtraxit originale peccatũ. Nihilominus tñ caro sua poterat dici isto mõ caro pcti. quia erat cã futuri pcti in prole inde nascitura per modũ cõis gñonis, nisi aliud sanctificationis genus eidẽ fuisset cõcessum qd non solũ ad proprietatẽ personę sed ẽt extẽderet se ad vim naturę. ¶ Hęc aũt rñsio data exaduerso nulla est. Falsũm quidẽ est qd præsupponitur in prefata distinctiõe videlicet ꝙ caro pcti dicatur ea caro quę nũq̃ obnoxia actu fuerit alicui pctõ. Cuius falsitas ondit ur ex mltiplici capite. Primo quidẽ ex aplo Paulo a quo scti doctores & schola theologię vñr recepisse prio notitiã & vocẽ huius vocabuli caro pcti, de qua ad Ro. 8. apls ait. Misit deus filiũ suũ in similitudinẽ carnis peccati, & de pctõ dãnauit pctm̃ in carne. Vbi Glo. ordinaria quę est Aug. ita dicit. i. nõ in carnẽ peccatricẽ sed similẽ pet passi

Error exaduerso.

Glos. August.

bilitatem & mortalitatē & alios defectus, cętera vero oīum hominū caro est caro peccati. Sola istius nō est caro peccati: quia non eum mater concupiscentia sed gratia cōcepit. Habet tñ similitudinem carnis peccati, quia esuriuit, sitiuit & hmōi. Licet ergo eadem caro sit vt nostra: nō tamē ita facta in vtero sicut, nr̄a. Est enim sanctificata in vtero & nata sine peccato. & nec ipse in illa vnquā peccauit. In pœna ergo est similis naturæ, non in ęqualitate peccati. Item Nicolaus de lira exponēs pręfatam auctoritatem Pauli. videlicet. Misit deus, filium suum in similitudinem carnis peccati. ita dicit. Quia assumpsit carnem passibilem nō tamē peccatricem. Et similiter exponit magister Nicolus gorrā. Magister Garricus & magister Stephanus in suis postillis. Ex quibus omnibus manifeste habetur ꝙ intentio apostoli qui primus hoc vocabulum posuit in scriptura sancta, fuit iuxta glosam Augustini, & expositiones cōmunes doctorum, ꝙ caro peccati idem sit ꝙ caro peccatrix: siue quæ pollutionem peccati quādoq; habuit, aut quæ alicui peccato obnoxia fuit. Vnde etiā Glosa Augustini super illud Ro. 6. Mortuus est peccato. dixit. i. similitudini carnis peccati, in qua non erat peccatum. ℭ Scdo hoc idem ostēdit ex processu beati Augustini quem facit cōtra Pelagianos & Iulianum defensorem eorū. vbi ex auctoritate beati Hilarii & beati Chrisostomi qui ex auctoritate ista apostolica fundamētum suscipientes dicūt omnem carnem ex carnali cōcupiscentia venientē carnē esse peccati, arguit cōtra præfatos hęreticos, oēs ab Adam seminaliter propagatos in originali peccato esse conceptos, sicut patet in secūdo libro cōtra Iulianum. Cuius processus nullus esset: impediēte fallatia ęquiuocatiōis, si caro peccati dici possit ita multipliciter vt caro peccati etiam dicatur quę nūquā peccato obnoxia fuit, sicut est imaginatio proponētis exaduerso. Deductio autē est manifesta. Tertio hoc idem ostēditur manifeste ex dictis August. vbi dr̄ assignare rōnem veram carnis peccati. Vnde August. lib. 1. de baptismo paruulorū tractans illud Ioā. 3. sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto ita dicit. Deus autem in carnem suā peccatum nō transtulit tāquā venenum serpētis; sed tantū transtulit mortē vt esset in similitudine carnis peccati pœna, qua culpa solueretur & pœna. Itē in scdo ita dicit quasi in fine. Nec dubitandū est eis qui diuinam scripturam fideliter legunt, fideliter audiunt, & fideliter tenent ꝙ ab illa carne quæ prius voluntate peccati facta est caro peccati: deinceps per successionem transeūtem in oēs proscriptione iniquitatis & mortis caro sit propagata peccati, excepta vna similitudine carnis peccati: quę tamē nō esset, nisi esset caro peccati. Hæc August. Ex quibus duo manifeste colligūtur. Primo quidem ꝙ hac rōne caro dicitur peccati quia peccato obnoxia fuerit. Scdo ꝙ hoc modo dicta caro peccati a carne peccati Adę deriuata est in omnes ab eo seminaliter descendētes præscriptione iniquitatis & mortis. Idem ostēditur ex Magistro sentētiarum in cōmuni doctrina doctorum in Schola Theologiæ in. 3. dist. 3. vbi verba Magistri sunt ista. Quocirca, primitiā nostræ massæ recte assumpsisse dicitur christus: quia nō carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim deus filiū suū. (vt ait apostolus) in similitudine carnis peccati. Assumpsit enim verbum carnem peccatrici similem in pœna, & nō in culpa. & ideo nō peccatricem. Cætera vero hominum oīs caro, est caro peccati: sola ipsius nō est caro peccati: quia nō eum mater cōcupiscentia sed gratia cōcepit. Hæc magister sniarum. Et ita patet idem quod prius. ℭ Quinto idem ostēditur ex hoc ꝙ (vt dicunt sancti oēs) caro peccati liberanda & sanāda erat per carnē quæ similitudo erat carnis peccati. Quod nō videretur verum nisi intelligētia carnis peccati includatur hæ

Marginalia: Nicol. de lira. Nicol. gorrā. Garri. Stepha. — Glo. August. August. Hilari. Chryso. — August. — August.

buisse qnq vulnus peccati. Dicit.n. Augu. primo in epistola.7.ad Marcellinū. Post pctm̄ primi hominis natos esse, ac nasci cæteros homines in carne pecca- Augus.
ti, cui sanandæ venit similitudo carnis peccati. Et infra. In paruulis qui nulla adhuc peccata propria cōmiserunt iam tñ est caro pcti. Quare & huic sanādæ cum baptizantur necessaria est medicina similitudo carnis peccati. Item primo libro de baptismo paruulorum tractās illam sepe nominatā auctoritatem Pauli ad Ro. 8. Misit deus filium suum in similitudine carnis peccati & de pctō damnauit pctm̄ in carne. Sic ait. Dicant (inquit August.) qui audent oportuisse christum nasci in similitudinē carnis peccati, nisi nos nati essemus in carne peccati. Item infra in eodem. Vna est quippe caro peccati in qua oēs ad dānationem nascuntur; & vna caro in similitudine carnis peccati per quā oēs a damnatione liberantur. Hæc Aug. Item Hugo de sancto Victore lib. de sacramētis ait. Caro peccatrix a pœna peccati nō potuit liberari nisi pateretur illius caro quæ carebat peccato. Hæc ille. Planū est aūt ꝙ si caro peccati diceretur quæ nunq̄ habuit pctm̄: ꝙ talis nec sanari a vulnere peccati opus haberet per eū qui in similitudine tm̄ carnis peccati venit: Sicut sæpissime superius demonstratum est. Et August. lib. de baptismo paruulorū, ait. Quemadmodum ab origine trahitur mors in corpore mortis huius, sic ab origine tractū est pctm̄ in hac carne peccati. Propter qd sanandum medicus venit in similitudine carnis peccati. Quare nō est opus sanis sed ęgrotantibus; nec venit vocare iustos sed peccatores. Cū ait August. vna est caro peccati & vna similitudo carnis peccati, satis aperte dat intelligere ꝙ ista vocabula non sunt multiplicia, sed vnius rationis tm̄. Idem ostēditur ex dicto August. in lib. 1. de baptismo & ponitur a magistro sententiarum in. 2. dist. 32. & in decreto in cap. per baptismum. de cōsecra. dist. 4. vbi sic dicit August. Per baptismum christi id agitur vt caro peccati euacuetur: hoc autem nō sic euacuatur vt in carne ɔcupiscentia nō sit innata, sed ne obsit. Hęc ibi. Manifestum est autem ꝙ hæc auctoritas August. & doctrina ecclesię carnem peccati intelligit carnem obnoxiam peccato, quæ euacuari dicitur cum per baptismum ab eo purgatur & mūdatur. Ex quibus manifestum factum est ꝙ mēbra distinctionis factæ exaduerso de carne pcti, non hēant fundamentū veritatis.

Marginalia: Augus. (beside "Item primo libro de baptismo"); Hugo de sācto victore. (beside Hugo passage); Augus. (beside "Et August. lib. de baptismo"); August. (beside "Per baptismum christi")

¶ Tertium & quartum membrum præfatę distinctionis specialiter confutatur. Cap. 17.

QVO pręmisso hoc idem ostenditur in speciali de aliquibus membris distinctionis. Et primo de tertio mēbro in quo dr̄ ꝙ caro peccati dr̄ quæ alieno peccato subiecta fuit. Hoc. n. plane voluntarie dictū est sine auctoritate, sine rōne, sine quocūq̄ testimonio. Quare merito eadem facilitate cōtemnendū venit qua positū est: maxime ex qua positiōe possit quis dissoluere omnem argumentationē sanctoꝝ patrum & doctorum ecclesiæ factam contra hæreticos negātes filios baptizatoꝝ ita esse carnē peccati, vt originali pctō obstricti nascuntur. Qd patet. Nam ad auctoritatem Pauli & ad sanctorum dicta quę de carne pcti loquuntur rn̄deretur faciliter per distinctionem datā exaduerso, dicendo tales esse carnem peccati nō quia personaliter eo fuerint infecti: sed pro tanto quia in parentibus suis alieno pctō fuerunt subiecti. Hoc idem qd dicitur exaduerso manifeste inde colligitur falsum esse, quoniā si homo pro tanto caro peccati diceretur quia alieno peccato subiectus fuit (vt dicitur exaduerso) sequitur ꝙ quilibet homo descendēs seminali-

ter ab Adam quantumcunque esset sanctificatus & mundatus a deo, imo & si iam glorificatus esset in coelo, caro peccati adhuc esset, & veraciter dici posset. Quod minus bene sonaret in auribus catholi. Et tamen consequentia notissima est, cum fuisse alieno peccato subiectos semper conueniat eis. Et ita patet quod distinctio data exaduerso quo ad illam partem, non habeat veritatem. Caeterum hoc idem patet de quarto membro in quo dicitur quod caro peccati posset dici quia fuit causa peccati futuri. Et applicando proposito dicit, quod ita posset dici in virgine quantum est in aptitudine siue necessitate naturae, nisi diuina gratia praeseruando praeuenisset. Hic autem modus dicendi carnem peccati pariter sicut & praecedens nullum videtur habere fundamentum, nec testimonium alicuius auctoritatis. Unde eisdem venit confutandus quibus & praecedens. Praeterea quod hoc dictum exaduerso stare non possit ex hoc patet. quoniam cum apostolus & Augustinus aliique sancti doctores nominant carnem peccati: per carnem non intelligunt alteram partem hominis: sed ponendo partem pro toto, sicut Io. 1. dicitur. Et verbum caro factum est. totus homo intelligitur. Unde Nicolaus de lira in expositione illius literae Apostoli Rom. 8. Super illud de peccato damnauit peccatum in carne dicit, in carne idest in homine, secundum illud Psalm. 77. Recordatus est quia caro sunt. Item Glosa super illud Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. dicit quod carnis nomine totus homo intelligitur. Nec obstat quod in fauorem praefati modi dicendi aliquid carnem esse peccati primo inducitur exaduerso de Anselmo, videlicet quod sicut in causa peccatum est in semine: quoniam quantumcunque peccatum originale dicatur fuisse sicut in causa instrumentali in semine deciso a parentibus virginis, si est verum quod gratia diuina praeseruauit ne in instanti infusionis animae contraheretur ex semine, aut ex carne illa originale peccatum, non potest dici cum veritate quod caro virginis vnquam fuerit caro peccati: qualem eam fuisse asserit Augustinus in auctoritatibus antepositis carnem peccati idest carnem peccatricem. ¶ Praeterea quod beatissimus August. super cuius dictis currit articulus praesens aliam intentionem habuerit & intelligentiam dicendo carnem beatae virginis carnem peccati, quam praetendit expositio data exaduerso manifeste patet, si auctoritas plene consideratur. Dicit enim sic Augusti. Solus ille etiam factus homo manens deus peccatum nullum vnquam habuit, nec sumpsit carnem peccati, quamuis de materna carne peccati. Quod enim carnis inde suscepit illud profecto suscipiendo mundauit. Haec ille. Ecce manifeste quod non loquitur de semine deciso a parentibus virginis, nec de carne inde formata ante animationem eius, sed expresse loquitur, de fomite peccati: qui essentialiter materialiter est idem quod peccatum originale a quo mundata fuit in conceptione filii dei. ¶ Caeterum nec fauet imaginationi exaduerso id quod secundo inducitur de Ambrosio. qui in verbis apostoli (vt recitatur a Magistro in secundo sententiarum dist. 31.) dicit. Non habitat peccatum in anima, sed in carne: quia peccati causa ex carne est non ex anima, quia caro est ex origine carnis peccati & per traducem omnis caro fit peccati. Anima vero non traducitur: & ideo in se causam peccati non habet. Haec Ambrosius. Haec autem Ambrosii auctoritas vt praedixi in nullo fauet intentioni allegantis propter duo. Primo quidem quia non videtur Ambrosius loqui in auctoritate illa de carne ante animationem eius, vt dicatur tunc in ea habitare peccatum. Quod manifeste patet, si verba apostoli cum Glosa ordinaria super quibus verbis loquitur Ambrosius, & verba ipsius Ambrosii quae praecedunt illa que inducta sunt exaduerso in medium afferantur. Dicit enim Paulus sic ad Rom. 7. Scio enim quia non ha-

Nicol. de lira. Glo. Ansel. August. Ambr. Magist.

bitat in me hoc est in carne mea bonum. Dicit Glo. in carne mea .i. in sensibili homine. Ecce qualiter Glos. capiat carnem in qua habitare peccatum dicitur. Sequuntur verba Ambrosii. Quomodo enim habitat peccatum in carne, cum non sit substantia sed priuatio boni. Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum: ipsaq; corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robur tenens diuinę sententiæ datæ in Adam cuius consortio anima maculatur peccato. Per illud ergo quod facti causa manet inhabitare dicitur peccatum in carne, hoc est lex carnis ad quam diabolus accedit vt hominem suggestionibus malis decipiat nec faciat hoc quod lex pręcepit. Hæc Ambrosius, vt habetur in Glosa prędicta & Magister allegat pro maiori parte in secũdo sentẽtiarum dist. supra nominata. Manifestum est autem ꝙ hæc verba Ambrosii conuenire non possunt carni pro tempore suæ formationis cum nondum conceptus est homo. Apostolus nãq; super cuius verbis scripsit Ambrosius, loquebatur de sensualitate sua in qua pro eo ꝙ fomitem & legem carnis inhabitare experiebatur, & repugnantiam carnis ad spiritum, dicebat in carne sua inhabitare peccatum. Et ita patet ꝙ nec verba Ambrosii sicut nec verba apostoli faciunt ad propositum proponentis exaduerso. ¶ Secũdo hoc idem patet, quia dato qđ Ambrosius diceret ꝙ in carne anteq̃ informetur anima rationalis habitet peccatum per causam siue causaliter, non propter hoc habetur ex Ambrosio ꝙ pręseruata ab originali peccato possit ipsa rõne dici caro peccati: nec ex eius dictis põt haberi fundamentum ad hoc loquendo semp de carne peccati vt scriptura sancta & sancti loquuntur. Glos. Ambr.

¶ Dicere b. v. non contraxisse peccatum originale & tñ contraxisse vim causatiuã peccati repugnat. Cap. 18.

PRÆTEREA quod dicitur exaduerso de carne peccati in hoc membro assignatę distinctionis videlicet ꝙ virgo Maria & si nunquã contraxit, dici tamen posset caro peccati: quia in ea fuit vis causatiua peccati quantum ad prolem inde nascentem, nullo modo videtur posse stare. Dicere nãq; ꝙ vis peccati originalis quantum ad prolem inde nascentem fuerit in beata virgine, & tamen ꝙ non contraxerit originale peccatum videtur implicatio contradictionis. Quoniã vis illa quę per originem contracta causa est peccati in prole inde nascente, quę & a sanctis (sicut visum est in præcedenti capit.) & a doctoribus scholæ Theologię cõmuniter dicitur in beata virgine remansisse post primam sanctificationem, & quæ remanet post baptismum in mundatis a peccato, est fomes quẽ esse materialiter manifestum est ipsum originale peccatum, sicut sæpe in superioribus dictum est. Vnde Magister sententiarum in .2. distin. 31. dicit. Originale peccatum dicitur fomes peccati .s. concupiscentia vel concupiscibilitas quem dicitur lex membroꝝ: siue langor naturę: siue tyrãnus qui est in mẽbris nostris: siue lex carnis. Et hac rõne dicitur tam a sanctis quam ab eodem Magistro sententiarũ & communiter ab omnibus doctoribus theologię ꝙ originale peccatum post baptismum non maneat reatu: quia anima recuperat gratiam quantũ ad mentem: manet tamen actu quantum ad fomitem quæ est inordinatio inferiorum partium animæ ipsius corporis ſm q̃ homo generat & non secundum mentem: & ideo baptizati traducunt originale peccatum. Non enim generant inquantum sunt renouati per baptismum, sed inquantum ab eis retinetur

Auguſt. aliq̃d de vetuſtate primi peccati. Et hæc eſt ſententia Auguſt. in lib. de baptiſmo
Magiſt. paruulorũ, ſicut deducitur a Magiſtro in. 2. diſtin. 3 1. q: i ita dicit. |Quomodo palea quæ opere humano tanta diligentia ſeparatur, manet tamẽ in fructu quæ de ſeparato naſcitur tritico, ita pctm̃ quod in parentibus per baptiſmũ mĩi datur, manet in eis quos genuerunt. Ex hoc. n. gignitur quod adhuc vetuſtũ trahunt. Non. n. generant parentes filios ſecundũ illam gñationem qua de nouo ſunt nati. ſed potius ſecundũ eam qua carnaliter & ipſi primũ ſunt generati. Et
Thom. hinc eſt (vt dicit ſanctus Thomas in. 2. diſt. 3 1.) ꝙ cum ex cõcupiſcentia parentum procedat originale pctm̃ in prole: ſi baptizatus concupiſcentiam fomitis nõ haberet poſt baptiſmum nullus in pctõ originali filium gñaret. Et ſi ita dixit ſanctus Thomas dicendum eſſe de baptizatis (licet omnes originali pctõ fuerũt obnoxii) quãto magis hoc affirmandum veniret de eo qui nunq̃ã contraxerit originale peccatum aut quia formatus aliunde q̃ de ſemine viri: aut quia præſeruatus diuina gratia ne contraheret ſicut exaduerſo dicitur de beata virgine. ❡ Ex quibus manifeſtum eſt id quod ſuperius dicebatur. videlicet ꝙ dicere ꝙ beata virgo contraxerit a parentibus vim cauſatiuam pcti in prole inde naſcẽte; quæ a tota ſchola tam ſanctorũ q̃ principalium doctoꝝ Theologiæ dicitur fomes ſiue concupiſcentia quæ eſſentialiter idem eſt quod originale pctm̃, & dicere ꝙ non contraxerit originale peccatũ, eſt implicatio cõtradictionis. Et ita patet clariſſime ꝙ cum virgo Maria iuxta dicta ſanctorum fuerit caro peccati, neceſſe erit dicere ꝙ ipſa contraxerit originale peccatum.

❡ Fuga inducta exaduerſo ꝙ b. vir. cõtraxit peccatum ſm carnẽ non ſecundum animam præcluditur. Cap. 19.

Æ TERVM dicta prædicta dicitur exaduerſo ꝙ attendi põt ꝙ licet in ſuperioribus inductis auctoritatibus mentio fiat de peccato, nominando virginẽ: nunq̃ tamẽ ſimpliciter, vt intelligatur culpabilis ipſius pſona vel anima: ſed dũtaxat determinate referẽdo ſe ad mortem vel ad carnem. In carne autem certum eſt nõ eſſe peccatũ, prout culpa dicitur ex qua perſona dicitur odioſa & abominabilis deo. ❡ Sed re vera hæc conſyderatio parum ſuffragii ac refugii præſtat proponenti exaduerſo cõtra tam apertiſſimas ſanctorum auctoritates. Quod palam fit ex proxime dictis vbi viſa & oſtenſa duo ſunt. Primo ꝙ noie carnis peccati in hac parte pſona hominis intelligitur non altera pars tm̃ hominis: licet ipſa perſona ex carnis parte diffinetur ſecundũ quã a parentibus propagatur, & ſecũdũ quam (vt dixit ſuperius
Gloſ. Ambroſius) originale peccatum traducitur. Vnde et Glo. Gal. 5. ſuper illud. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, dixit. Noie carnis totũ hominem ſignauit. Quod etiam manifeſtũ eſt ex eo ꝙ fomes & cõcupiſcentia ſubiectis ue ſunt non in carne ſed in parte ſenſitiua animæ. Secũdo viſum eſt ꝙ peccatum vnde nominatur caro peccati vniuerſaliter in deſcendentibus ab Adam ſeminaliter, culpã originalem nominat ſecundũ quã omnes ad dãnationẽ dicuntur naſci; de quo
Auguſt. Augu. (vt ſupra viſum eſt) primo de baptiſmo paruulorum inquit. Vna eſt caro quippe peccati in qua oẽs ad damnationẽ naſcuntur: & vna caro in ſimilitudine carnis pcti per quam oẽs a dãnatione liberantur. Planiſſimũ autẽ eſt ꝙ beata virgo aliter diceretur caro peccati & nõ in qua oẽs ad dãnationẽ naſcuntur.
Hilari. ſi eſſet ſicut dr̃ exaduerſo. ❡ Præterea. Quomodo diceret Hilarius (vt narrat
Auguſt. Auguſt. in primo contra Iulianum) ꝙ Chriſtus ideo miſſus ſit in ſimilitudine

carnis peccati quia nō ficut carnē habuit, ita habuit & peccatum: si caro peccati in scripturis aut sanctorū dictis dici posset de persona quæ nūquā habuit aliquod peccatū: Ex quibus patet: ꝙ sancti loquētes de carne peccati beatissimam virginem aliis ab Adam seminaliter propagatis cōnumerando, cum nō faciant distinctionē inter eam & alios, intelligūt eam originalem culpam veraciter cōtraxisse, sicut & cæteri paruuli cōtraxerunt. Q d vero ratione culpæ originalis persona dicatur deo odiosa & abominabilis, sicut dicitur exaduerso, non debet quēquā multum mouere: quoniā & culpa secundū quam quis odiosus aut abominabilis deo dicitur cum nō proueniat ex aliquibus operibus malis propria voluntate huius personæ cōmissis, sed solum ex origine cōtrahatur, non reddit hanc personam vt sic vituperabilem aut increpabilem sicut superius visum est in secūdo cap. huius tractatus, cum ex necessitate naturæ vitiatæ & corruptę in primo parente sub tali odibili & abominabili vitio quicūq; ab Adam ex illo corrupto semine propagatur cōstringatur subesse. Natura enim & nos filii iræ sumus (inquit apostolus) ad Ephe. 2. Et hoc est illud vniuersale abominabile vulnus ad quod curandū & sanandū venit cœlestis medicus. Hæc est illa quasi naturalis & odiosa ira vniuersaliter genus humanū inducens, quā placare venerat filius dei benedictus. Hæc est illa captiuitas dura pro cuius liberatione oblatus est sanguis preciosus nostri saluatoris. Hoc autem odibile vitium virginem beatam contraxisse dicunt doctores quorum relator sum, in nullo plus derogare dignitati suæ q̄ eam de semine illo corrupto Adæ esse conceptam. Dicunt ergo ꝙ licet omnis turba fidelium constantissima fide complectatur ꝙ licet culpa aut quacūq; de ordinatione actus propriæ voluntatis beata virgo nunquā fuerit odiosa aut abominabilis deo: eam tamē contraxisse per originem naturalē, culpam originalem, odiosam deo & abominabilem, necesse est dicere, si integra debeat saluari scripturę & sanctorū auctoritas, & si christus ablutor, redemptor, medicus & saluator, mediator & recōciliator beatæ virginis sit cōfitendus. sicut in parte visum est in supioribus, & īfra (diuina gratia assistēte) plenius ostēdetur.

¶ Ad eandem conclusionem qua contra. 7. & 8. & 9. auctoritas Augustini defenditur. Cap. 12.

ITEM 7. pro eadem conclusione est auctoritas eiusdem Augustini qui in libro de trinitate cap. 13. ita dicit. Huius itaq; virginis conceptum spiritus præuenit nō caro, fides nō libido. Credendo quippe non cōcubendo fœcūdata est virginitas sancta: quia nascebatur nō transgressionis cōtagione vitiata natura, sed omnium talium sola medicina. Nascebatur itaq; nullum habiturus omnino pctm̄, per quē renascerētur liberandi a peccato, qui nasci non pōt, sine peccato. Hæc Augu. ¶ Item. 8. idē Augustinus in sermone natiuitatis dominicę qui incipit. Dn̄s noster Iesus christus dicit de beata virgine sic. Facta est mater & virgo. Mater est facta sed incorrupta, virgo habēs filium nesciens virum, semper clausa, sed nō infœcunda. Solus. n. sine peccato natus est, quem sine viri amplexu nō concupiscentia carnis sed obediētia mentis virgo cōcepit. Sola vulneri nostro medicinam parare potuit, quæ nō ex peccati vulnere germen pietatis emisit. Et infra. Multa diximus de eius generatione: sed de ea quæ de matre est. Cæterū quomodo natus est de patre in cœlo: quis pōt explicare? quis pōt enarrare, vel inuestigare? Teneamus nos ad istam humanā natiuitatem per quā nobis donauit deus gratiam. Gratia

Augu. (margin)

August. (margin)

inquam nobis donata, non merces est reddita, qui creauit, sanat. Per ipsam leuat mentem, per ipsam curat ęgrotantem, per ipsam coronat vincentem. Ipsa est fides, ipsa est veritas: hoc est christianæ fidei fundamentum, quia vnus p quē ruina: alter homo christus per quē structura. Cecidit qui non mansit, erigit qui non cecidit. Ruit ille & dimisit manentem, manens christus in patre descendit ad iacētem. Hęc Augustinus. Ex quibus omnibus tam ex causa quā assignat quare conceptus christi de virgine fuit mundus a contagione transgressionis Adę, videlicet quia non ex libidine fuit sed ex operatione spiritussancti. Et ex eo ꝙ beatissima virgine nominata dicit ꝙ solus christus natus est sine peccato: & ꝙ christianę fidei fundamentum sit credere ꝙ vnus sit per quem ruina, alter. s. christus qui non cecidit per quem structura, videtur manifesta fuisse intentio Augustini ꝙ beata virgo fuerit in originali peccato concepta. ¶ Item nono est ad idem, idem Augustinus in libro quinto contra hæreses, vbi contra tertiam hæresim quæ fuit manicheorum dicētium (vt narrat Augustinus ibidem) phantasma esse qd dicitur deum christum fœmineo potuisse nasci ex vtero: non enim dignum est (inquiunt) vt tanta maiestas per sordes & squalores fœminæ transisse credatur. Dicit sic manicheo. Quid est quod te mouet in mea natiuitate?
August. Nō sum libidinis conceptus cupiditate. Ego matrem de qua nascerer feci: ego viam meo itineri præparaui ac mundaui. Hæc quam despicis manichęe, mater mea est, sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cum eam facerem, potui in illa inquinari cum ex ea nascerer: Sicut in transitu meo illius non est corrupta virginitas: sic mea ibi non est maculata maiestas. Si solis radius cloacharum sordes siccare nouit, eis inquinari non nouit, multo magis splendor lucis æternæ & sol iustitiæ, in quo nihil inquinatum incurrit, quocunq irradiauerit mundare potest pollui non potest. Stulte, vnde sordes in virgine matre vbi non est concubitus cum homine patre. Et infra. Sicut ille natus est solus inter mortuos liber. Sic istius ex qua natus est pudor solus est integer. Hæc Augustin. Ecce expressum testimonium beati Augustini propositi nostri dicentis, ꝙ sicut Christus solus fuit liber inter mortuos, ita solius virginis pudor in pariendo fuit integer. Cum hoc teneat vniuersalis ecclesia ꝙ sola virgo hanc prerogatiuam habuit. Vnde de ea cantat. O virgo virginum quomodo fuit istud quia nec prima similem visa est nec habere sequentem. sequitur ꝙ solus xp̄s habuit illam prorogatiuam liberum esse inter mortuos. Liber. n. fuit in mortuis quia sine peccato fuit conceptus, maxime eo consyderato ꝙ eā mundauerit, suo itineri viam præparans.

¶ Ad eandem conclusionem decima & vndecima & duodecima auctoritas Augustini. Cap. 20.

ITEM decimo ad idem est idem Augustinus super psalm. 34. Tractans illud. Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio, vbi introducens illud apostoli Rom. 8. Misit deus filium in similitudine carnis peccati, & de peccato dānauit peccatum in carne. dicit sic. Cilicium fortasse appellat suæ carnis mortalitatem. Quare cilicium? Propter similitudinem carnis peccati, vt de
August. peccato damnaret peccatum. Non quia peccatum erat non dico in verbo dei, sed nec in ipsa quidem anima sancta hominis quam sibi ad vnitatem personæ

Verbum dei & sapientia coaptauerat, sed nec in ipso corpore peccatum vllum erat, sed similitudo carnis peccati erat in domino: quia mors non est nisi de peccato: & vtiq; corpus illud mortale erat. Et infra. Ergo sic dicitur mors peccatum quæ facta est peccato: quomodo dicitur lingua græca, lingua latina, non ipsum membrum carnis, sed quod fit per membrum carnis. Sic ergo peccatum dicitur qd factum est de peccato: quia inde carnem assumpsit de massa ipsa quę mortem meruerat ex peccato. Et enim, vt celerius dicam. Maria ex Adam mortua est propter peccatum Adæ: Adam mortuus est propter peccatum: & caro domini ex Maria mortua est propter delenda peccata. Hoc cilicio se induit dominus. Et ideo non agnitus, quia sub cilicio iacebat. Hæc Augustinus. Ecce expressum testimonium Augustini ꝙ beata virgo mortua est propter peccatum Adæ, ex quo manifeste habetur ꝙ secundum Augustinum originale peccatum contraxerit. Nam (vt supra allegatum est) solus christus fuit inter mortuos liber, sine merito mortis quod est peccatum. Quare Glosa super Psal. 50. quæ dicitur ipsius esse Augustini, inquit. Si conceptum in iniquitatibus dicit, quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam, & ipsum vinculum mortis. Nemo enim nascitur nisi trahens pœnam, & trahens meritum pœnæ, nisi tu qui de spiritu sancto conceptus es. Item idem Augustinus in exhortationibus ad Sabinum comitē. ait. In illis duobus originaliter totum damnatum est genus humanum. Et infra. Christus mortuus est pro peccato non suo sed nostro. Vnusquisq; autem nostrum, non omnium moritur peccato sed suo. Hæc Augustinus. Propter quam catholicam veritatem idem Augustinus in libro primo contra Iulianum arguens ex dicto quodam Chrysostomi sic dicit. Si diabolus omnes qui immortales esse potuerunt fecit esse mortales, vnde etiam paruuli moriuntur, si obnoxii peccato primi illius hominis non sunt. Hæc Augustinus. Clarissima ergo iam splendet consequentia facta quæ fuit. Virgo Maria mortua est propter peccatum Adæ (vt dicit Augustinus) & nemo in conceptione sua nisi christus qui de spiritu sancto conceptus est: & qui propter delenda peccata solum moriturus erat, trahit pœnam mortis sine merito pœnæ: quod est ipsum originale peccatum, vt idem Augustinus asserit. ergo secundum intentionem Augustini ipsa virgo Maria originale peccatum contraxit.

¶ Multa autem exaduerso dicuntur de pœna mortis, & de pœnalitatibus, ꝙ non sint euidens testimonium contractionis originalis peccati: quæ omnia licet satis ex dictis ostenderentur non habere veritatem, veruntamē hoc & scripturæ sanctæ testimoniis & sanctorum, infra plenius contrariari demonstrabitur. ¶ Item vndecimo ad idem est beatus Augustinus super Psal. 70. ita dicens. Factus est ille quod tu filius hominis, vt nos efficeremur filii dei. caro factus est. Vnde caro? Ex Maria virgine. Vnde Maria virgo? Ex Adam. ergo ex isto primo captiuo, & caro in christo de massa captiuitatis. Hæc Augustinus. In quibus videtur idem dicere quod prius: quia caro beatæ virginis si nunquam subiecta fuit culpæ originali, non videtur qualiter posset dici fuisse de massa captiuitatis. ¶ Item duodecimo ad idem est beatus Augustinus super Ioannē, omel. 5. super illo. Ecce agnus dei. Vbi ita dicit. Ecce agnus dei innocens, & Ioannes agnus. An non & ipse innocens? Sed quis innocens ex ista traduce veniunt & ista propagine de qua cantat gemens Dauid. ego in iniquitate conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. solus ergo ille agnus, qui non sic venit. Non enim in iniquitate conceptus est, nec eum in peccatis mater eius in vtero aluit, quem virgo concepit; virgo peperit:

Glos. August.

August.

August.

August.

quia fide concepit,fide suscepit. Et infra. Qui nõ assumpsit de massa nostra peccatum,ipse est qui tollit nostrum pctm̄. Hæc Augu. In quibus cum nominata beata virgine, solum christum dicat innocentẽ fuisse,pro eo quia in iniquitate nõ fuit çoceptus,manifestum colligitur testimonium Augustini fuisse sniam ꝙ virgo Maria originale peccatum contraxerit.


¶ Explicit quinta pars.

¶ Incipit sexta pars.

¶ In quo ponuntur ad idem auctoritates aliorum sanctorũ doctorũ post Augustinũ & aliorũ Theologorũ eximiorũ,& excellentiorũ canonistarum in multitudine copiosa. Primo autem inducentur auctoritates beati Eusebii, & beati Leonis Papæ, cum confutationibus responsionum quę dantur exaduerso.

Cap. Primum.

Eusebius emisse.



SANCTVS igitur Eusebius emissenus in sermone secundo natalis dñi,qui incipit. Nostis charissimi loquẽs ad beatam virginem,ita inquit. Initiator oium rerum,abs te initiatur,& profundẽdum pro mundi vita sanguinem de corpore tuo accepit:ac de te sumpsit,vnde etiam pro te soluat. A peccati enim veteris nexu non est imunis nec ipsa genitrix redemptoris. Sed ille licet ex debitrice nascatur,lege tñ veteris debiti nõ tenetur. Hæc ille. Ad idem cõcurrit beatissimus Leo primus in epistola sua illa quã de fide ad Flauianum cõscripsit:de cuius auctoritate in capi. Sancta Ro. Ecclesia di. 15. vbi de opusculis sanctorum patrum quę in ecclesia

Leo pp. tanq̃ catholica recipiuntur,fit sermo, sic habetur. Item epistola beati Leonis ad Flauianum Epm̄ destinata in cõcilio Calcedonensi, cuius textum siquis ad vnum iota disputauerit,& nõ eum venerabiliter acceperit,anathema sit. In epistola autem pręfata quæ incipit. Leo Papa primæ sedis eps,ad ecclesię filios instituendos addendum est etiam nostri sermonis obsequium, dicit sic. Si enim homo ad imaginem & similitudinem dei factus in suæ naturæ honore permansisset,nec diabolica fraude deceptus a lege sibi imposita,per cõcupiscentiam deuiasset,creator mundi creatura nõ fieret,nec aut sempiternus temporalitatem subiret,aut ęqualis deo patri filius dei,formam serui & similitudinẽ carnis peccati assumeret. Sed quia inuidia diaboli mors intrauit in orbem terræ. Sed aliter solui captiuitas humana non potuit nisi cãm nostrã ille susciperet sine maiestatis suæ dãno,vt verus homo fieret,& solu peccati cõtagium nõ haberet. Et post aliquantulum sermonem infra cõcludendo dicit. Ingreditur ergo huius mundi infirma filius dei,cœlesti pede descendens in nouo ordine: quia inuisibilis in suis,visibilis est factus in nostris. Incõpręhensibilis,voluit compręhendi: Ante tempora manens,cœpit esse ex tempore. Vniuersitatis dominus,seruilem formam vmbrata maiestatis suæ imensitate suscepit. Impassibilis deus, nõ dedignatus est homo esse passibilis: & imortalis,mortis legibus subiacere. Noua aũt natiuitate generatus,quia inuiolata virginitas cõcupiscẽtiam nesciuit,& carnis

materiam

materiam ministrauit. Assumpta est de matre dñi natura nō culpa. ¶ Praeterea idem Leo papa infra in eadē epistola ita prosequitur. Natiuitas.n.dñi secundū carnē quāuis habeat quędam propria quibus humanę cōditionis vitia transcē dat, siue qd solus ab inuiolata virgine sine ꝯcupiscētia est cōceptus & natus: siue ꝙ ita in visceribus matris est ęditus, vt foecunditas pareret & virginitas permaneret; nō alterius tñ naturae erat eius caro q̄ nostra; nec alio q̄ caeteris hoibus anima est inspirata principio, quae excelleret nō diuersitate generis sub sublimitate virtutis. Item infra quasi in fine epistolę sic ait. Fides aūt catholica singularis atq; vera iustificans impium & creans iustū, ad humilitatis suae tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se inuenerit innocentē. Eam fidem secūdum euāgelicam apostolicā & salutaris symboli doctrinā nicena synodus instituit. examen calcedonense cōfirmauit, orbis terrarū celebrat atq; veneratur. Haec in epistola pręfata fidei catholicę: in qua quatuor illę propositiones lectae manifestū videntur facere testimoniū propositi nostri. Quarū prima est, ꝙ solus xp̄s contagium nō habuit. Scda ꝙ de beata virgine natura sit assumpta nō culpa. Tertia ꝙ solus xp̄s sine cōcupiscentia sit conceptus. Quarta ꝙ in solo xp̄o se homo inuenit innocentem: qd idem valet, ꝙ solus xp̄s fuit inocēs. Planissimū est ꝙ hae propositiones fidei propheticae q̄ euāgelicę & apostolicae niceni & calcedoneñ. cōfirmatę doctrinis, nō videntur posse stare, cum assertione exaduerso, vt ex forma propositionū haberi videtur. ¶ Item idem beatissimus Leo papa in sermone natiuitatis dominicae: qui incipit. Semper quidem dilectissimi. ita inquit. In hac natiuitate christi s̄m Dauid prophetam. Veritas de terra orta est, & iustitia de coelo prospexit. In hac natiuitate christi, et Isaiae sermo cōpletus est, dicentis. Producat terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. Terra enim carnis humanae quae in prima fuit praeuaricatione maledicta, in hoc solo beatę virginis partu germen ędidit benedictum & a vitio suae stirpis alienum: cuius spiritualē originem in regeneratiōe cōsequimur, & omnium hominū renascētium aqua baptismatis istar est vteri originalis, eodem spiritu sancto replente fontem qui repleuit & virginem: & peccatum quod ibi euacuauit sacra cōceptio, hic mystica tollat ablutio. Haec Leo papa. Ecce apertissimum testimonium propositi. Dicens enim Leo papa ꝙ terra carnis humanae in solo virginis partu siue filio germen ędidit benedictū, & a vitio suae stirpis alienū, & ꝙ sacra conceptio filii dei peccatum euacuauit in virgine: ꝙ de materiali peccati originalis qd est ipse fomes qui ablatus est in cōceptione filii dei intelligitur, clarissima luce patet ꝙ Leo papa huius fidei fuerit ꝙ virgo Maria originale peccatum cōtraxerit. ¶ Item idem Leo papa in alio sermone natiuitatis dominicę: qui incipit. Saluator noster. Dicit sic. Nemo ab hmōi alacritatis participatione secernitur: vna cunctis lętitię cōis est ratio: quia dñs noster peccati mortisq; destructor: sicut nullū a reatu liberū reperit, ita liberandis omnibus venit. Hęc Leo papa. Ex quo manifeste videtur haberi propositū cum in illa vniuersitate virgo Maria intelligatur inclusa.

Leo pp.

Leo pp.

Leo pp.

¶ Rñsio quaedam exaduerso ad auctoritatem Leonis confutatur. Cap. .2.

SED huic auctoritati respondetur exaduerso ꝙ notissima differentia est inter reatum, & peccatum originale, cum Simeon ac plurimi alii sancti viri reatum haberent: qui tamen non erant in peccato originali. Intelligendum ergo erit ꝙ reatus dicatur ibi ne

cessitas mortis aut quęlibet alia pœnalitatis cōtractę sniæ obligatio pro pctō primorum parentum vel interdictū regni cœlestis. Et isto modo nullū reperit liberum a reatu. Et hoc modo esto φ beata virgo non fuisset libera a reatu, nō sequitur ergo contraxit peccatum originale. Hæc exaduerso. Sed ista rñsio nulla est: & processit ex nō plena cōsyderatione nominis reatus. Reatus. n. secundū quē aliquis dr reus pœnæ, nihil aliud vr esse q̄ obligatio ad pœnā aliquā rōne alicuius peccati vnde reatus nascatur. Reatus ergo iste quo cuncti, quibus liberandis xps venit, obnoxii erant, ex aliquo peccato sicut ex radice proxima necessario ortus est. Non pōt aūt dici hoc solum pctm̄ esse primi parentis, vt non sit originale contrahatur, vt sępissime August. tam contra Pelagianos in libro

August. de baptismo paruulorum, q̄ contra Iulianum eorum defensorem p sex libros suos affirmat & ostendit, vbi contra pręfatos hęreticos ex hmōi pœnalibus argumē to irrefragabili cōcludit paruulos hoies omnes ab Adam descendentes originale peccatum contrahere, sicut in parte visum est proxime & plenius infra patebit. Pro nunc aūt sufficiat afferre in medium id qd in libro de prædestinatio

August. ne dicit. Vbi ita loquitur. Qui negat oēm hominem traxisse peccatum de quo dicit apostolus, per vnū hominem peccatū intrauit in mundum, & per peccatū mors: negare pariter cōpellitur in eos pertransisse mortem. Mors enim intrare non potuit nisi intrante peccato. Quia vero in omnes hoies mors pertransiit, ideo in omnes necessarium est pertransisse peccatum. Et quia peccatum originale cū quo paruulus nascitur, carnis oculis videre nō possumus. Quo & ex Adam oēs carnaliter natos, & si illi iam in christo renati sint videmus mortis legi constringi: per hoc qd videmus, id qd nō videmus cogimur confiteri. Facilius eni fieri potest vt transeunte peccato pœna minime sequeretur, q̄ vt nullo cōcomitante peccato, partem sumat pœnæ, qui non habet culpæ. Hæc August. Ecce manifestum testimoniū φ hoc est euidentissimū argumentū. Videlicet. Iste obnoxius est reatui, ergo contraxit originale peccatum. Quare si beata virgo

Leo pp. obnoxia fuit isti reatui: sicut de oibus quibus liberandis saluator noster aduenit dicit beatissimus Leo papa, necessarium est fateri φ ipsa originale peccatum contraxerit. Multa aūt alia dicit idem beatissimus Leo quę in superioribus capitulis allegata sunt. Ex quibus idem clare potest deduci.

¶ In quo ponuntur ad idem beati Io. Damasceni, & beatissimi Anselmi sententiæ cum confutationibus responsionū quæ dantur exaduerso. Cap. 3.

Ioan. Damascenus. ITEM ad idem esse auctoritas beati Io. Damasceni. qui apud grę cos percelebris & colendissimæ memoriæ & auctoritatis est. qui in. 3. lib. sniarum. c. 2. ita dicit. Post consensum virginis spiritus sanctus venit super ipsam ſm domini sermonē quē dixit angelus, purgans ipsam, & virtutem susceptiuā verbi dei tribuens simul & generatiuam.

Magist. Thom. Quā purgationē factam, tam Magister sniarum in. 3. dist. 3. (vt superius visum est) q̄ sanctus Thomas in. 3. parte. q. 27. ad vltimū argumentū, ad purgationē fomitis referunt, quæ facta est in cōceptione filii dei, qui fomes in nullo est nisi in quo est vel fuit formaliter culpa originalis. Vt superius visum est. Quare sequ

Ansel. tur qd prius. ¶ Item ad idem est auctoritas beatissimi Anselmi qui in lib. 2. Cur deus homo cap. 15. introducēs discipulum eū interrogantem ita dicit. Sic ve corum quæ supra dicta sunt rationem ostendas. Primū. s. qualr de massa peccat

trice.i.de humano genere, qđ totũ erat infectum peccato, hominẽ de pctõ quasi azimum de fermentato deus assumpsit. Nã licet ipsa eiusdem hominis cõceptio munda sit, & absq̧ peccato carnalis delectatiõis; virgo tñ ipsa vnde assumpta est in iniquitatibus cõcepta est, & in peccatis cõcepit eam mater eius: & cũ originali peccato nata est: qm̃ & ipsa in Adam peccauit in quo oẽs peccauerunt. Quo testimonio nullũ clarius potest haberi. ¶ Ad istam auctoritatẽ respõdetur multipliciter exaduerso. Primo sic. ꝙ hoc nõ est verbum Anselmi, sed Boso. siue Bosonis discipuli sui eum interrogantis. ¶ Sed ista rñsio nulla est. Q đ patet ex tribus. Tũ primo quia Anselmus per modũ dialogi præfatũ librum componens vtraq̧ verba. s. tam magistri q̃ discipuli posuit. Tum scđo quia nõ est verisimile ꝙ tantus amator virginis, tantusq̧ christianæ fidei zelator talia verba audiens discipulum loquentem si vera non fuissent eum super his incorrectum, aut intactum dimisisset. Tum tertio patet respõsionẽ præfatam nullã esse ex his quæ in rñsione prȩfatȩ quæstiõis in eodẽ cap. ex persona propria loquitur ipse Anselmus. ita dicens. Postq̃ constat hominẽ illum deum & peccatorũ esse reconciliatorem, dubium nõ est omnino sine peccato esse. Hoc aũt esse nõ valeret, nisi absq̧ peccato de massa peccatrice sit assumptus. Item & infra in eadem. Virgo autem ista de qua homo ille assumptus est de quo loquimur, fuit de illis qui añ natiuitatem eius per eum mundati sunt a peccatis, & in eius ipsa mũditia de illa assumptus est. Hæc Anselmus. Quæ verba clarissime demõstrant verba discipuli & verba magistri ex eodem fidei fonte manasse. Et ita per cõsequẽs patet propositum nostrũ huius clarissimi doctoris testimonio apertissima luce clarescere. ¶ Sed scđo rñdetur exaduerso ꝙ totum illud dictũ Anselmi non videtur catholicum. Nam dicit ꝙ ipsa cõcepta & nata est cũ originali peccato. Q đ manifeste videtur militare cõtra fidem ecclesiȩ, quȩ eius celebrat natiuitatem. ¶ Sed ista responsio minime suffragatur respondenti. Credendũ. n. est ꝙ beatissimus Anselmus catholicȩ fuerit in tota ista auctoritate loquutus. Pro quo notandũ ꝙ tam scriptura sancta q̃ sancti doctores fomitẽ ipsum quia essentialiter materialr est ipsum originale peccatũ (Sicut repetitis vicibus cõmemoratum est) qñq̧ nominant eum originale peccatum ẽt in baptizatis & sanctificatis. De baptizatis inquit apostolus ad Ro. 7. nunc aũt iam nõ ego operor illud, sed qđ habitat in me peccatum, glo. i. fomes, vel carnalis cõcupiscentia. De sanctificatis vero habemus August. in sermone quodam aduentus dñi qui incipit. Vos cõuenio o Iudȩi. vbi de beato Ioãne in vtero sanctificato, & cuius natiuitatem sancta solẽnizat ecclesia ita loquitur. Ecce inquit agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Et adiecit. Et tu venis a me baptizari. Ecce a te ego debeo baptizari. Agnouit seruus dñm, agnouit vinculis originalis peccati obligatus ab oium nexu peccati liberum. Hæc August. ¶ Item glo. interli. quæ dr̃ esse Bedæ super illud Io. 3. Ego a te debeo baptizari, dicit. i. a peccato originali mundari. Q đ tñ dicũt doctores intelligendũ esse rõne fomitis qui in Ioã. mansit post sanctificationẽ. Ex quibus manifestũ habemus ꝙ tã scriptura q̃ scti originale pctm̃ nominẽt ipm fomitẽ q̃ post sctificationẽ remanet i sctificatis. ergo nõ ẽ alienũ a fide ecclȩ ꝙ beatus Ansel. dicit de beatissima virgine. Q m̃ cũ ait i pctõ originali eã esse natã pariformiter loqtur de originali pctõ sicut Paulus & Augu. in supioribus loquuntur sicut ex auctoritatibus supioribus pstat. Et coiter tota theologoꝝ schola docet ꝙ i. b. v. fomes post primã sanctificationẽ remãsit qui in scđa totalr extinctus est, vt s. Tho. dicit magr̃m sniarum intelligendũ esse, vbi ait carnẽ virginis post sanctificationẽ in vtero obnoxiam fuisse peccato. ¶ Item ad idem est Anselmus

Ansel. Ansel. August. Glos. Bed. S. Tho. Magist. Ansel.

mus: qui loco prænominato de xpi morte loquēs ita dicit. vere nāq; mortuus erat: qm̄ si vere nō fuisset mortuus, vera nō esset fides mortis eius per quā & ista virgo de qua natus est & multi alii mūdati sunt a peccato. Nā si vera nō fuisset, nihil prodesse potuisset. Hæc ille. ℂ Item ad idem est Anselmus in cap. sequenti ita dicens. Deniq; virgo quia per fidem munda facta est vt de illa posset assumi, nequaquā credidit ipsum moriturū: nisi quia vellet: quemadmodū per prophetam de illo dictū est. Oblatus est: quia ipse voluit. Hæc ille. Ex quibus clarissimū habetur testimonium ꝙ nostrum propositum est verum.

Ansel.

ℂ Responsio quædam exaduerso ad auctoritates Anselmi confutatur. Cap. 4.

DISTAS auctoritates Anselmi, in ea parte vbi dr̄ ꝙ beata virgo per fidem diuinę incarnationis siue mortis mūdata fuit a peccato, dr̄ ꝙ hoc oportet intelligi sane. Nā si dicatur mundata est a pctō adulta iam existens, vtputa tpe annunciationis: ita ꝙ prio sub eo semp fuerit, hoc manifeste cōtrariatur fidei ecclesię, quę ꝯfitetur eā in vtero sanctificatā fuisse, & nū q̄ peccasse actualiter. Erit ergo intelligēdū sic ꝙ a peccato mūdata esse dicatur, q̄a mūdata est a vi infectiua peccati quantū ad prolē inde nascētē. ℂ Sed hæc rñsio parū auxiliatur rn̄denti, sed plurimū cōfirmat propositū nr̄m: quia cū superius in hoc eodē caplo cōfutando hāc eandē rñsionem circa auctoritatē beati August. ostensum sit ꝙ vis hęc effectiua peccati sit fomes, siue cōcupiscētia innata q̄ materiale est in originali peccato: ſm quā proles nascitura sortitur vitiatę originis cōditionē, sequitur clarissime propositū ꝙ beatissima virgo originale cōtraxerit, a quo fomite qui mansisse dr̄ a doctoribus in ea post primā sanctificationē: & qui aliqñ peccati nomine designatur vt visum est, dr̄ ab Anselmo mūdata fuisse in cōceptione filii dei, & ita dicta Anselmi verissima sunt & euidentia testimonia nostri propositi. ℂ Item ad idem est ibidē Anselmus qui in lib. de cōceptu virginali cap. 9. in fine, ita dicit. Hæc autē nullatenus refragatur nostræ rationi: quæ semen de virgine sumptū asserit esse mundum: q̄uis sit de massa peccatrice. ℂ Item ad idem est Anselmus qui in eodem ca. 15. dicit sic. Nulla veritas, nullus intellectus permittit ad hominem ex sola virgine conceptū, de peccato massę peccatricis q̄uis de illa sit assumptus aliquid potuisse vel debuisse accedere, et si nō esset deus. Et simili repetit p alia sequentia capitula. s. 18. 19. 21. Ex quibus manifeste habetur propositū. ℂ Sed ad istas auctoritates datur rñsio exaduerso videlicet ꝙ massam peccatricē de qua xps assumpsit carnem, pluries vocat Anselmus genus humanū, & in scdo lib. Cur deus homo cap. 6. & in lib. de cōceptu virginali. c. 15. patet. Stant aūt hæc duo simul in veritate ꝙ genus humanum dicatur esse pctō subiectū, & tñ aliquod indiuiduum eius esse, aut fuisse absq; omni peccato, sicut patet de christo. Sicut stat omne humanum genus esse mortale: & tñ multos hoies esse imortales: nec posse mori. vt patet de xpo & virgine, & si qui alii sunt in cęlo glorificati. Hæc exaduerso. ℂ Sed rñsio parum iuuamenti pōt afferre proponēti, qm̄ & si massam peccatricē beatus Ansel. qñq; nominet genus humanū: nihilominus tñ ipsam virginem etiam quandoq; nominat talem, vt patet in auctoritatibus inductis, & eo maxime consyderato ꝙ de genere humano carnem non assumpsit nisi mediante beata virgine. Vnde videtur ꝙ si beata virgo, nunq̄ fuisset in originali peccato concepta quæ erat proxima massa vnde sumebatur caro Christi, non poterat Christus dici

Ansel.

Ansel.

proprie

proprie sumpsisse carnem de massa peccatrice. Quare apertissime patet ꝙ respō sio data exaduerso, contraria est intentioni ipsius Anselmi. ¶ Praeterea quod dicitur secūdo, videlicet ꝙ stant haec duo simul in veritate ꝙ genus humanū dicatur pctō esse subditum, & tamē aliquod indiuiduū eius esse aut fuisse absq; omni peccato, sicut patet de christo. etiam in nullo suffragatur intentioni proponentis. Quoniam licet ista duo stent in veritate ꝙ genus humanū fuerit peccato subditum, & ꝙ christus qui non processit eo gñationis & propagationis modo quo caeteri hoies ab Adam processerunt, non fuerit peccato vnq̄ subditus; non stant tamē hęc duo in veritate. videlicet ꝙ genus humanū fuerit peccato subditum, & indiuiduum eius cōmunis vitiatae propagationis via ab Adam descendens, cum aliis hominibus nō fuerit aliqñ peccato subditum. Quod manifestum fit ex ipsius Anselmi verbis in libro. 2. Cur deus homo. vbi a tota vniuersitate humani generis, solum christum excipit. Vbi sic ait in cap. 16. quasi in fine. Ostēdimus (vt puto) certa vi rōnum quomodo deus assumpsit hominem de massa peccatrice sine peccato. Sed nequaquā negādū existimo aliam esse pręter istam quam diximus, hoc excepto, ꝙ deus facere pōt quod hois ratio cōprae hendere non pōt. Verū quoniam & ista mihi videtur posse sufficere: & si aliam possemus inquirere puta quid sit originale peccatum, & q̄uo a primis parentibus in vniuersum genus humanū pręter illum de quo loquimur hominē diffunditur, & plures alias qōnes quę suum postulant tractatū, ea quam diximus rōne contenti quae de incepto restant opere prosequemur. Haec Anselmus. Vbi nominata beata virgine ab vniuersitate humani generis in quā peccatū originale diffusum esse dicit a primis parentibus, solum christum excipit, & ita patet ꝙ ab vniuersitate humani generis in conditione hac, solus christus excipitur qui cōmunem cum aliis hominibus propagationis viam nō possedit. ¶ Quod vero tertio loco dr̄ exaduerso, ꝙ cum ista. omne humanū genus est mortale, stat in veritate aliquos. s. glorificatos nō esse mortales, nō vr̄ facere ad propositū: quia hic fit comparatio inter status diuersos. s. statum pñtis mortalitatis & statū gloriae: & ideo simul stare possunt ista. Non. n. est de ratione humani generis simpliciter esse mortale sed tantū secundū conditionē pñtis status. Vnde Anselmus (vt recitat sanctus Thomas in. 4. dist. 44.) dicit ꝙ mortale ponitur in diffinitione hominis a philosophis qui nō crediderunt hoiem totum esse imortalem: quia non viderunt hoies nisi secundū hmōi mortalitatis statum. Haec S. Tho. Sicut autē ista duo non stant in veritate ꝙ oē genus humanū sit mortale, & ꝙ aliquis vel aliqui in statu pñtis vitae degentes sint imortales: ita nec ista duo ꝙ omne genus humanū fuerit subditum peccato, & ꝙ aliqui de genere illo propagati cōmuni propagine qua caeteri ab Adam propagantur, non fuerint aliquādo obnoxii peccato. Ex quibus clarissima luce patet beatum Anselmum huius sententiae fuisse ꝙ virgo Maria originale peccatum contraxerit. Ansel. Thom.

¶ Falsa expositio vnus auctoritatis exaduerso data reprobatur. Cap. 5.

QVOD vero inducitur cōmuniter exaduerso de eodem Anselmo in libro de conceptu virginali cap. 10. vbi ait. ꝙ decuit vt virgo Maria ea puritate niteret qua maior sub deo nequit intelligi, in nullo pręfatae sententiae praeiudicat. vt patet ex superioribus auctoritatibus eiusdem Anselmi quae istā praecedunt aut sequuntur, in quibus nul-

lo modo credendus est tantus doctor sibi contradicere. Oportet ergo ad diuersa tempora ista referre. Et sic praefati doctoris dicta concordantia sibi inuicem reperiemus. Hoc enim quod allegatum est, referendum est ad tempus secundae sanctificationis. Vt enim tam Alexander, quam Albertus, sanctus Thomas, Bonauentura hanc auctoritatem declarantes; dicunt licet in prima sanctificatione mundata fuerit virgo Maria ab originali peccato, remansit tamen in ea fomes ipse, licet ligatus: a quo cum in secda sanctificatione. s. in conceptione filii dei fuerit mundata siue purgata, tunc adepta est gradum illius excellentissimae puritatis qua decebat eam nitere quae mater eligebatur filii dei: haec autem puritas singularis stat bene in veritate, cum hoc quod ipsa in conceptione sua originale peccatum contraxerit, sicut manifeste patet ex isto quod superius ipse Anselmus dicit in secdo libro. Cur deus homo. cap. 15. Virgo ista de qua homo iste assumptus est de quo loquimur fuit de illis qui ante natiuitatem eius per eum mundati sunt a peccatis: & in ipsa eius munditia de illa assumptus est. Haec ille. Ecce clarum testimonium doctoris quod gradus iste supremae puritatis sub puritate christi stat cum hoc quod est aliquando subiacuisse peccato. ¶ Verum de ista auctoritate plenius habebitur inferius, vbi responsa dabuntur ad auctoritates exaduerso inductas de Anselmo pro parte contraria.

Alexā. de ales. Alber. Thom. Bonau.

¶ In quo ponuntur ad idem auctoritates beati Maximi, Boetii, & beati Gregorii cum confutationibus responsionum quae dantur exaduerso. Cap. 6.

Maxim.

DIDEM est beatus Maximus qui in sermone primae dominicae quadragesimae qui incipit. Audistis dilectissimi sicut euangelica tuba cecinit. sic inquit. Quamuis enim christum Maria Euae vtique filia peperisset: non tamē eum conceperat de Adam. Cum. n. videret inimicus, dei filium per miracula procreatum, voluebat secum (vt arbitror) atque admirans dicebat. Quis est iste qui nesciente me hunc ingressus est mundū? Noui quia de foemina natus est: sed nescio vnde cōceptus. Astat ergo mater, sed patrem inuestigare non possum. Et infra. A seculis nunquā hoc mihi contigit vt quisquam nasceretur homo, & humani vitii nihil haberet. Quae haec tam noua potensque generatio est? Inter peccatores & impios natus mortalique mře progressus purgatio cunctis nascentibus, & ipse mihi coelo lucidior apparet. Haec ille. Quae verba non videntur posse veritatem habere si beata virgo in originali peccato non fuerit concepta, vt patet ex ipsa forma verborum, quare manifeste videtur haberi propositum. ¶ Item ad idem est Boetius sanctus, dictus Seuerinus, qui in libro de duabus naturis & vna persona christi, qui incipit. Anxie te quidem diuque sustinui. dicit sic. Alia quidem quaestio ab iis inferri potest qui corpus humanum ex Mariae vtero esse non credunt, sed alias fuisse sequestratum praeparatumque qd in adunatione ex Mariae vtero gigni ac proferri videtur. Aiunt enim. Si ex homine sumptum est corpus, homo vero omnis ex prima praeuaricatione non solum peccato & morte tenebatur, verum etiā effectibus peccatorum est implicatus, cur in christo nec peccatum fuit nec voluntas peccandi? Habet animaduertendam dubitationem talis quaestio. Vbi Glo. ait. Ingreditur profundissimam quaestionem, tamen vtilissimam. Quomodo. s. christus sine peccato esse potuit cum ex Maria virgine corpus suscepit quae in primi parentis praeuaricatione peccatrix fuit: sicut & omne genus humanum,

Boetius

Glos.

Hæc Glo. ¶ Ad hanc vero quæstionem cõmuniter ipse Boetius(facta distinctione de triplici statu hominum: quorum primus dr status innocentiæ.s. ante peccatum. Secũdus status dr præuaricationis.s.post peccatum Adæ. Tertius status est beatitudinis)declarat qualiter nõ recepit christus de statu præuaricationis peccatum, sed corporis mortalitatem, vt ab humano genere mortem fugaret. Ex quibus verbis Boetii & glosæ eiusdem, aperte colligitur intentũ. ¶ Itẽ ad idem est beatus Gregor. super Eze. omel. 8. vbi ita dicit. Quid enim lumbo℞ noie nisi propago mortalitatis exprimitur. Propter quod et de leui dicitur ꝙ adhuc in lumbis patris erat, cum Melchisedech occurreret Habraæ. De lumbis vero Habraæ virgo Maria exiit, in cuius vtero vnigenitus patris per spiritum sanctum incarnari dignatus est. Hæc ille. Quod autẽ Gregorius per hoc qd dicit virginem benedictam exiisse de lumbis Habraæ quibus propago mortalitatis designatur, innuit eam originali peccato obnoxiam fuisse, vt colligi videtur manifeste ex. 25. libro moralium in cap. 1. vbi narrato qualiter peccante primo parente, statu imortalitatis amisso, cursus eum immortalitatis absorbuit, ita inquit. Cuius.s.mortalitatis quia de propagine nascimur, radicis amaritudinem quasi in virgulto retinemus. Ecce aperte dicit Gregor. quia nascimur de propagine mortalitatis, amaritudinẽ radicis.s.origiãlis peccati retinemus. Quare cum virgo benedicta(inquit)de lumbis Habraæ.i.de propagine mortalitatis exiisse dicatur manifeste datur intelligi, ꝙ ipsa cum cæteris eadem propagine nascentibus originale peccatum contraxit, eoq; maxime cõsyderato, qd inquit beatus Augu. super Ioã. omel. 5. Non.n. xp̃s in iniquitate conceptus est quia non de mortalitate conceptus est. Et contra Faustũ lib. 1. Caro christi non erat caro peccati: quia nõ de traduce mortalitatis in Mariam per masculum venit. ¶ Item ad idem est Gregorius super Eze. Omel. 20. vbi sic inquit. Per mẽbrum quod circũciditur, mortalis propago generatur vt descendentium & succedentium numerus augeretur. Et statim post subiungit. Per hoc membrũ Maria virgo descendit, quæ dominum in vtero sine virilis carnis admissione concepit. Hæc Gregorius. Quod aũt per hoc quod dicit virginem benedictam descendisse per membrũ per quod mortalis propago generatur, designet eam originali peccato obnoxiam fuisse, patet ex eo ꝙ idem Gregorius solum christum de immunda conceptione dicit nihil habuisse: quia non ex viro, sed ex virgine & spiritu sancto processit. Vnde in moralibus. 11. libro cap. vltimo sic inquit. Beatus Iob incarnationem redemptionis intuitus, solum vidit in mundo hominem de imundo semine non esse cõceptum: qui sic in mũdum venit ex virgine vt nihil haberet de imunda cõceptione. Nec enim ex viro & fœmina, sed ex spiritu sancto & Maria virgine processit. Hæc ille.

Grego. Augu. Grego. Grego.

¶ In quo ponuntur ad idem auctoritates Hugonis de sancto Victore, & beati Bernardi cum confutationibus responsionum exaduerso. Cap. 7.

PRÆTEREA hoc manifestius fit si verba Hug. de S. Victore in. 1. lib. de sacramẽtis pte. 8. quę videtur declarare verba Grego. de hac materia referãtur i mediũ. Dicit.n.sic. Vt inobediẽtia maĩfesta fieret, vnũ in corpore humano mẽbrũ potestati aĩæ subtraxit, p qd posteritas in carne seminãda fuit: vt oẽs qui p illud gñantur, se filios iobediẽtię itelligãt, & ex sua origine q̃les & qualr gñantur agnoscãt. Quia ergo in hoc mẽbro p qd hũana propago trã-

Hug. de s. victo.

tur,qđ asserere videbatur Cyprianus. vbi Augus. tenens ꝙ ex mala occasione parentũ,filii eorum quãdiu paruuli,non pñt perdere grãm quam in baptismo consequuti sunt. Dicit dictũ Cypriani intelligendum esse quantũ erat ex parte actionis parentum qui tm̃ facinus in illos cõmiserunt. Sic dr exaduerso intelligendam esse auctoritatem Bernardi,videlicet ꝙ,quantũ fuit ex parte parentum beata virgo cõcepta fuit in originali peccato. Quare(inquit) licet dicatur absolute beatam virginem traxisse peccatũ originale a parẽtibus,nõ propter hoc sequitur ꝙ ipsa in peccato originali personaliter sit concepta,siue ꝙ ipsa peccatum actualiter contraxerit. ❡ Sed hæc rñsio nulla est. Quod patet ex multis. Tum primo quia qđ inducitur de Augus.nõ est ad propositum: quia sancti & iusti parentes beatissimę virginis in concipiendo virginem benedictã,intentionem habuerunt rectissimam,& sanctissimã,& angelico monitu cõuenerunt,& nõ aliquam sacrilegam intentionem:sicut habuerunt illi dęmoniorũ cultores circa paruulos suos:de quibus exempla inducuntur exaduerso. Tum secundo qa vt imediate ex infra dicendis manifestum fiet,sententia & doctrina Bernardi est ꝙ ipsa in persona originale peccatum cõtraxerit. Tum tertio hoc idem patet ex forma auctoritatis in qua inquit ꝙ ab originali contagio beata virgo in materno vtero mundata fuit. Quod manifeste demõstrat ꝙ personal'r ipsa originali peccato fuit obnoxia. ❡ Cõsequenter rñdetur tertio exaduerso ad auctoritatem præfatam ꝙ magna est differentia inter trahere & cõtrahere. Qui.n.seminatur ex semine leprosi;quãtũ est ex actione parentũ;lepram trahit: sed si cõtraria qualitas mundiciæ eidem infundatur a deo,verum est dicere ꝙ iste nunquã fuit leprosus, licet traxerit lepram a parentibus quantũ fuit ex actionibus eorum. Ita põt dici de beata virgine ꝙ licet originale peccatũ traxerit a parentibus,tñ propter grãm eidem peccato contrariã in eandẽ prępueniẽtẽ,nunquã originale peccatũ contraxit. Hæc exaduerso. ❡ Sed hæc rñsio in multis deficit. Primo in hoc ꝙ loquẽdo de originali peccato,dicit ꝙ magna differẽtia est inter contrahere & trahere: qm̃ sancti doctores vtroq; vocabulo indifferenter vtuntur. Vnde August.de fide ad Petrum,& inducitur a Gratiano in cap. Firmissime.de consecratione dist.4.vbi in.24.regula de pueris nondũ baptizatis loquens,ita ait. Quia & si peccatum proprię actionis nullum hẽrent,originalis tamẽ peccati dãnationẽ carnali cõceptione & natiuitate traxerũt. Secũdo peccat rñsio data;quia falsum est ꝙ aliquis de semine leprosi progenitus,si diuina gratia,ne leprã incurrret fuerit præseruatus,dicatur traxisse simpliciter & absolute lepram. Sicut hic beatus Bernardus simpliciter & absolute loquẽdo, nõ secundũ quid,dicit ꝙ virgo Maria a parentibus maculam traxit originalis peccati. Simpliciter.n.hoc dicit,nõ addit quod exaduerso additur.s. quantum est ex actione parentum. Tertio deficit prædicta rñsio:quia præsupponit id quod probandum est.videlicet ꝙ beata virgo in cõceptione sua habuit gratiam præuenientem,ne cõtraheret originale peccatum. Quarto rñsio exaduerso est,ꝙ auctoritas hæc Bernardi in hoc qđ dicit.absit ꝙ proprii quicq̃ inquinamẽti domus hæc aliqñ habuisse dicatur. Item in hoc qđ ait.ꝙ proprium delictũ non habuit,videatur facere simpliciter ad cõfirmationem suæ doctrinæ. ❡ Sed hęc responsio multum voluntaria est,in nullo fulta rõnis fundamento, vt patet tam ex ipsa forma auctoritatis q̃ ex ipsa causa dicẽdi. In forma aũt auctoritatis expresse facit differentiam inter inquinamentum proprium siue delictũ propriũ, qđ negat eam habuisse,& originalem culpã quã eam traxisse asserit. Ex causa vero dicendi hoc idem patet. qm̃ Bernardus assignans cãm quare non fiebat mẽ

tio in præsenti lectione euangelica de Lazaro: per quã scopa significatur pœnitentiæ quę respicit actuale peccatum siue personale: sicut originale peccatum respiciebat olim petra circũcisionis, & nunc vnda baptismatis. dicit ꝙ ideo ga nihil habuit proprii inquinamẽti nec aliquod delictũ proprium. Quid clarius dici potest? Vt quid tantus labor & tam inutilis sermonis profusio sit exaduerso? Q d si dicatur, ꝙ per propriũ delictum intelligitur actuale peccatum, obstat, quia credere ꝙ beata virgo nõ habuit actuale peccatũ, non hoc sub pietate cadit, sed sub fidei necessitate. ¶ Sed hæc instantia nulla est: quia hæc Bernardus vocat pie credendum esse, ad quod nõdũ habetur expressa diffinitio fidei cuiusmodi est hoc. ¶ Preterea replicando contra intelligentiam datam de proprio delicto arguitur sic exaduerso. Q d si dicatur ꝙ propriũ, siue suum, dicatur peccatum actuale quod voluntarie cõmissum est & non originale, secundũ hoc nihil qd trahit quis a parẽtibus diceretur suum, puta nec corpus nec anima, nec suppositum nec natura. Q d est falsum. ¶ Præterea paruulis in baptismo propriũ peccatum non alienũ dimittitur. Vnde Anselmus in de conceptu virginali ca. 26. dicit. Cum dãnatur infans pro originali peccato, nõ damnatur pro peccato Adæ: sed pro suo. Nam si ipse non haberet peccatum, non cõdenaretur. Et

Ansel. ita non portat iniquitatem patris sed suam. Hæc Anselmus. Quare cum hic dicat Bernardus ꝙ proprium Maria delictum nõ habuit, sequitur ꝙ nunquã peccatum originale habuit. Hæc exaduerso. ¶ Hæc autem replica salua pace arguentis plus habet verborum ꝗ virtutis. Planissimum enim est ꝙ nulla est. Aliter. n. sancti & doctores vtuntur nomine proprii cum de peccatis loquuntur, ꝗ sit vsus eius cum de aliis rebus sit sermo. Cõmunis enim habet sanctorũ doctrina & schola Theologiæ ꝙ peccatum proprium dicitur ꝙ propria actione aut operatione voluntatis eius qui peccare dicitur cõmittitur, vel incurritur: qd peccato originali minime conuenire potest. Vnde beatissimus Augu. in libro

August. primo de baptismo paruulorũ, vt deducitur a Magistro sniarum in. 2. dist. 34.

Magist. ita inquit. Manifestum est ita omnes in Adam peccasse quasi in massa. Ipse. n. per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo ergo constituti sunt peccatores, ita vt in isto vno peccato qd intrauit in mũdũ recte oẽs dicantur peccasse: quia sicut ab illo vno hoie, sic ab eodem vno peccato imunes esse non pñt, nisi ab eius reatu per christi baptismũ absoluantur. Alia ergo sunt propria peccata in quibus tm̃ peccãt, quorum peccata sunt: & hoc vnũ in quo oẽs peccauerunt. i. ex quo oẽs peccatores constituti sunt. Hæc ille. Item idẽ Au-

August. gusti. lib. 1. contra Iulianũ: vbi cum Iulianus allegaret Ioã. Chrysostomũ dicẽtem, infantes baptizamus quãuis peccata nõ habentes dicit intelligẽdum esse. s. ꝙ propria nõ habent. Ecce differentiam expressam inter originale & proprium peccatum. Quare qd exaduerso proponens nititur ostendere ꝙ, videlicet, originale pctm̃ & propriũ pctm̃, est ab oi doctrina sanctoꝝ alienũ. Q d vero inducit de Anselmo, ad propositũ nõ est. Nõ. n. est sermo noster sicut nec Bernardi de suo, sed de proprio vt sancti & schola theol. termino proprii vtũtur circa pctm̃ distinguentes inter originale & actuale pctm̃. Nullus. n. negat pctm̃ originale esse istius paruuli in quo est: & per ꝯñs esse suum, & in baptismo lauari a suo peccato: & si moritur añ baptismũ damnari pro suo peccato. Sed omnis doctus in vera sapientia sanctoꝝ negat tales habere propriũ pctm̃: nisi vellemus vti noie proprii cõtra intentionẽ Bernar. quę clarissima est, & cõtra morẽ loquẽdi doctoꝝ: Quare manifestũ est ꝙ auctoritas inducta Bernar. in nullo facit pro assertione exaduerso, sed per totum illam infirmat & penitus euertit.

¶ Ad principale propositum Bernardi auctoritates elegantissime. Cap. 9

I TEM ad idem est Bernar. in sermone Ioã. baptistæ, qui incipit. Hodie dilectissimi, dies illuxit insignis, ita ait. Secũdus honor est sanctificatio in ventre matris. Quicũq; de massa pũaricationis in mundũ ingredimur, lõgã vestẽ originalis pctĩ nobiscũ trahimus: solus ille qui pctm̃ nõ fecit excipitur, quẽ virginalis thalamus ignorãte viro terris effudit. Lõge quippe altero & dissimili modo cõceptus est, spiritu sctõ tota maiestate virginẽ inundante, superãs vsum carnis, & ordinem virilis cõmistionis, sic quippe decebat vt peccatum nesciret qui peccatũ tollebat: vt similitudinem carnis susciperet, nõ autẽ carnẽ peccati. Cũ ergo oẽs in iniquitatibus cõcepti sint, neminem vnq̃ mortalium inter viscera materna sanctificatũ legimus præter Ieremiam & Ioannẽ baptistã: quãq̃ de singulari virgine nulla sit ambiguitas: quoniam ipsa maternis in visceribus sublimiori sanctificationis genere mundata sit, vtpote sacrum illud tabernaculum in quo deus, dei filius carnẽ fuerat suscepturus. Sed longe minor Ieremiæ sanctificatio q̃ Ioannis. Iste quidem in matris vtero sanctificatus, hic spiritu sancto repletus cognoscitur. Et infra. Attende obsecro diligẽter q̃ ordinata dispositione spiritus ille multiplex qui Ieremiã sanctificauit & Ioãnẽ repleuit superuenit in Maria. Et Ieremię quidem admiranda sanctificatio, quia & si in peccato cõceptus est, nascitur tñ sine pctõ. Ante enim q̃ exiret de ventre sanctificatus est, nec poterat nasci non sanctus qui in vtero matris erat sanctificatus. Ioãnẽ vero longe gloriosior virtus repleuit qui sanctificatus est a peccato, & ita est dominãte spiritu superinfusus, vt purgatus exeat & repletus. ¶ Ineffabiliori autẽ modo superuenit in virginem quã tota diuinitatis plenitudo sine mẽsuræ discretione perfundit, vt totum caperet qui fecit totum: vt nõ solũ a peccatis abluta, repleta spiritu, sed & de spũ sancto ab ea dei filius cõceptus est. Et infra. Vides q̃ remotiori priuilegio speciosus forma prę filiis hoium in cõcipiẽdo discretus sit. Illi etenim de pctĩs cõcepti sunt: hic de spũ. & in spũ sancto cõcipitur. Hęc ille. Ecce q̃ clarissime Bernar. profitetur virginẽ bñdictã de pctõ & in pctõ fuisse cõceptã: & a pctõ in vtero fuisse ablutã. Itẽ ad idẽ est beatus Bernar. in sermone vigiliæ natalis dñi qui incipit. Hodie quoq; sermonẽ ordinis nñi cõsuetudo. Loquẽs de cõceptione dñi nñi Iesu xp̃i, ita dicit. Intuere obsecro quale sit istud, q̃ nouũ, q̃ admirabile, q̃ amabile, q̃ iocundũ. Q d.n. pulchrius q̃ cõceptio casta: q̃ gloriosius q̃ sctã & syncera cõceptio, ĩ qua nihil pudoris est, nihil sordis vel corruptiõis: Et infra. Cõceptus est iste nõ mõ gl̃iosus in ipsa quasi exteriori specie, sed p̃ciosius est iteriori virtute, vt (ẽm qd scriptũ est) in sinistra dñi diuitię & gloria sũ inueniãtur. Diuitię nãq; salutis, cũ gloria nouitatis. Quis. n. posset facere mũdũ de imundo cõceptũ semine. nõne tu q̃ solus es: Sine oi illicita & imũda ɔceptus est voluptate. In ipsa radice & origine mea ifectus & ingnatus sum; imunda est cõceptio mea sed est in quo tollat ista cõfusio. Ipse. n. tollit in quẽ solũ ipsa nõ cadit. Diuitias salutis habeo quibus redimã proprię ɔceptiõis ipuritatẽ. xp̃i purissimã cõceptionẽ. Et infra in eodẽ. Habes adhuc maiores diuitias, habes gloriã ampliorẽ, mater est sine corruptione virginitatis, filius sine omni labe peccati: non cadit in m̃re Euæ maledictio: non cadit in prole generis ista conditio de qua dictum est per prophetam. nemo mundus a sorde nec infans cuius vnius diei est vita super terram. Ecce infans sine sorde solus inter homines verax, immo est veritas ipsa. Ecce agnus sine macula, agnus dei qui tollit peccata mundi. Quis enim melius peccata mundi tolleret q̃ ille in quem peccatum

mia concedamus, quid rñdebitur de Ioan. Baptista quem angelus prenũciauit spiritu sancto adhuc in vtero matris suæ repletũ. Prorsus hoc ad pdestinationẽ aut prescientiam referri posse non arbitror. Verba nempe angeli sicut ipse pre dixit, completa absq; dubio sunt, & quem prelocutus est spiritu sancto replendũ non est credere non repletum: idq; loco & tempore quo predixit. Certissime au tem spiritus sanctus, quẽ replet sanctificat. Ceterum quatenus aduersus orginale peccatũ hæc ipsa sanctificatio valuerit siue pro isto siue pro illo propheta, vel quis alius simili preuentus gratia fuerit, non temere dixerim sanctificatos: tamẽ non dubitauerim dicere q deus sanctificauit, & cũ eadem sanctificatiõe prodiisse ex vtero quã acceperunt in vtero: nec reatum quẽ in conceptione traxerũt va luisse vllatenus horũ natali iam deuotam pedire seu preripere benedictionẽ. At si quis dicat spiritu sancto repletum, manere adhuc filiũ nihilominus irę: & si mori in vtero contigisset cũ hac plenitudine spũs, pœnas luiturum dãnatio nis, durum est. Minime tamẽ ausim hic quippiam mea sententia diffinire. Sed quicquid de hoc sit, merito ecclesia quæ ceterorq; non natiuitatẽ sed mortẽ san ctorũ indicat & predicat preciosam, singulari quadã exceptione festis præfert gaudiis veneratuq; illius natalem de quo nunciãte angelo legit, & multi in na tiuitate eius gaudebunt. Cur enim nõ sit illius exitus sanctus ac proinde festiuus & letus qui potuit exultare in vtero. Quod itaq; vel paucis mortalium cõstat fuisse collatum, fas non est suspicari tante virgini esse negatũ per quã oĩs mor talitas emersit ad vitam. Fuit proculdubio mater domini añ sancta q̃ nata: nec fallitur oĩno sancta ecclesia reputans & venerãs ipsum sanctum natiuitatis eius, & omni anno cũ exultatione vniuerse terre votiua celebritate suscipiens diẽ. Ego puto qd & copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit; quæ ipsius non solũ sanctificaret ortũ, sed & vitam ab omni deinceps peccato custo diret imunem. Quod nemini alteri in natis quidẽ mulierũ creditur esse donatũ. Decuit nimirũ reginam virginũ singulari priuilegio sanctitatis absq; oĩ pecca to ducere vitam: que dum peccati mortisq; peremptorem pareret: munus vitæ & iustitiæ pre oĩbus obtineret. Sanctus ergo fuit ortus: quoniã immensa pre diens sanctitas sanctum fecit illum. Quid adhuc addendũ his putamus honori bus. Vt honoretur (inquit) & cõceptus qui honorandum preiuit partum: qm̃ si ille non precessisset nec iste esset qui honoraretur. Quid si alius propter ean dem causam etiã vtrq; parenti eius festos honores asserat deferẽdos. Sed de auis & proauis idipsum posset pro simili causa quilibet flagitare: & sic tẽderet in in finitum, & festorum non esset numerus. Verũ patriæ est non exilii frequentia hæc gaudiorum, & numerositas festiuitatũ ciues decet non exules. Sed profer tur scriptum (vt aiunt) reuelationis. Et quis non queat scriptũ eque producere quo virgo videatur idipsum mandare & de parentibus suis iuxta dñi mandatũ dicentis. Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam. Ipse mihi facile persuadeo scriptis talibus nõ moueri, quibus nec ratio suppeditare, nec certa inuenitur fauere au ctoritas. Nam quid cõsequentiæ habet, vt quoniã sanctũ precessit natalem con ceptus, propterea reputetur & ipse sanctus. Nũqd qm̃ precessit, eum fecit & san ctum? Et si precessit vt esset: non tñ vt sanctus esset. Vñ etenim ipsa sanctitas quã secuturo transmitteretur? An nõ potius quia precessit absq; sanctitate conce ptus, oportuit nimirum sanctificari cõceptã, vt sanctus sequeretur iam partus. An forte mutuatus sit sanctitatem a posteriore prior. Potuit sane illa quæ in iam concepta facta est sanctificatio ad ipsum qui sequebatur transire natalem: redire vero retrorsum ad cõceptum qui precesserat, iam oĩno non potuit. Vñ

ergo conceptione sanctitas? An dicitur sanctificatione preuenta quādo iam sancta conciperetur ac per hoc sanctus fuerit & conceptus: quemadmodum sanctificata in vtero dr̄, vt sanctus sequeretur & ortus. Sed non valuit añ sancta esse q̄ esset. Siquidē non erat anteq̄ conciperetur. An forte inter amplexus manifestales se spiritus cōceptioni immiscuit vt simul & sanctificata fuerit & cōcepta. Ne hoc quidē admittit ratio. Q̄uo nanq̧ aut sanctitas absq̧ spū sanctificante, aut sancti spūs societas cū peccato fuerit: aut certe ipsum peccatū q̄uo nō fuit vbi libido non defuit? Nisi forte quis dicat de spū sancto eam & nō de viro conceptā fuisse. Sed id hactenus in auditum lego. ℭ Deniq̧ spiritum sanctū in eam, non cum ea venisse scio, dicente angelo spiritus sanctus superueniet in te. Et si licet, loqui qd ecclesia sentit, & verum ipsa sentit. dico gloriosam virginem de spiritu sancto cōcepisse, nō aūt & cōceptā fuisse. Dico peperisse virginem, nō tñ partā a virgine. Alioquin vbi est prerogatiua matris dñi qua simpliciter creditur exultare & munere prolis & integritate carnis si tātūdem dederis & matri ipsius? Nō enim est hoc virginem honorare, sed honori eius detrahere. ℭ Si ergo añ conceptum sui sanctificari minime potuit, qm̄ nō erat: sed nec in ipso quidem cōceptu, propter peccatum qd inerat? Restat vt post cōceptum in vtero iam existēs sanctificationem accepisse credatur quæ excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem: non tñ & cōceptionem. Quāobrem & si quibus vł paucis filiorum hominum datū est cū sanctitate nasci, nō tñ & ꝯcipi; vt vni sane seruaretur sancti prerogatiua conceptus: qui oēs sanctificaret: solusq̧ absq̧ peccato veniens, purgationem faceret peccatorum. Solus itaq̧ dñs Iesus de spiritu sancto cōceptus: quia solus & ante cōceptum sanctus. quo excepto ceteros vniuersos respicit ex Adam natos, qd vnus humiliter de seipso ac veraciter confitetur. Iu iniquitatibus inquiens conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Cum hec ita se habeant, quenam iam erit festiue ratio conceptionis? Quo pacto inquā aut sanctus assereretur conceptus: qui de spiritu nō est, ne dicam de peccato est, aut festus habebitur qui minime sanctus est? Libenter hoc honore gloriosa virgo carebit, quo vel peccatū honorari, vel falsa induci videtur sanctitas. Alioquin nulla ei ratione placebit contra ecclesiæ ritum præsumpta nouitas, mater temeritatis, soror superstitionis, filia leuitatis. Nam si sic videbatur consulenda erat prius apostolicæ sedis auctoritas, & non ita præcipitanter atq̧ inconsulte paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Et ante quidem apud aliquos errorem compereram, sed dissimulabam, parcens deuotioni que de simplici corde & amore virginis veniebat. Verum apud sapientes atq̧ in famosa nobiliq̧ ecclesia, & cuius specialiter filius sum superstitione deprehensa, nescio an sine graui offensa etiam vestri omnium dissimulare potuerim. Quæ autem dixi absq̧ præiudicio sane dicta sint sanius sapientis, romane presertim ecclesiæ auctoritati atq̧ examini totum hoc & cetera quæ huiusmodi sunt vniuersa reseruo: ipsius si quid sapio aliter, paratus iudicio emendare. Hæc epistola. ℭ Ecce testimonium clarissimum & tante auctoritatis quod planum in hac re ipsum solum sufficere deberet pro determinatione quæstionis. Attento eo potissime ꝙ nedum maxima sapientia & sanctitate floruit, sed etiam peculiaria & priuilegiata deuotione seruiuit ad beatissimam virginem. vt qui eius singularissimus seruitor fuit & capellanus: sicut patet tam ex eius historia, q̄ ex libris eius: qui eiusdem sacratissimæ virginis laudibus, cæteris amplius redolere videntur.

¶In quo confutantur responsa quædam exaduerso ad epistolam beati Bernardi.
Cap. 11.

SED ad istam epistolam respondetur diuersimode a diuersis qui exaduerso ad tam apertissimam sniam respondere tentauerunt. Primo quidem respondetur ab aliquibus ꝙ beatus Bernar. hanc doctrinā quā tenuit in vita, retractauit post mortem in quadam visione. Dicitur.n apparuisse cuidam monacho desideranti ipsum videre, totus lucidus, preter q̄ in pectore, vbi habebat quādam maculam quā se habere pro tanto dixit: quia beatam virginem dixerat in originali peccato conceptam. Sed hec responsio omnino irrationalis est: &(vt videtur) præsumptuosa nimis. Quod ex quinq; capitibus manifesta luce demonstratur. Primo quidem quia est contra scripturam sanctam dicentem de sanctis. Apoca. 14. ꝙ sine macula sunt ante thronū dei. Secūdo quia huic obstat veritas historiæ quæ de ipso legitur in ecclesia, ex qua colligitur ꝙ immediate anima illa beatissima quo de carne exiuit lucidissimam regionem ingressa est supernæ gloriæ. Vnde legitur in eius historia ꝙ hora obitus sui apparuit cuidam Abbati in quodam monasterio: quem vt se sequeretur admonens dixit. Ecce ad montem libani venimus. Manifestum est autem ꝙ mons libani. idest candidationis gloriæ: in quem beatus Bernardus se venire profitebatur non patitur aliquam maculam. Nam vt dicitur sapientię. 7. Nihil inquinatum incurrit in illa. Tertio quoniam cum res hæc penitus ignota sit patribus ordinis beati Bernardi quibus maxime constare deberet, irrationabile videtur: & non carens reprehensione magna talia dicere de tam glorioso patre & institutore tanti ordinis; & multo irrationabilius fuit talia scriptis demandare. Quarto hoc idem ostenditur ex eo ꝙ hoc de aliis sanctis qui eiusdem sententię & fidei fuerint, non legitur contingisse. Mirum enim esset ꝙ nullus aliorum sanctorum videlicet Augustinus, Eusebius, Ambrosius, Anselmus, & cæteri nominati superius: qui (vt visum est) ex inductis auctoritatibus eorum paris sunt sententiæ, cum Bernardo, apparuerit cum macula nisi solus Bernardus. Ideo hæc visio nedum eadem facilitate contēnenda est quæ approbatur, sed etiam merito reprobanda venit. Quinto quia si apparitio fuisset vera, & causa retractandi opinionem Bernardi, merito debuit palam fieri publicis videlicet personis, prælatis.s.ecclesiæ: vt ab ista doctrina populum sibi subiectum auertere essent soliciti. Quod cum non legatur factum, manifeste colligitur ꝙ illa non fuit apparitio Bernardi, sed illusio demonis, doctrinæ saluberrimę gloriosissimi sancti inuidentis, aut somnium alicuius insensati monachi, aut fictum fabricatum mendacium. Item sane magna confusione digni censendi essent: qui propter somnium alicuius monachi, doctrinam relinquerent tam gloriosi & beatissimi sancti. ¶ Secundo respondetur exaduerso ꝙ beatus Bernardus hoc non asserendo dixit. Quod patere dicunt ex eo ꝙ in fine epistolæ totū submittit correctioni & examini summi Pontificis. ¶ Sed hęc respōsio nulla est. Tū primo quia falsum est ꝙ non assertiue loquutus fuerit. Quod patet manifeste tam ex ipsa dura reprehensione qua illos tam insignes canonicos Lugdunē. reprehendit super celebratione festi conceptionis: vt patet ex dictis quæ tam clara sunt & de prope recitata vt opus non sit ea commemorari: in quo videbantur præsupponere conceptionem eius sanctam fuisse, q̄ ex ipsa forma loquendi. Tum se-

cundo quia hoc ꝙ Bernardus etiam quia dixit in prædicta epistola correctioni submittitur sedis apostolicæ, non arguitur non assertiue loquutus fuerit. Hic enim est mos sanctorum doctorum, & oium scribentium aliorum doctorum, etiam disputantium in scholis, omnia quæ dixerint istius sanctissime sedis iudicio cõmittere & examini in qua splendor veritatis fidei semper inobfuscatus perdurat. Cui dñs inquit in Petro. Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua. Hoc modo singulariter fecisse legimus beatissimum Hieronymum in epistola ad Damasum papam in qua ponitur explanatio fidei beati Hieronymi ad Augustinum & Alipium episcopos missa: & est. 55. in ordine: quæ incipit credimus in deum patrem oipotentẽ cũctoꝝ visibilium & inuisibilium cõditorẽ &c. Post cuius cõfessionem fidei, prosequitur ita dicens. Hęc est fides, Papa beatissime, quã in catholica ecclesia didicimus: quãq; semper tenuimus, in qua si minus perite ac parum caute aliquid forte positũ est, emendari cupimus a te qui Petri fidem & sedem tenes &c. Et habetur transumptiue. 24. q. 1. ca. hæc est fides. Tum tertio responsio illa data exaduerso nulla est. Dato. n. ꝙ ita esset sicut dicitur exaduerso, nunq̃ tñ reperitur ꝙ sedes apostolica contrariũ diffinierit. Ex quo patet etiã ea quæ exaduerso dicuntur de intentione sanctoꝝ doctorum & scholasticoꝝ in scribendo, parum iuuare proponentẽ. Ex hoc enim ꝙ oia dicta sua illi submiserint sedis apostolicæ determinationi: nõn derogatur in aliquo auctoritati coꝝ quousq; per ecclesiã fuerit oppositũ determinatum seu diffinitum. Tertio rñdetur exaduerso ꝙ beatus Bernardus loquebatur in pręfata epistola de cõceptione seminis, & nõ naturarum, & de peccato nõ prout dicitur carẽtiã originalis iustitiæ, sed prout dicit vitiosam corruptionem siue deordinationem naturæ: qđo non est incõueniens dicere beatã virginem in originali peccato cõceptam. ¶ Sed hæc responsio ꝙ nulla sit & ꝙ omnino ab intentione beati Bernardi sit peregrina: quãq̃ lucidissime constet attente considerantibus verba præfatę epistolę, in proximo tñ capitulo clara luce idẽ ostẽdetur in quo ad longum omnia fundamẽtum quę exaduerso in fauorem prędictæ responsionis adducuntur, diuina luce adiutrice tanquam viribus vacua confutanda veniunt.

Hiero.

In quo ad idem inducuntur testimonia beati Thomæ de Aquino, vbi ponitur epistola Vniuersitatis Parisiensis de cõmendatione suæ doctrinæ. Cap. 12.

ITEM ad idem est sanctus Thomas de Aquino doctor clarissimus & Vniuersitatis Parisiensis iubar singulare, in sex locis opeꝝ suorum, vbi ex intentione, materiam hanc inuestigat & diffinit. Verum anteq̃ eius dicta ferantur in medium, vt puritas & auctoritas doctrinę sancti Thomę clarior omnibus fiat, inducetur in primis testimonium. qđ illa famosissima & omniũ celeberrima Vniuersitas Parisiensis, vna cũ dño Episcopo & capitulo ecclię Parisieñ. de auctoritate & synceritate doctrinę eiusdem sancti doctoris deuota & solẽni attestatione dederunt. Cuius literæ tenor est qui sequitur. ¶ Vniuersis pñtes literas inspecturis. Stephanus permissione diuina parisieñ. Episcopus: Salutem in oium saluatore. Magistra rerum experiẽtia certis indiciis euidenter demonstrat multa quibusdam temporibus ordinata, consulte nouis emergentibus causis, succedentibus tẽporibus in contrariũ consultius immutari. Dudum siquidem fœlicis memoriæ quidã prędecessores

nostri Parisienses epi quosdam articulos ne forsitan male eos intelligetes cade rent in errorem tanq̃ erroneos per excõicationis sniam dãnauerunt,& interdi xerunt expresse: quoꝝ tñ nonnulli doctrinã eximii doctoris beati Tho. de aqui no de ordine fratrũ pdicatoꝝ tangere ab aliquibus asseruntur. Quã articulo-rũ condẽnationẽ & sniaꝝ promulgationẽ venerabiles viri Decanus & caplm ecclesię nrę Parisieñ. sicut veritatis Zelatores intimius cõsyderantes: necnõ do-ctrinę & famę beati Tho. prædicti iniustã denigrationẽ, veritatis occultationẽ & Sanctę Ro. Ecc. aliqualẽ de honorationem, per honorabiles viros magistrum Anibaldũ Decanũ, Attrabateñ. Archidiaconũ, sacrę theologiæ doctorẽ; & dñm Petrum de flagello Parisieñ. canonicum, eoꝝ pp hoc nuncios ad nos spãliter destinatos, nos requisiuerunt, nobisq́ supplicauerunt, quatenus vocatis oibus sacræ theologiæ doctoribus & cũ eisdem cõicato concilio & deliberatione ha bita diligenti; & cũ aliis qui de talibus & in talibus scire pñt, veritatis viam ape riremus: per quã in pdictis articulis, inquãtũ doctrinã beati Tho. prædicti tan gere pñt, & Sanctę Ro. Eccl. & prædicti sancti honorẽ & reuerentiã seruaremus. Nos ergo attendentes cũ eis ꝙ sacrosancta Rom. ecclesia fidelium oium mater & magistra in firmissima petri xpi vicarii cõfessione fundata, ad quã velut ad vni uersalem regulã catholicę veritatis pertinet approbatio & reprobatio doctri-narũ, declaratio dubioꝝ, determinatio tenẽdoꝝ & cõfutatio errorũ, præfatũ doctorem venerabilem: cuius doctrina fulget ecclesia vt sole luna, nup sanctoꝝ cõfessorũ cathalogo ascribendũ decreuit diligenti discussione & examinatiõe prehabita super vita ipsius & doctrina: ipsumq́ quo ad vitã purã & doctrinã sa lubrem orbi terræ pdicauit cõmendabilem. Cupientes gloriosum deũ in san-ctis suis apud fideliũ deuotionem gloriosius exaltari, ac sacratissimæ mris eccle siæ dei pdictę desiderantes vestigia sancta pro viribus imitari, dictũq́ cõfesso-rẽ in cœlis regnantẽ apud terrigenas deuotius & celebrius honorari, psertim cũ fuerit & sit vlis ecclesię lumen pfulgidũ, gẽma radians clericoꝝ, flos docto-rũ vniuersitatis nræ Parisieñ. speculũ clarissimũ, & isignis vitæ claritate famę & doctrinæ velut stella splẽdida & matutina refulgens, p venerabiles & dilectos cõsiliarios nros fideles, magrm Hugo. de bisuntio cantorẽ Parisieñ. magrm Ste phanũ de nouauilla, & dñm Odonẽ de senonis canonicos Parisieñ. inquisitiõe facta sup dictis articulis apud doctores Theolo. facultatis in eoꝝ cõgregatione gñali regentiũ & nõ regentiũ, seculariũ & regulariũ, ad hoc spãlr cõuocatos cõ pertũ est per dei grãm dcm confessorẽ beatũ, nihil vnq̃ sensisse, docuisse, seu scri-psisse: qd sanę fidei, vel bonis moribus aduersetur. De cõsilio venerabiliũ viroꝝ Decani & capli Parisieñ. & venerabilis pris dñi Guliermi dei grã archiepi viẽnẽ-sis sacræ theolo. professoris & alioꝝ. xxiii. magroꝝ in theolo. vna cũ Reuerẽ. Pre supradicto in lris cũ eoꝝ sigillis p pfatos cõmissarios nobis missos. Nec-nõ & triginta nouem baccalarioꝝ in theolo. sup hoc p lras eoꝝ propriis sub-scriptiõibus & sigillis munitas nobis sup hoc cõsulentiũ & rogantiũ humiliter & deuote: & alioꝝ discretoꝝ solẽni & maturo cõsilio sup hoc habito, supradictã articuloꝝ cõdẽnationẽ & excõicationis sniam q̃tũ tangunt & tãgere asserũtur doctrinã. s. Tho. pdicta ex certa scia tenore pñtiũ totalr annullamus. In cuius rei testimoniũ & cõfirmationẽ, sigillũ nrm pñtibus est appensum. Dat. apud Gen tiliacũ. Anno dñi. M. ccc. xxiiii. Die Iouis añ sacros cineres. ¶ Hæc lra sub si-gillo dñi epi Parisieñ. est in pluribus conuentibus ordinis nri. Et ego ipse magr. Io. I. de turre cremata in conuẽtu nro Parisieñ. vidi & tenui eã multis vicibus in manibus meis tpe quo in eadẽ vniuersitate snias legerẽ. In qua lra tria iter alia

præclarissima testimonia præcipue cõsyderanda veniunt. Primum quidem est ꝙ dñs eps parisieñ. cũ cap. suo & alma vniuersitas dicũt ꝙ sacrosancta Ro. Eccl. fidelium oium mater & magistra, ad quã velut ad vniuersalẽ regulã catholicę veritatis pertinet approbatio & reprobatio doctrinarum, declaratio dubiorũ, & determinatio tenendoꝝ & cõfutatio errorũ, pręfatũ venerabilem doctorẽ sanctorum cõfessorũ cathalogo ascribendũ decernens, diligenti discussione & examinatione pręhabita super vita ipsius & doctrina: ipsum quo ad vitam purã & doctrinam salubrem orbi terræ prędicauit cõmendabilem. Scdm testimonium qd pręfatus doctor vniuersalis ecclesiæ sit lumen pręfulgidũ, gẽma irradians clericoꝝ, flos doctoꝝ Vniuersitatis nostrę Parisieñ. speculum clarissimũ & insigne, claritate vitæ, famæ, & doctrinæ. Tertium testimonium est ꝙ facta inquisitione super dictis sancti Thomę cõpertum est per dei gratiam dictũ sanctum doctorem nihil vnquã sensisse, docuisse, seu scripsisse qd sacræ fidei, vel bonis moribus aduersetur. Quare duxerunt reuocãdos esse articulos quosdam alias minus consulte in eadem vniuersitate cõdemnatos, inquantũ tangere videbantur huius sancti doctoris doctrinam. Quibus testimoniis bene consyderatis nõ inutiliter ponderandum veniet in iudicio & examine pñtis materiæ. an audiendus esset qui cõtradiceret testimonio suo prius solẽniter facto. Sed hanc difficultatem relinquo maioribus & sapientioribus quibus huius rei examen principaliter incũbit: qui profundius me ponderabunt quę notantur & in textu & in glosa dist. 9. in. c. si ad scripturas. & in dist. 10. in. c. canones, &. 3. q. 9. in. c. nihilominus. & in capitu. pura. Et extra de appella. in capitu. solicitudinem, & in aliis multis locis iuris canonici & ciuilis in quibus dantur regulę de eo qui sibi ipsi contradicit.

¶ Dicta diui Tho. super veritate propositi pricipalis. Cap. 13.

Quo testimonio habito, sequuntur loca in quibus idẽ doctor. S. beatissimã virg. in originali fuisse cõceptam verbis & intentione diffinit. ¶ Dicit. n. prio in tertio sniarum di. 3. ar. 1. vbi quęrẽs an beata virgo sanctificata fuerit anteꝗ conceptio carnis finiretur. Postꝗ declarauit ꝙ nõ, dicit sic. Virgo beata in originali peccato fuit cõcepta. Propterea idem Bernar. ad Lugduneñ. scribit conceptionem illius celebrandã nõ esse, quãuis in quibusdam ecclesiis ex deuotione celebretur; nõ cõsyderando ꝯceptionẽ, sed potius sanctificationẽ: quę qñ determinate fuerit, incertum est. Item in sequẽti arti. in quo quęrit an ante animationẽ sanctificata fuit. ita dicit. Sanctificatio bea. virginis nõ potuit esse decenter ante infusionem animæ: quia gratiæ nõdum capax erat; sed nec etiã in ipso instanti infusionis vt. s. ꝑ gratiam sibi infusam cõseruaretur ne culpã originalem incurreret. Xp̃s enim hoc in humano genere singulariter habet vt redemptione nõ egeat: quia caput nostrũ est, sed omnibus cõuenit redimi per ipsum. Hoc aũt esse nõ posset, si aliqua anima inueniretur quę nunꝗ originali macula infecta fuisset. Et ideo neq; bea. virg. nec alicui pręter xp̃m hoc cõcessum est hæc. S. Tho. in. 3. ¶ Item idẽ in. 3. parte sũmę suæ. q. 27. art. 2. in quo quęrit, vtrũ bea. vir. sanctificata fuerit ante aiationem, rñdens ita dicit, ꝙ sanctificatio beatę vir. nõ põt intelligi ante animationẽ duplici rõne. Primo quidẽ quia sanctificatio de qua loquimur non est nisi emundatio a peccato originali. Sanctitas. n. est perfecta munditia, vt dicit Dionysi. 12. de diuinis noibus. culpa aũt nõ potest emundari nisi per grãm;

Thom.

Thom.

cuius subiectum est sola creatura rõnalis. Et ideo añ infusionẽ aiẽ rõnalis proles cõcepta nõ est culpę obnoxia. Et sic quocũq; modo ante animationem beata virg. sanctificata fuisset, nunq̃ incurrisset maculã originalis culpę, & ita nõ indiguisset redẽptione & saluatione quę est per xp̃m. de quo dr̃ Mat. 1. Ipse saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Hoc. n. infert ꝙ xp̃s nõ sit saluator oium hominũ. vt dr̃. 1. Thi. 4. Vñ relinquitur ꝙ sãctificatio virginis fuit post aiationẽ. Et in solutione scdi argumẽti dicit ꝙ si nunq̃ aia bea. virg. fuisset contagio originalis peccati inquinata, hoc derogaret dignitati xp̃i secũdũ quã est vniuersalis oium saluator. Hęc. S. Tho. ❡ Ite quolibeto. 6. q. 7. quęrens vtrũ liceat celebrare festum cõceptionis dominę nr̃ę, dicit sic. Cõsyderandũ est ꝙ vnius cuiuscũq; pctm̃ originale dr̃ ex eo oriri, ꝙ fuit in Adam scd̃m seminalem rõnem: vt dicit Aug. supra geñ. ad lrãm. Oẽs autem in Adam fuerunt secundũ rõnem seminalem qui nõ solũ carnem ab eo acceperunt sed etiã secundũ naturalẽ modum originis ab eo sunt propagati. Sic aute ab Adã processit bea. vir. quia nata fuit per cõmixtionẽ sexuũ sicut & cęteri. Et ideo cõcepta fuit in peccato originali: & includitur in vniuersitate de qua solus xp̃s excipitur qui in Adam nõ fuit s̃m seminalem rõnem. Alioquin si hoc alteri cõueniret q̃ christo, nõ indigeret redẽptione christi, & ideo non tm̃ debemus dare matri, ꝙ subtrahatur aliquid honori filii qui est saluator oium hominũ. Vt dicit Apost. 1. Thi. 4. Quãuis autẽ beata virgo in originali cõcepta fuerit, creditur tñ in vtero fuisse sanctificata añq̃ nata. Hęc sanctus Thomas. ❡ Item ad idem est in cõpendio Theologię. quod incipit. Aeterni patris verbũ. in cap. de sanctificatione matris dei. S. ca. 22. vbi inter alia dicit ꝙ cum originali peccato concepta est: vtpote quę ex vtriusq; sexus cõmixtione cõcepta fuit. Dicit. n. Priuilegiũ sibi soli seruabatur vt virgo cõciperet filiũ dei, cõmixtio aũt sexus quę sine libidine esse non põt post peccatum primi parentis transmittit pctm̃ originale in prole. Idem patet et quia si cum pctõ originali concepta non fuisset, nõ indigeret per xp̃m redimi. Et sic nõ esset christus vniuersalis hominũ redemptor. qd derogaret dignitati christi, ergo est tenendum ꝙ in peccato originali cõcepta fuit. Hęc sanctus Tho. ❡ Itẽ ad idem est in expositione salutatiõis angelicę super illo verbo angeli. gr̃a plena. ita dicit. Dr̃ autem bea. vir. gr̃a plena quantũ ad tria. Primo quantũ ad animam in qua habuit omnem plenitudinem gratię. Nam gr̃a dei datur ad bene operandum, & ad vitandũ malũ. Et quantum ad ista duo perfectissimam habuit gr̃am bea. virgo. Nã ipsa vitauit omne peccatum magis q̃ aliquis sanctus post christum. Peccatũ autẽ, aut est originale, & de isto fuit mũdata in vtero, aut mortale, aut veniale, & de istis libera fuit. Vnde in canticis. Quã pulchra es amica mea &c. Sed christus excellit beatã virginem, in hoc ꝙ sine originali peccato cõceptus & natus est. Beata aũt virgo in originali concepta, non autẽ nata est. Hęc. S. Thomas ibidem. Ecce q̃ apertissima huius sancti doctoris testimonia dicentia beatam virginẽ in originali peccato fuisse cõceptam. Vbi nõ parum vtile erit cõmemorari ꝙ tantę deuotionis fuerit doctor iste ad virginẽ gloriosam, ꝙ sępe (vt in eius historia legitur) ipsius dei mr̃is demulceretur alloquio. Plane mirũ esset ꝙ in hac sñia conceptionis beatę virg. sanctus doctor, glorię eiusdẽ virginis derogasset, & ꝙ ipsa piissima mater misericordię super hoc illũ nõ auisasset, quę cõsyderatio contra istos duos sanctos doctores. S. Bernar. & s. Thomam: qui tam singulares amatores & pręcones fuerunt de ecclesia dei, laudum & virtutum eiusdem, sacratissimę virginis: qui in hac re pręcęteris videntur expressius loqui, diffinientes ꝙ virgo beatissima in originali peccato

Thom. Thom. Thom.

fuerit concepta,multũ est ponderãda in examine & iudicio p̃ntis materię.Q đ aut id qd exaduerso inducitur de .s.Tho.in.1.lib.sniarum, & in tractatu super Aue Maria,non obuiet aut obstet in aliquo antedictis per eum,inferius vbi eius dicta per proponentẽ exaduerso allegata sunt,luce clarissima demõstrabitur.

¶ In quo inducuntur ad idem testimonia ex officiis multarum ecclesiarum per ordinem. Cap. 14.

I TEM ad idem vr̃ professi vniuersalis ecclesiæ quæ cõiter in die natiuitatis beatissimę virginis in multis ecclesiis per orbẽ diffusis inter matutinales lectiones illã in principio cõmemorat quæ est Bernar.in sermone assumptionis eiusdẽ:sicut superius allegatum est: videlicet bea.virg.oĩmodis constat ab originali contagio fuisse mũdatã ex quo aperte sequitur ꝙ illi aliqñ subiecta fuerit. Vñ ecclesia vl̃is his beati Bern. dictis vtens in prędicta sollẽnitate,vr̃ canonizare doctrinã beati Bernar. in hac parte:cuius doctrina apertissime habet conceptionẽ beatissi. virg.in originali peccato fuisse,sicut superius manifestũ est multiplici testimonio. ¶ Item ad idẽ est famosissima ecclesia Gerũdeñ.in regno cathalonię:quę hanc fidẽ manifestissime profitetur in officio qd decãtat in festo sanctificationis conceptionis bea. virg.quolibet anno in cuius festo vniuersum offm̃ qd ex auctoritatibus sacræ scripturæ & dictis Aug.Hiero.& alioꝝ sanctoꝝ copulatũ est,tã i capl'is q̃ respõsoriis,q̃ in hymnis,q̃ in orone sonantibus ab originali peccato,cui subiacuerat sanctificatã fuisse cõstatũ est. Vñ in orone dr̃. ¶ Cõcede nos quęsumus oipotens deus: vt qui sanctificationẽ conceptionis bea.Marię semp virg.in aluo suę matris a te factã cõmemoramus in terris,eiusdẽ meritis & intercessionibus opitulãtibus,secũ mereamur gaudere sine fine in cœlis. ¶ In lectionibus vero matutinalibus eiusdẽ festi sunt quæ sequũtur,vt extractũ est de breuiariis eiusdẽ ecclesię,q̃ habui a quibusdã patribus huius sacri concilii q p̃fatę ecclesię in psol uendis horis,morẽ & ritum obseruant. Dr̃ aũt sic in lectionibus pręfatis. Hanc ẽt domũ non solũ dñs ędificauit cũ eam in aluo m̃ris suę Annæ,&.lxxx. die ab eius facta carnali conceptione sibi aiam infundit,imo ẽt plenius eam ibidẽ sanctificauit. De hoc nempe potest intelligi illud qd in.2.lib.Reg.scribitur statim sanctificata est ab imunditia sua.i.a culpa originali. Tenendum tñ est ꝙ hoc festum non debet referri ad conceptionẽ beatę Mariæ quæ fuit ex carne,cum nemo ex virili semine conceptus vnq̃ fuerit a culpa originali imunis, nec etiam infans vnius diei si vita eius fuerit super terram. Vnde ẽt Augustinus super Ioã. dicit. Quis innocens. i. labe originali nisi christus,qui non de mortalitate conceptus est. Et addit. Oẽs ex ista radice veniunt,& ex illa propagine de qua cantat gemens Dauid. Ego in iniquitatibus conceptus,& in peccatis concepit me mater mea. Cum enim Dauid hoc de se dixit, neminem conceptum humano semine excusauit. Tñ beata virgo speciali dei priuilegio in aluo suæ matris plene sanctificata fuit. & hoc declaratur cum dicitur. Canticorũ. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris & vniuersi pulueris pigmentarii. Sicut enim aromata carbonibus supposita malitiam fumi transmutant: vt fumus qui erat prius nociuus ante impositionem aromatum post positionem fit odoriferus & confortatiuus, sic in ea per gratiam sanctificationis originalis macula traducta cum vita mortali absorta est; Hæc ibi. ¶ Item est ꝙ ecclesia in multis partibus Germanię

Augu st.

nię

niæ cantat in festo sanctę Elisabeth (sicut breuiaria testantur antiqua) cuius matutinale solēnitatis officium in lectionibus ita habet. Mulierē fortem quis inueniat, procul & de vltimis finibus precium eius, scaturiēs in humanis sensibus antiquos riuos corruptionis & culpæ, infirmioribus vasculis amplius se infundit, iuxta illud. Virum ex mille vnum reperi; mulierem ex omnibus nō inueni. Virū.i.christū ex mille vnum sine fomite generatum. De quo Ieremias. Nouū faciet dñs super terram. Mulierē aūt ex oibus nō inueni. Beata si quidem virgo Maria licet plena gratia, tñ cum fomite nata fuit: quē tamen virtus altissimi in ipso tēpore cōceptionis christi extinxit, iuxta illud. Spiritus sanctus supueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Huius enim refrigerium obumbrationis, totius ab ea repulit fomitis incētiuum. Hæc ibi. Ecce q̄ amplissima & q̄ multa specialia testimonia auxiliantē patre luminū habemus ꝙ virgo Maria concepta fuerit in originali peccato. Testimonia quidem dico sanctoꝝ patrum. Videlicet August. Eusebii, Leonis papæ. Io. Damasceni, Maximi, Boetii, Anselmi, Gregorii, Bernardi, & sancti Thomæ: qui in superioribus dictis eoꝝ aut formaliter aut saltem explicite per ęquipollentia verba, aut arguitiue illatione necessaria confitentur beatissimam virginē in cōceptione sua originali peccato obnoxiam extitisse, quorum aliqui sunt videlicet Augu. & Leo papa: quorū dicta in his quæ fidei sunt, suscepta sunt & approbata per vniuersalem ecclesiā in. 5. concilio vniuersali, vt superius in pręsenti tractatu commemoratum est. Quibus etiā annumerari possent oēs alii sancti doctores: quorū dicta cōmemorata sunt superius qui vniuersaliter oēs christum solū dicunt habuisse ab originali peccato mundā cōceptionem. Q d August. expresse testatur lib. 2. contra Iulianum dicens. Propter quā catholicā veritatē sancti atq; beatissimi, & in diuinoꝝ eloquiorū pertractatione clarissimi sacerdotes, Hylarius, Hireneus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Ambrosius, Grego. Innocētius, Ioā. Basilius: quibus, velis nolis, addo presbyterū Hieronymū, vt eos omittam qui nondū dormierunt aduersus vos proferunt de omniū hominum peccato originali obnoxia successione sniam. Vnde nemo eruitur. i. excipitur nisi quē sine legepeccati repugnantis legi mentis virgo concepit. Hæc August. Ecce August. testimoniū ꝙ omnes prędicti clarissimi ac beatissimi doctores proferētes sniam de oium peccati originalis obnoxia successione, solum christum exceperunt a contractione originalis peccati quē virgo cōcepit, in quo manifesta & apertissima vř esse professio istorum sanctoꝝ patrum ꝙ virgo Maria quā nō virgo, sed mater corrupta concepit, fuerit in originali peccato concepta: coronata quippe regula est in iure, ꝙ de vno tm̄ negatur de omnibus aliis cōcedi videtur vt cap. qualis hic dist. 25. & est dictum Gregorii. & in cap. de crimine. 15. q. 3. in glo. Et extra de presumptionibus cap. Nōne, cum allegatis in glosa, & in cap. cōcilium, de obseruatione ieiunii, vbi glosa expresse dicit. Excipit tantum de istis ergo de oibus aliis intelligendū est. Cęterum ex prędictis patet ꝙ habemus etiam in speciali testimonia clarissima ipsius nostrę sanctę matris ecclesiæ quæ in diuersis ecclesiis p orbem diffusis de beata virgine cōmemorans: quę superius inducta sunt clarissima luce profiteri videtur id qd prius. Quibus oibus considyeratis tam quæ in præcedenti cap. q̄ quæ in pñti dicta sunt, cognoscere possumus quātū veritatis habeat sermo ille, qui tam repetitis vicibus exaduerso suggeritur audientibus. videlicet ꝙ doctrina hæc horum doctoꝝ, quorū relator sum, & quę (vt vř ex prædictis colligi) antiquissimam fidem sapiat ecclesiæ dei, solum ex vniuersalibus propositiōibus procedat, nec habeat specialia aliqua testimonia. Plane sic lo-

Augu.

quens parum cōsyderauit fundamenta huius doctrinæ. Habet.n.hæc doctrina nedū vniuersales regulas fidei in quibus radicatur & fundatur, sed etiā scripturæ & sanctorum sufficientia testimonia, sicut patet ex inductis. Habet insuper irrefragabiles rōnes: de qbus (diuina luce comite) in proximo erit sermo. Sed hęc est rei veritas ꝙ doctrina exaduersa nulla testimonia sufficientia habet scripturę aut sanctorum, nec in generali nec in speciali quæ formaliter aut argumentatiue necessaria illatione sibi faueāt: sicut patebit infra cum omnia adducta exaduerso ostendentur, viribus carere: & per consequens ab intentione deficere proponentis &c.

¶ In quo adducuntur quędam pręnotanda exaduerso in quibus videtur stare resolutio totius positionis exaduerso per distinctionē duplicis cōceptiōis & per distinctionē peccati originalis vt effugiāt virtutē veritatis pdicatę p sctōs doctores. Cap. 15.

IAM mihi anteq̄ ad inducēda alioꝝ doctoꝝ & venerabiliū patrū testimonia procedam, aggrediendū est vt cōfutem & infringā, dño auxiliante, atq; vt nulla esse ostendam quæ exaduerso data sunt responsa prędictorū sanctorū patrū snias: qui apertissime bea. vir. in originali pctō cōceptā fuisse docuerunt. Et maxime ad clarissima testimonia beatissimi Bernar. in epistola anteposita: quā ad Lugduneñ. canonicos super festiuitate cōceptionis eiusdem virginis scripsit. Proceditur aūt sic exaduerso. Primo quidē ponuntur quędam diuisiones in principio quasi septimæ allegationis, dicendo per illas posse rñderi ad auctoritates sanctoꝝ quę dicūt btām virginem in originali cōceptā, & tandē inferius hæc eadē rñsio repetitur cū ad dicta Bernar. in epistola ad lugduneñ. rñderi acceditur. Prima autē distinctio est ꝙ sacra scriptura pro sui concordia & sana intelligentia in passibus ambiguis admittit quatruplicē distinctionē, videlicet in dria tpis, officii, personæ & dispōnis. De primo ponitur exēplū de arca veteris testamenti, de qua vt dr. 3. Reg. 8. &. 2. Paralipo. v. ꝙ nihil aliud erat q̄ duæ tabulę lapideę quas posuerat in ea Moyses in Oreb. Paulus vero dicit in epistola ad Hebrę. 9. ca. ꝙ fuerunt in ea vrna aurea hñs māna, virga Aaron quę fronduerat, & tabulę testamēti: quæ apparēs repugnantia soluitur per driam tpis. vt. s. dicta illa intelligātur referri ad diuersa tēpora. Primū. s. dictū intelligatur pro vno tpe. s. primo. Pauli vero dictum alio sequenti tpe in quo creduntur alia cū tabulis in ea esse recōdita. ¶ Exēplū scdo ponitur in Io. bap. qui se negauit esse prophetā Io. 1 o. quē tñ christus testatus est esse prophetā & plusq̄ prophetam. Mat. 1 1. Sed ista apparens cōtradictio soluitur faciliter, per driam personę: quia Ioānes negauit se esse prophetā illum magnū expectatū in lege, de quo habetur Deutero. 8. xps aūt dixit eū esse prophetam scđm ꝙ propheta dicebatur cōmuniter pro quolibet vidente qui a dño suscipiebat reuelationes. ¶ Exēplum de tertio est in ipsomet Ioāne: q vbi supra, negauit se esse Heliā, & tñ christus dixit illū esse Heliā. Mat. 1 1. Sed hæc repugnantia soluitur dicendo ꝙ Ioā. negauit se esse Heliam in psona. xps autē dixit esse Heliā in similitudine. videlicet in austeritate vitę, in cōstantia doctrinæ, & auctoritate officii. Exemplū de quarto videlicet huius ꝙ sacra scriptura recipit intelligentiā: vt illud qđ dr actū de cōi significatione verbi, referatur non ad actū, sed ad habitualem dispōnē illius, aut preteriti aut futuri. Et de hoc mō

antiqua traditio. Nũqđ patribus doctiores aut deuotiores sumus? Periculose præsumimus quicquid ipsorũ in talibus sapientia prçteriuit. Nec vero id tale est qđ nisi p̃tereundũ fuerit, patrũ quiuerit diligentiã prçterisse. At valde honoranda est (inquit) mater domini. Bene ammones, sed honor reginç iudiciũ diligit. Virgo regia falso nõ eget honore veris cumulata honorũ titulis & infulis dignitatum. Hæc Bernardus. Ex quibus manifeste apparet ꝙ assertio principalis contra quã pugnat Bernardus, & quam tanq̃ falsam excludere nititur, est ꝙ virgo Maria sanctã habuerit conceptionẽ: siue ꝙ ab originali peccato fuerit in sua cõceptione imunis. Hoc ẽt patet ex sequẽtibus in epistola: vt patebit inferius. ¶ Tertio deficit r̃nsio data exaduerso in hoc qđ dicit ꝙ doctrina Bernar. nõ obuiat doctrinæ exaduerso. Quia (vt inquit proponens) Bernar. capit ibi peccatũ originale pro quadam vitiosa corruptione siue deordinatione naturç. ¶ Qđ autẽ hoc nõ sit verũ ꝙ Bernar. ita accipiat pctm̃ originale sicut dicitur exaduerso, & per ꝯn̄s ꝙ doctrina eiusdem beatissimi Bernar. & doctrina exaduerso reperiant se contradictorio modo, licet satis demonstratũ fuerit nũc, & in prima parte p̃ntis processus, deducitur tñ hoc ẽt ex multiplici capite. Primo ex forma verboꝝ dictç epistolç, ex quibus manifeste datur intelligi ꝙ Bernar. loquitur de originali culpa quç ad sanctitatẽ repugnantiã habet, & nõ de corruptione vitiosa seminis sicut exaduerso dr̃. Dicit.n. inter alia arguẽdo ex præmissis. Si ergo ante conceptũ sui sanctificari minime potuit: qm̃ non erat, sed nec in ipso quidem cõceptu, pp peccatũ qđ inerat, restat vt post cõceptum in vtero iam existens sanctificationẽ accepisse credatur quç excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, nõ tñ conceptionem. Quid aũt clarius dici põt. Plane oĩbus, huius sancti verba studio capescendç veritatis legentibus, & grauitatẽ terminorũ eius cõsyderantibus, patet ꝙ Bernar. hic loquitur de peccato originali nõ eo mõ quo philosophi loquũtur de peccatis naturæ quæ monstra vocãtur, quia talia nullã ad g̃ram sanctificantem hñt repugnantiã. Sed loquitur more quo doctrina fidei cõsueuit vti vocabulo originalis peccati, videlicet pro originali culpa: quç (vt inquit apl's) per vnũ hoĩem intrauit in mũdũ. Qđ peccatum dicit Bernar. in virginẽ iam existentem in vtero expulsum fuisse per g̃ram sanctificatiõis: qđ parũ videtur cõsyderasse proponẽs exaduerso. Scđo idẽ patet videlicet ꝙ huius sancti doctoris doctrina oĩno contradicit doctrinæ quæ exaduerso inducitur cũ ait in cõcl'one sic. Restat vt post conceptũ in vtero iã existens sanctificationem accepisse credatur: quç excluso pctõ sanctã fecerit natiuitatẽ, nõ conceptionẽ. Ecce manifestũ testimoniũ ꝙ natiuitas sctã fuerit & nõ cõceptio. Et in hoc qđ ait iam existẽs, sanctificationẽ accepisse credatur, manifeste innuit ꝙ cõceptio p̃sonalis eius in qua suscepit existentiã propriã, fuerit obnoxia pctõ. Qđ vero dr̃ exaduerso ꝙ nõ obstat qđ dr̃ iam existẽs: quia existere est modus intrinsecus qui prio intelligitur in esse rei q̃ qđcũq; accidẽs separabile, parũ refugii p̃bet proponẽti. Qđ patet prio quia nõ vr̃ ad propositũ facere quid dr̃ sic de prioritate & origine intelligẽdi. Ista simul tpe sunt cõceptio p̃sonæ & originale peccatũ, & ita simul tpe fuit existentia virginis in vtero materno & originale pctm̃ in ea. Nõ.n. credẽdus est Bernar. in prędicta epistola voluisse loqui dñis canonicis Lugduneñ. de differentia & ordine qui dr̃ rei & modoꝝ intrinsecoꝝ. Scđo quia si dictũ exaduerso aliquid virtutis habet, cõfirmat propositũ nostrũ. Qđ sic patet. Existentia quia est modus intrinsecus prio intelligitur in esse rei q̃ qđcũq; accidẽs separabile. ergo in bea. vir. hic modus intelligendi accipiendus est, vt prio intelligatur existentia in esse bea. virgini.

In

In scdo vero instanti aut signo, originale peccatum qd est veluti accidens sepa rabile; & consequenter in tertio venit intelligenda exclusio eiusdem accidentis per gram sanctificationis vt sancta reddatur eius natiuitas, & hoc est qd doctrina Bernar. & doctoꝝ quoꝙ relator sum, prędicat & docet, videlicet ꝙ in persona bea. virg. pro aliqua notula tēporis siue momento, fuerit originale peccatum. Quia sicut nō capit intellectus vt in eodem, instanti naturæ siue intelligendi sit inhęrētia accidentis subiecto, & expulsio eiusdem ab eodē, sic etiam nō capit intellectus ꝙ simul sint pro eodem instanti tēporis, obstanti oppositione cōtradictoria. Quare manifeste patet ꝙ intentio beati Bernar. fuit in prędicta epistola asserere ꝙ conceptio personalis bea. virg. fuerit in originali peccato. Præterea hoc idem ostenditur ex aliis verbis sequētibus in eadem epistola. vbi ita dicit. Quāobrem & si aliquibus vel paucis filioꝝ hominum datum est cū sanctitate nasci, non tñ inde concipi. vt vni soli seruaretur sancti prętogatiua conceptus qui oēs sanctificaret, solusꝙ absꝙ peccato veniens purgationem faceret peccatorū. Solus itaꝙ dñs Iesus de spū sancto cōceptus: quia solus & añ ꝯceptū sanctus. De cęteris vniuersos respicit ex Adā natis, qd vnus de semetipso, humiliter ac veraciter confitetur. In iniquitatibus cōceptus sum (inquiens) & in peccatis cōcepit me mater mea. Ex quibus manifeste habetur idem qd prius. Plane si beata virgo fuisset in conceptione sua personali a peccato originali imunis, quātūcunꝙ cōceptio seminis fuisset vitiosæ corruptionis naturæ obnoxia, nō est verisimile ꝙ Bernardus ita simpliciter cōmemorasset eam, cæteris filiis hominum in peccato originali.

❡ Ex conclusione & verbis vltimis dñi Bernardi in dicta epistola. Cap. 24.

CÆTERVM hoc idem colligitur scdo ex cōclusione vltima quā facit idem Bernardus vbi sic dicit. Cum hæc itaꝙ in sic se habeant: quę non iam & festiue rō conceptionis: quo pacto (inquā) aut sanctus assereretur cōceptus: qui de spiritu sancto non est, ne dicam de peccato est. Q uo festus siue festiuus habetur qui minime sanctus est. Libenter gloriosa virgo hoc honore carebit, quo vel peccatum honorari vel falsa induci videtur sanctitas. Hæc Bernardus. Q uę verba ita clare exprimunt rē ipsam quā intendimus vt nil lucidius aut apertius dici possit. Q uā apparētiam veritatis verba haberent Bernardi, si de mente sua fuisset cōceptionem virginis nō personalem sed tm̄ seminalē designare. Plane nullam. Item tertio hoc idem patet clarissime ex eo ꝙ in fine epistolę hanc suam shiam Romanæ ecclesię auctoritati examini & iudicio submittit. Si autem Benardus solum designasse voluisset in epistola prędicta ꝙ semen vnde formata est virgo Maria vitiosam in se habuerit corruptionem naturæ, & non ꝙ aia bea. virg. contraxerit aliquam culpā, nulla necessitas erat hoc sedis apostolicæ examini & iudicio tam singulariter submittere cum oibus etiam parum in christiana religione doctis notum sit semen cuiuscūꝙ viri hac lege media ab Adam descendentium huic corruptioni esse obnoxium. Item quarto idem deducitur etiā testimonio magnorum doctorum in schola Theologię: quorū reliqui proxime nominati sunt: qui eum talem habuisse intelligentiam in pręfata epistola cognoscentes eius doctrinam etiam scripto prosequuti sunt: qui pro magnitudine ingenii & sapientiæ profunditate credendi sunt intellexisse melius Bernardum, q̄ ex aduerso proponēs.

¶ Item. 5. Idem habetur ex cõsyderatione excellentię & magnitudinis eorum dominorũ quibus scribebat, qui plane non ita dure a tanto patre pio & deuotissimo repręhensi fuissent si tota pñtis difficultatis materia cõsisteret tantum in hoc, vtrũ. s. cõceptio seminis bea. virginis fuerit cũ vitiosa corruptione naturae an non. eo maxime cõsyderato, quia data prędicta affirmatione, nõ prohibebatur propterea festiuitas cõceptionis naturarum quę sequitur cõceptionẽ seminis, si fuisset illa sancta: sicut nec impeditur festiuitas natiuitatis eiusdem, cõcesso ꝙ in originali peccato fuerit concepta. Vbi non est prętereundum qđ dicitur exaduerso, ꝙ intentio Bernardi in praedicta epistola fuit exhortari de non celebranda festiuitate cõceptionis beatae virginis eo die quo celebratur, si intelligatur ꝙ sola haec fuerit eius intentio, falsum est: quoniã clarissime ex inductis & motiuis ipsius Bernardi patet ꝙ eius intentio fuit ꝙ nec die illo nec alio quocunq̧ festum fieret conceptionis dicens. Dicit enim. Q̃uo festus siue festiuus habebitur eius conceptus qui minime sanctus est. Item sexto hoc idem ꝙ videlicet praefata doctrina Bernardi sit contraria doctrinae exaduerso, etiam colligitur ex aliis locis superius notatis, vbi de praesenti materia loquitur in quibus visum est plane & apertę ꝙ beatus Bernardus asserit beatam virginem originalem culpam contraxisse. Ex quibus omnibus patet ꝙ responsio data exaduerso ad ea quae beatissimus Bernardus in epistola pręfata posuit, tam in fundamentis q̃ in applicatione ipsa, nullis viribus nullaq̧ ratione subsistat. ¶ A multis autem in hac re verbis dictis exaduerso supersedeo. Tum quia quędam eorũ ex aliis iam dictis facile est videre, aut carere radice firmitatis, aut parum vtilitatis habere. Tum secundo quia (vt saepenumero superius cõmemoraui) proponens exaduerso, quasi in omni cõclusione pro principio aut fundamento praesupponit principium totius nostrae praesentis inquisitionis, dicendo ꝙ praeseruata fuit beata virgo, ne in conceptione personali originale peccatum contraheret: pro quo nec auctoritas scripturae nec verbum cuiuscunq̧ sancti in testimonium inducitur. Quare breuitatis causa dignum duxi supersedere ab vteriori impugnationis processu, certũ habens illa apud nullum circũspectum virum aliud habere virtutis. Tum tertio quia multa eorũ visa sunt dicta Bernar. in processu argumentationis eius repraehendere, a quibus abstinere decreui. Quia toti ecclesiae nota est & auctoritas & sapientia, & peritia arguendi beati Bernardi. Vnde spero ꝙ in oculis concilii generalis & vniuersalis locum non habeant huius responsa data exaduerso cõtra tanti doctoris apertissima & fundatissima testimonia.

¶ In quo ponuntur dicta & testimonia multorum venerabilium patrum, & plurimorum aliorum antiquorum doctorum: qui aut in expositione sacrae scripturę aut super textum sententiarum siue decreti scribendo, aut in tractatibus & sermonibus famosis dixerunt & docuerunt formaliter & verbis propriis aut ęquiualentibus verbis in sũma dicũt bea. virg. in originali peccato fuisse conceptam. Cap. 25.

IAM superest, patres reuerendissimi, post inducta testimonia diuinę scripturę & sanctorum patrum, et aliorum venerabilium patrum & famosissimorum doctoꝝ antiquorum in medium afferre, qui & si in ecclesia canonizati non sunt; peritia tñ litterarũ tam-

profunditate sensus in expositione sacræ scripturæ q̃ multiplicate operũ suo-
rum perutilium ad illuminandos fidelium animos percelebres habentur existi
mati tanquã stellę præfulgidę in firmamẽto cœli.i.ecclesię. Ex quoꝵ profecto
sententiis & diffinitionibus, lucidioribus reddita intelligentia sacræ scripturæ
& intentione sanctorũ doctorũ, res ipsa de qua synodale incurrit examen no-
tior fiet nobis ac lucidior. Incipiemus aũt ab ipsis doctoribus qui in ecclesia
dei pro eorum auctoritate, venerabiles patres consueuerunt appellari. s. Beda,
Cassiodoro, Hugone, Ricardo &c. ¶ Primo quidem dicit venerabilis Beda (vt superius extitit allegatum) in omelia super missus est, loquẽs de effectu sanctifica tionis quem spiritus sanctus duobus modis in ea diuinę suæ potentiæ efficacia ostẽdit: quia mentem (quantũ humana fragilitas patitur) ab omniũ vitioꝵ sor de castificauit: vt cœlesti esset digna partu; & in vtero eius sanctũ ac venerabile redẽptoris nostri corpus sola sua operatione creauit. i. nullo virili interueniẽ te attactu, carnem de carne virginis sacrę sanctã intemerata formauit. Et infra. Obumbrauit aũt beatæ dei genitrici virtus altissimi: quia sanctũ cor eius cum compleuit, ab omni ęstu cõcupiscentiæ carnalis temperauit & mũdauit a deside riis tẽporalibus, ac donis cœlestibus mentem simul illius cõsecrauit & corpus. Ideoq; & quod nascetur (inquit) ex te sanctum, vocabitur filius dei. Quia. n. de sanctificatione spiritus concipies, sanctum erit qd gignetur. Congruit ꝯceptio ni natiuitas: vt quę contra humanæ conditionis morem virgo concipis, supra humanæ ꝯditionis modum dei filiũ generes. Omnes quippe homines in iniqui tatibus concipimur, & in delectis nascimur. Et infra. Solus vero redemptor no ster pro nobis incarnari dignatus mox sanctus natus est: Quia sine iniquitate conceptus est. Hæc Beda. Vbi huius venerabilis patris manifestum habemus te stimonium intentum. Quippe dicens ꝙ spiritus sanctus superueniens in virgi nem eam mundauerit a sorde vitiorum. i. reliquiis originalis peccati, & ab ęstu concupiscentiæ. i. a fomite peccati. Vt Alexander de ales, Albertus magnus, sanctus Thomas, & Bonauentura exponunt, clarissima luce insinuant eã in sua conceptione originalem maculam contraxisse. Cuius reliquiæ mundandæ ve nerunt in superuentione spiritus sancti: vt per omnia cœlesti digna esset conce ptu, & partu veniret consecranda diuino. ¶ Item secũdo ad idem esse vr. Cassio dorus. qui in tractatulo de origine animę postq̃ dixerat ꝙ sancta confitetur ec clesia traductiõe originalis peccati reas effici animas generaliter ita loquitur. Sed qm̃ in hunc locũ tenor vos disputationis adduxit vt animas reas per tradu cẽ peccati gñaliter esse diceremus, cõuenit aĩam dñi nr̃i Iesu christi in medium deducere, ne quis calũniosa intẽtione peruersus simili eam putet ꝯdõne constru ctã. Audiamus ergo originẽ eius sanctę Marię semp virgini digno ꝑcone fuisse prophetatã. Ait. n. angelus ad eã. Spũs sanctus supueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi: propterea qd nascetur ex te sanctũ vocabitur filius dei. Quis er go in hac maiestate nascẽdi, aut originalis peccati credit esse culpã, aut profa nã aliquã carnis suspicetur offensã? Absq; pctõ sine dubio venit: qui erat oĩum pctã soluturus, cõceptus mystico spiramine, natus ex virgine. Nihil de Adã tra xit, qui vt malũ Adę vinceretur aduenit. Filius ille longissimus quo nos liga bamur abruptus est: torrẽs qui nos rapiebat, ibi siccatus est. Iura sua mors ꝑdi dit: dum ꝑdõ nr̃a vitam redemptoris accepit. Hæc ille. Ex cuius auctoritate pro eo qd ab vniuersalitate illa qua oẽs animas traductiõe peccati originalis reas esse dicit, noiata ẽt bea. vir. solam xp̃i aĩam excipit. Et pro quo in xp̃i sola cõce ptione funẽ illũ longissimũ peccati originalis ab Adã se protendẽtem. dicit esse

Beda.
Alexã. de ales.
Alber.
S. Thom.
Bonau.
Cassiod.

tur principalem cóclusionem, expresse docet ꝙ auctoritas ista August. de natura & gratia cum de peccatis agitur &c. intelligatur de actualibus. ¶ Item sexto ad idem est venerabilis pater magister historiarum Petrus comestor dictus. qui in sermone quodam de natiuitate bea. virgi. qui incipit. Primo tempore a leuiatica est terra Zabulon & terra Neptalim, dicit sic. Vide ꝗ potenter terra Zabulon est appellata. Sed quomodo alleuiata? Ecce omnis caro humana secū traxit in conceptione duo pondera culpam & pœnā. Fuit ergo hæc virgo cū culpa & pœna cōcepta: & ideo eius conceptio nō est celebranda: sed tñ fuit in vtero sanctificata, & ab originali culpa mundata. Vnde & eius natiuitas hodie a sancta ecclesia est celebrata. Et ideo dicimus ꝙ superueniente gratia spiritus sancti sic ab omni peccato fuit mūdata, ꝙ creditur fomes originalis peccati in illa omino esse extinctus, sed nō est remota culpæ pœna. Bene ergo dictū est alleuiata nō exonerata. Tunc vero exoneratur cū ex toto pondus subtrahitur. Sed alleuiatur cū vna pars subtrahitur & altera relinquitur. Hæc ille. Vbi aperte habetur propositum. ¶ Item. 7. ad idem est Alanus in expositione symboli Athanasii. Vbi sic dicit. Quidam enim dogmatizauerunt xp̄m assumpsisse carnē in virgine nō ex virgine; Quidā vero dicunt in virgine & ex virgine; Quidā nec in virgine nec ex virgine. Qui vero dicunt in virgine nō ex virgine xp̄m assumpsisse carnem, ei stultam honorificentiam deferunt dicentes nouam carnē & incorruptam in cœlo creatam esse, & per miraculū in vterū esse dilapsam: vel carnem Adæ non totam per peccatū corruptam fuisse, sed quandā particulā mundam & incorruptam fuisse reseruatam & per propaginem vsq; ad virginem esse deriuatam: quā christus assumpsit: timentes carnē christi infirmā esse vitio & immundam reatu, si carnem quæ pars esset Mariæ assumpsisset quę in eius cōceptione sicut & cæterorum corrupta fuit vitio & reatu. Sed nō attendunt quod in cęteris generationibus ministra concupiscentia caro a carne deciditur. Vnde in eodem vitio tenetur, & eodem reatu decisa quo ante decisionē. In Maria vero qm̄ obumbrante spiritu sancto caro a carne decisa est. In ipsa decisione caro p spiritum sanctum est mundata: vt quę corrupta erat Marię, munda esset christi & incorrupta. Vnde & hoc sentientes catholici, aiunt christum & in virgine & ex virgine carnem assumpsisse. Hęc Alanus: quo nihil clarius dici potest pro conclusione quæ intenditur.

Magist. historia.

¶ Ponuntur ad idem, & defenduntur auctoritates Magistri sententiarum. Cap. 27.

ITEM. 8. ad idem est venerabilis pater & dominus Magister Petrus Lombardus episcopus Parisiensis Magister sniarum nominatus: qui in tertio sui operis dist. 3. in principio. ita inquit. Quæritur etiā de carne verbi an priusꝗ cōciperetur obligata fuerit peccato. an talis assumpta a verbo? Cui quæstioni rñdendo, ita dicit. Sane dici pōt & credi oportet iuxta sanctorū attestationis cōuenientiam, ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliqua virginis caro; sed spiritus sancti operatione ita mundatā vt ab omnis peccati contagione imunis vniretur verbo: pœna tamē nō necessitate sed voluntate assumentis remanente. Mariam quoq; totam spiritus sanctus in eam pręueniens a peccato prorsus purgauit: & a fomite peccati eam liberauit, vel fomitem ipsum penitus euacuando, vt quibusdam placet, vel sic debilitando vel extenuando vt ei post modum peccandi occasio nulla exti-

terit. Hæc magister sniarum. In cuius verbis ponderādū venit plurimum illud
qđ ait. ꝙ ita credi oportet secundū sanctoꝝ attestationis conuenientiam. Ex cuius
testimonio colligitur ꝙ conclusio eoꝝ doctoꝝ, quorum relator sum, est doctri
na sanctoꝝ doctorum: Ad id vero qđ dicitur exaduerso ad dicta Magistri sniarū
rum ꝙ sine probatione dixerit ista, non respondeo: quia hæc rñsio exaduerso
processisse videtur ex non integra cōsyderatione illius capituli primi prænomi
natę distinctionis. Plane si bene cōsyderasset dicta Magistri ibidem, inuenisset ꝙ
efficassimo medio probauit ablatū fomitē. Quia auctoritas angeli dicentis Luc.
1. spūs sctūs superueniet in te nō nisi in hoc sensu accipitur vt patet auctoritate
Damasceni exponētis prędictū verbū angeli: & auctoritate Bedæ: & ita nō sine
probatione fuit loquutus. Item idem sequenti parte distinctionis cap. 1. ita di
cit. Cum autē ista caro cuius excellentia singularis, verbis explicari nō valet, an
teq̄ verbo esset vnita, obnoxia fuerit peccato in Maria & in aliis a quibus pro
pagatione traducta est, non immerito videri potest in Abraham peccato subia
cuisse: cuius vniuersa caro peccato subiacebat. Vnde quęritur quare leui deci
matus dicatur in Abrahā & nō christus: cū in lumbis Abrahę vterq; fuerit secū
dum materialem rōnem. Cui quęstioni rñdens in eodem cap. ita dicit. Pariter
decimati non sunt: quia secūdū aliquē modum nō erat ibi christus quo erat ibi
leui. Secundū rōnem quippe istam seminalem ibi fuit leui: qua rōne per concu
bitum venturus erat in matrē: secundū quā rōnem non erat ibi caro christi, q̄
uis secundū ipsum ibi fuerit Mariæ caro. Hæc Magister sententiarum. Et ita ha
Magist. betur idem quod prius. Vbi consyderandū est ꝙ quāquā aliqua dicta Magistri
sententiarum nō recipiantur cōmuniter in scholis: Hęc tñ materia de ꝯceptio
ne beatę Mariæ virginis in peccato originali nunq̄ annumerata fuit illis: sicut
manifestū est studētibus in facultate theologiæ, quibus noti sunt articuli in qui
bus cōiter idem magister nō tenetur & hoc pro tāto ꝙ hæc sua doctrina ex fon
te doctrinæ sanctoꝝ & maxime August. dinoscitur emanare.

¶ Ad idem sunt auctoritates clarissimoꝝ quorūdam doctorum
Theologorum post Magistrum. Cap. 28.

ITEM ad idem est alius antiquus doctor Parisiensis sequens Ma
gistrum sentētiarum & Hugonem: cuius nomē nō exprimitur in
libro qui apud nos est. qui in sūma sua quę incipit. Primū princi
pium omniū siue deum esse sic ostendimus. In. 3. libro quęstionē
mouens. Vtrū caro christi anteq̄ vniretur verbo peccato in beata virgine fue
rit obnoxia. Sic respondet. Dicendum ꝙ sic: sed nō inquantum caro christi sed
prius q̄ vniretur verbo ab omni contagione spiritus sancti operatione purga
ta fuit. Et infra. Corruptio vitii fuit in carne virginis qñ angelus venit ad eam
Guillermus. secundū quā peccare poterat: Sed in aduentu spūs sancti gratia caro repleta est,
& ab hac corruptione purgata: & ita bis sanctificata fuit &c. ¶ Itē ad idem est
Altisidonen. dñs Guillermus Altisidonen. Secularis & famosus doctor antiquus vniuersitatis
Parisiensis: qui in sūma sua circa materiā tertii senentiarū quęrens vtrū christus
Maurit. fuit decimatus in lumbis habrahę dicit sic. Beata virgo fuit duobus modis in
eṗs parisien. lumbis habrahę. Per actū enim cōcupiscentiæ, & non de spiritu sancto cōcepta
fuit. Et ideo contraxit peccatū originale. Et ideo Mauritius eṗs Parisien. prohi
Pręposi buit ne festum de cōceptione ipsius celebraretur in ecclesia Parisien. Hæc ille.
tinus. ¶ Item ad idem est in snia Prępositinus doctor antiquus eiusdem vniuersitatis

in summa sua, circa materiam sanctificationis beatæ virginis assignans causam, quare in conceptione filii dei virginis caro mundabatur. ¶ Item ad idem est magister Guillermus cancellarius antiquus vniuersitatis Parisiensis in suma sua. In materia de virginitate, quęrens diffinitione virginitatis data ab Augustino videlicet virginitas est in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio, facta distinctione de duplici corruptibilitate. s. pœnę & culpæ, dicit sic. In xpo solum fuit corruptibilitas pœnæ ab initio, & hęc assumpta: in beata autē virgine ante gratiam, corruptibilitas vtraqꝫ contracta est: Post gratiam vero tātum corruptibilitas pœnę; & secundū hoc, diffinitio cōmuniter cōuenit & Adæ & nobis in xpo & bea. vir. Hæc ille. ¶ Ecce expresse ponit virginem bñdictam contraxisse corruptibilitatem culpæ & pœnæ. ¶ Itē ad idem est magister Henricus de gandauo secularis magister in theologia Parisieñ. doctor solēnis nominatus. in quolibetis suis, quolibeto. 15. q. 13. dicens sic, loquēdo ergo de conceptione virginis, quæ fuit natiuitas in vtero, tunc in eodem instanti quo concepta est, infecta est originali. Hæc ille. Licet infra ponat in eodem quolibeto ꝙ potest rationabiliter sentiri ꝙ non nisi per instans in originale fuit. ¶ Item ad idem est dominus Armatharius primas Iberniæ in tertio sententiarum distinctio. 3. Sicut testimonio patet quorundam tenentium assertionem contrariam, de hoc expresse refert in sermone suo de cōceptione magr̄ qui hāc materiam studiose solicitauit in hoc sacro cōcilio. videlicet magr̄. Ioā. Qd vero dr̄, ꝙ ipse Armathetanus retractauerit in sermone, qui incipit, sapientia ędificauit sibi domū. quousqꝫ hoc condigna attestatione quę fidem faciat sufficientem in iudicio vniuersalis synodi demonstretur, nullo mō est credēdū, in eo potissime quia Ioānes vitalis qui hoc primo posuit in tractatulo suo de hac materia, in multis similibus quæ dixit de aliis doctoribus: sicut de Alex. de ales, & de sancto Thoma, & de Alexandro neq̄ falsum dixisse certissimū est. ¶ Item ad idē est Magister Ioā. de poliaco secularis magister Parisiēsis, qui in suo tertio quolibeto. q. 3. dicit. Mihi videtur ꝙ non posset ab aliquo pro opinione teneri, sed potius pro hęresi reputari ꝙ beata virgo nō contraxerit originale pctm̄. cum sit contra sacrā scripturā & dicta sanctoꝝ. Et postq̄ allegationes multas sacræ scripturæ & doctoꝝ: sicut est illud Romañ. 3. omnes peccauerunt. cū Glo. Aug. & illud Ro. 5. Sicut per vnū hoiem peccatū intrauit in mundū, cū Glos. & illud Ephe. 2. Eramus & nos natura filii irę. Adiunctis multis dictis Augustini & beati Thomæ in tertio subdit dicens. Cum ergo illud qd est contra omnē scripturā nō possit pro opinione probabiliter teneri, imo inquantū est contra sacrā scripturā, deberet tenēs hæreticus reputari, quis erit tantę pręsumptionis & audaciæ, vt pręsumat contrariū asserere pręditorū testimoniorū in ęternum fundatorū? Certe nullus. Qd si aliquis pręsumeret, nō argumētis, sed aliter esset cōtra eū procedeñ. Hęc ille. Item ad idē est dñs Guillermus durandi: qui in suo rōnali de diuinis officiis loquēs de festis beatę virginis in titulo de purificatione eiusdem ita ait. Quidam etiam faciunt quintū festū. s. de cōceptione beatę Mariæ, dicentes. ꝙ sicut celebratur de morte sanctoꝝ nō pp morte, sed quia tūc recepti sunt in nuptiis ęternis, simil'r celebrari pōt festū cōceptionis. nō quia sit ꝯcepta sancta quia in pctō est cōcepta, Sed quia mr̄ dñi est cōcepta; Asserentes hoc fuisse reuelatū cuidā Abbati in naufragio cōstituto. Qd tñ nō est authēticū: Vñ non est approbādū cū cōcepta fuerit i pctō. Verūtñ licet cōcepta fuerit in pctō: dimissum est ei illud origi. pctm̄, & sctificata fuit in vtero, sicut Iere. & bea. Io. ba. Quare merito eius natiuitas & bea. Ioā. celebratur. Hęc ille. ¶ Itē. 17. ad idē est dñs

Guillermus cācellar. | Hēricus degand. | Armatharius. | Ioan. de poliaco | D. Guillermus durādi.

factus est Archiepiscopus Lug.& postea Cardinalis Ostien. & tandem summus Pontifex Innocẽtius quintus appellatus: qui in tertio snĩarum dist. 3. sic dicit. Sanctificari.n.ante animationem aut in ipsa animatione nõ fuit cõueniẽs bea. virgi.qm̃ aut non cõtraxisset peccatum originale,& sic nõ indiguisset vniuersali christi sanctificatione & redemptione: aut si contraxisset, culpa & gratia simul fuissent, qđ est impossibile. Et infra. Hoc videtur cõueniens & pie credibile vt cito post animationẽ vel ipsa die vel ipsa hora, q̃uis nõ ipso momento, fuerit sanctificata. Hæc ille. ¶ Item ad idẽ est eiusdẽ ordinis pr̃ dñs Iacobus de voragine Archieps Ianueñ. tam in opere sermonũ suorũ, vbi de natiuitate beatæ virg. loquitur q̃ in suo famoso & eleganti mariali, vbi de sanctificatione eiusdẽ sacratissimæ virginis loquens, post sniam superius positam Alberti, ita dicit. Xps autem fuit sine originali cõceptus & sine originali natus. Virgo autẽ Maria cum originali concepta & sine originali nata. Et istã differentiã tangere vr̃ Iob. 3. vbi dicitur de die culpæ originalis qui icepit qñ aperti sunt oculi Adæ & Euæ. Obscurentur stellę caligine eius, expectet lucem & nõ videat nec ortum surgentis auroræ. Stellę enim.i.cæteri sancti in illo die culpæ originalis fuerunt, obtenebrati, quiã fuerunt cum originali peccato concepti. Et iõ dicit; obscurentur stellę caligine eius. Sed ista dies culpę originalis nõ vidit lucẽ.i.xp̃m, nec in suo cõceptu nec in suo ortu. & ideo dicit. Expectet lucẽ & non videat. Aurora vero significat virginẽ Mariam quã non vidit quãtũ ad ortum, sed vidit quantũ ad conceptũ: & ideo dicit, nec ortum surgentis auroræ. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdẽ ordinis pater dñs Vlricus Argentineñ. qui, licet non fuerit magister, morte pręuentus Parisius tpe baccalariatus: veruntñ sicut religiõe ita doctrina fuit clarissimus: sicut opera multa & gloriosa ab eo ędita euidenter testantur, in summa sua libro. 5. cap. 2. postq̃ probauerat ꝙ nullus sanctificari poterat in parentibus nec in ipsa cõceptione, dicit. Matrẽ dei credimus subito post animationẽ esse sanctificatam, vt vere possit dicere illud Ecclesiasti. 24. Ab initio durationis meæ in esse naturali eo modo quo dr̃. Io. 8. iste homicida fuit ab initio.i.parum post initium suæ durationis. & ante secula quantũ ad dignitatis prioritatem, creata sum.i. de nihilo peccati producta ad esse gratiæ sanctificationis. Et infra in eodẽ ait. Ex hac sanctificationis causa festũ alicubi colitur licet ab ecclesia nõ approbetur pp vicinum errorem, tñ sustinetur ꝙ alii celebrent cõceptionem bea. virgi. non referentes hoc gaudiũ ad cõceptionem seminũ sed naturarũ, quæ est in infusione animæ. Nec illã celebrant, quia fuit in peccato, sed ratione sanctificationis sibi ex vicino coniunctę. Hæc ille. Etiã eiusdẽ sententiæ est in. 3. capitu. sequenti distinguens triplicem sanctificationem eiusdem ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis pater dñs Durandus natione gallicus doctor famosus, magister Parisieñ. & Eps Meldeñ. super. 3. sententiarũ dist. 3. dicens sic. Singularis conceptio debuit dotari singulari priuilegio. Sed christus secũdum humanitatem singularem habuit cõceptionem eo ꝙ conceptus est non de viro, sed de spiritu sancto. ergo debuit habere singulare priuilegium. Qđ non habuisset si virgo gloriosa sine originali peccato cõcepta fuisset. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdẽ ordinis pr̃ dñs Henricus natalis natione Brito, eximius quondam magister gñalis totius ordinis fratrũ prędicatorũ: qui in. 3. sententiarũ dist. 3. narrata opinione dicentiũ ꝙ virgo Maria nõ cõtraxit originale peccatum. dicit sic. Ista aũt opinio nõ vr̃ mihi posse stare cũ auctoritate sacrę scripturę, dictis cõibus sanctorũ & doctorũ. Et ad hoc inducit auctoritates sacrę scripturę. Item eiusdem suiæ est in quolibeto secũdo

Iaco. de voragi.

Vlricus

Durãd.

Hẽricus natalis.

disputato Parisius.vbi quęrens vtrū bea. virgo Maria sanctificata fuerit in instanti infusionis animæ suæ,confutata opinione dicente ꝙ sic.tenet partem negatiuam quæstionis.Et ad argumentum quod fit exaduerso, dicit ꝙ ad bonum filium pertinet nobilitare matrem quantū congruū est eam nobilitare, saluo debito honore filii. Non saluaretur autē debitus honor filii,ad cuius honorem pertinet ꝙ sit caput totius ecclesiæ,si eius mater nō indiguisset redimi per eū, & ideo decuit ꝙ eam permitteret incurrere peccatum originale; & ꝙ ab hoc eam redimeret. Hæc ille. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis pater dominus Petrus de palude magister Parisieñ.& Patriarcha Hierosolymi. super. 2. sententiarū di.3 .cum sancto Thoma, Durando,& Herueo idem dicēs,& eorum verba cōmemorans.ℂ Item ad idē est eiusdem ordinis pr magister Iacobus de lausana ingeniosus doctor magister Parisiēsis,& Eps Lausaneñ. tam super ecclesiasticū(vt superius fuit inductum) q̄ in.3 .sententiarū dist.3 .verba.s.Thomæ quę in scripto suo ponit in forma repetens. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis pater magister Ioānes Parisiensis eiusdem vniuersitatis,qui in.3 .di.3 .docens virginē Mariam in originali peccato esse conceptā; dicit oppositā opinionē esse contra auctoritates sanctorū & derogare dignitati filii dei & matris eius: quia secundū istā nunquā pertinuisset ad redemptionem ḡnalem filii,nec mater ipsa fuisset vniuersalis redemptoris. Hæc ille. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis pater magister Ioā.de Neapoli,magister solēnis Parisiensis in quolibeto suo. q.11 .qui narratis ambabus opinionibus,dicit sic. Opinionem aūt dicentiū ꝙ beata virgo concepta fuerit in originali peccato,tanq̄ magis consonā scripturę sacrę ad pñs teneo. Hęc ille. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis pr dñs Thomasinus qui in.3 .snīarū di.3 .ita dicit in forma cum sancto Thoma pariter. Ante infusionem animæ beata virgo sanctificari nō potuit:nec etiā in ipso infusionis instanti sanctificata fuit: vt eam gr̄a cōseruaret ab originali peccato ne inficeretur. Xp̄s enim hoc singulariter habet in natura humana ꝙ redemptione nō eguit,eo quod caput nr̄m est:sed nobis omnibus conuenit redimi p ipm. Hoc aūt non fuisset si aliqua anima inuenta esset quę originali macula infecta nō fuisset.Et ideo nō potest dici ꝙ beata virgo fuisset sanctificata in primo instanti suæ infusionis. Hęc ille. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis pater & magister Hugo de Argentina in compendio veritatis theologicæ qui in lib.4. eiusdem ponens tres sanctificationes beatæ virgi.dicit ꝙ prima fuit in vtero: quæ tres effectus habuit. videlicet originalis culpæ expiationem,& gratiæ infusionem,& fomitis tantam restrictionem, ꝙ non possit in aliquod peccatum ducere licet ipse fomes maneret secundum essentiam. Hæc ille. ℂ Item ad idem est eiusdē ordinis pater magister Nicolaus treuech Anglicus magnus vir,sicut ex eius operibus celeberrimis colligitur testimonium in quolibeto tertio loquēdo de celebratione festi cōceptionis beatæ virginis quæ in aliquibus ecclesiis fit: dicit sic post multa. Nō ergo dies cōceptionis sic celebratur quasi supponendū sit ꝙ beata virgo absq̧ originali peccato suam cōceptionē compleuerit. hoc enim esset erroneum:nec pro isto tempore quo actu originale peccatū contraxit nec ista rōne qua erat in potentia vt contraheret:hoc.n.esset superstitiosum. Hęc ille. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis pr & magister, Bernar.de claromonte magr Parisieñ.multū famosus:qui in impugnationibus magistri Hērici de Gandauo in quolibeto.15.q.13 .dicit sic.Certū est ꝙ bea.vir. cōtraxit originale pctm̄; tum quia de massa corrupta processit sicut & alii: tum quia ipsa ad vniuersalem redemptionem factā per filium eius pertinebat sicut & alii.Omnes.n. peccauerunt

Petrus de palu.

Iaco. de lausana.

Ioānes Parisiē.

Ioan.de Neapo.

Thomasinus.

Hugo de argē.

Nicola. treuech.

Bernar. de clara monte.

funt,& egent gloria dei, Ro. 3. & ad Ephe. 2. Eramus natura filii iræ. Vnde nec ipsa excluditur: Et ideo tenendū est ꝙ contraxerit originale peccatū. Hęc ille. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis pr̄ magister Robertus olcoth super librum sapientiæ lectione. 169. Qui tractans illud sapientiæ. 14. Exiguo ligno credunt homines animas suas: & prosequētes quō christus est lignū vitæ, dicit. Sicut lignum plantatū in terra solidat terram ex omni parte, & per radices suas colligat & constringit ne defluat; ita christus plantatus in virgine Maria matre sua eam solidauit virtutibus, & gratiis sic constrinxit ꝙ nunq̄ defluere potuit p peccatum. Fuit enim sic sanctificata in vtero ꝙ emundata a peccato originali fuit, & in ea fomes ligatus sic ꝙ nunq̄ eam ad peccandū inclinauit. Et hęc fuit prima sanctificatio in vtero matris suæ. Sed secunda fuit in cōceptione filii in qua fomes ablatus fuit secundū essentiam: & gratia superaddita & inflexibilitatem libero arbitrio determinauit ad bonum, sic ꝙ ex tunc nullo modo potuit in malum flecti. Vnde tunc cōfirmata fuit sicut in via potuit. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis magister Thomas de Vualeis anglicus; qui in postilla solēni super psalteriū tractans illud Psal. 17. Deus meus ipoluta via eius dicit sic. Via. s. qua ad nos deus venit, fuit beata virgo. Ista fuit via impoluta: quia munda fuit in filii conceptione. Veniens. n. sol iustitię in virginem omnē fomitem peccati totaliter abstulit. Ideo inquit Hieronymus in sermone assumptionis eiusdem. Quicquid in ea gestū est totū puritas & simplicitas, totum veritas & gratia, totū iustitia & misericordia quę de cœlo prospexit. Hęc ille. ¶ Itē ad idem est eiusdē ordinis magr̄ Petrus de palma in postilla sua super Lucā tractans illud Luc. 1. cui nomen Nazareth, de filio dei loquēs, ita ait. Ipse est qui p spiritum sanctū superfluitatē fomitis extinxit in matre. Vnde Beda hoc dixit in glo. superueniens spūs sanctus in virgine, mentem eius ab omni sorde vitiorum castigauit. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdē ordinis magister Martinus Polonus pœnitentiarius Papæ & eps: qui fecit chronicas de summis Pōtificibus & Imperatoribus in opere magno sermonū suorum: qui in sermone natiuitatis virginis eiusdem sub themate. Aufer rubiginē de argēto & egredietur vas purissimum, ita dicit. Hoc argentū erat aliquādo respersum rubigine originalis culpę. s. in cōceptione: quia in peccato originali (qđ propter vetustā assumptionē humanę naturę rubigo dr̄) cōcepta fuit. Vnde conceptio eius sicut nec aliorū sanctorū qui omnes in peccato concepti sunt, minime celebratur, præter Iesu christi cōceptionē quæ sine peccato fuit. Ostendens ergo culpæ originalis cōceptionē & pn̄s pro futuro ponens more prophetarū dicit. Aufer rubiginem de argento. Hæc ille. ¶ Item ad idem, est eiusdē ordinis magister Nicolaus gorran super Luc. tractans illud. Spūs sanctus superueniet in te, & virtus altissi. obum. tibi: qđ vt superius habitum est ad extinctionem fomitis peccati refert. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis dn̄s Guillermus qui (vt legi) archieps fuit Lugduneñ. qui fecit summā de vitiis & virtutibus, & postillas plures, & sermones notabiles: qui in sermone natiuitatis beatæ virginis sermone primo sub themate. Orietur stella. Et in quarto sub themate. Fons ortorum, expressissime idem dicit. Vnde in sermone. 4. ita in forma loquitur. Beata virgo fons dicitur eo ꝙ fonti in multis assimilatur. Aqua enim fontis habet amaritudinem cum a mari exit: sed antequā hauriatur eam amittit, ita ꝙ aqua dulcis est vbi hauritur. Sic beata virgo exiens a parentibus amaritudinem peccati originalis in sua conceptione habuit, sed cum in vtero sit sanctificata ante natiuitatem eam amisit, & gratiæ dulcedinem recepit; ita ꝙ in sua natiuitate deo

Rober. olcoth.
Thom. angli.
Hiero.
Petrus de pal.
Beda.
Glo.
Martin. polo.
Nicol. gorrā.
D. Guilermus archieps

Ioan.catholicō. grata fuit. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdē ordinis venerabilis pr. Ioan. Ianueñ. in suo catholicon in vocabulo virtus. vbi distinguens multiplicē plenitudinem gratię, ita dicit. Alicui data est gratia quę nō solum mortalia sed & venialia repelleret, & hæc est plenitudo singularis prærogatiuę quę fuit in beata virgine, secundū quam plena fuit deo vt in ea nihil esset qd ad deum nō ordinaretur. Sed in christo vlterius data est gratia perficiens ipsum non solū quantū ad omnes vsus virtutū & quantū ad oēs effectus grę gratis datæ, sed et quantū ad oēm peccati remotionem nō solum actualis, verum et originalis, & potentiam peccandi. Hæc est plenitudo singularis christi. Hęc ille. Et eiusdem sententiæ est in vocabulo Maria. ¶ Item ad idē est eiusdē ordinis pr magr Guillermus de Alcona doctor Parisieñ. qui super illud Ecclesi. 7. Virum de mille vnum reperi ait. i. christum in quo nō fuit hæc cōcupiscētia: quia nec originale nec inclinatio ad actuale. Mulierem ex oībus non inueni in qua. s. non fuerit originale. Hæc ille. ¶ Item ad idē est eiusdem ordinis pater Vincentius historialis, in tractatu glorioso quē de laudibus virginis cōpilauit, contextum ex auctoritatibus sanctorum qui in cap. de sanctificatione in vtero virginis in testimoniū φ in vtero ab originali peccato fuerit sanctificata inter alia inducit illud Berna. in sermone assumptiōis eiusdē sacratę semp virginis: qd manifestū est testimoniū propositi videlicet oīmodis ꝯstat ab originali cōtagio sola dei gra priusq̄ nasceretur esse mundatā &c. qd superius ad longū extitit allegatū. ¶ Itē ad idē est eiusdē ordinis venerabilis pr frater Iacobus de beneuēto in notabili ac copioso suo ope sermonū de tpe & sanctis, in sermone natiuitatis bea. vir. sub themate: vas admirabile opus excelsi, qui in testimoniū sanctificationis eiusdem a pctō originali inducit illud Prouer. 25. Aufer rubiginē de argēto, & egredietur vas purissimū &c. ¶ Itē ad idē est eiusdē ordinis pr solēnis baccalarius i theologia frater Ioā. de verdiaco: qui plures libros Biblię exposuit, in expositione libri canticoꝝ, tractans illud, quę est ista quę progreditur quasi aurora cōsurgens, dicit sic. Aurora cōsurgens. In natiuitate aurora est frigida & humida: sic bea. vir. clara gn̄is nobilitate: pp qd cantatur de ea, clara ex stirpe Dauid. Frigida per fomitis repressionē siue extirpationē, ſm alios. Luc. 1. Virtus altissimi obumbrabit tibi. Hæc ille. ¶ Itē ad idē est eiusdē ordinis magr Ioā. de Lettemberg. Eps ratisponeñ. in sermone natiuitatis bea. vir. sub themate. Paruus fons qui creuit in fluuiū &c. Hester. 10. dicit. Hic fons paruus erat: quia in originali ꝯceptus, sed creuit in sui sanctificatione in vtero, & incremētū fuit q̄drupl'r. Primū fuit sanctificatio i vtero quę maior fuit q̄ sanctificatio Iere. vel Io. bap. ¶ Itē ad idem est prędicti ordinis magr Io. sernigacii theutonicus sup. 3. sn̄iarū di. 3. ita dicit. Beata virgo nec ante cōceptionē nec i cōceptiōe ante aię infusionē sanctificata fuit quia propriū subiectū grę sanctificantis est anima rōnalis. Nec iterū in instanti infusionis animę: quia sic non contraxisset originale peccatum sicut nec xps: & sic non cōueniret oībus redimi per xpm. Sed tantum creditur sanctificata post animæ infusionem. Hęc ille.

Margin notes: Guiller. de alco. — Vincē. historia. — Bernar. — Iaco. de beneuē. — Fr. Ioā. de verd. — Ioā. eps ratispo. — Io. theutonicus

¶ In quo ad idē sequuntur doctores sacri ordinis Minoꝝ, qui hanc partem qōnis tenuerunt & docuerunt in scriptis. Cap. 30.

ITEM ad idem est (inchoando ab antiquiori prē) doctor pręfati sacri ordinis fratrum minorum Alexander de ales magister Parisieñ. qui pro sua excellentia nominatus est doctor irrefragabilis: qui in tertia

Alex. de ales.

tertia parte summæ suæ in materia de sanctificatione beatissimæ virginis in primo articulo, distinctione facta duplicis sanctificationis. s. naturæ & personę, dicit sic. Sanctificatio autem quæ est per baptismū, & quæ est per præsentē gratiam, non est sanctificatio naturæ sed solum sanctificatio personæ. Sed fomes adhuc remanet post baptismum in natura. Propter hoc non est generatio sine peccato: quia natura non est sanctificata; & per generationem transfunditur natura, ideo necessarium est vt quod generatur in generatione sua contrahat peccatum. Et propterea beata virgo non potuit in parentibus sanctificari, immo necessarium fuit ꝙ in generatione sua contraheret pctm̄ a parentibus. Hęc ille. ℭ Item idem doctor in sequenti articulo concludit in fine ꝙ virgo maria non potuit sanctificari in sua conceptione, inducens ad hoc pro auctoritate dicta beati Bernardi in epistola ad Lugdu. Ratione vero idem probans dicit sic: Si beata virgo Maria non fuisset concepta in peccato, non fuisset obligata peccato, nec habuisset reatum peccati. Sed qui non habet reatum peccati non indiget redemptione: quia redemptio est propter obligationem ad peccatum, & ad reatū peccati, ergo non indigeret redēptione per Christū. Quod secundū catholicam fidem non est credendum seu ponendū. Hæc ille. ℭ Quod vero dr̄ ab aliquibus exaduerso de hoc irrefragabili doctore ꝙ retractauerit hanc conclusionem morti appropinquans, quousqꝫ fides integra & testimonium sufficiens de hoc fiat coram sacro concilio, nullius reputatur esse momenti. Quod autem dictum est a quodam alio ꝙ in suo mariali retractauerit, manifeste fictitium est, immo in multis locis eiusdem libri: sicut vbi de sanctificatione loquitur virginis, eandem doctrinā prosequitur & cōfirmat. ℭ Item ad idē est eiusdē ordinis. s. minorum pr. & dn̄s Bonauentura Cardinalis sanctæ Romanæ ecclesiæ, magister illuminantissimus Parisien̄. qui pro singularitate sapientiæ appellatus est doctor Seraphicus: qui in. 3. sentētiaꝝ. di. 3. quærens. Vtrum aīa beatę virginis sanctificata fuerit ante peccati originalis contractionē; reiecta opinione dicētiū partē affirmatiuam; dicit ꝙ sanctificatio virginis subsequuta fuerit orginalis peccati cōtractionē: quia immunis nullus fuit a culpa originalis peccati nisi solus filius virginis. ℭ Et post inductas auctoritates ad hoc prosequitur, sic dicēs. Hic aūt modus dicēdi conuenientior est & rōnabilior & securior. Cōueniētior inquā: quia oēs fere illud tenent ꝙ beata virgo habuit originale, cū illud appareat ex multiplici eius pœnalitate quā non est dicere eā per assumptionē habuisse, sed p cōtractionē. Rationabilior ēt: quia esse naturæ pręcessit esse grāe vel tpe vel natura; propterea dicit Augus. ꝙ prius est nasci q̄ renasci; sicut prius esse q̄ bene esse, prius est animā vniri carni, q̄ grām dei sibi infundi. Si ergo caro illa infecta fuit, & ex sua infectione nata erat animam culpa originali inficere, necessarium est ponere ꝙ ante fuerit originalis culpæ infectio q̄ sanctificatio. Securior etiā est quia magis est cōsona fidei pietati, & sanctorū auctoritati magis cōcordat, pro eo ꝙ cōiter sancti cum de materia ista loquuntur, solum Christū excipiuut ab ista gn̄alitate qua dicitur, omnes peccauerunt in Adam. Nullus autē inuenitur dixisse de iis quos audiuimus auribus nostris virginem Mariam a peccato originali fuisse immunem. Pietati etiam fidei magis concordat pro eo ꝙ si mater habenda sit in reuerentia, & magna erga ipsam habenda sit deuotio, multo maior est habēda erga filiū, ex quo est ei oīs honor & gloria. Et ideo quia hoc spectat ad excellentem dignitatem Christi ꝙ ipse est omnium saluator & redemptor, & ꝙ ipse omnibus aperuit paradisi ianuam, & ꝙ ipse pro omnibus mortuus est, nullatenus ab hac generalitate bea

S. Bonauetura.

August.

ta virgo Maria excludenda est, ne, dum matris excellentia ampliatur, filii gratia minuatur. & sic, mater prouocetur, quę magis vult filium extolli & honorari q̃ se ipsam, vt p oie creatorem q̃ creaturam. Huic ergo positioni adhærētes: propter honorem Iesu Christi qui in nullo præiudicat honori matris, dum filius matrem incomparabiliter antecellit, teneamus secundum ꝙ cōmunis opinio tenet virginis sanctificationem fuisse post originalis peccati contractionem. Vnde rationes hoc probantes concedendæ sunt. Hæc ille. Et in solutione minus argumenti dicit sic. Nō omnis honor qui attribuitur filio attribuendus est matri. Quia sic non esset filium honorare sed potius ei contumeliam facere, dum honorē sibi soli debitum quis alii tribueret. Et, quia hic honor (immunem inquam esse ab omni peccato tam originali q̃ actuali) solius filii dei est: quia solus conceptus est de spiritu sancto & natus de virgine, ideo virgini attribuendus non est, Sufficiunt enim virgini aliæ dignitates quas sibi filius cōmunicauit & dedit in quibus excellit omnino humanas laudes & deuotiones. Et ideo non oportet nouos honores confingere ad honorem virginis quę nō indiget nostro mendacio quæ tantum plena est veritate. Et ad argumentum ꝙ fit de possibilitate ꝙ fuit præseruata, respondet, ꝙ absq; dubio non erat impossibile omne verbum, nec illud verbum, videlicet ꝙ posset facere virginem ab omni pctō immunē, non tamen hoc decuit illi concedere, nisi ei per quem omnium facta est salus, videlicet domino Iesu Christo, vt non glorificetur in cōspectu eius omnium caro, sed ipsi soli gloria & honor in secula seculorum. Hæc præfatus Cardinalis Bonauentura. ¶ Multum autem contra præclari doctoris huius testimonium per proponentem exaduerso inducta sunt, a quibus supersedere dignum iudicaui, q̃q̃ facile fuisset ostendere ista paruæ virtutis fuisse, relinquens omnia examini huius sanctę Synodi, in cuius statera iudicii spero ꝙ in maioris auctoritatis pondere habebitur doctrina huius doctoris, & virtus argumentationis suæ: q̃ haberi visa sit in libra iudicii proponentis exaduerso. Meum erit in medium pro parte mihi credita testes inducere: sacræ vero synodi erit examinare auctoritatem & doctorum suorum ponderare virtutem: ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis. f. minorum venerabilis pater multa religione & sapientia præclarus magister Riccardus de media villa doctor Parisiensis qui in tertio sententiarum distinctione tertia quærens vtrum caro virginis fuerit sanctificata anteq̃ nata dicit sic. Anima beatæ virginis ex sui vnione ad carnem peccatum originale contraxit. Vnde Anselmus in secūdo libro Cur deus homo, quasi in medio libri dicit de beata virgine quod in iniquitate concepta est, & in peccatis concepit eam mater eius, & in peccato originali nata est. Quod de natiuitate in vtero intelligendum est. Augustinus etiam supra Geñ. vltra medium dicit de carne beatæ viginis ꝙ fuit concepta de propagine carnis peccati. Hæc ille. Quod vero dicitur de isto doctore ꝙ retractauerit, nō est de facili credendum. Tum propter arduitatem materiæ. Tum propter excellētiam doctoris. Vnde non est danda fides cędulis per quosdam inductis in medium: sed est expectandum instrumētum authenticum aut liber notus doctoris: in quo retractatio prædicta manifeste contineatur. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis dñs magister Reginaldus Archiepiscopus Rothomageñ. qui in suo tertio super sententias ita dicit. Sicut impuritas si nō fuisset sanctificata derogasset ipsi virgini: cuius priuilegium est ꝙ sola sine viro concepit, vt dicit Bernar. & ideo originale non traduxit in prolem, ita si virgo sine originali concepta fuisset peccato, derogasset ipsi filio. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdem ordi

Riccar. de Media uilla

Ansel.

August.

Reginaldus Archieps.

nis pater magister Thomas de ales in tractatu suo deuoto de vita beatę & gloriosæ semper virginis dei genitricis Mariæ in cap. 5. de conceptione beatæ Mariæ. Vbi narrata historia conceptionis, adducit in testimonium illud dictũ Augustini. 10. super Gen. ad literam Cum autem sit in semine & visibilis corpulentia & inuisibilis ratio vtrunq; cõcurrit ex Abraham, vel etiam ex ipso Adã vsq; ad corpus Mariæ: quia & ipsa eodem modo concepta est & exorta. Item in cap. 12. de sanctificatione eiusdem sacratæ virginis ad idem adducit Bernardum in epistola ad Lugdu. & Anselmum dicentem φ fuit de illis qui ante natiuitatem filii sui Iesu christi veram eius mortem credendo a peccatis mundati sunt. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis pater frater Ioan. Ricardi Episcopus Drachonen. qui in compendio suo theologiæ, quod incipit veteris ac nouæ legis. in quarto libro. rubrica de sanctificatione beatæ virginis: vbi posita triplici sanctificatione matris dei dicit φ prima sanctificatio eius fuit in vtero. Et hęc habuit tres effectus. s. originalis culpę expiationem, & gratię infusioné, & fomitis restrictionem quod non posset in aliquod peccatum duci, licet tamen ipse fomes Marię manserit scdm essentiam. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis pater dñs Bertrandus de Turre Cardinalis sanctæ Ecclesię Romanę, in sermone Annunciationis sub themate. Aue Maria, dicens sic. Fuit enim exempta nascendo ex ve infectionis. Quia fuit singulariter sanctificata, & in secũda sanctificatione qñ concepit filium dei venit in ipsam tanta copia gratię φ non solum compescuit in ea fomitem peccati, immo totaliter auulsit ab ea. Hęc ille. ℂ Et plenius idem dicit in sermone natiuitatis eiusdẽ virginis, exponens illud Prouer. 8. Dominus possedit me ab initio viarum suarum, vbi circa primam viã ita dicit. Primũ autem initium istarũ viaꝝ. i. operum suorum fuit opus sanctum quod fecit ipse dñs in prima persona pertinente ad nouum testamentum, quę fuit beata virgo. Et istud primũ opus secundũ eũ fuit ipsius virginis cõceptio, nõ qdẽ prima quę fuit in seminũ trãsfusione, nec scda cõceptio virginis quę fuit cũ culpę originalis cõtractione qñ eius anima fuit corpori infusa, sed tertia conceptio quę fuit in gratia & eius sanctificatione ac peccati originalis emundatione. Hæc ille. ℂ Quid autẽ idẽ dñs Cardinalis dixerit de hoc super Euangelium missus est superius fuit inductum.

Thom. de ales.

August.

Ioannes Ricardi.

Bertrandus de Turre.

ℂ Ad idem, testimonia Nicolai de Lira, & D. Aluari Episcopi. Cap. 31.

I TEM ad idem est eiusdem ordinis pater & magister Parisiensis solẽnissimus totius Bibliæ postillator magister Nicolaus de Lira: qui super Lucam exponens illud. Spiritus sanctus superueniet in te ait. Quia prius venerat spiritus sanctus super virginẽ adhuc in vtero matris existentem eam ab originali purgando (vt cõmunius dicitur) vel secundum alios a peccato originali pręseruãdo. Hæc ille. Quod vero ipse tenuerit cum communi opinione vr manifeste colligi ex illo quod affirmando ait in prologo super Matth. in fine, vbi sic ait. Bene dr xp̃s alter homo, quia fuit alter homo ab oĩbus aliis hominibus: quia omnes alii processerunt de radice peccati, iste autẽ solus innocens per quẽ alii sunt redempti: secũdũ quod scribitur. Ro. 6. sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi. Ita per vnius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Hæc ille. Et hoc etiam ex multis aliis locis postillæ suæ colligi potest. Vbi omnes

Nic. de Lira.

omnes ab Adam descendentes dicit præter Christum incurrere originale peccatum nulla exceptione facta beatę virginis. Qui doctor, expresse dr hanc sententiam posuisse in .3. sententiarum.di.3. Ex quibus clara habetur notitia mentis suæ, vbi non parum vtile erit considerare q doctor iste præclarus nostris tēporibus satis vicinus designat q suo tēpore cōmunior erat doctrina doctorum, quorum relator sum, q̄ doctrina exaduerso. Ex quo accipitur manifestū testimoniū, primo q doctrina ex aduerso nō fit ita antiqua sicut proponens asserit. Secundo confirmatio sententiæ dñi Bonauenturæ superius positæ, videlicet q communior erat illa opinio: quia fere oēs tenēt q btā virgo habuerit origiale. ¶ Itē

Aluarus Eps. ad idem est eiusdē ordinis pr & famosus doctor dñs Aluarus Hispanus Eps Siluenen. in libro suo quē de planctu ecclesiæ intitulauit articulo. 52. vbi sic ait formalr. De mre eius beatissima; tenēt sancti maxime Aug. q nō peccauit et venialiter in hac vita. tñ in origi. pctō concepta fuit: sicut & cæteri hoies: quia ab ista sentētia pris sui Dauid (ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum) nullus excipitur, nisi xps, qui non de semine humano, sed de spiritu sancto et in vtero virginis iā sanctificato cōceptus fuit. Dña aūt nostra de semine vtriusq parētis Ioachin & Annæ cōcepta fuit sicut cæterę mulieres, non de spiritu sancto sicut filius. Et ideo in originali pctō fuit, vt late probat Bernar. in epla quā scribit canonicis Lugdu. vbi reprehendit eos quia cōceptionis festū celebrant. Quod

August. nō debet fieri. sed cū fit, referri debet ad sanctificationē eius in vtero. Quia scdm Ber. ante fuit sancta, q̄ nata, vnde & August. super hoc ad Petrū Diaconū ait de consecra. di. 4. firmissime tene, & nullatenus dubites omnē hominē qui per cōcubitū viri & mulieris concipitur, cū originali pctō nasci, impietati subditum mortiq subiectū &c. Et sequitur. Ad hoc facit quod hr & notatur de consecra. di. 4. cap. 11. in glo. ver. vt in beata Maria, & de cōsecra. di. 3. cap. 1. in glo. verb. de festo. Idem hr in glo. per baptismū di. 4. ibidē dicente. Natiuitas Mariæ in vtero non celebratur. Et facit optime. 27. q. 11. Omne. & hanc sniam tenent oēs antiqui theologi, Alexāder, Thomas, Bonauētura, & Ricardus: licet quidā theologi noui a sensu ecclesiæ cōmuni recedentes, indeuoti reuera dñæ nostræ eius deuoti apparere nitātur eā quodāmodo sic Dei & suo filio ęquiparantes: quorum noua opinio & fantastica sit a fidelibus cancellata: quia sanctificationē virginis negant contra id qd tenet ecclesia ipsam sanctificatā fuisse. Si enim in pctō ori. qd cōtrahitur in animæ infusiōe, vt notatur de consecra. dist. 4. cap. nō ex æquo. in glo. nō fuisset cōcepta, sanctificatio necessaria nō fuisset sicut nec in xpo. Et ideo Romana ecclesia festū conceptionis nō agit, sed tolerat, maxime in Anglia, nō tñ pbat: quia quod permittitur non approbatur. 4. di. deniq. 31. q. 1. hac rōne. Vel illud festū debet referri ad sanctificationē virginis, nō ad cōceptionē vt dictū est, & ita dicit ofo quę dr in hoc festo Romę in sancta Maria maiori. Deus qui sanctificationē virginis &c. sicut vidi, & audiui, cum ibi de ista sanctificatione prædicarem in isto festo. Pro hac veritate facit illud Salomonis Prouerb. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Vas fuit virgo Maria quæ rubigine originalis peccati ablata per sanctificationem in vtero, sancta, & purissima in natiuitate sua egressa est ex vtero. Et illud psalmi. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Tabernaculū sanctificatum Dei, fuit virgo Maria, iuxta illud Ecclesiastici. 24. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Facit & verbum August. in sermone purificationis dicētis. Solus est sine pctō natus, quē sine virili cōplexu nō cōcupiscēn. carnis, sed obedientia genuit mentis. Hoc etiam determinat August. super

Gen.

Geñ.ad literam.10.cap.Idem tenet magister sententiarum libro.3. Hæc ille.

¶ Ad idem testimonia aliorum. 8.doctorum eiusdem ordinis. Cap. 32.

ITEM ad idem est eiusdem ordinis pater frater Egidius Zamoreñ. Hispanus: qui iuxta ordinem Alphabeti mira scripsit, tã de chronicis, q̃ de doctrinalibus, q̃ et de moralibus: cuius verba in forma (licet propter distantiã a Basilea vbi hc scribęantur ad insignem ciuitatem istam Zamoreñ. in regno castellæ vbi eius libri habentur non sint mihi ad manum) sẽtẽtia tamen eius certa est in summa sua in ca. de Maria, ꝙ in originali fuit concepta. Et ꝙ hæc doctrina iuxta verba Bonauẽturæ sit communior ac securior. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis pater frater. Ioan. de Rupella in opere eleganti sermonum suorum qui in sermone natiuitatis beatæ virginis, qui incipit. Fluuius egrediebatur ad irrigandum paradisum &c. Geñ.3. dicit sic. Maria in origine conceptionis habuit amaritudinem originalis corruptionis. Sed in vtero matris dulcorata est per gratiam sanctificationis vt nasceretur in dulcedine sanctitatis. Et eiusdem sententiæ est in aliis sermonibus sequentibus eiusdem festi. s. sub themate. Ferculum fecit rex Solomon. canti.3. Et sub themate. Expectet lucem &c. Iob.3. ¶ Item ad idem est eiusdẽ ordinis pater magister Robertus Conton. qui in.9.q. tertii libri: quęrens vtrum beata virgo cõtraxit originalẽ peccatum: vbi recitata cum aliquibus argumentis opinione tenentium partem negatiuam, dicit sic in forma. Sed licet hæc opinio sit probabilis: quia tamęn opinio contraria videtur esse de mente sanctorum, ideo eam teneo. Et dico ꝙ argumenta facta magis concludunt de beata virgine q̃ de quocunq; alio. Et bene concedo ꝙ si aliquis fuisset præseruatus maior congruentia fuisset de mr̃e xp̃i q̃ de aliis. Hec ille. ¶ Itẽ ad idem est eiusdem ordinis pater frater Lucas in opere suo notabili ac famoso sermonũ: qui in sermone de baptismo christi sub themate. hic est dilectus filius meus in quo mihi &c. dicit ꝙ cõmendabat pater xp̃m a quatuor. Primo a singularitate, cum dicit. hic. quasi ab aliis discretus: & cui nemo similis. Et specialiter in tribus. Primo in donorum plenitudine. Secundo in peccati immunitate: quia peccatum non fecit nec contraxit. Et adducens illud ad Hebræ.7. Segregatus a peccatoribus. dicit sic. Segregatus, quia caro eius de massa peccatrice assumpta est, & mundata. Et in sermone natiuitatis beatæ virginis, sub themate. orietur stella, post diuisionem triplicis pulchritudinis, dicit sic. Prima pulchritudo eius fuit munditia culpę originalis. Secunda continentia virginalis. Tertia conuersatio cœlestis. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis pater magister Bartholomeus de Pisis in quadragesimali suo in Euangelio illo. Facta sunt encenia in Hierosolymis. Ioan.4. Vbi quærens an ipso facto ꝙ aliquis sanctificatur reddatur impeccabilis, & posita quadruplici differentia sanctificationis, dicit sic. Quarto modo sanctificatur aliquis sanctificatione qua datur facultas per remotionem fomitis siue superationem vitandi tam veniale, q̃ mortale. Et isto modo sanctificata fuit gloriosa mater Christi in vtero. Et ponit consequenter ꝙ impossibilitatem peccandi cõsequuta est in secunda sanctificatione, quę fuit in incarnatione filii dei. Adducens Alexandrum de ales in.3. ¶ Item ad idẽ est eiusdẽ ordinis pater, frater Gerardus odonis in lib. suo de figuris, qui vbi de stella agitur dicit ꝙ superuenit in eam spiritus sanctus,

Ioan. de Rupella

Robert. Contõ.

Frater Lucas

Barthol. de Pisis.

Gerard. Odonis

vt quæ in prima sanctificatione erat eodẽ spiritu sanctificata in mente, in ipsa superuētione spiritus, siue sanctificatione, a fomite totaliter purgaretur. ℂ Itẽ ad idem est eiusdem ordinis pater frater Iacobus de Casali in tractatu quem fecit de ista materia. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis frater Conradus Saxo cognomēto Holxingarius in opere suo solēni de tempore & de sanctis. quod hr̃ in libraria cõuentus eiusdem ordinis Basileæ sermone 2. in natiuitate beatissimæ virginis, qui incipit Aufer rubiginem de Argento. ita dicens. Vas purissimum fuit beata virgo Maria: quæ rubigine peccati originalis ablata per sanctificationẽ in vtero sancta & purissima hodie egressa est de vtero. Bene proculdubio mr̃ dñi añ sctã q̃ nata. Præterea idẽ doctor in opusculo notabili & deuotissimo sup salutatione Angelica: cuius principiũ est. Qm̃ vt ait Hiero. nulli dubium est &c. dicit sic. Nox cui maledixit Iob, nox est in qua conceptus est, homo contrahens peccatum originale, in quo omnes cõcipimur, vnde p̃s. In peccatis concepit me mater mea: quia fere oẽs sancti in peccatis nascũtur. Ideo hic bene dicitur ꝙ stellæ per hanc noctem obtenebrantur. Sed quia xp̃s nec conceptus nec natus in peccato fuit, Ideo bene hic dr̃. ꝙ ista lucẽ nõ vidit. Quia vero beata virgo in peccato cõcepta fuit, sed sine peccato nata siue orta, ideo non Aurorã, sed ortũ auroræ dr̃ nox ista non vidisse. Hæc est contra illos, qui eam sine peccato conceptam dicunt. contra quos et beatus Bernar. arguens ait, si ante conceptum Maria sanctificari non potuit quoniam non erat, sed etiam nec in ipso conceptu propter pctm̃ quod inerat, restat, ꝙ post conceptum in vtero iam existens sanctificationẽ accepisse credatur quæ excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, non autem cõceptionem. Hæc ille. quam sententiam sæpenumero repetit in eodem tractatu.

Iaco. de Casali. Conra. Saxo.

ℂ In quo ponuntur Doctores sacri ordinis beati Augustini: qui hanc sententiam tenuerunt & scriptis docuerunt. Cap. 33.

ITEM ad idem est ordinis Eremitarum sancti Augustini Doctor præclarus dominus Egidius de Roma Archiepiscop⁹ Bituricen̄. quolibeto. 6. arg. 20. Vbi sic dicit. Sciendũ aliquos voluisse dicere vt saluarent quomodo possent debite celebrare festum conceptionis beatam virginẽ non fuisse in originali cõceptã. Sed hæc positio⁹ stare non potest, quia Augustinus in de baptismo paruuloꝝ contra pelagianos, vult ꝙ xp̃s pctm̃ non habet quia nec originale contraxit nec suum addidit. Cuius rõnem assignat quia extra voluntatem carnalis libidinis venit, & non fuit ibi complexus maritalis. Et subdit ꝙ de virginis vtero assumpsit nõ vulnus, sed medicamentum. non quo sanaretur, sed vnde sanaret. Vnde concludit ibidem ꝙ solus xp̃s fuit sine peccato, & ꝙ nullus membrorum eius fuit sine peccato. Dicere ergo ꝙ beata virgo non fuerit concepta in originali, est dicere ꝙ non fuit orta ex libidine carnis & ex cõplexu maritali, cũ omnes sic nati in peccato fuerint concepti. Et est dicere ꝙ non fuit membrum xp̃i, cum Augustinus asseirat nullum membrũ fuisse sine peccato. Et alia testimonia adducit. Et in fine dicit. Patet ergo quid tenendum est de quæstione. Dicimus enim ꝙ beata virgo fuit in originali concepta, & per aliquam morulam, siue per aliquod valde breue tẽpus stetit in huiusmodi originali peccato. Hæc ille. ℂ Item ad idem est eiusdem ordinis. s. August. pater, magister Gregorius de Arimino natione Italicus; qui in 2. sententiarum dist. 31. ita dicit. In hac parte illud mihi tenedũ

Egi. Romanus.

August.

August.

Grego. de Ari.

potius videtur; quod magis est consonum sacræ scripturæ, & dictis sanctorum. Ideo absq; præiudicio melioris sententiæ, & salua semper reuerētia matris dei, dicendum mihi vī eam fuisse in originali peccato conceptam. Et ad hoc moueor: quia scriptura vbicūq; loquitur vniuersaliter de omnibus sine exceptione profert sententiam: & ab omnibus expositoribus vniuersaliter de omnibus naturali modo nascentibus intelligitur. Ex quo videtur, sequi ꝙ aliquem excipere sit sacræ scripturæ contrarium. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis Dominus Bernardus Oliueri Magister Parisiensis Episcopus Tartusen̄. qui in suo. 6. quolibeto quæstione penultima, quam de conceptione beatæ virginis formauit, eiusdem sententiæ est cum Egidio. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis magister Io. Theutonicus tam in postilla sua super missus est, q̄ in sermonibus suis de conceptione beatę virginis. Vnde in 2. sermone: qui incipit. Lauda & lętare filia Sion, dicit sic. Tenēdum est ꝙ beata virgo fuit sub originali concepta, quia in conceptione eius virtus virilis seminis, & amplexus maritalis interuenit: & sub hmōi originali culpa per aliquod tempus fuit. Licet credibile sit ꝙ tempus istud fuerit valde breue, & quasi imperceptibile. Nec derogat laudi beatæ Marię Virginis ꝙ ponatur concepta in originali. Hæc ille. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis pater magister Iordanus Theutonicus, qui in primo sermone de cōceptione beatæ virginis, vbi distincta, quadruplici conceptione, dicit ꝙ intentio celebrantium hoc festum non debet referri ad cōceptionem seminis: quia illa fuit fœda: nec ad conceptionē hominis: quia peccatū contraxit scd̄m sanctos Doct. Hæc ille. Et in sermone secundæ dominicæ Aduentus sub themate. Erunt signa in sole &c. dicit sic. Et si instetur de beata virgine ꝙ ipsa etiam nunquam declinauit a rectitudine quātum ad vtrāq; rationem, Ad hoc dicendum est ꝙ ipsa non fuit sine originali, saltem per breuissimum momentum secundum cōmuniorem opinionem omnium doctorum. Hæc ille. ¶ Itē ad idē est eiusdem ordinis pater magister Henricus de Vrimaria: qui in opere suo solenni de sanctis in sermone natiuitatis beatæ virginis eiusdem plane est sententiæ. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis. p.m. Ioā. Linlros de prouincia Saxoniæ, in 3. sententiarum. di. 3. ad hoc plures auctoritates sanctorum: quarū prima est Augustini super illud ps. 34. Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio. Vbi dicit August. ꝙ beata virgo Maria ex Adam mortua est propter peccatum Adæ. Adiiciens ꝙ nō potest exponi de morte quæ est pœna: quia ista mors fuit communis xp̄o. Item deducit Augustinus in 2. Contra Iulianum & de nuptiis & concupiscentia & multa alia. ¶ Item ad idem est eiusdem ordinis p.ma. Ioan. steringacii super tertium sententiarum, dicens ꝙ beata virgo nec ante conceptionem nec in conceptione ante animę infusionem sanctificata fuit: quia proprium subiectum gratię sanctificantis est anima. Nec iterum in instanti infusionis animæ qua sic non contraxisset originale peccatum sicut nec xp̄s: Et sic non conueniret omnibus redimi per xp̄m. Sed tantum creditur sanctificata post animæ infusionem: quia hoc etiam aliis sanctis donatum est, vtpote Ieremiæ: qui christum præsignauit, & Io. Bap. qui christum demonstrauit. Ideo maxime hoc decuit conferri matri sapientiæ in quam nihil inquinatum incurrit. Item idem modicum inferius ait. Nec dici potest ꝙ totaliter sublatus fuerit fomes, a beata virgine per gratiam sanctificationis, sicut Adæ ante peccatum per originalem iustitiam concessum fuit. s. vt vires inferiores nunq̄ mouerentur sine arbitrio rationis. Hoc enim derogat dignitati christi. s. vt aliquis ante incarnationem

Bernar. Oliueri. Ioānes Theut. Iorda: Theut. Henric. de Vri. Ioan. Saxo. August. Ioannes Sterin.

eius in quo primo debuit immunitas damnationis apparere sit secundum car nem a prima damnatione liberatus. Et ideo videtur dicendum ꝙ per sanctifica tionem in vtero non fuit virgini sublatus fomes secundum carne, sed mansit li gatus. Postmodum vero in ipsa conceptione carnis christi, credendum est ꝙ ex ipsa prole redundauerit in matrem totalis fomitis subtractio. Hæc ille.

¶ In quo ad idem inducuntur doctores sacri ordinis Carmelitarum. Cap. 34.

Guido Eps.

ITEM ad idem est ordinis beatę Mariæ de Carmelo famosus pr magister Guido Episcopus Maioricen. primo, & post Aluenen. in suo quolibeto. 3. quæst. 13. in responsione, dicit sic. Sequendo auctoritates sanctorum & canonis, salua eius puritate, & reuerē tia teneo ꝙ fuit concepta in originali peccato. Et post allegationes multarum auctoritatum Pauli & Augustini, maxime de libro contra Iulianum quæ supe rius per me cōmemoratę sunt, subdit sic. Ex quo ergo ab vniuersali sententia ne minem excipiunt isti sancti, nec ego aliquē vel aliquā audere excipere. Et si dicā ꝙ beata virgo præseruata fuit, & formaliter non contraxit originale pec catum, forsan dicet mihi vnus alius ꝙ Ioā. bap. quo maior, christo teste, non surrexit de corrupta præseruatus fuit & formaliter culpā origiualem nō con traxit: quamuis magis aliquæ adaptationes humanæ possint de beata virgi ne induci q̃ de alio, sed absit ꝙ humanam persuasionē præferam sanctorū sen tentiis & auctoritatibus. Item si sic dicerem, timerem ne Augusti. me sicut hæ reticum deuitādum doceret. qui ait in libro de fide ad Petrum cap. 23. firmissi me tene & nullatenus dubites omnem hominē qui per concubitum viri & mu lieris concipitur, cum peccato originali nasci &c. Hęc ille. ¶ Item. 74. ad idē dicitur esse eiusdem ordinis magister Paulus de Perusio in opere suo super sen tentias quæstio. 4.

Paulus de Perusio.

¶ Ordo Cartusien. Cistercien. cum multitudine alio rum doctorum concurrit in principali sententia. Cap. 35.

ITEM ad idem non paruę auctoritatis testimonium est ꝙ sacerri mus ordo Cartusien. festum hoc nonnisi sub nomine sanctifica tionis celebrat per orbem dicens in collecta prima sic. Supplica tionem seruorū tuorū Deus miserator exaudi, vt qui in sanctifi tione dei genitricis & virginis congregamur &c. De cuius ordinis gremio se quentes doctores reperi qui quæstioni intentæ apertissimū dant testimoniū. Primo. s. venerabilis pr. Ladulphus qui in libro de vita xp̄i in prima parte. ca. 2. ita dicit. Monitu Angelico ambo. s. Ioachin & Anna ascenderunt in Ierusa lem & debitas gratias deo persoluentes in templo regressi sunt ad propria. Con cepitq; Anna, & peperit filiam quam vocauit Mariam. ab orignali autem quo dam priuilegio singulari in matris vtero purgata fuit. Vnde Bernar. Est itaq; virgo regia veris bonorū titulis cumulata: quæ procuidubio sancta fuit an teq; nata. Et infra. Dicit Augu. ꝙ beata virgo ante conceptionem filii Dei san ctificata fuit, & ꝙ peccare venialiter potuit. Sed post conceptionem filii dei nec mortaliter nec venialiter potuit. Hæc ille. ¶ Itē ad idē est eiusdē ordinis alius

Ladulphus.

Ioan. Calcar.

pater nominatus Io. Calcar in libro quē ſpicarū collectionem intitulauit, qui
incipit. Angelus ad paſtores ait. qui in ſermone. 73. Natiuitatis dñæ noſtræ,
ſub themate. Aſcendit aurora, Geñ. 32. Vbi diſtinctio triplicis gradus ſanctifi
tionis eſt. Et primus eſt qñ fit non ſtatim in cōceptione, ſed immediate poſt aiæ
rōnalis infuſionem. Et hic gradus cōpetit beatę virgini. Non. n. decebat vt re-
maneret diu ſub macula originali, vt xp̄i cōceptio heret de mře puriſſima. Hęc Ordo
ille. ℂ Item ad idem eſt venerabilis pater Ciſtercieñ. ordinis natione Anglicus Ciſter-
Monaſteri ſanctæ Mariæ de fontibus qui in ſuo tripartito ſuper cantica qui in cieñ.
cipit. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, ſic inquit. Beata virgo Maria
comparatur lunæ rōne pulchritudinis quam habet ex irradiatione ſolis. Ha
buit. n. virgo Maria triplicem gradum pulchritudinis a ſole iuſtitię. Fuit enim
pulchra in ingreſſu, vel ut noua luna per donū gr̄æ ſanctificantis, quæ ipſam
mundauit a macula originali. Pulchrior in progreſſu per donū gr̄æ fœcun-
ditis, quę ipſam purgauit a fomitu carnali. Sed pulcherrima fuit in egreſſu ve
lut ſoli coniuncta p donū gloriæ eleuantis: vnde nō ſol ū fuit liberata a macu Venera
la originali & fomite carnali, ſed ēt ab omni pœna & miſeria temporali. Hæc bilis pr̄
ille. ℂ Item ad idem eſt venerabilis pr̄ eiuſdē ordinis Soccus noiatus, in nota- Soccus.
bili opere ſuo de Sanctis. qui in ſermone natiuitatis beatæ virginis ſub thema
te. Paraui lucernā xp̄o meo, ita ait. Vt autem ſupremā puritate cōſequeretur,
ter fuit depurata. Primo in vtero materno ab origi. pctō: quę purgatio intan-
tum reſtrinxit fomitē, vt potēs eſſet nō peccare: reliquit tñ in ea fomitē ſecūdū
eſſentiam. Hæc ille. Et eiuſdem ſententiæ eſt in aliis ſermonibus eiuſdē ſolēnita Auctor
tis. ℂ Item ad idem eſt eiuſdem ordinis doctor: qui famoſiſſimum & copioſiſſi- innoia-
mū de laudibus beatæ virginis opus compoſuit, rogatus (vt ait in prologo) tus.
a monachis præfati ordinis: qui in pluribus locis eiuſdem libri eandem doctri
nam repetit. Vnde in lib. 17. comparando beatam virginem Mariā auroræ.
tractans illud Geñ. primo. In principio creauit deus cœlum & terram &c. dicit
ſic. In principio. ſ. reſtaurationis humanæ: creauit Deus (cuius maria opus eſt
ſpeciale: vnde dicit ei pſalmus. Tu fabricatus es auroram, id eſt Mariam, & ex
ea ſolem iuſtitiæ) cœlum & terram, id eſt animam & corpus. Sed hæc terra
erat inanis & vacua ante gratiam ſanctificationis. Et erāt tenebrę ſuper faciem
abiſſi: quia concepta eſt in originali. Et dixit deus quaſi prædeſtinando. Fiat
lux: & facta eſt lux quando eam ſanctificauit. Et infra. Aurora eſt prima claritas
diei. Nam ipſa fuit initium diei gratiæ: quæ. ſ. dies incepit a ſanctificatione
eius. Aurora eſt partim obſcura per originale quo ad natiuitatem in vtero,
lucida per natiuitatē ex vtero cum ſanctificatione. Hæc ille. Et multa alia con-
ſequenter in quibus eandem habet ſententiam & doctrinam. ℂ Item ad idem Io. Mo-
eſt eiuſdem ordinis Ioan. Monachus in ſue. 3. diſtinct. 3. ℂ Item ad idem eſt nachus.
magiſter Garricus: cuius ſtatus fuerit an ſecularis vel regularis cognoſcere nō Magi.
potui, qui in poſtilla ad Romanos. Tractans illud apoſtoli Rom̄. 7. Itaq; lex Garric.
& mandatum ſanctum, ratione illius quod dicit Gregor. in oratione de Aſ-
ſumptione beatę Mariæ virginis, nec tñ mortis nexibus deprimi potuit, ita in
quit. Quæritur de beata virgine cum habuerit originale peccatum, quare nō
nexibus mortis deprimi potuerit: & facta diſtinctione triplicis nexus, quorum
primus eſt deſolatio corporis: ſecūdus eſt incarnatio corporis. tertius eſt deſcē
ſus ad inferos, proſequitur ſolone q̄ōnis. Quid aūt idē dicat ſup eccleſiaſticū ad
hanc materiā pertinēs exponens illud in cap. 7. Virum de mille vnum reperi,
mulierē autem ex omnibus non inueni, ſuperius extitit allegatū. ℂ Item ad

Hanni. Idem est magister Hannibaldus in tertio sententiarum, distinct. 3. sic in forma dicens. Virgo Maria nec ante suam conceptionem nec in conceptione ante animæ infusionem sanctificata fuit; quia proprium subiectum sanctitatis est aia: nec in ipso instanti infusionis aię, quia sic nō cōtraxisset ori. pctm̄ sicut nec christus, & ita omnibus non conueniret redimi per xp̄m; sed tantum creditur sanctificata post animæ infusionem. Quia cum hoc sit aliis sanctis coatum, in ipsa matre sapientiæ maxime hoc decuit transferri. Hęc ille. ¶ Item ad idem

Magist. Stepha. est magister Stephanus antiquus postillator & doctor Parisien. in epist. ad Ro. in cap. 7. vbi circa quartā dubitationem quā mouet qualiter. s. originale peccatū remittatur per baptismum ita dicit. Illa autem corruptio animæ dr̄ originale peccatum quod in baptismo remittitur, non ꝙ remaneat in anima, & in carne corruptio aut ille fomes sed dicitur remitti duabus de causis; quia illud deus delet quātum ad culpam: & quia ille fomes mitigatur. Non enim post baptismum tantum regnat: sed paulatim minuitur. nūꝙ tamen omnino deletur nisi per miraculum vt credimus esse factum in gloriosa virgine Maria. Et infra. Illa autem vnio animæ ad carnem non potuit fieri sine peccato, nisi duntaxat in christo. Hæc ille. Et eiusdem sententię est in ca. 7. ad Heb. in materia decimationis.

In quo inducuntur testimonia ad eandem conclusionem doctorum & patrum famosorum in iure canonico. Cap. 36.

Ioãnes Theut. glosator. ITEM ad idem est inter doctores eximios ac clarissimos qui in iure canonico floruerunt Ioannes Theutonicus glosator decreti super cap. Pronunciandum. de consecra. dist. 3. qui super verbo. natiuitas, ita dicit. De festo conceptionis nihil his dr̄. quia celebrandum non est, sicut in multis regionibus fit, & maxime in Anglia. Et hæc est ratio, quia in peccato concepta fuit, sicut & cæteri sancti, excepta vnica persona christi. ¶ Item ad idem est Bartholomeus Brixiensis in apparatu in

Barth. Brixiē. Magist. Io. cap. Pronunciādum. de consecra. di. 3. qui eadem verba ponit quæ de Io. proxime posita sunt. ¶ Item ad idem est magister Ioan. super decretum in summa quæ incipit. Omnis qui iuste iudicat, stateram in manu gestet, super cap. firmissime, de consecratio. dist. 4. vbi facta distinctione de duplici natiuitate, dicit sic. Virgo Maria nata est, idest concepta cum originali peccato: quod tamen credimus eidem fuisse dimissum, vnde eius conceptio non celebratur generaliter. ¶ Item ad idem est. Hugo. in cap. Firmissime. de consecra. distin. 4. ¶ Itē

Hugo. Raymū. ad idem est Raymundus compillator decretalium, qui Barchinone sepultus claruisse dicitur miraculis, in titulo de feriis, dicit sic. De conceptione virginis non fit mentio: quia illud non debet cœlebrari eo ꝙ concepta fuerit in peccatis sicut & cæteri sancti, excepta vnica persona christi, qui non ex virili semine, sed mystico spiramine conceptus est. Hæc ille. ¶ Item ad idem est Hostien.

Hostiē. in summa in titulo de pœnitentiis & remiss. Quis debet cōfiteri, dicit sic in forma. Sine pctō originali nullus est, genitus de semine viri & mulieris. q̄uis aliꝗ in vtero matris sanctificati legantur. sicut Ieremias, & Ioannes Baptista, & beata & gloriosa nostra domina. Hæc ille. ¶ Item ad idem est guilielmus duranti in speculo iudiciali: qui in rubrica de feriis, dicit sic. Solennes sunt festiuitates omnes virginis gloriosæ. Non dico de festo conceptionis eius, quia concepta fuit in peccato licet in multis locis celebretur, nec talem deuotionem re-

Guiliel. Durāti.

probo. ¶ Item ad idem est Ioannes Andreæ qui in cap. Conquestus extra de feriis super verbo virginis gloriosæ. ita dicit Festum autem passiue conceptionis ipsius virginis hic non includitur, licet in multis locis celebretur ex deuotione non improbanda. De hoc in speculo. eo. ti. Tu tamen dicas conceptionem illam quæ fuit ex humano semine non venerandam. Et hoc tenendū, quia fuit in originali peccato concepta vt notatur de consecra. dist. 3. cap. 1. Post conceptionem vero immediate sanctificata est, & ob hoc colit ecclesia natiuitatis festum. Hęc ille. ¶ Item ad idem est dominus Guido Archidiaconus in rosario suo super cap. firmissime &c. super verbo natiuitate. dicit sic. Vt hoc melius intelligas scias ꝙ duę sunt natiuitates, s. vna in vtero; alia ab vtero. Btā autē virgo & Io. Bap. &, Ieremias cum ori. peccato nati fuerunt in vtero. Et hoc vult dicere litera capituli in principio ibi. omnem hominem. Vnde cōceptio beatæ Mariæ virginis non debet celebrari: sed natiuitas ex vtero celebratur & Sancti Io. Bap. quia fuerunt sanctificati in vtero: & eis fuit dimissum originale peccatum. Hæc ille. ¶ Item ad idem est Ioannes de Calderinis qui (vt refert dn̄s Franciscus de Zabarella) ad hoc inducit beatum Ber. in epistola ad Lugduneñ. ¶ Item ad idem est dn̄s Petrus de Prato doctor solennissimus decretorum: qui in repertorio suo diffuso in lr̄a conceptione dicit sic. Quod festū conceptionis beatæ mariæ non debet celebrari, eo ꝙ cōcepta fuerit in originali peccato quod notat & D. Guido de cōsecratione di. 4. Firmissime. Hæc ille. ¶ Item. ad idem est magister Petrus Mediolaneñ. in apparatu suo decreti in cap. firmissime bene, ita dicit arguendo ꝙ beata virgo Ioa. Bap. & Ieremias, sunt cum peccato originali nati cum cōstet eos per concubitum maris & fœminæ esse cōceptos. Sed dic ꝙ duæ sunt natiuitates. s. in vtero, & ex vtero. In vtero nasci est animam corpori infundi: ex vtero nasci est in lucem prodire. Prædicti cum originali peccato fuerunt nati in vtero. Vnde beatæ Mariæ cōceptio non debet celebrari: quia fuit in peccato concepta: sed post fuit sanctificata in vtero. Hæc ille. ¶ Item ad idem est quod in speculo iuris quod dr̄ summa summarum habetur, in titulo de feriis in 8. quæst. vbi sic dicitur. An festum conceptionis sit celebrandū, dicendum ꝙ non, sicut in multis regionibus, & maxime in Anglia de consecra. di. 3. cap. in gl. ¶ Item ad idē est Guilielmus in summa sua de iure titulo, de feriis, ita dicit. Festum annunciationis beatę virginis Mariæ celebre est, sed de eius conceptione non debet fieri, quia concepta fuit in peccato. Hæc. ille. ¶ Item ad idem est Ioannes in summa sua. lib. 1. ti. 12. in principio quasi eadem verba quæ Raymundus. ¶ Item ad idem est Bartholomeus de Pisis in summa confessorum per ordinem alphabeti composita, qui in vocabulo feriæ dicit sic. De festo autem conceptionis dicendū s̄cdm S. Thomam in 3. parte, q. 27. ¶ Item ad idem est dn̄s Meteñ. Episcopus Guilielmus in apparatu super summam Raymundi, adiiciens, ꝙ quidam dicunt ꝙ festum istud est potius de sanctificatione eius in vtero q̄ de carnali eius conceptione.

Ioañ. Andr. Archid. Ioan. Calderi. Petr. de Prato. Petrus Mediol. Speculū Guliel. Ioan. Auctor summe confess. Bartho. de Pisis. Guliel.

¶ Explicit sexta pars.

Incipit Septima pars.

In quo commemoratur sanctæ Synodo multitudo, grauitas, & auctoritas, doctorum testantium q beata virgo in conceptione sua originale peccatum contraxerit: in quo etiam cõfutantur quædam vana responsa exaduerso. Cap. 1.



ECCE sacra synode centum testes qui in iure diuino & canonico profundissimi doctores siue patres plurimũ eruditi existentes clarissimum testimoniũ præbent parti quæstionis pro qua mihi ministerium credidisti, pro hac, videlicet, q virgo beatissima in cõceptione sua originali peccato obnoxia fuerit. Quibus multos alios facile addere esset, eo attento q ad eam quæstionis partem fere omnium expositorum antiquorum bibliæ, & scholasticorum doctorum qui percelebrioris auctoritatis sunt, famę, & opinionis, fides tendit ac doctrina. Sed hoc numero pro nunc contentus fui: eo q centenarius numerus perfectus habetur in sacris lris, vt habet Glo. Deut. 22. Tum quia visitandi plures librarias temporis oportunitas, & occupationum multiplicitas nõ permiserunt. Tum quia &si plures alios doctores, tam super sententias q̃ in expositionibus super bibliã, q̃ in tractatibus factis de laudibus beatissimæ virginis reperi in librariis quas visitaui, qui hanc doctrinam docuerunt, & prædicauerunt: & pro erudiendo christiano populo in scriptis suis reliquerunt: veruntamen quia quæ eorum nomina essent sæpe scire non valui, ab allegandis multorum hoꝝ doctorum dictis supersedere decreui. Horum autem centum doctoꝝ, seu venerabilium patrum testimonia exceptis quibusdam paucissimis: de quorum sententiis aliorum fideli relatu notitiã habui, in suis originalibus propriis intuitus sum oculis: quæ in hoc psenti tractatu cum eorum propriorum nominum expressione fidelius q̃ potui annotare curaui: vt sacra synodus vtriusq; partis testium fama: auctoritate: & grauitate pensatis, rectius in examine ac iudicio quæstionis propositæ procedere valeat. Plane in hac parte non venit approbanda nec acceptanda excusatio magistri vltimo proponẽtis exaduerso: qui ait q quia authoritas doctoꝝ hoꝝ. s. quorum nec vita nec doctrina est per Ecclesiam approbata, multum deficit ab auctoritate sacri concilii: cuius in conspectu allegationes huiusmodi factę fuerunt, ideo licuerit non semper specificare nomina illorum, ex quorum doctrinis multa per eum dicta excepta fuere. Quippe color iste excusationis nullam apparentiam rationis habet: sicut notum est iis qui legerunt capitulũ. In p sal 2. q. 1. Et extra de testibus & attestationibus, in quibus docetur ponderari grauitas & honestas testium. Quod fieri minime potest si nulla notitia de eis fiat. Præterea pratica consiliorum antiquorum est in contrarium, in quibus testimonia multorum patrum & Episcoporum, licet ab auctoritate conciliorum eorum dicta multum deficerent, inducta leguntur sicut in primo huius tractatu exempla posita sunt plurima. Et manifeste habetur in cap. sane. 14. q. 2. vbi in actiõe quarta. Sancta Synodus. s. ita dicit. Augustinus sanctę memoriæ qui inter Episcopos Affricanos resplenduit dicit. Diuersæ epistolæ sunt recitatæ significantes hæreticos oportere etiam post mortem anathematizari. Talem autẽ Ecclesiasticam traditionem & alii Affricani Reuerendissimi Episcopi seruauerunt. Hæc ibi. Hęc insuper pratica obseruata fuit in hoc sacro cõcilio contra

August.

contra Boemos, in quo super materia conclusionis Eucharistiæ vtriusq; speciei allegati pro conclusione ecclesię doctores scholastici plurimi fuerunt, qui licet ab auctoritate sacri concilii deficerent, non tamen inutiliter, immo plurimū vtiliter, inducti sunt. Et potissime hoc necessariū est ꝙ fiat, quicquid dicatur exaduerso: quia iudex iudicare debet siue habet, non secundum arbitrium propriæ voluntatis aut affectum, sed secundum legem & iura. vt ait Augustinus de vera religione, & habetur in cap. In istis di. 4. Præterea pratica est obseruata per prædictum magistrum proponentem exaduerso. Quare summe necessariū est attendere quid doctores dixerunt in re proposita, & doctoꝝ pōderare auctoritatem. Est autem in præsenti multa consyderatione a sancta & vniuersali synodo ponderandum ꝙ doctrina hæc pro clarissima luce videtur colligi ex dictis & testimoniis sanctorum. Tum primo ex sanctorum doctrina. Tum secundo ex antiquorum doctorum theologorum vnanimi sententia. Tum tertio ex postillis & expositionibus bibliæ. Tum quarto ex sermonibus antiquorum patrum cōpilatis pro eruditione populi xpiani. Quæ omnia (vt visum est) hāc doctrinam prædicant & docent. Attendat ergo obsecro sacra synodus ꝙ ecclesia vniuersalis quam repræsentat semper virgo est, integritate vnius fidei pudica & incorrupta, & quæ adulterari non potest, vt in cap. omnibus. 24. q. 1. & talem in hac re faciat, conclusionem: vt vna fides antiquorum patrū sit & modernorum. Sed de hoc satis a me dictum sit. Augusti.

¶ Fuga exaduerso a se in sequentibus antiquis doctoribus præcluditur. Cap. 2.

VERVM quia doctores, quorum relator sum, ad hanc eorum doctrinam, doctores, & testes antiquos, famosos, & deuotissimos se gloriantur habere: de quorū thesauris anteposita testimonia inducta sunt, proponens exaduerso in fauorem modernorum duo singulariter introducit. Primum est ꝙ notitia fidei & sacræ scripturæ sicut in omni alia scientia & arte continue per incrementa temporꝫ amplius augetur. Et ad hoc inducit Gregorium: qui super Ezechielē. Ome. 16. dicit ꝙ per incrementa temporū ipsorū, spiritualium siue sanctorum patrum creuit scientia. Et infra consequenter inquit ꝙ quanto mundus ad extremitatē ducitur, tanto nobis æternæ scientiæ aditus largius aperitur. Ex quibus verbis elicit ꝙ istud argumentum (quod factū per collegā meū esse dicit) nō valet. Hoc deus non reuelauit Hilario & Cypriano aut alteri sancto, videlicet ꝙ virgo Maria fuerit cōcepta absq; pctō origi. ergo non est veꝝ aut nulli alteri notū est. ¶ Sed hoc primū inductū exaduerso nullam affert cōmoditatem inducenti. Tū primo quia illud qđ inducitur, videlicet ꝙ notitia fidei sicut in omni alia sciētia & arte continue per incremēta temporꝫ augetur. falsum est: qm̄ argm̄ non fit in notitia fidei simili modo quo in aliis scientiis. In aliis quidē scientiis argumentū factū est & fit quantū ad substantiā scibilium: fidei vero notitia nō est aucta quantum ad substantiam articulorum; vt deducit sanctus Thomas in secūda secūdæ. q. 1. ar. 7. qm̄ quæcūq; posteriores crediderunt continuebantur in fide præcedentium, licet implicite. Bene aūt quantū ad explicationē creuisse dicitur quia quędam explicite cognita sunt a posterioribus, quæ a prioribus non cognoscebātur explicite. Vnde dominus ad Moysem dicit. Exo. 4. Ego sum Deus Abrahā. Deus Isaac. Deus Iacob. & nomen meū Adonay nō indicaui eis, & Dauid dicit

Gregor. Thom.

Gregor. Super senes intellexi. Et hoc modo intelligendum est dictum beati Gregorii. Sic enim notitia fidei & sacræ scripturę magis ac magis potest explicari,& ita per studium sanctorum, hoc modo magis & magis explicata fuit. Præterea falsum est etiam ꝙ quanto quis plus appropinquat extremitati mundi, & per consequens amplius distat a Christo ꝙ tanto plenius cognoscat mysteria fidei Thom. nostræ: quoniam (vt inquit sanctus Thomas loco prænominato) cum vltima consũmatio gratiæ facta sit per Christum,tempus eius dicitur tempus plenitudinis ad Galat.4.Et ideo quanto Christo fuerũt aliqui propinquiores: siue ante sicut Ioan. Bap. siue post sicut Apostoli, plenius mysteria dei cognouerunt:sicut patet in statu hominis.circa quem videmus ꝙ perfectio est in iuuentute, & tanto habet homo perfectiorem statum vel ante vel post, quan Gregor. to iuuentuti propinquior est. Et fortassis hoc voluit notasse Gregorius cum ait in præterito ꝙ per incrementa temporum creuit scientia sanctorum patrũ. Quod vero in fine auctoritatis ponitur,videlicet ꝙ quanto mundus ad extremitatem ducitur,tanto nobis æternæ scientiæ aditus largius aperitur,non obstat. quoniã hoc non arguit ꝙ posteriores doctores sapientiores sint ipsis apostolis & primis ecclesiæ doctoribus, sicut patet de se. Tum secundo, parum affert vtilitatis proponẽti hęc auctoritas Gregorii: quia dato ꝙ intelligeretur. vt exaduerso proponens videtur intelligere,ad propositum non facit. Quia ista materia iam per doctores sanctos antiquitus fuit aperta & prædicata in ecclesia,& in libris doctrinalibus populi christiani a sanctis patribus posita:& in officio ecclesiæ decantata.& in scholis theologiæ a celebrioribus doctoribus determinata,sicut ex superioribus patet. ¶ Ad id vero quod dicitur consequenter exaduerso,ꝙ non valet illud argumentũ quod collega meus fecisse dicitur. Hoc Deus non reuelauit Hilario ergo non est verum, aut ergo alteri non est reuelatum,superius ostensum est ꝙ tale argumentum collega meus non fecit, sed tale in virtute. Hoc ad fidei materiam pertinẽs non est reuelatum sanctis docto.videlicet Hilario,Hier.Cypriano,Ambrosio,Augustino,Eusebio,Anselmo,Gregorio,Bernardo,sancto Thomæ,vtpote ꝙ virgo Maria fuit absq; originali peccato concepta,immo ipsi docuerunt & scripserunt contrarium in libris suis:& cũ in iis quę fidei sunt nõ credantur errasse:sed a spiritu sancto edocti veritatem,credantur fuisse loquuti,sequitur bene ꝙ tale sit verum,& ꝙ tale aliis sanctis aut quibuscunq; sit reuelatum,ab eodem magistro veritatis processit. Vbi consyderatum est ꝙ aliud est (vt dictum fuit circa quintam regulam in pricipio huius tractatus, reuelari aliquid posterioribus, quod nõ prioribus, & aliud est reuelare contraria iis quæ priores sancti ex reuelatione dixerũt. Primum est possibile, secundum impossibile.

¶ Doctorum modernorum non esse acceptandam sententiam contra sanctos. Cap. 3.

AETERVM inducitur exaduero in fauorem auctoritatis doctorum modernorum,quod ad diffiniendas catholicas veritates doctorum theologiæ modernorum sit apretianda sententia. Pro quo inducitur id quod in clementina habetur primo cap. vbi clemens. 5; diffiniendo quæstionem ortam contra effectum baptismi ita dicit. Nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi quæ per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis. opinionem secũdam quæ dicit tam paruulis ꝙ adul

tis conferri in baptismo informantem gratiam & virtutes, tanq̃ probabiliorẽ & dictis sanctorum & doctorum modernorum theologiæ magis consonam & concordem, sacro approbante concilio duximus eligendam. ¶ Ex quibus dicit proponens exaduerso. Ecce patet quantum ad diffiniendum catholicas veritates doctorum theologiæ modernorum sit apretiãda sententia. ¶ Sed hoc parũ iuuamenti præstat proponenti. Sane si proponẽs intelligat ꝙ modernorum doctorum in diffinitione catholicarum veritatum ita sit apretianda sententia (vt quia tales) eorum sententia, doctorum antiquorum sententię præferenda sit, falsum iacit fundamentum, videtur enim esse contra scripturam sanctam, quæ dicit Prouer. 22. Non transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Glo. s. catholicæ fidei: quos ab initio cõstituere doctores. Et glo. interli. Ab antiquis constitutos. Vnde in cap. ridiculum, di. 12. dicitur ridiculum est & satis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi patiamur. Et Zozimus papa dicebat in cap. contra 25. q. 1. Apud nos enim in conuulsis radicibus viuit antiquitas. Vbi etiã notandum ꝙ non solum inter doctores & patres antiquitas veneratur, verumetiã in conciliis & testibus in multa veneratione & considheratione antiquitas habita est. De cõciliis dicit sanctus pater Isidorus, & habetur in cap. Domino sancto. 50. dist. Quotiescunq; in gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illius concilii magis teneatur sententia: cuius antiquior & potior extat auctoritas. Quod vero in attestationibus antiquitas multum ponderetur, patet extra de testibus & attesta. cap. quotiens. & cap. cum olim. ¶ Quod vero inducitur exaduerso de principio clementinarum, non videtur facere pro intentione proponentis, quoniam non pro eo prætulit sententiam dicẽtium paruulis & adultis conferri grãm gratũ facientẽ in baptismo & virtutes: quia moderni fuerint ac patribus alterius opinionis posteriores tẽpore, sed quoniã istorum sententia sanctorum patrum doctrinæ magis erat propinqua. Plane si cõciliũ Viennẽ. illam considerationem circa verbum modernorum habuisset quam videtur tangere proponens exaduerso, alios doctores viciniores illis diebus, ac magis modernos designasset. Quod nõ fecit. Doctores autem designati per verbum modernorum sunt (vt inquit Io. And. in glo.) Magister sententiarum, qui concilium Viennẽ. quod celebratum fuit: vt idem Io. And. ponit super clemẽ. in titulo de excessibus. super verbo & posterũ. Anno domini. M. CCC. XI. Qui præcessit bene. 187. annis. Alexander vero & Albertus, & Sanctus Thomas. 70. annis. Et vt quid amplius hic immoramur? Nũquid hodierna die in Ecclesia & in schola thologiæ antiqui doctores, vtpote magister sententiarũ Alexander de ales, Albertus magnus, Sanctus Thomas, Bonauentura, & huiusmodi pro eorum summa sapientia & securitate doctrinæ præ cæteris modernis amplius & venerationi, & auctoritati habentur? Vtiq; sic. Et hæc pro auctoritate attestationum inductarum dixisse sufficiat.

Glo.

Zozimus.

¶ In quo assignantur decem rationes quare professores ordinis pr̨edicatorum hanc doctrinã, videlicet ꝙ virgo Maria concepta fuerit in originali peccato cõiter prosequũtur. Cap. 4.

QVONIAM proponens exaduerso in allegatione. 5. dicit ꝙ inter cęteros status religionis christianę professores ordinis pr̨ędicatorum videntur potius obligati ad omnem fauorem gloriæ

& honoris beatæ virginis, cogor super hoc aliquid dicere. Plane verum dicit proponens exaduerso in hoc, ꝙ pro eo, ꝙ attestante legenda beati Dominici precibus sacratissimæ virginis ipse prædicatorum ordo, a diuina clementia sit institutus, ab eadem virgine habitu decoratus, interuentu dilatatus & conseruatus plurimisꝗ gratiarum muneribus in multis personis eius amplissime dotatus: professores eiusdem ordinis sancti inter alios status Christianæ religionis potius obligati ad omnem fauorē gloriæ & honoris beatę virginis. f. qui sine offensa scripturæ sanctæ ei impendi potest. Quod etiam pro eorum possibilitate iuxta desuper creditā eis benedictionē, multo accurato studio persolue re curarunt, de eius laudibus copiosissimos & varios componentes libros, tractatus & sermones; de quorum fructuosis operibus vniuersa nunc gaudet mater ecclesia. Ex qua obligatione qua sic præfati ordinis professores virgini benedictæ sunt astricti: prouenit ꝙ ipsi tam constanter semper constiterunt in defensionem huius doctrinæ, videlicet ꝙ beata virgo fuerit in originali peccato cōcepta, extimantes eam quæ solis verarum laudum titulis prædicanda venit, de sanctitate conceptionis per immunitatem originalis peccati, cum veritate, laudari minime posse. Mouentur autē pręfati ordinis professores ad huius doctrinę prosequutionem decem ex capitibus. ¶ Primo quidem quia mūdā siue immunem habuisse conceptionem ab originali peccato solius Christi est prærogatiua: sicut auctoritate multiplici scripturæ & sanctorum patuit: superius in secunda, tertia, quarta, & quinta parte, per totam. Quo consyderato arbitrantur præfati ordinis professores iuxta beatissimi Bernardi sententiam, ꝙ hāc immunitatis prærogatiuam virgini attribuere non sit eā laudare, sed magis eius honori detrahere, dicēte synodio in epistolari suo. Quātū vera laus ornat, tantum falsa castigat. Quare pro debito quo ad defensionē honoris & glorię tam redemptoris, ꝗ fœlicissimæ matris eius astringūtur antedictā doctrinā quæ seruata Christi prærogatiua virgini laudes debitas impendit debita cū reuerentia prosequuti sunt. Secundo ad hoc mouentur, quia scriptura sacra apertissime docet omnē hominē ab Adam descendentē, cuiusmodi fuit beata virgo, in originali conceptum esse sicut in amplissimo numero nedum sacræ scripturæ, sed etiam sanctorum patrum testimonio superius demonstratū est, a qua vniuersalitate nullum esse excipiendū, beatus August. ad fidei catholicæ pertinere asserit fundamenta, vt in eisdē capitulis superius luculenter ostēditur. Quibus in hac re testimoniis tam aperte loquentibus consyderatis, præfati ordinis professores attendentes sanctissime, ꝙ nulla sit dicenda vera laus quæ sacræ scripturæ repugnat: cuius integritas, nostræ sanctissimæ religionis est fundamentum: cōsyderato insuper ꝙ (vt ait Augustinus libro de mendacio) maxime perniciosum sit mendaciū quod sit in his quæ ad religionem Christianā pertinent, prædictam doctrinā complexi sunt. Tertio ad hoc mouentur ex sanctorum patrum & beatissimæ virginis deuotissimorum doctrina. qui luce clarissima virginem benedictam originale peccatū contraxisse testantur, sicut de beatis Augustino, Maximo, Eusebio, Leone, Anselmo, Bernardo, & sancto Thoma superiora demonstrant. Quorum sanctorum patrū consyderata doctrina, præfati ordinis professores attendentes quod dicitur Prouer. 22. nō transgrediaris terminos antiquos quos posuerūt patres tui Glo. i. terminos catholicæ fidei quos ab initio constituerunt doctores. Et illud in ca. si ille. 50. di. 51. quicquid cōtra illorum diffinitionem in quibus spiritum sanctum credimus esse loquutum, dictū fuerit, non solum temerarium sed etiam periculosum esse non dubito, & quod

August. Glo.

prima

prima salus est rectæ fidei regulam custodire,& a constitutionibus patrum nullatenus deuiare. 25.q.1.ca.1.salus. Prefatam doctrinam tanq̃ sanctorum patrum & ecclesię doctorum prosequentes vestigia,docuerunt & prędicarunt. Quarto ad hoc mouentur,ex eo q̃ hæc doctrina sanctorum patrum & ecclesiæ doctorum, vt fuisse fides ecclesiæ. quod superius tam in cōi sanctorum sententia q̃ ex his quæ ecclesia multis in locis per orbem decantat in festo sanctificationis beatissimæ virginis colligebatur. Quibus consyderati,præfati ordinis professores attendentes q̃ dr̃ Iob.31.filii sanctorum sumus,& vitam expectamus quā deus daturus est illis,qui nunq̃ fidem suam mutant. Et illud Prouer.6. Serua fili mi pręcepta patris tui.glo. Dei,& ne dimittas legem matris tuæ.Glo.1.ecclesiæ. Præfatam doctrinā(vt patet)zelatores & defensores & præcones fidei vniuersalis ecclīæ, tam constanter sunt amplexi. Quinto,mouentur ad hoc ex aliquibus diffinitionibus factis in conciliis vl'ibus vlem repræsentantibus ecclam,quæ nullo mō solidæ esse videntur,si aliqua alia quæcūq; psona a xp̃o in humano gn̄e a pc̄ō penitus libera fuisse dicatur. sicut patet ex his quę superius inducta sunt de cōcilio Mileuitano. de quo hr̄ in cap.placuit de consecra.di.4.& de epistola Leonis Papę,p conciliū Calcedonen.acceptata,& approbata. Quibus cōsyderatis pręfati ordinis pręfessores attendētes q̃ vt dr̄ in ca.violatores.24.q.1.cōtra spm̄ sanctum blasphemate,non incongrue vn̄r qui contra sacros canones aliquid probare satagunt,aut loqui præsumūt,præfatā doctrinā tāq̃ canonibus sacrorum cōciliorum conformē,studio,& doctrina sustinere curarunt. Sexto mouētur ad hoc ex aliq̄bus diffinitiōibus aplicæ sedis,& maxime ex illa sæpius in superioribus repetita Zozimi papę,qui(vt refert Augu.)talis est. Nullus nisi qui peccati seruus est liber efficitur:nec redēptus dici pōt nisi qui vere p pc̄m fuerit ante captiuus. Secundū quā diffinitionem necesse est asserere btām v.peccati originalis captiuitatis vinculū in cōceptione sua contraxisse cū de numero redēptorum p xp̄m vere existat. Quo consyderato præfati ordinis professores attēdentes diffinitiones fidei apostolicę sedis maxime esse auctoritatis iuxta professionē beati Hier.in ca.hęc est fides papa beatissime.24.q.1.& q̃ ab oībus sunt prosequēdę iuxta cap.1.di.12.vbi sic dicit Calixtus papa. Nulli dubiū est q̃n aplica ecclia mr̄ sit oium eccliarum,a cuius regulis nullatenus conuenit deuiare, doctrinā antedictā de conceptione b.v.sunt tanto zelo prosecuti. Septimo ad hoc mouentur ex eo q̃ multo plures doctores principaliores auctoritate & sapientia præstantiores,siue in schola theologię,siue iuris canonici hanc doctrinā sciunt habuisse,docuisse,& q̃ eā pro eruditione populi xp̄iani suis libris commēdarūt,sicut clarissimo testimonio patuit in proxime præcedēte parte. Quo consyderato præfati ordinis doctores attēdentes illud eccliastici.39. Sapiētiā antiquorum exeq̄retur sapiens,& narrationē virorum noīatorum.i.famosorum cōseruabit, prædictā doctrinā de cōceptione b.v.vtpote quā vniuersa fere famosissimorum doctorum theologorum, & iurisperitorū schola perdocuit, studio & doctrina sunt cōplexi. Octauo mouentur ad hoc zelo seruandi & defendendi gloriā & integritatē honoris saluatoris nostri Dei,& per cōsequens gloriosæ matris eius. Plane oium fere doctorum qui superius inducti sunt in huius doctrinæ approbatione & testimoniū veritatis,est cōis rō q̃ si virgo Maria nō fuerit in originali concepta. (attento q̃ nullū actuale pc̄m commiserit) non indiguerit redemptione & saluatione facta p christum,de qua dr̄.Matth.1.ipse saluū faciet populum suū,a peccatis eorum. Quod inconueniens esset dicere. Quo cōsyderato præfati ordinis professores attendentes q̃ vt dicit S.Thom.in quoli.6.q.7.Non Thom.

debet dari tm̃ matri qđ subtrahatur aliquid honori filii, qui est saluator oium 1.thi.4.doctrinã pdictã,quę nihil debito honori v.b.subtrahit, & integritatẽ gliæ Xp̃i maxime quo ad vtilitatem redemptionis humanę defendit studio deuotiois prosequuti sunt. ℭ Nono ad hoc moti sunt ex doctrina illa saluberrima, quã dux & pr̃ inclytus btũs Dñicus in pricipio ordinis, verbis & lris fratribus psuadebat, videlicet q in vtroq testameto in sacris lris & solis antiquorũ patrum sententiis & cõibus ecclæ doctrinis, suũ studium firmiter collocarent. Sanũ plane diui doctoris & pris optimi cõsiliũ, vt hi qui xpiani populi prędicatores & docto. instituebantur, nõ quibuscũq friuolis doctrinis, sed eis tm̃modo aium imbuẽdũ exhiberẽt, quæ a fonte diuinæ sapientię in sacra scriptura atq per sanctos & approbatos doctores primos nostræ fidei fundatores, cognoscerent emanasse, sequẽtes in hoc eccliam Rom. de qua in ca. a recta. 24. q. 1. ita dr̃. Hæc est sancta & aplica mater oium ecclia xp̃i, et quæ per dei omnipotentis gram a tramite apostolicæ traditionis nunq̃ errasse probatur, nec hęreticis nouitatibus deprauanda subiacuit, sed vt in exordio normã fidei xp̃ianę percepit ab auctoribus suis apostolorũ xp̃i principibus illibata pmanet. Qua consultatione salutari pen ata, præfati ordinis professores attendẽtes et id qđ
Glo. apostolus ad Heb. 13. c. ait. Doctrinis variis & perigrinis nolite abduci. Glo. i. a veritate fidei catholicæ in qua fundati estis, prædictã doctrinã de cõceptiõe b.v. vtpote tam in scriptura sacra, q̃ in solidissimis maiorũ nostrorũ patrum ecclesiæ sententiis fundatã, integro studio prosequuti sunt Decimo ad hoc moti sunt ex eo q doctrina exaduerso diligenter consyderata in nulla sacræ scripturę auctoritate, aut cuiuscunq sancti vr̃ expresse fundari: quinimmo contra eam plurima tã scripturæ sacræ q̃ sanctorũ patrũ militãt testimonia, sicut assistente spũ veritatis inferius notũ fiet, vbi ad omnia inducta exaduerso siue auctoritates siue rõnes dabuntur rñsa. Quibus consyderatis, pręfati ordinis professores attendentes, q nõ est securũ relinquere doctrinã quã sacrę scripturæ tam aperte fundat auctoritas, & sanctorũ patrũ ac doctorũ famosissimorũ cõmendat traditio, nouã complecti opinionẽ quã nec auctoritas nec euidentia cuiuscũq rõnis cõmẽdare videtur, doctrinã præfatã de cõceptione beatæ virginis in originali pctõ, debita cũ modestia sunt cõiter prosequuti. ℭ Has (sancta synode) causas fore, arbitror, propter quas sacri ordinis prædicatorũ professores cõiter doctrinam hanc de conceptione beatæ Mariæ virginis in originali peccato tãto zelo, studio, eruditione, ac defensione prosuquuti sunt. Eæ sunt plane causæ, ob quas in huius doctrinę defensione scandala varia, damna multiplicia ab æmulis æquanimiter supportarunt, arbitrantes in hoc loco auctoritatem habere regulã istã iuris quæ ex beato Gregorio super Ezechielẽ suscipitur, si de veritate scandalum assumitur magis scandalum nasci permittitur q̃ vt veritas relinquatur. Hæ profecto sunt causæ, propter quas præfati ordinis professores doctrinã exaduerso existimatã, testimonio tantorũ doctorũ scripturæ diuinæ & sanctorũ patrũ auctoritati & gloriæ & dignitati saluatoris nr̃i dñi Iesu xp̃i præiudicialẽ tanto zelo prosecuti sunt, parati tñ semper suscipere, tenere, & prędicare quicqđ vniuersalis mater ecclesia aut sedes apostolica in hac re duxerit diffiniendum. Assurgat ergo sancta synodus, & non permittat mentes fidelium amplius in hac re tenebris dubietatũ inuolui: sed spũs sancti inuocata gratia, procedat debita grauitate ad huius difficultatis examen, vt tandem omni dubitatione compressa, & diuersitate sublata quid xp̃ianus populus credere debeat, ipsius vniuersalis matris ecclesię aperta diffinitione cognoscat.

Gregor.

¶ De ordine & processu rationum quibus probatur ꝙ virgo Maria in originali peccato fuerit concepta. Et ponũtur primo rationes sum ptę ex viginti priuilegiis siue prærogatiuis xpi. Cap. 5.

POSTQVAM (auxiliante deo) pro parte visum est, quibus auctoritatibus, tã scripturæ sanctæ q̃ sanctoꝝ & alioꝝ venerabiliũ patrũ, doctores, quoꝝ relator sum, probare nituntur btãm virginẽ in ori. pctõ fuisse cõceptã. Superest iam ostendere, quibus rõnibus illud conantur firmare. Non polliceor tñ me pñti sermone oium doctoꝝ rõnes perstringere. Tum quia hoc nedũ graue, sed mihi omnino foret impossibile, cũ nec oẽs doctores nec libros de hac materia loquentes cõspexerim. Ponam ergo breuitatis causa de multis paucas, quæ ex eoꝝ libris aut sentẽtiis formari possent, planiores tñ. Subtiliores vero, intellectu & sapiẽtia meis maioribus relinquens. Verũ quia ordo in dicendis multũ cõfert ad intelligentiam dicendoꝝ, rõnes introducendas, pro parte eoꝝ doctoꝝ, quoꝝ relator sum, ad sex fundamenta siue radices duxi resoluendas. Formabũtur itaq; rõnes. Primo ex priuilegiis siue prærogatiuis xpi, quod pro eodem hic habeo. Secundo ex specialibus attributis conceptionis ipsius xpi. Tertio ex priuilegiis & prærogatiuis beatæ virginis. Quarto ex conditione propagationis suæ. Quinto ex pœnis rñdentibus ori. pctõ. Sexto ex noibus xpi vtilitatem causalitatis siue influentiæ salutaris importãtibus respectu totius gñis humani. Ex prima aũt radice arguitur rõnibus iuxta priuilegia siue prærogatiuas quę in sacra scriptura, xpo rõne inmunitatis peccati attributa legũtur. ¶ Primũ aũt priuilegiũ, siue singularis prærogatiua Xpi (obseruato ordine libroꝝ biblię) est ꝙ sine immũdo semine sit conceptus. De quo priuilegio dr̃ Iob. 14. Quis põt facere mundũ de immundo conceptũ semine? nõne tu, qui solus es? Glo. solũ xpm dicit nõ de immundo semine natũ. Ex quo sic arguitur. Propriũ & singulare fuit Xpo sine immundo semine esse cõceptũ. ergo solus ille fuit sine originali pctõ conceptus, & per cõsequens non virgo Maria. Antecedens patet. cõsequẽtia probatur. Tũ primo ex ipsomet Iob dicente in sequenti cap. quid est hõ, vt immaculatus sit, & iustus appareat de muliere. Glo. interli. i. de corruptione: quasi dicat nullus. Tum secundo patet ex glo, beati Gregorii super verbo præfato Iob qui pręfatam consequentiã facere vr̃. 11. moraliũ cap. vltimo ita dicẽs. Beatus Iob incarnationem redemptoris intuitus, solũ vidit in mũdo hominem de immũdo semine nõ cõceptũ, qui sic in mũdũ venit ex virgine, vt nihil haberet de immũda cõceptione. Nec enim de viro & muliere sed de spiritu sancto & Maria virgine processit. Solus ergo in carne sua mundus extitit qui delectatione carnis tangi non potuit: quia per carnalem delectationẽ non venit. Solus ergo xps sic venit in mundũ vt nihil haberet de immunda conceptione. Hęc Gregorius. Nec obstat huic consequentię id quod ad istam auctoritatẽ Gregorii exaduerso dicitur. Primo ꝙ beatus Grego. in hoc loco mũdam solam vocat cõceptionem quę de mundo semine facta est. Secũdo ꝙ loquitur de conceptione penes terminũ quo, & non penes terminũ ad quẽ, secundũ quẽ intelligit hęc doctrina conceptionem virginis mundam fuisse. Tertio ꝙ non loquitur expressa de immũditia culpę sed carnis. Non negatur aũt (inquit) ꝙ aliquis modus munditiæ carnis fuerit in Christo, qui non fuerit in aliis. Hęc autem responsio nulla est, & aduersa est per totum intentioni beati Greg. Q̃d manifeste patet si quæ pręcedũt præfatã auctoritatẽ, & quę sequũtur, deducãtur in mediũ. Dicit aũt sic in

Glo.
Glo.
Glo.
Gregor.

præcedētibus. Quis pōt facere mundū, de immundo cōceptū semine? Nōne tu qui solus es; Is qui p se solus est mūdus, mundare prævalet immūda. Hō.n.corruptibili carne viuens habet tētationum immunditias impressas in semetipso: quia nimirū eas traxit ab origine ipsa. Vñ pp delectationem carnis eius cōceptio in immunditia est. Vñ & ps ait. Ecce.n. in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mr̄ mea. Hęc ibi. In subsequētibus vero, videlicet in proximo lib. ca. 3. sic dicit. Nullus hō sine pctō est nisi ille qui in hunc mundū nō venit cum pctō, & quia oēs in culpa ligamur ipsa amissione iustitiæ morimur. Hæc ille. Ex quibus manifeste patet ꝙ Gregor. in præfata auctoritate nō loquatur solum de immunditia corporali seminis aut carnis, sed de immunditia culpæ originalis, quæ non habet esse, nisi in anima, quæ in termino ad quem contrahitur. i. in ipsa infusiōe animæ quæ est terminus gñationis humanæ. Ex quibus clarissima facta est ista consequentia superius facta cum suo antecedente.

¶ Secundum, tertium, & quartum priuilegium Christi, ex quo trahitur veritas principalis. Cap. 6.

SECVNDVM priuilegiū siue singularis prærogatiua xp̄i Iesu est, esse speciosum, prę filiis hominū. Et Ier. 31. dr̄. bn̄dicat tibi pulchritudo iustitiæ glo. interli. speciosus forma præ filiis hoium.

Glo. Ex hoc priuilegio arguitur sic. Esse speciosum prę filiis hoium est proprie propriū solius xp̄i. ergo ipse solus in cœtu humani generis immunis fuit ab omni pctō. Antecedens patet. Cōsequentia colligitur ex glo. ordinaria illius textus: quæ ita dicit. Speciosus præ filiis hominū est proprie, propriū solius Christi. quia ipse solus, immunis est a pctō. Et ad idē est Cassiodorus in glo. sua sic dicens. Speciosus præ filiis hoium. i. plusꝗ̄ filii hoium. Quia nullus præter ipsum immunis fuit a pctō: & p ɔñs nec btā virgo. Necessariū quippe est sicut priuilegiū est singulariter propriū Christo & nulli alii, ꝙ pariter rō priuilegii quæ est immunitas ab omni pctō sit ei proprie propria, vt nulli alteri conuenire dicatur. ¶ Tertiū priuilegiū singulare Xp̄i est vnctū esse vnctione spūs sancti p̄ cūctis vnctionis spūs sancti pticipibus. De quo priuilegio propheta loquitur psal. 44. Et apostolus ad Heb. 1. propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ prę consortibus tuis. Ex quo arguitur sic. Xp̄s est vnctus vnctione sanctificātis spūs prę cunctis aliis sanctis hoibus. ergo ipse solus in toto gñe humano a pctō oī fuit immunis. Er p consequēs btā virgo nō semp immunis fuit. Antecedens patet. consequētia probatur multiplr̄. Tum primo auctoritate Aug. qui in lib. de incarnatione verbi. Vbi postꝗ̄ dixerat de oibus. Cęterorū sanctorū aiabus illud sciendum esse ꝙ scriptura dicit ꝙ nemo mūdus a sorde, nec si vnius diei fuerit vita eius. de anima Xp̄i præfatum verbum prophetę exponens ita dicit. Vnxit eam Deus oleo lætitiæ præ participibus suis. Oleo ergo letitię inungitur, cum verbo Dei immaculata fœderatione coniuncta est. Et per hoc sola omniū animarum, peccati in capax fuit. Hæc Augustinus. Tum secūdo probatur consequentia ex Glo. ad Heb. 1. cap. super eodem verbo quæ ita habet. Vnxit te Deus oleo lętitię. quia immunis a peccato præ participibus tuis. s. præ omnibus sanctis. Participes enim eius sunt omnes sancti: sed ille singulariter sanctus sanctorum, singulariter vnctus. Vnde omnes Christiani vnguntur. Hęc ibi. ¶ Quartum priuilegium singulare est ꝙ fuit inter mortuos liber. De quo ipse Christus ait in psal. 87. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter

Glo.

Cassio.

August.

Glo.

ter mortuos,liber: Vbi glo. Augustini,ita dicit. In iis verbis maxime persona dñi apparet. Quis enim alius inter mortuos liber nisi ille qui venit in similitudine carnis peccati inter pctõres sine pctõ: Itē Glo.ordinaria ibidē dicit ita. Inter mortuos liber.i.inter pctõres solus sine pctõ. Itē Aug. 1 3 .de tri. Solus xp̄s, a debito mortis liber mortuus est. Et Ber.super psal.Qui habitat in adiutorio, tractans verbū illud.qm̄ tu es spes mea.ita dicit. Solus Christus nō delicto,conditionis gustauit mortem, sed suæ beneplacito voluntatis. Ex isto priuilegio arguitur sic. Solus Christus liber fuit a debito mortis. ergo btā virgo habuit aliquando debitum mortis. Sed hoc est peccatum,sc̄dm illud Rom. 6. Stipendia peccati mors,& ad Rom. 8. Corpus mortuum est propter peccatum. Ergo ipsa aliquando subiacuit peccato. Non actuali.ergo originali. Consequentia est manifesta cum suo antecedente. Glo. Augu. Glo. Augus. Bernar.

¶ Quintum, sextum, septimum, & octauum Christi priuilegium ex quo infertur propositum principale. Cap. 7.

QVINTVM priuilegium singulare Christi est non habere similem inter sanctos in immunitate peccati. De quo propheta loquitur. psalmo. 8 8. Quis similis erit Deo in filiis Dei. Vbi Aug. ita dicit. Ergo nemo in filiis Dei, similis erit filio Dei. Ille vnicus, nos multi. Ille vnus, nos in illo vnū. Ille natus, nos adoptati. Ille ab æterno filius genitus per naturā, nos a tēpore facti per grām. Ille sine peccato, nos p illū liberati a peccato. Et in. 2 .de baptismo paruulorum, ad quæstionē, vtrum in filiis hominum fuerit aliquis nullo omnino nunq̄ obstrictus peccato. Respondēs dicit sic. Nec est in filiis hominū quisq̄ nec fuit nec erit (excepto vno mediatore) in quo nobis propitiatio & iustificatio posita est, p quā finitis inimicitiis peccatorum reconciliamur Deo. Hæc ille. Ex hoc aūt priuilegio manifestū sumitur argm̄ q̄ beata virgo nō fuerit in conceptione sua immunis ab originali peccato. Vnde non est opus longiori argumentationis vti sermone. ¶ Sextū priuilegiū singulare Xp̄i est fuisse semper cādidū siue mundū. De quo cā. canti. 2. Ego flos cāpi & liliū cōualiū. Ex quo arguitur. Propriū solius Xp̄i fuit semp fuisse candidū & mundū, ita q̄ nedum natiuitate & conuersatione &c. sed ēt cōceptione ipsa fuerit liliū & flos. ergo sequitur q̄ hoc beatæ virgini non sit attribuendū. ɔña tenet. Antecedēs probatur auctoritate beati Bernardi sup cāti. qui tractans p̄fatū verbū, omelia. 7 3 .ita dicit. Fortassis propterea se liliū appellauit: quia, totus versatur in liliis, & oīa quæ ipsius sunt conceptio, ortus, & conuersatio &c. Et infra. Quē dabis mihi de filiis captiuitatis adeo innocētem, & sanctū qui totā terram occupare poterit ex istius modi floribus, nec infans vnius diei sine sorde est super terrā. Et infra. Omelia sequenti. Est liliū sponsus, sed non lilium inter spinas: qm̄ nō habet spinas, quia si dixerit vel ipsa quia spinam non habeāt seducit, & veritas in ea non est. Si vero florem quidem & liliū professus est, non tñ inter spinas, magis aūt inquit. Ego flos campi & liliū conualium, & non est spinarum mentio. Vnde sequitur q̄ sit solus hominū qui opus non habet dicere. Conuersus sum in erumna dum configitur spina. ergo absq̄ liliis nunq̄ est qui absq̄ vitiis semper est: quia totus & semper candidus, speciosus forma præ filiis hominū. Hæc Bernardus. De omnibus autē aliis hominibus dr̄ Isa. 6 4. facti sumus vt immundi omnes. Glo. i. leprosis omnes. Ex quibus manifeste patet antecedens quod erat probandū &c. ¶ Septimum priuile- Augu. Augu. Bernar. Glo.

gium singulare Christi est fuisse germen dñi in magnificentia a cõceptione sua, cæteris conceptis in præuaricatione Adæ, & filiis iræ. De hoc priuilegio cõ

Glo. Isaiæ. 4. In illa die erit germẽ dñi in magnificentia, q̃ glo. interli. de Xp̃o exponit. Q̃d verbũ Ber. pertractãs in. 2. sermo. pẽtecostes ita ait. Erit germẽ dñi in magnificẽtia. Germẽ dñi xp̃s Iesus, solus de mũdissimo cõceptus semine: qa & in similitudine carnis peccati, nõ tñ in carne peccati. Si filius carnis Adę nõ tñ filius p̃uaricatiõis Adę. quia nõ fuit natura filius iræ sicut reliqui oẽs qui in iniquitatibus cõcepti sunt. Hæc ille. Ex hoc priuilegio arguitur idẽ qd prius sic. Solus Christus singulariter, a conceptione sua fuit germẽ dñi in magnificentia. i. nõ in præuaricatione Adæ conceptus cæteris omnibus existentibus filiis iræ. ad Ephe. 2. ergo btã virgo in præuaricatione Adę concepta fuit. Consequẽtia patet. ¶ Octauũ priuilegium singulare Xp̃i est, q̃ in ejus cõceptione tanq̃ flos de

Glo. radice Iesse ascenderit, de quo priuilegio dr̃ Isa. 11. Egredietur virga Glo. Maria de radice Iesse, & flos. i. Xp̃s de radice eius. Glo. stirpe Dauid ascendet. Super

Nico. de Lira. quo Nicolaus de Lira ita ait. Flos de radice eius ascendet. i. Xp̃s, qui dr̃ flos rõne puritatis: q̃m nullum pc̃m nec actuale, nec originale habuit in eo locum. Hæc ille. Vnde ratione huius singularis priuilegii (diuinæ sapientię prouidẽte consilio) conceptus est in Nazareth, quæ interpretatur flos, sanctus, & mũditia. Vnde Hugo Cardinalis in postilla sua ait. Interpretatur Nazareth. i. flos,

Hugo Card. & ideo congruum fuit florem cũ flore & in flore concipi, de flore nasci, & in flore nutriri, & in tempore florum. i. in vere annunciari. Interpretatur secũdo Nazareth sanctus, ideo congruum fuit vt in ea conciperetur de quo dr̃ Daniel. 9. sanctus sanctoꝶ. Item tertio interpretatur mundus, siue munditia. Ideo iustum fuit vt in ea conciperetur, qui solus cum omni munditia conceptus est. Hęc ille. Ex quo priuilegio clarissimum colligitur argm̃ ad idem q̃ prius sic. Solus Christus flos siue floridus, & ab omni immunditia alienus est conceptus. ergo sequitur q̃ beata virgo in conceptione sua originale cõtraxerit, vt ibi patet.

Nonum, decimu, & vndecimum Christi priuilegium: ex quo infertur propositum principale. Cap. 8.

Nonum priuilegium singulare Christi est fuisse virũ. i. plenum grã & virtutibus a cõceptione sua: de quo dr̃ Iere. 31. Nouũ dñs

Glo. faciet sup terrã, mulier. glo. Maria. circundabit glo. gremio vteri

Thom. sui virũ. i. Xp̃m qui ab ipso cõceptionis exordio vir p̃fectus virtu

Nic. de Lira. tibus grã & sapientia fuit, vt S. Thomas & magr̃ Nicolaus de Lira exponũt super Ieremiã. De quo nono priuilegio beatus Ber. sup missus est, ita loquitur.

Bernar. Hanc nouitatẽ in Maria fecit dñs vt fœmina virum circundaret. Et infra. Vir erat Iesus necdum ẽt natus, sed sapientia non ętate nec corporis vigore. In illa namq; plenitudine spũs quã in sui conceptione accepit, semper absq; diminutione vel adiectione permansit. Hæc ille. ¶ Ex hoc priuilegio arguitur sic. Soli xp̃o cõuenit ab exordio suæ cõceptionis esse virũ. i. plenũ grã, & sapiẽtia. Patet, quia nouũ inquit propheta faciet dñs. ergo btã virgo a principio suę cõceptionis non est dicẽda habuisse grãm sanctificãtẽ. Cõsequẽtia patet, quia alias xp̃s nõ fuisset primus siue nouus vir a virtute grẽ dictus a suæ cõceptiõis exordio. Q̃d cõtra p̃dicta esse vr̃. ¶ Decimũ priuilegiũ Xp̃i singulare & proprie proprium est esse scm̃ sctõꝶ: de quo dr̃ Dan. 9. donec vngatur sanctus scõꝶ. Glo. i.

Glo. xp̃s. Et in glo. super illud psal. 85. Custodi aiam meã qm̃ sanctus sum dicit xp̃s

enim proprie sanctus est. Ex quo priuilegio arguitur sic. Solus xps est sanctus sanctorum. ergo solus in gñe hominũ ab omni pctõ fuit immunis, actuali, & originali. ¶ Et ita ꝓns est ꝙ virgo Maria alicui pctõ quoq; obnoxia fuerit, sed non actuali. ergo originali. Añcedēs patet. cõsequētia probatur. Tũ rõne. Prio qa cum sanctitas: cõiter dicta, teste Dionysio. 12. ca. de diuinis noĩbus, sit ab omni immũditia, & mortalis peccati, vt exponit Albertus libera & perfecta, & oio immaculata munditia, necessariũ est vt qui anthonomastice & singulariter sanctus dr prę oibus aliis; ab oi gñe peccati mũdus esse dicatur. Quę singularitas sanctitatis in toto gñe humano (iuxta multorũ iudiciũ) Xpo nõ vr posse plene cõpetere si aliqua alia psona a xpo siue ẽt b. v. nulli immunditię peccati a qua p sanctũ sanctorũ mũdãda veniat, nũq fuerit obnoxia. Quare sup illud Apoc. 3. Hęc dicit sanctus & verax. Abbas Ioachin rõnẽ assignans, quare Xps singulr sanctus sit noiatus: dicit. Solus enim est conceptus sine culpa. Propter qđ Athanasius, & ponitur in glo cõtinua sup illo verbo Luc. 4. Scio. n. te quia sis sanctus Dei, inquit. Nõ dicebat. n. sanctum Dei, quasi alius sanctis simile, sed quasi eo singulr sancto existente cũ articuli adiectione. Secũdo probatur, sra auctoritate Iob dicentis. 28. Nõ adęquabitur ei topazion de Aethiopia. Qđ beatus Gregor. exponēs lib. 18. moraliũ dicit pro tanto hoc esse dictum, quia nullus sanctorũ quibuslibet virtutibus plenus exiltat, cũ ex nigredine mũdi sit collectus siue cõceptus, ęqnari põt ei de quo dictũ est, qđ nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius dei. Nos quippe & si sancti efficimur, nõ tñ nascimur: qa ipsa naturę corruptibilis conditione cõstringimur vt cũ propheta dicamus. Ecce. n. in iniquitatibus &c. Ille. n. solus natus est. s. natiuitate interiori: qui vt ipsam conditionẽ naturę corruptibilis vinceret ex cõmixtiõe carnalis copulę nõ est. ¶ Vndecimũ priuilegiũ singulare xpi est ꝙ ita natus fuerit interiori natiuitate, ꝙ nõ fuerit opus eũ renasci. de quo Matth. 1. quod in eo natũ est, de spũ sancto est. Et August. in Enchiridion cap. 16. de hoc xpi priuilegio loquēs ita ait. Solus xps potuit ita nasci vt ei nõ esset opus renasci. Ex hoc priuilegio arguitur sic. Bta virgo nõ est in vtero mris ita nata ꝙ ei nõ fuerit opus renasci. ergo sequitur ꝙ originale pctm contraxerit. Añcedens patet ex dictis August. quia ita nasci vt non sit opus renasci solius xpi fuit. Cõsequētia vero probatur per eundem August. dicētē in eodē lib. cap. 54. Idcirco. n. quisq; renascitur vt soluatur in eo quod peccati est cũ quo nascitur. Vnde non est instituta regeneratio nisi qa vitiosa est gñatio. Hec ille. Qđ Augu. dictũ intelligēdũ venit de vtraq; regeneratione, videlicet tã de cõi ista quę fit lauacro baptismatis q̃ de priuilegiata quę fit in vtero materno pergrãm sanctificationis. vt enim ait sanctus Thom. in. 4. iuxta duplicē natiuitatē: duplex dicitur regeneratio per quã abluitur originale peccatum. In vtraq; enim spiritus sanctus datur quo homines Deo renascuntur. Vnde Augustinus libro de nuptiis & concupiscentia ait. Ex concupiscentia carnis quod nascitur vtiq; mundo non Deo nascitur. Deo aũt nascitur cũ spũ sctõ renascitur. Et cõfirmatur hęc rõ. Vt. n. apostolus. 1. corin. 15. ait. non prius est quod spũale est, sed quod animale est, deinde qđ spũale. Sed sanctificatio grę pertinet ad spũalitatē. ergo ab exordio interioris natiuitatis non est dicēda beata virgo habuisse gratiam sanctificationis, sed post aliquantulam morulam, seu spatiũ tẽporis aut momentũ. Cõsequētia patet. Alias nõ fuisset in eius conceptione obseruatus ordo ab apostolo assignatus. Et si quis ex eodē arguere vellet de xpo, respondet sanctus Thomas in. 3. parte, ꝙ ordo ille quem Apostolus ponit respicit seu pertinet ad istos tm̃ qui per profectũ ad spũalem

Diony. Albert. Abbas Ioachin Athana. Glo. Gregor. August. August. Thom. August. Thom.

statum perueniunt. In mysterio autem incarnationis xpi magis considderatur descensus plenitudinis in naturam humanam q̄ profectus humanæ naturæ. q. præexistentis in Deum, & ideo in homine christo, a principio fuit perfecta spiritualitas, quod non fuit in aliis.

¶ 12. 13. & 14. priuilegium Christi ex quibus infertur propositum principale. Cap. 9.

Q VODECIMVM priuilegium singulare Christi est nunq̄, aliquid displicibile aut non dilectum Deo habuisse, siue ꝙ nunq̄ fuit filius iræ. De quo priuilegio pater ipse cœlestis, ita testatur dicens Matth. 3. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: quia istum solum sine peccato reperi. Et Gregorius, & ponitur in glo. continua. Luc. 3. Omnipotens pater humano more de peccatoribus loquutus est dicēs. Pœnitet me fecisse hominē, quasi sibimet displicuerit in peccatoribus quos creauerat. In solo autem xpo non inuenit culpam in qua se repræhendat quasi per pœnitentiam. Quas sanctorum glosas sequentes expositores, dicunt hoc proprium fuisse Christo. Vnde dñs Hugo Cardinalis super eodem verbo ita dicit Luc. 3. Complacuit mihi. i. omnino placuit: quia nihil mali in eo fuit. Et dicitur ad differentiam aliorum qui non omnino sibi placet. Item Albertus magnus ibidem ita dicit. Hic est filius meus dilectus, qui nihil habet non dilectum, quia non nascitur filius iræ sicut cæteri ad Ephe. 2. Hæc ille. Item magister Nicolaus Gorran. super Matth. 3. ita dicit. Dilectus, quia sanctus conceptus, & manens sine displicētia culpæ, cum alii nascantur filii iræ. Hæc ille. Ex hoc priuilegio apertissime colligitur ratio ad propositum sic. Priuilegium Christi sc̄dm humanitatem fuit nunq̄ habuisse in se aliquid non dilectum, siue aliquid displicibile oculis diuinitatis siue nunq̄ fuisse filiū iræ, ergo sequitur ꝙ beata virgo aliquid in cōceptione habuerit contractum displicibile siue non dilectum, cum nihil tale habuerit commissum. Et hoc nō est nisi originale peccatum. ergo &c. ōña est manifesta: & antecedens ex inductis auctoritatibus est clarissimum. ¶ Decimumtertium priuilegium Christi est ꝙ sanctus natus natiuitate interiori fuerit. De hoc priuilegio dicitur Luc. 1. Quod enim nascetur ex te sanctum, quasi dicat singulariter ex te: quia non ex alia quacunq; fœmina sanctum nascetur. Vnde Gregorius lib. 28. moralium hoc verbum pertractans ita dicit. Ad distinctionē nostræ, sanctitatis singulariter sanctus natus asseritur. Nos quippe & si sancti efficimur, non tamen nascimur: qa ipsa nostræ corruptionis conditione astringimur. Ille autem solus veraciter est sanctus, qui ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Hæc Gregorius. Item secundo de hoc priuilegio loqui videtur propheta psal. 18. Et Apostolus ad Heb. 2. dicētes. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum. Vbi Glo. quę Ambrosio ascribitur ita habet. Christi fuit memor Deus in conceptione, donando ei immunitatem peccati Et consequēter ait (legatur de Christo admiratiue hoc modo) homo Christus quid est .i. q̄ magnum quid, & q̄ dignum per hoc ꝙ memor es eius faciendo eum immunem a peccato. Hæc ibi. Tertio ad idē est Bernar. in epistola ad Lugdunen̄. ita dicēs. Et si quibusdam vel paucis hominum datum est cum sanctitate nasci, non tamen concipi, vt vni sane seruaretur prærogatiua conceptus qui omnes sanctificaret, solusq; absq; peccato veniēs purgationem faceret peccatorum. Hęc

Glo. Gregor. — Hugo Card. — Albert. magnus — Nicolaus gorran. — Gregor. — Glo. Ambro. — Bernar.

ille. Ex hoc priuilegio clarissima est cõsequẽtia. ergo virgo Maria nõ fuit sancta cõcepta. ¶ Decimũquartũ singulare priuilegium xpi est Agnum esse & semper immaculatũ fuisse. De quo priuilegio dicitur Io. 1. Ecce Agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi. Super quo August. omelia. 5. super Io. ita dicit. Si Agnus Dei innocens. Omnes ex ista traduce veniunt & ista propagine de quo cantat gemẽs Dauid. quoniam in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea. Solus ergo ille Agnus: qui non sic venit. Nõ enim in iniquitate conceptus est. Hæc ille. Et in glo. continua ita habetur. Iste enim singulariter dicitur agnus, solus sine peccato, non cuius maculæ absterfæ sunt, sed cuius macula nulla fuit. Hæc ibi. Et super psal. 63. August. tractãs illud. vt sagittent in abscondito immaculatum, dixit. Sic Agnus quippe immaculatus totus immaculatus semper immaculatus. Non cuius maculæ ablatæ sint, sed qui maculas nullas contraxit. Nam fecit multos immaculatos, donando peccata ipse immaculatus non habendo peccata, ex hoc priuilegio manifesta est argumentatio: quæ superior. Solius Christi fuit semper esse Agnum, hoc est innocẽtem & immaculatum: et hoc quia in originali peccato non fuit conceptus. ergo necessario concedẽdum venit ꝙ beata virgo in originali peccato concepta fuerit. Processus est manifestus. August. Glo. August.

¶ Decimumquintum, decimumsextum Christi priuilegium, inferens principalem veritatem. Cap. 10.

DECIMVMQVINTVM priuilegiũ singulare Christi est, super omnes homines esse per immunitatem a peccato siue de altitudine humanæ naturæ carnem assumpsisse. De quo priuilegio dicitur. Io. 3. Qui de sursum est super omnes est, & qui de coelo venit super omnes est. Vbi Alchuinus, & Augustinus, & ponitur. tam in Glo. ordinaria q̃ continua, ita habent. De sursum venit. i. de altitudine humanæ naturæ quam habuit ante peccatum primi hominis. De illa enim altitudine assumpsit verbum Dei humanam naturam, nõ culpam, cuius assumpsit pœnam. Et sequitur glo. August. super omnes est. i. super omnẽ humanitatem, qui de ipsa anteq̃ peccaret venit. Hæc ille. Sanctus Thomas in postilla super Ioã. beatissimi Augustini expositionem prosequutus ita loquitur. Qui de sursum venit super omnes est: qui & de statu humanæ naturæ ante pctm̃ assumpsit puritatem, assumendo carnem non coinquinatam contagio originalis peccati. Ex isto priuilegio arguitur sic. Christus homo ratione immunitatis a peccato originali secundũ quã dicitur de sursum venire, est super omnes homines. ergo sequitur ꝙ nullus alius in humano genere immunis fuerit a peccato. Antecedens patet, & ꝯña ẽt nota est, quia alias ratione immunitatis a peccato non esset dicendus super omnes homines. Et hæc ratio confirmari videtur per Augustinum, qui tractans illud. 50. psal. Tibi soli peccaui & malũ coram feci, vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris, ita dicit. Quia solus sine peccato ille iustus puniтur, qui non habet quod in illo puniatur. Ille iustus repræhensor, qui non habet quod in illo repræhendatur. Et infra. Videt futurum iudicem iudicandum a peccatoribus iustum, & in ea vincentem: quia quod in illo iudicaretur non erat. Solus enim hominibus dicere verũ potuit homo Deus, si inuenisti in me peccatum dicito. Hæc ille. ¶ Decimumsextum priuilegium singulare Christi est habuisse similitudinem carnis peccati, & non carnem peccati. De quo pri- Alchuinus. August. Glo. Glo. August. Thom. August.

lus ad Ro. 8. ita dicēs. Misit Deus filiū suum in similitudinē carnis peccati: vbi
Glo. glo. ait Aug. Misit deus in similitudinem carnis peccati non in carne peccatri
August. cem, sed in similitudinē .i. passibilitatem & mortalitatē. Cætera vero omnis ho
minum caro, peccati caro est. Sola ipsius nō est caro peccati, quia nō cū cōcu-
piscentia sed grā cōcepit. Item de hoc priuilegio in collationibus patrū colla
tio. 2. ca. 8. et est dictum prīs Thcone Abbatis. Multos qdē esse sanctos ac iu-
stos negare non possumus, sed inter sanctum & immaculatū multa distantia est.
Aliud. n. est esse quempiā sanctū .i. diuino cultui cōsecratū. Hoc. n. nomē nō so
lum hoībus sed et locis & vasculis tēpli, scriptura attestāte, cōe est. Aliud autē est
esse absq; peccato. quod vnius dñi nñ Iesu xpi singulr̄ cōuenit maiestati, de quo
etiam apostolus velut præcipuū quid ac spāle pronunciat dicēs. Qui pctm̄ nō
fecit, & infra in cap. 1 o. ita inquit. Quēadmodum vero & illud accipietur q eū
in similitudinem carnis peccati venisse cōmemorat, si ēt nos nulla peccati labe
pollutam possumus carnem habere? Nā & hoc de illo qui solus est sine pctō tāq
singulare commemoratur. Misit Deus filium suū in similitudine carnis peccati.
Carnis quidē verā atq; integrā suscipiens substantiā, non ipsum pctm̄ in ea sed
similitudinē peccati suscepisse credendum est. Et infra in fine cap. In hoc ergo il
le homo qui natus est ex virgine, est magna a cunctis qui ex vtriusq; sexus com-
mixtione producuntur distantia segregatus q cū oēs nō similitudinē sed verita
tē peccati gestemus, ille non veritatē sed similitudinē peccati in veræ carnis as-
sumptione susceperit. Et infra. Huius ergo rei quæ illi tm̄ singularis ac propria
est, æqualitatē sibi blasphemię ac superbię crimen vendicabit, quisq́s se esse sine
pctō ausus fuerit confiteri. Conueniens enim est vt similitudinē carnis peccati,
& non veritatē peccati habere se dicat. Hęc ibi. Ex quo priuilegio, arguitur sic.
Omnis homo cuius caro fuit caro peccati habuit aliqd̄ pctm̄ in se. Sed btā vir-
go fuit hmōi, videlicet q eius caro fuit caro peccati. ergo ipsa aliqd̄ hūit aliqd
pctm̄, non actuale ergo originale. Cōsequētia est formalis in. 3. primę. Maior
Hilar. patet auctoritate Hilarii, & Augusti. & sancti Abbatis Thcone. Hoꝝ oīum snīa
August. est (vt iā patuit) vt caro dicatur peccati, q cū veritate substātiæ carnis, hēt & ve
Abbas ritatē peccati. Similitudo vero carnis peccati dr̄ (vt verbis vtar August.) quæ
Thcon. non sicut carnē habuit ita & peccatū. Minor vero patet. Tū primo quia (vt di-
ctum est) priuilegium propriū xpi est, carnē non fuisse peccati. Tum secūdo ex
August. illo in superioribus allegato beati August. lib. 2. de baptismo paruuloꝝ dicē-
tis. Solus ille X ps homo factus manēs deus peccatum nullū vnq̄ habuit, nec
sumpsit carnem peccati, q̄uis de materna carne peccati. ¶ Quia vero ea quæ
ex aduerso dicuntur in materia ista de carne peccati gratia euadendi argumen
tum sufficienter in superioribus confutata sunt, non est opus ea amplius com
memorari &c.

¶ Decimumseptimum, decimumoctauum, decimumnonū, & vigesi-
mum priuilegium Christi ex quibus infertur propositum
principale. Cap. II.

DECIMVMSEPTIMVM priuilegiū singulare xpi est q ip-
se est primogenitus inter oēs fideles. De quo priuilegio dicit ap-
stolus ad Ro. 8. Quos pſciuit, & prędestinauit cōformes fieri ima
Glo. gini filii eius: vt sit ipse primogenitus in multis frībus, super quo
August. dicit glo. quę Augu. attribuitur. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. i.

fuæ hæreditatē patris obtinēs,& aliis distribuēs: quod primogenitorum est. vel primogenitus dr: quia ante omnē creaturā nō factus, sanctus, sed quia prius sine pctō natus. Quod de natiuitate in vtero aut de vtraq; simul expositores dicunt esse intelligendum: sicut ēt ipsa sacræ scripturæ circūstantia exposcit, quæ Hieremiā & beatū Io. Bap. natiuitate ex vtero sanctos fuisse testatur, ēt ecclīæ fides de beatissima virgine prædicat, qui tñ oēs xpī natiuitatē præcesserūt. Ex quo priuilegio primogeniture cū Glo. Aug. manifestū est argm̄ q̄ btā virgo non fuerit nata natiuitate in vtero sine pctō. Consequentia est clarissima: quia dato opposito, sequitur contra Apostolum q̄ Christus non esset primogenitus, scdm illam immunitatem peccati in toto cœtu filioꝝ dei. Et confirmatur auctoritate beati Ambrosii in exameron qui. 1. ca. in opera primæ diei de xp̄o loquēs, sic dicit. Primogenitus Israel, non quia ante oēs: sed quia sanctior cæteris sanctis aut dn̄s sup oem creaturā. Et scdm corporis susceptionē. Quia solus sine pctō, solus sine vanitate. oīs aūt creatura subiecta est vanitati. Hęc ille. ℂ Decimum octauū priuilegiū singulare xp̄i est fuisse nouū hoīem de quo apostolus loquēs ad Eph. 2. in vno nouo hoīe faciēs pacē. Vbi glo. ita dicit. In se solo a quo nō aliunde est nouitas vitæ, & ideo euacuat & reconciliat dēo ambos. s. populos, in vno corpore ecclesiæ. Et ad Ephe. 4. Induite nouum hominē, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Vbi glo. dicit. Nouus homo est Christus creatus secundum Deum. s. Dei potentia. Conceptus enim est in vtero virginali opere spiritus sancti. Creatus dico in iustitia, & sanctitate. Et Ber. idem verbum pertractans in sermone quodam annunciationis dominicæ, de eo ita loquitur. Christus nouus homo qui veram carnis nostræ originē, sed vetus fermentum concupiscentiæ non suscepit. Hæc ille. Ex quo priuilegio arguitur sic. Christus fuit nouus homo in hoc q̄ conceptus est nouitate sanctitatis & innocentiæ, fermentum concupiscentiæ non habens. ergo virgo Maria non habuit conceptionē mundam ab originali peccato. Consequentia est clarissima: quia dato opposito, videlicet q̄ virgo Maria processerit absq; vetustate culpæ. sequitur q̄ Christus non fuerit nouus homo quod est contra apostolum. ℂ Decimumnonum priuilegium singulare Christi est ab instanti suæ conceptionis habere signum dei viui, &c. de quo dicitur. Apocalipsi. 7. Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habētem signum Dei viui. Vbi glo. de Christo illud exponēs, ita dicit. Ascendit ab ortu solis. quia non de concubitu viri carnem assumpsit, sed ipse eam creauit: qui est ortus solis. i. pa ris. Habuit signum dei viui. i. immunitatē a peccato per quam Deus apparet, quia oīs homo peccator. Hęc Glo. quā magister Nicolaus Gorran in postilla sup Apocalipsim prosequens ita dicit. Ascendere quidem dicitur Christus. s. ortu suo, respectu nostræ natiuitatis, quæ descensus dicitur propter grauitatē culpæ originalis. Habet signum Dei viui, & immunitatem peccati. Quod signū Dei est Deuteronomio. 32. Deus fidelis & absq; vlla iniquitate. Ex quo priuilegio faciliter arguitur sic. Solus Christus a natiuitate sua. s. interiori, habuit signum dei viui. i. immunitatē peccati cęteris omnibus aliis habentibus signum patris sui Adam, in quo omnes peccauerunt. Ro. 5. s. originale peccatum. ergo idem quod prius. Consequētia cum antecedente patet. ℂ Vigesimū priuilegiū singulare xp̄i est, dn̄m esse omniū hominū, de quo dr̄. Apocalipsi. 19. Habet scriptū in vestimento. Glo. i. in fe. i. in humanitate: & in fœmore eius. Rex regū, & dn̄s dn̄antiū. De quo ēt btūs Isid. splēdor Hispaniæ, li. 1. de summo bono. c. 15. de xp̄o loquēs, ita dicit. In forma serui, nō ēt suus. In forma appe serui, xp̄s pro

Ambro.

Glo.

Bernar.

Glo.

Nico. Gorran

Glo.

Isido.

pter cōceptionis excellentiam dominus,est hominum:quia susceperit carnem non tamen ex carnis libidinosa contagione venientem. Hæc ille. Ex hoc priuilegio faciliter arguitur propositum. Christus solus est vniuersaliter omnium hominum dñs inter quos etiam ipsa beatissima virgo includitur. Vnde ipsa ait. Ecce Ancilla dñi. Et hæc ratio dominationis inter alia conuenit sibi; (vt inquit Isidorus) propter conceptionis excellentiam in qua immunis fuit ab omni contagione peccati. ergo sequitur ꝙ beata virgo non immunē ab originali peccato conceptionem habuerit. Consequentia est manifesta: quia dato opposito, derogaretur priuilegio Christi. ¶ Ex quibus. 20. priuilegiis siue prærogatiuis proprie propriis Christi luce clarissima colligitur ꝙ virgo beata ab originali peccato, in sua cōceptione immunis non fuerit. Nec hoc plane derogat in aliquo dignitati suæ, sicut nec detrahit gloriæ magnificentiæ eius ꝙ paria priuilegia non habeat cum filio suo dño creatore & redemptore suo, & omnium vniuersaliter hominum.

¶ In quo ponuntur rationes probantes eandem conclusionem sumptæ ex prærogatiuis quæ sanctissimæ conceptioni Christi in scriptura sancta siue in dictis sanctorum attributę tanꝗ singulares & propriæ leguntur, & primo, ex prima, & secūda. Cap. 12.

OSTENSO in superiori cap. ex prærogatiuis ipsius Christi quas spiritus sanctus in sacra scriptura de eo cōmemorat, ꝙ solus ipse in vniuersitate humani generis in conceptione sua immunis fuerit a peccato originali: iam proximum est vt illud palam iam fiat. Secundo loco ex priuilegiis & prærogatiuis quæ Christi conceptioni in sacra scriptura aut a sanctis attributa leguntur. ¶ Prima autē hoc ordine prærogatiua cōceptionis Christi est ꝙ de virgine facta est. De qua dicitur. Isaię. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filiū. Ex hoc priuilegio arguitur sic. Hęc Christi conceptio sola fuit de virgine facta. ergo hęc sola fuit a peccato originali immunis, & ꝑ consequens non conceptio beatæ virginis. Antecedens patet. ñā probatur, ex eo ꝙ causa pręcisa a sanctis doctoribus assignata quare Christus in conceptione sua originale non contraxerit est quia conceptus est de virgine. Vnde August. secundo libro contra Iulianum pelagianæ hęresis defensorem de beato Ambrosio loquēs ita inquit. Ecce fluit eloquentiæ lucidū ac perspicuum flumen Ambrosius. Non est vbi hæreat lector, vbi caliget auditor: Manifestissime dicit dñm Iesum Christum propterea fuisse sine peccato quia natus ex virgine. Item ibidem. Solum Christum quia sit natus de virgine, a vinculis obnoxiæ gñationis excipit, omnibus cæteris sub Adā ex peccati obligatione nascentibus. Item Aug. de baptismo paruu. contra pelagianos dicit. Misit deus filiū suū non in carne peccati: sed similitudine carnis peccati, quia non de cōplexu maritali sed de vtero virginali venit. Eadē insuper cā assignatur, a beato Anselmo in libro de conceptu virginali, cap. 12. eadem etiam a beato Gregorio libro. 18. moralium, vt supra allegatum est. Idem eadem est origenis, & habetur in glo. Rom. Item eadem in Beda, in omelia de baptismo Christi. Vbi potissime consyderandum est in argumentis beatissimi August. tam contra pelagianos in libro de baptismo paruulorum ꝗ contra Iulianum eius defensorem, ꝙ ratio illa irrefragabilis, qua vsus est contra præfatos hæreticos negantes originale peccatum contrahere, fundata in duabus antepositis auctoritatibus

[Margin notes: August. Ambro. August. Ansel. Grego. Orige. Glo. Beda. August.]

bus Ambrosii fuit ista. Dicit Ambrosius, propterea Christus fuit sine peccato quia natus ex virgine. ergo omnes alii ex viri commixtione, obnoxii peccato credendi sunt. Quae ratio siue consequentia Augustini nullam profecto habuisset conuincendi virtutem haereticos, si ea quae exaduerso dicuntur veritatē haberent, videlicet ꝙ communis modus propagationis ex viri & mulieris cōmixtione in statu naturae corruptae non arguat vniuersaliter contractionem originalis peccati. Quod inconuenientissimū esset. Ex praemissis ergo patet manifeste, quia beatę virginis cōceptio non fuit de virgine facta, sed de corrupta matre, ꝙ originali peccato fuerit obnoxia. ℭ Secunda praerogatiua attributa in eodem propheta conceptioni Christi est quod dicitur ascensio siue ascensus, & hoc quia ipsa sola fuit immunis a grauitate & pondere peccati. De quo priuilegio dicitur. Isa. 19. ascendet dn̄s super nubem leuem. Glo. i. carnem pondere peccati immunem. Et ingredietur Aegyptum. i. mundum. Et Isa. 53. Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Glo. i. de vtero virginali mundo a concubitu viri. Item de eodem habetur. Apoc. 7. Vidi angelum. Glo. i. Christum ascendentem ab ortu solis. Vbi dicit magister Nicolaus Gorran super Apoca. Ascendere dicitur in ortu suo respectu ortus nostri: qui descensus dr̄ propter grauitatē culpae originalis. De quo pōt accipi illud. 2. Regum. 14. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram. Ex quo priuilegio manifesta capitur virtus argumentādi: ꝙ ex quo ita singulariter descripta est conceptio Christi, & priuilegiato modo per spiritum sanctum, ꝙ ipsa sola, confitenda sit immunis fuisse a pondere & grauitate originalis peccati. Glo. Nico. Gorrā.

ℭ Tertia, quarta, quinta, & sexta praerogatiua conceptionis Christi, ex quibus infertur propositum principale. Cap: 13.

TERTIA praerogatiua eiusdem conceptionis Christi est ꝙ de spiritu sancto facta est. Vnde Matth. 1. Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Et Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nascetur ex te sanctū &c. Ex quo priuilegio arguitur sic. Sola Christi cōceptio fuit de spiritu sancto. ergo sola ipsa ab originali peccato fuit immunis. Antecedens est notum. Consequētia probatur. Primo per illud quod dn̄s ait Io. 3. Quod natum est de carne, caro est. i. quod secundum legem carnalis propagationis concipitur, ex cōtagione carnali infectum est. Et quod natum est de spiritu, spiritus est. i. habens gratiā sanctificationis. Vnde glo. sic dicit. Sicut caro carnem procreat, ita spiritus spiritum. Et ideo August. in sermone quodam vigiliae pentecostes, qui incipit. Cum apud patres nostros, dicit sic. Qui conceptus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Spiritum audis, vt partum illum mirabilem simul & inculpabilem recognoscas. Coeleste enim est quod spiritus agit, immaculatum quod spiritus operatur. Haec ille. Ex quibus apertissime colligitur intentum: videlicet ꝙ conceptio beatae virginis cum non fuerit de spiritu sancto ꝙ ipsa in originali peccato fuerit facta. Quod confirmatur auctoritate beati Bernardi, qui de hoc priuilegio Christi in sermone beati Ioannis Baptistae loquens (vt superius extitit allegatum) assignata differentia inter sanctificationē Ieremię & beati Ioānis & beatissimae virginis, ita de Xp̄o dicit. Vides q̄ remotiori priuilegio speciosus forma prae filiis hominum in concipiendo discretus fit. Illi enim & de peccatis & in peccatis concepti sunt: hic autem de spiritu & in spiritu sancto Glo. August. Bernar.

conceptus. Hæc ille. Et ita patet idem quod prius. ¶ Quarta prerogatiua aut priuilegium singulare conceptionis Christi est nouitas per immunitatem peccati, ita ꝙ inter omnes conceptiones a principio mundi, Christi conceptio habuit hanc nouitatem, ꝙ fuit a peccato immunis. De quo priuilegio Leo papa in sermone natiuitatis Dominicæ, qui incipit. Exultemus in domino, ita loquitur. Noua natiuitate est generatus: quia inuiolata virginitas concupiscentiam nesciuit, substantiam ministrauit. Assumpta est de matre domini natura non culpa: creata est forma serui sine conditione seruili, & nouus homo sic contemperatus est veteri, vt & veritatem susciperet generis & vitium excluderet vetustatis. Et Beatus Bernardus in sermone Assumptionis dominæ nostrę: qui incipit. Signum magnum apparuit in cœlo, dicit sic. Nihilominus fulget etiam nouus ille conceptionis modus, vt non in iniquitate quemadmodum cęterę omnes, sed superueniente spiritu, sola & de sola sanctificatione Maria cōcepit. Hęc ille. Ex quo priuilegio, clarissima elicitur consequentia ꝙ conceptio virginis benedictę non habuit immunitatem originalis peccati. ¶ Quinta prerogatiua singularis conceptioni Christi attributa est, ꝙ conceptio Christi fuit prima cōceptio munda quę vnq̄ fuit. De hoc priuilegio testatur Gregorius dicens. 40. libro moralium. Solus Christus sic venit in mundum vt nihil haberet de immunda conceptione. Item de eodem Augustinus de fide ad Petrum sic dicit. Solus xp̄s abstulit peccatum conceptionis humanæ dum nasceretur ex virgine. Item ad idem est beatus Bernardus in sermone natiuitatis dominicę qui incipit. Grandis quidem dilectissimi est, &c. Vnde ostendens qualiter Christus in sua natiuitate contra hostes humani generis dimicare incepit, ita loquitur. Duo sunt tibi hostes, peccatum. s. & mors. Vtrumq; debellaturus aduenit: & ab vtroq; saluabit te. Iam quidem peccatum in propria persona deuicit quando naturam humanam sine vlla contagione suscepit. Grandis enim peccato facta est violentia & vere superatum est & deuictum, quando naturam quam se infecisse & occupasse gloriabatur ab eo penitus aliena in Christo inuenta est. Hæc ille. Ex quibus omnibus manifeste colligitur ꝙ conceptio Christi fuit prima conceptio munda quę vnq̄ fuit. Ex quo priuilegio faciliter arguitur propositum: quoniam si cōceptio Christi, siue natiuitas christi fuit prima munda cōceptio ab originali peccato, necessario sequitur ꝙ virginis beatissimę conceptio non fuerit ab originali peccato immunis. ¶ Sexta prerogatiua attributa conceptioni Christi est ꝙ fuerit singularis inter omnes cōceptiones hominum. De quo Leo papa in sermone quodam natiuitatis dominicę ita dicit. Omnem intelligentiam excedit & extra cūcta transcendit, nec potest esse vllis comparabilis, quę est inter omnia singularis. Ex isto priuilegio facile sumitur argumentum propositi: quoniam cum Christi conceptio fuerit singularis: singulari debuit dotari priuilegio. Quod nequaq̄ fuisse censetur, nisi sola ipsa ab originali peccato extitisset immunis.

Leo. Bernar. Grego. August. Bernar. Leo.

¶ Responsio exaduerso ad inductam rationem confutatur. Cap. 14.

ED ad hanc rationem respondetur exaduerso in tertia propositione quintę allegationis, dupliciter. Primo negando consequētiam. Dicitur enim ꝙ dato ꝙ beata virgo non fuerit concepta in ori. pc̄tō, adhuc multiplex est excellentia cōceptionis Xp̄i sup

pra conceptionem beatissimę virginis: quoniam Christi conceptio dicitur beata gloriosa, & diuina. Et ita inquit de multis aliis quę non sic asseruntur in cõceptione beatę virginis. Item quia Christi conceptio fuit accelerata, subita, & miraculosa, non autem conceptio beatę virginis. ℭ Secundo respondetur ꝙ proprie loquendo conceptio Christi nullatenus dici potest priuilegiata ratione munditię a peccato originali. Cuius ratio est quia lex communis de contrahendo originali peccato, cum ad eum non se extenderet non poterat in eũ locum habere gratia priuilegii. ℭ Sed hæc responsa non satisfaciunt: nec obstant rationi factę. Non quidem prima responsio. Tum quia ratio facta non arguit ꝙ si conceptio beatæ virginis non fuerit munda a peccato originali ꝙ Christi conceptio nullam tunc haberet excellentiam supra eam. Notum quidẽ est etiam parum doctis ꝙ dato ꝙ beata virgo non fuerit in originali peccato concepta, immo dato ꝙ omnes alii qui fuerunt a passione Christi fuissent immunes ab originali peccato. Adhuc tamen Christi conceptio multipliciter excelleret conceptionẽ beatę virginis & omnium aliorum qui tali immunitatis gratia essent donati (vt de se patet) cum fuerit cõceptio beatissimi & gloriosissimi ac diuini suppositi, & sic de aliis prerogatiuis. Sed ratio facta vult arguere, & ad hoc tendit ꝙ dato ꝙ virginis Mariæ aut cuiuscunqȝ alterius conceptio fuerit a peccato originali munda: sequitur ꝙ Christi conceptio non fuerit vndiqȝ siue integre singulariter priuilegiata: quia non ex parte ipsius conceptionis in gratia immunitatis a peccato. Pro quo notandum ꝙ tripliciter potest intelligi aliqua conceptio priuilegiata. Vno mdo ex parte termini ad quem siue eius qui concipitur. Et sic Christi conceptio fuisset priuilegiata, dato ꝙ cõceptio beatę virginis aut alterius cuiuscunqȝ fuisset immunis ab originali peccato. Secundo est conceptio priuilegiata ex parte ipsius principii efficientis, siue parentum. Et hoc modo conceptio Isaac, beati Ioannis, & beatissimæ virginis, quorum parentes steriles fuerunt, fuit priuilegiata pro eo quod cœlesti virtute operante fœcundata est eorum sterilitas. Tertio dicitur conceptio priuilegiata singulariter ex parte ipsius conceptionis per specialem gratiam immunitatis a peccato: & de huiusmodi gratiæ priuilegio rõ facta currit. Et ideo responsio data exaduerso non vr̃ ad propositum rationis siue argumenti facere. Virtus enim rõnis factæ stat in hoc ꝙ si conceptio beatę virginis fuit sancta ꝙ Christi conceptio non fuit priuilegiata singulariter gratia immunitatis a pc̃ó siue grã sanctitatis, quod non videtur bene esse dictum. Tum primo quia hæc prærogatiua sanctitatis videtur maxime ponderanda in cõceptione xp̃i cum sit Basis omniũ aliaꝝ excellentiaꝝ. Plane nisi fuisset sancta, nõ fuisset btã nec gloriosa nec diuina, vt verbis vtar licet impropriis datis exaduerso. Tum secundo hoc manifestum redditur auctoritate beati Anselmi libro de conceptu virginali cap. 12. ita dicentis. Illi qui per propagationem naturalem datam Adæ, sunt generati, non possunt aut debent Christo in conceptionis miraculo assimilari. Nec ab originalis peccati macula absoluti possunt ostendi. Hęc ille. Hoc etiam clarissimum fit si commemorentur ea quæ in prędedẽtibus cap. proximis posita sunt. ℭ Cæteꝝ secunda responsio quę erat ꝙ proprie loquẽdo cõceptio xp̃i rõne munditiæ nullatenus dicenda esset priuilegiata, pariter non satisfacit: qm̃ hoc priuilegiũ sumitur more loquutiõis sanctoꝝ docto. qui prerogatiuas spãles alicui cõuenietes priuilegia soliti sunt noiare. Et vt in materia, de qua est sermo, exẽpla ponãtur. duo sancti doctores mihi occurrunt, q immunitatẽ originalis peccati in xp̃o priuilegiũ nominant. Quoꝝ primus est

Ansel.

Bernar. beatus Bernardus: Qui in sermone beati Ioannis Bap. (vt iam fuit inductum in proximo cap.) vbi assignata differētia inter sanctificationē Iere. Io. bap. & beatissimæ virginis, ita de Christo loquitur. Vides q̄ remotiori priuilegio speciosus forma præ filiis hominum in concipiendo discretus fit. Illi enim & de peccatis & in peccatis cōcepti sunt; hic autem de spiritu, & in spiritu sancto concipitur. Hæc ille. Secūdus doctor, sanctus & beatus Thomas de Aquino qui in tertia parte. q. 31. ar. 4. ita dicit. Cōceptio Christi tria habuit priuilegia. s. ꝙ esset sine peccato originali. Item ꝙ non esset puri hominis sed dei & hominis. Itē ꝙ esset conceptio virginis. Hęc ille. Ex quorum sanctorum verbis tria colligūtur testimonia. Primum est ꝙ solius Christi prerogatiua fuit concipi sine originali peccato. Secundum ꝙ huius prærogatiua nomen sortitur priuilegii in dictis sanctorum. Tertium quod falsum est quod dicitur exaduerso, videlicet ꝙ dicere ꝙ virginis Mariæ conceptio fuerit ab originali peccato immunis non derogat priuilegio, & prærogatiuæ conceptionis Christi.

Thom.

¶ In quo ponuntur rationes pro eadem conclusione sumptæ ex parte priuilegiorum quę beatissimæ virgini attributa leguntur, cum confutatione responsionum quę dantur exaduerso de purgatione, & sanctificatione beatę virginis. Cap. 15.

TERTIA autem via iuxta ordinem superius descriptum, ad probandum id quod prius videlicet ꝙ virgo Maria peccatum originale contraxerit, colligitur ex ipsismet priuilegiis & prerogatiuis specialibus quas scriptura sancta aut sancti doctores eidē beatæ virgini appropriant: Primum autem priuilegium beatissimæ virginis hoc ordine commemorandum est, ꝙ concepit sine libidine, sine sorde, sine quacūq; corruptione. De quo priuilegio intelligēdum venit illud quod Angelus ait ei, Lucæ. 1. Benedicta tu in mulieribus. Super quo beatus Bernardus ita loquitur. O beata Maria sola inter mulieres benedicta. Sola a generali maledictione libera, & a dolore parturientiū aliena. Intuere obsecro quale sit istud; q̄ nouum, q̄ admirabile, q̄ amabile, q̄ iucundum. Quid enim pulchrius, q̄ casta generatio? Quid gloriosius q̄ sancta & syncera conceptio, in qua nihil est pudoris, nihil sordis, nihil corruptionis? Substantialiter enim vtero virginis illapsus de spiritu sancto conceptus est. Hæc ille. ¶ Ex hoc priuilegio arguitur sic. Beata virgo propterea dicta est inter alia singulariter benedicta super omnes mulieres; quia sancta generatione absq; omni sorde, absq; omni corruptione, peccati concepit. ergo sequitur ꝙ conceptio beatæ virginis qua concepta est a beata Anna, non fuerit sancta, & nihil habens sordis, siue conceptionis peccati. consequentia est manifesta, quia si hoc datum fuisset etiam beatæ Annæ, nequaq̄ ipsa beata virgo in hac prærogatiua super oēs mulieres benedicta dicta fuisset. ¶ Secundum priuilegium eius fuit ꝙ solius ventris eius fructus fuerit benedictus benedictione immunitatis peccati. De hoc priuilegio Elisabeth diuinitus erudita ait ad virginem. Benedictus fructus ventris tui. Luc. 1. Super quo verbo dicit glo. Theophili, & ponitur in glo. continua. Quia vero aliæ mulieres sanctę fuerunt, quę tamen genuerunt filios peccato inquinatos, subiungit. Benedictus fructus ventris tui. Et Gregorius: & ponitur in eadem glo. Solus hic fructus est benedictus quia absq; viro & absq; peccato. Cæterum idem priuilegium designat propheta cum ait. Præuenisti eū in benedictionibus dulcedinis. psal.

Bernar.

Glo.

Gregor.
Glo.

psal. 20. Vbi glo. Cassiodori dicit sic (vt superius inductū fuit) Xp̄m dicit praeuentum benedictionibus dulcedinis. i. immunitate peccati, ad differētiam illorum qui praeuenti sunt maledictione amaritudinis. i. peccato originali. Ex hoc priuilegio manifestissime probatur intentum. Quoniam si beatissimae virginis hoc fuit priuilegium singulare, vt sanctorum clamat auctoritas, ꝙ ipsa conceperit filium sine peccato, clarissime arguitur ꝙ beata virgo non fuerit sine peccato concepta, vt de se patet. ¶ Tertium priuilegium beatissimae virginis fuit priuilegium sanctificationis. Vbi notandum ꝙ duplex sanctificatio eius communiter distinguitur a doctoribus sanctis. Prima fuit in vtero. Et ista habuit communem cum aliis in vtero sanctificatis, videlicet cum Ieremia, & Io. Bap. licet in gradu multo sublimiori sicut superius visum est, & inferius etiam commemorabitur. Secundo autem dicitur fuisse in conceptione filii Dei. De praerogatiua aūt primae sanctificationis quā cōem habuit cū beato Ier. & beato Io. Bap. quae videlicet dr̄ mundatio siue purgatio, a peccato originali, canit ecclesia & doctores cōiter exponunt allegorice illud psal. Et sanctificauit tabernaculum suum altissimus. De qua etiam beatus Bernardus loquens in sermone assumptionis eiusdem virginis ita dicit. Beatā Mariā omnimodis constat ab originali cōtagio, sola dei grā, priusq̄ nasceretur esse mundatā: quā nimirum pietas Xp̄iana credere prohibet, vel minus a Ieremia sanctificatā in vtero, aut nō magis Ioanne spiritu sancto repletam. Ex hoc priuilegio sibi cōi cū aliis sanctificatis arguitur propositum. Beata virgo per grām sanctificationis fuit in materno vtero mundata & purgata a peccato originali. ergo sequitur ꝙ aliquando fuerit originali peccato obnoxia. Antecedēs patet ex dicto beati Bernardi. Patet ēt auctoritate beati Anselmi dicentis li. 2. Cur deus homo, vt superius extitit allegatum. Virgo tñ illa de qua, hō ille assumptus est & de quo loquimur, fuit de illis qui ante natiuitatē eius mūdati sunt a peccatis. Patet hoc antecedens etiam fide totius ecclesiae, quae (sicut superius dictū est) ex eo ꝙ Iere. & beatus Io. Baptist. in sacra scriptura sanctificati & mundati ab originali peccato in materno vtero leguntur, colligitur, & arguit ꝙ virgo Maria eandē sanctificationis gratiam habuerit. Consequentia aūt manifesta est: quoniam nullus potest dici purgari siue mundari de facto a peccato siue immunditia quā nunq̄ de facto habuit, cum regulā sit vniuersalis apud omnes philosophantes, immo quasi cōmunis animi conceptio ꝙ omne quod mouetur, ab aliquo termino a quo ad aliquem terminum ad quem, necessarium sit prius fuisse in termino siue sub termino a quo.

Glo. Cassio.

Bernar.

Ansel.

¶ Responsio exaduerso ad extremam rationem. Cap. 16.

Ed ad istam rationem licet clarissime demonstret propositum, laboratum est exaduerso multipliciter respondere. Primo quidem dicendo (& hoc in quarta propositione quintae allegationis) ꝙ non obstante praeseruatione beatae virginis a peccato originali, adhuc ipsa vere creditur fuisse purgata. Secūdo dicitur (& hoc in quinta propositione praenoiata allegationis) ꝙ non obstante praedicta praeseruatiōe adhuc, .b.v. pōt dicit sanctificata. Pro declaratione primi, proceditur duplici via. Primo q̄dē īducūtur plures auctoritates ad oñdēdū ꝙ nō o's purgatio sit a macula siue a pctō. Purgatio. n. (inquit) & si in sacra scriptura frequenter sumatur pro emūdatiōe a macula corpali vel spūali prius exñte i subiecto. Leui.

14.de emundatione lepræ,& Prouer. 15. Per misericordiā & fidem pctā purgantur,tamen etiam aliquando competit ei in quo nulla ignorantia vel immundicia dicitur esse. De quo multa subiungit exempla. Primū est illud Ioā. 15. Ego sum vitis vera & pater meus Agricola est. Omnem palmitē in me non ferentē fructū,tollet eū,& oēm qui fert fructū purgabit eū vt fructū plus afferat. Secūdū est de quo dr. Luc. 2. Implete sunt dies purgationis Mariæ. Tertium est illud Act. 21. Paulus purificatus est vt intraret in templum. Quartū est de Anselmo dicente in de conceptu virginali, q̄ beata virgo per fidem incarnationis Xp̄i fuit mundata. Quintum est de illo quod dr ad Heb. 7. de xp̄o. Talis nobis decebat vt esset Pontifex sanctus, Innocens, impolutus, segregatus a pctōribus.

Diony. Sextum est de Angelis in quibus iuxta Dionysiū in de cœlesti Ierarchia dr esse purgatio, & tñ in illis nunq̄ fuit aliqua infectio siue inquinatū. Et ita dr esse factum in beata virgine. Verum ad declarādum qualiter purgata eo modo dicatur absq̄ eo q̄ in ea fuerit pctm̄, inducitur exaduerso similitudo ex modo purgationis in angelis, prænotato q̄ in eis dicūtur esse tres actus Ierarchici. s. purgare, illuminare, & perficere. qui dicuntur cōcurrere quando inferior Angelus a superiori nouā suscipit reuelationem alicuius veritatis. Dicitur, q̄ in huiusmodi motione qua hr̄ noua notitia veritatis sicut in quolibet motu est tria cōsyderare. s. terminum a quo, terminū ad quē, & medium disponēs. Terminus autem a quo in bonis angelis nō pōt esse error sed est nescientia simplex quæ in eis esse dicitur: quia non omnes omnia sciunt. Terminus aūt ad quē ipsa cognitio veritatis de nouo reuelatæ per quā intellectus perficitur. Medium vero ad hoc disponens vocatur lumen. Et ita purgatio in Angelis dr̄ expulsio termini a quo. s. istius simplicis nescientiæ quæ primo erat in eis. Illuminatio aūt est acquisitio medii prædicti. Perfectio aūt vocatur assequutio veritatis per quam perficitur intellectus. Ex quibus dr̄ patere quō in Angelis est purgatio absq̄ omni macula siue immunditia, siue errore siue ignorantia prima. Et applicādo ad propositum dicit q̄ in aīa beatæ virginis prout consyderatur in puris naturalibus erat simplex nescientia multaꝝ veritatū. Non etiā ex sua natura absoluta ei cōpetit habere meritoriā charitatē. Fuerūt aūt hæc infusa sibi a Deo ab initio suæ originis. Cōstat ergo intelligi purgatā & a nesciētia & a defectu charitatis quæ eidē non inerant ex sua natura. Hæc est primo via respondendi data exaduerso circa modū purgationis. Et q̄ beata virgo specialiter purgata esse dr̄ ab ignorantia & immūditia nō quę actu sibi inhærerent, sed quæ necessario sibi debebant inhærere ex modo suæ conceptionis cōi cum aliis omnibus hominibus. Sicut nos dicimus q̄ vnus homo per alium vere liberatur a morte non quia eripuit eū a morte quæ sibi primo actualiter infuisset, sed quia nisi liberasset, necessario mortem incurrisset. Ex quibus omnibus dicit proponens exaduerso euidentissime patere q̄ non obstante præseruatione ab originali peccato, nihilominus virgo Maria vere dicitur esse purgata.

¶ Præfata responsio confutatur. Cap. 17.

SED hæc responsio anteq̄ ad alia tendamus ostēdenda est in nullo satisfacere. Deficit quidem prima via respondendi in duobus. Primo quidem in hoc q̄ ad propositum non videtur facere. Nō enim argutum est per doctores, quorum relator sum, hoc modo arguendi sicut præsupponitur exaduerso. Beata virgo purgata fuit, ergo pctm̄

aut maculā habuit. Clarissimum quidem etiam parū doct. in studio theologiæ est ꝙ hæc consequentia nulla ratione subsistit. vt patet per exēpla inducta ex aduerso. Sed argutum est sic. Beata virgo purgata & mūdata fuit a peccato originali per gratiam sanctificationis anteq̄ nasceretur ex vtero. vt sanctoꝝ attestatur doctrina. ergo sequitur ꝙ aliquando originali pctō ipsa obnoxia fuerit. Quæ consequētia irrefragabilis vr̄ esse. Cum enim in hac mutatione sicut & in qualibet alia terminus a quo motus incipit, & qui per motū tandē expellendus est necessario præfuisse intelligendus sit in subiecto, & terminus a quo purgationis qua purgata & mundata dr̄ a sanctis beata virgo assignatur & nominetur originale pctm̄, necessario prius intelligenda venit btā virgo subiecta fuisse originali pctō. Ex quibus manifeste patet ꝙ non possunt simul stare, ista duo. videlicet ꝙ virgo Maria in conceptione fuerit purgata & mundata ab originali pctō: & quod fuerit præseruata ne contraheret illud. ¶ Præterea, deficit respōsio data exaduerso in applicatione quam facit modi purgationis angelorum ad purgationem qua beata Maria purgata fuisse dicitur in conceptione sua: vt. s. intelligatur purgata a nescientia & defectu charitatis: sicut superius inductum est. Tum primo quia purgatio qua beata virgo purgata dicitur fuisse in materno vtero, alterius rationis est q̄ sit purgatio illa Ierarchica angelorū de qua exaduerso positum est exemplū, Purgatio quidem qua purgata dicitur beata virgo in matris vtero, facta est per gratiam sanctificationis quæ immediate facta est per spiritum mundantem & purificantem animā beatę virginis a macula originalis peccati, vt superius inducta testimonia sanctorum demonstrant. De quo modo purgationis in Ieremia dicitur Iere. 1. Anteq̄ exires de vulua sanctificaui te. Purgatio autem illa non fit per gratiam sanctificantem, cum nō sit purgatio ab immūditia, sed a dissimilitudinis confusione (vt dicit Dionysius tertio cœlestis Ierarchię) vel a nescientia (vt dicit in sexto ecclesiasticę Ierarchię) quæ duo (vt dicit Sanctus Thomas in secundo sententiarū di. 9.) in idem redeunt, quia confusio intellectus est ex hoc qd̄ est in potētia respectu plurium, & in hoc est dissimilis a primo intellectu. s. diuino: cui nulla possibilitas admiscetur, a qua dissimilitudinis confusione liberatur intellectus inquantum per lumē receptū a Deo mediante superiori angelo terminatur ad vnū. Scdo deficit rn̄sio data exaduerso: quia cū purgatio ista angeloꝝ nō sit ab immunditia, sed a nescientia quę fit per lumen doctrinæ; cū teste Dio. 7. cœlestis Ierarchię, purgatio, & illuminatio, & perfectio, sit diuinę scientię; assumptio, nō pōt cōuenire animę beatæ virginis in primo instanti suę creationis & infusiōis in corpus. Quod manifeste patet ex duplici capite. Primo ex hoc quia anima rationalis in primo instanti infusionis suæ in corpus cum non habeat vsum rationis aut intellectus, nec vsum li. ar. non videtur esse capax doctrinalis luminis, nec reuelationis cœlestis, nec actualis notitiæ cuiuscunq; veritatis. Vnde angeli paruulos custodientes anteq̄ habeant vsum rōnis nō exercent circa eos illuminationis officium: quia capaces nō sunt, licet apud eos habeant alios effectus: vt arcere Dæmones & prohibere alia impedimenta corporalia siue spiritualia, vt dicit sanctus Thomas in prima parte. q. 112. arti. 5. Secundo patet ex hoc. quia cum impossibile sit ꝙ in eodem instanti temporis concurrant in aliquo vno subiecto simul opposita, necessarium est dicere ꝙ si beata virgo dicatur purgata ad instar Angelicę purgationis a nescientia alicuius veritatis ꝙ hoc non fuerit in primo instanti suæ creationis. Plane necessarium est vt omnis intellectus siue Angelicus, siue humanus qui a nescientia alicuius veritatis

Diony.

Thom̄.

Thom̄.

ctioni allegantis, sed magis confirmat popositum: quoniam Anselmus loquitur in eo loco de mundatione siue purgatione fomitis: qui (vt sæpe commemoratum est ex doctrina communi theologorum) mansit post primam sanctificationem, ligatus, tamen per superabundantem sanctificationis gratiam ne exiret in actum. Qui fomes quandoq; dicitur ipsum peccatum, sicut in superioribus ostensum est. Quod vero consequenter inducitur exaduerso de eo quod ad Heb. cap. 7. Christus nominatur a peccatoribus segregatus, ad propositum non facit, quia segregari a peccatoribus non est idem quod purgari a peccatis. Dicere enim Christum a peccatis esse purgatum, genus videtur esse blasphemię. Sed segregatus, ibi idem est quod immunis. Vnde glo. ordinaria in eodē loco ita habet. Segregatus a peccatoribus. i. ab omni peccato immunis: quia semper sine peccato. Cæterum, exemplum quod inducitur exaduerso de hoc ꝙ vnus homo per aliū dicitur liberari a morte ratione solius præseruationis ab ea: quia. s. nisi liberasset eum, necessario mortem incurrisset. Ad propositum nō facit, cum de purgatione sit sermo. Magna quippe est differentia inter verbum purgari & verbum liberari. Liberatio enim non dicit necessario aliquam mutationem in re liberata. Aliquis enim potest a morte liberari per aliquem alium nulla mutatione facta circa ipsum qui dicitur liberatus: sicut manifestum est in eo qui a morte liberatur per subtractionem occasionis, vt puta aut inimici persequentis aut administrari veneni, aut alias. Et ideo liberatio potest dici nedum respectu illius quod actu infuit, sed etiam respectu eius quod potuit inesse, & ita tam respectu præteriti mali, q̄ imminentis de proximo, potest quis dici liberatus, vt de se patet. Purgatio vero (sicut loquimur hic de purgatione facta per gratiam sanctificantem ab immunditia) mutationem dicit in eo qui purgatur, & ideo necessario præsupponit actu infuisse subiecto id a quo quis dicitur purgari. Et hinc est ꝙ præseruatus a lepra vere dicitur liberatus, sed non purgatus, & pannus pręseruatus ne in lutum caderet, liberatus quidem dicetur a luto, sed non purgatus.

Error exaduerso.

Glo.

¶ Alia responsio exaduerso confutata ostenditur. Cap. 18.

QVARE manifestum est non procedere ea, quæ exaduerso inducta sunt; & per consequens quod falsa est propositio quarta exaduerso, si intelligat quod non obstante præseruatione a peccato originali poterat virgo Maria dici aut purgata aut mundata a peccato originali. Vt sancti de ea loquuntur. Vnde (vt visum est) ista repugnātiam incomparabilem habere videntur. Alia vero plura exaduerso inducuntur de purgatione qua ipsa virgo Maria iam exaltata super choros Angelorū, Angelos purgare & illuminare dicitur. A quorum tractatu longo supersedere decreui. Tum quia ad propositūm parum faciūt. Quod enim beatissima virgo Maria statum beatitudinis iam adepta, Angelos purget & illuminet, non arguit ꝙ in primo instanti suæ conceptionis nō contraxerit originale peccatum, aut ꝙ cum fuit in vtero materno, sanctificata nō fuerit & purgata ab originali pctō ꝙ prius infuerit. Vbi nō est prętermittendū ꝙ licet beatissima virgo in cœlestibus cōstituta angelos a nesciētia & defectu cognitiōis purgare dicatur. Nihilominus tn̄ (vt dicūt doctores) in terris exn̄s hoc gn̄e pugatiōis ipsa purgabatur ab Angelo. ¶ Vnde Alexander de ales in. 3. in materia sanctificationis eiusdē sacratissimæ virginis quærens per quem fuerit beata virgo purgata, Respōdē-

Alexan: de ales.

do dicit ꝙ duplex est purgatio: quædam est purgatio a peccato & sequela peccati, & hoc solum fit per virtutem increatam, & est solius Dei. Vnde Isa. 43. Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me. Et ad Heb. 1. Purgationē faciens &c. Similiter purgatio sequelæ peccati est a solo Deo, Et secundum hoc purgata fuit beata virgo effectiue per spiritum sanctum. Et aliqua est purgatio quantum ad effectum cognitionis. s. quando purgatur intellectus ab eo quod nescit: Et talis purgatio habet fieri per angelos: quia omnes angeli sunt mani-
Diony. festatores, vt dicit Dio. & in hoc ꝙ sunt manifestatores, sunt purgatores: qua purgatione, quæ est ab ignorantia fuit beata virgo purgata per angelum quādo purgauit eam ab ignorantia qua nesciebat quomodo conciperet filiū Dei, cum diceret Quomodo fiet istud. Et dixit Angelus. spiritus sanctus superueniet
Thom. in te &c. Hæc Alexander de Ales. Et ad idem est sententia sancti Thomæ in ter-
Diony. tia parte q. 30. ar. secundo adducens illud Diony. in 4. ca. cœlestis Ierarchiæ dicentis, ꝙ domini Iesu benignitatis mysterium, Angeli primo edocti sunt: postea per eos ad nos cognitionis gratia pertransiuit. Sic ergo missus Gabriel, Zachariam quidem docebat prophetam esse venturum ex ipso. Mariam vero docuit quomodo in ipsa fieret Ierarchicum ineffabilis Dei formationis mysterium. Hæc ille Et consequenter in responsione vnius argumenti dicit ꝙ licet beatissima virgo superior esset Angelo quantum ad dignitatem ad quam diuinitus eligebatur: inferior tamen erat quantum ad statum præsentem.

ℭ Alia responsio exaduerso deiecta demonstratur. Cap. 19.

ALTERVM secundo dicebatur exaduerso circa hanc materiā
c in quinta propositione ꝙ non obstante præseruatione a peccato originali virgo Maria poterat dici sanctificata. quoniam sanctificatio nō præsupponit (inquit) semper culpam fuisse in eo qui sanctificatur. Et ad hoc ostendendum inducuntur multa de scriptura sancta sicut illud Apoca. vlti. Qui sanctus est sanctificetur adhuc. Et illud Isa. 5. Deus sanctificabitur in iustitia. Et illud Ioā. 10. Quem pater sanctificauit & misit in mundum. Et multa similia. Ex quibus inquit aperte colligitur ꝙ sanctificatio non semper præsupponit culpam in eo qui sanctificari dicitur. Sed ista in nullo obstant rationi superius factæ: quæ fundatur in priuilegio sanctificationis qua beatissima virgo in vtero dicitur sanctificata. Quod ex eo clarissimum fit: quia per doctores, quorum relator sum, nō arguitur sic. Beatissima Maria fuit sanctificata. ergo non habuit originale peccatum. Planum quidem est ꝙ ista cōsequentia sic nuda non habet necessitatem illationis. Pro quo notādum ꝙ san-
Alex. de Ales. ctificatio in generali prout ad præsens sufficit iuxta Alexandrum de Ales, triplex est. Prima quidem dedicationis ad cultum diuinum. Secunda abstractionis ab actu carnali. Tertia emundationis ab originali vel actuali peccato. Prima sui communitate conuenit & rei irrationali, & rationali, dummodo sit cultui diuinitatis dedicata. Ab hoc sanctificationis genere dicebātur Nazarei sancti: quia dedicati erant ad cultum dei. de quibus habetur. Numeri. 6. Hoc et modo sacerdotes dicebantur sancti. sicut habetur Leui. 8. Hoc etiam modo irrationales res dicuntur sanctę. Vnde templum sanctum, vasa sancta dicūtur, sicut patet numeri. 6. Et in psal. inquit propheta. Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Secundo modo sanctificatio dicitur per abstractionē: siue separationem ab opere carnali. De qua Exo. 19. præcipitur Moysi vt sanctificet popu-

lum. Vade(inquit)ad populum,& sanctifica cos hodie & cras,& lauent vestimē ta. Et dicit glo. ꝙ sanctificatio ista erat abstinentia a mulieribus. De hac etiam dicitur primi Regum. 21. Sunt ne vasa puerorum sancta. Et respondit. Equidem si de mulieribus agitur continuimus ab heri & nudiustertius. Tertia sanctificatio dicitur emundatio a peccato siue a macula siue immunditia spirituali originali, vel actuali. De qua habetur Rom. 6. Nunc autem liberati a peccato serui aūt facti deo, habetis fructū vrm in sanctificatione. Et similiter. 1. Cor. 6. Et hęc quidē fuistis aliqn. s. pctores, sed abluti estis. sed sanctificati estis. Itē. 1. Thesa. 4. non vocauit nos Deus in immūditiā, sed in sanctificationē. Preterea notandū ꝙ cū sanctificatio sit motus in sanctitatē, illud pōt intelligi dupliciter, vel de nō sancto in sanctū, vel de sancto in sanctum. Si primo modo dupliciter, aut de non sancto negatiue, aut de non sancto primatiue siue contrarie. Non sanctū aūt negatiue pōt dici, de eoq̄d non est, quia illud qd nō est. est ēt non sanctū. Et talis fuit sanctificatio illa quæ fuit in Xpo homine in ipsa sui conceptione quādo creabatur beata anima eius, quæ sicut fuit mutata de non ente in ens sic ēt de non sancto negatiue in sanctum. Sanctificatio autem quæ fit de non sancto priuatiue siue contrarie in sanctum, est qua sanctificatus est Ieremias in vtero, & beatus Ioan. sicut patet Iere. primo. & Lucæ primo. Isti enim ante sanctificationem erant priuati sanctitate habentes dispositionem cōtrariam ad sanctitatem. s. culpam originalem. Hoc etiam modo sanctificatur quilibet paruulus in baptismo: quę sanctificatio non fuit in Christo, quia ipse nunq̄ fuit priuatus sanctitate. Vnde sanctus sanctorum dicitur Christus: & nō sanctificatus. Sanctificatio autem quæ est de sancto in sanctum, est duplex. Vno modo cum mouetur aliquis dē minori sanctitate in maiorē sanctitatem. Et hoc modo dicitur Apoca. vltimo. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, & Ioan. 18. Christus pro apostolis orans. d. pater sanctifica eos in veritate: & tamen iam sancti erant apostoli. Vnde glo. ibidem ita dicit. Sicut gratia tua incepta est sanctificatio p quā iam non sunt de mundo, ita eadē gratia perseuerent in veritate. i. in sanctitate. Alio modo dr̄ sanctificatus moueri de sanctitate in sanctitatem licet minus proprie, non quia moueatur ad maiorem sanctitatem, sed quia perseuerat in continuatione sanctitatis. Et hoc modo exponitur illud Io. 17. de Christo qui ait. Ego pro eis sanctifico me ipsum. i. continuo me in sanctitate, vt a me recipiant sanctitatē. Ex quibus omnibus patet multiplicitas sanctificatiōis. Ex qua multiplicitate manifeste colligitur, ꝙ non habeat necessariam illationem consequētia ista ita nude formata. s. beata virgo fuit sanctificata. ergo contraxit originale peccatum. Quare cum doctores ipsi, quorum ego relator sum, talem cōsequētiam non fecerint. Impertinentia visa sunt ad propositum quæ de sanctificatione & de purgatione exaduerso in medium producta sunt. Consequentia autem quam faciunt doctores, quorum sentētias refferro, est ista. beata virgo fuit in vtero sanctificata per emundationem & purgationem a peccato originali. ergo sequitur ꝙ ipsa originale peccatum contraxerit. Consequentia est manifesta ex antedictis. Antecedēs vero deducitur. Primo ex his quæ dicta sunt proxime, cū de purgatione sermo fieret. Secundo ex illo Bernardi quod in Epistola ad canonicos Lugduneñ. sæpe supra commemoratum est, videlicet ante conceptionem minime sanctificari potuit quia non erat, nec in ipsa cōceptione propter peccatum quod inerat. Restat ergo vt post cōceptum in vtero iam existens sanctificationem accepisse credatur, quæ excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, non tamen conceptionem. Præterea tertio idem colligitur ex superius

Glo.

Glo.

Bernar.

Bernar. inductis testimoniis eiusdem Bernardi, tam in sermone assumptionis eiusdem virginis q̄ in sermone Ioannis Baptistæ, a quorum cōmemoratione quia proxime recitata fuerunt, supersedetur. Ex quibus manifeste habetur ꝙ sanctificatio beate virginis in vtero fuit per emundationem & purgationē ipsius ab originali culpa. Quare ratio sumpta ex priuilegio primo sanctificationis qua in vtero virgo beata fuit sanctificata, necessario videtur concludere ꝙ ipsa originale contraxerit.

Quartū priuilegiū beatæ virginis inferēs propositū principale. Ca. 20.

QVARTVM priuilegium eiusdem virginis est secūda sanctificatio qua in conceptione filii dr̄ fuisse sanctificata. De qua Angelus ei dixit spūs sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Vbi doctores, tam sancti, q̄ scholastici qui in ecclesia prestantioris auctoritatis & famæ sunt, fundant secundam sanctificationem eiusdem virginis, quorū superius inducta sunt testimonia: quæ sanctificatio dicitur fuisse a fomite peccati qui remanserat secundum substātiam in ea, qui spiritu sancto superueniente, totaliter in hac secunda sanctificatione ablatus fuit. De quo sanctificationis priuilegio beatus August. loquens contra Maximinum hæreticum cap. 21. ita dicit. Et ad Mariam illam beatam virginem dicebatur. spiritus sanctus superueniet in te, vtiq; ad sanctificandum & purgandum. Hæc August.

August. Item in sermone quodam natiuitatis dominicæ dicit. Nō enim est violata partu, sed magis est sanctificata conceptu. Item ad hoc est quod beatus Anselmus dicit in de conceptu virginali, ꝙ beata Maria per fidem incarnationis Christi mundata est. Item Fulgentius in sermone natiuitatis dominicæ quæ incipit. cupientes, dicit (sicut superius inductū fuit) ꝙ in secundi hominis matre gratia diuina menti contulit firmissimam fidem, & carni abstulit omnino libidinem. Libido autem hoc loco fomes ipse intelligendus est. Item Bernardus in sermone natiuitatis eiusdem virginis, qui incipit de gaudiis ad gaudia, inquit. Quid frigidius ista substantia quam obumbrabit virtus altissimi, & ab æstu peccati defendit superueniētis spiritus plenitudo. De quo etiam priuilegio videtur intelligendū esse illud psal. Descēdit sicut pluuia in vellus. Super quo magister Odo de Castro Rodulphi in sua notabili postilla super psalteriū, ita dicit. Sicut pluuia vellus purificat & lauat sine velleris corruptione, sic spūs sanctus in virgine veniens in conceptu filii dei eā ab omni sorde & immunditia fomitis purificauit. Et magister Alanus super cantica, tractans illud canti. primo. Fasciculus myrrhæ, dicit sic. Vel ideo dicitur Xp̄s virgini matri myrrhæ fuisse fasciculus: quia veniens in carnem a virgine exclusit omnē concupiscentiæ putredinē: sicut myrrha carnē a putredine seruat immunem. Ex quibus omnibus patet testimoniū clarissimū præfatæ secūdæ sanctificatiōis virginis gloriosę. Ex quo priuilegio manifestum argumentum colligitur ꝙ virgo Maria contraxerit originale peccatum. Et arguitur sic. In quocunq; fuit fomes peccati contractus, talis pro aliquo tempore fuit obnoxius peccato originali: Sed in beata virgine fuit fomes peccati contractus. ergo ipsa aliquando fuit originali peccato obnoxia. Consequentia est manifesta in tertio primæ. Maior est notissima. Minor vero patet ex iam inductis. Quæ autem exaduerso contra istam consequentiā inducuntur, superius plene ostensa sunt non procedere; quare non est opus amplius illa resumere &c.

August.

Ansel.

Fulgēt.

Bernar.

Odo de Castro.

¶ In quo ponuntur rationes pro eadem conclusione sumptæ ex modo siue conditione propagationis qua beata virgo processit a parētibus suis cum confutatione responsionum quæ dantur exaduerso primo ad primā. Cap. 21.

QVARTA via ad probandum antedictā cōclusionē eorum doctorum quorum relator sum, accipienda est iuxta dispositionem ordinis superius constituti ex conditione propagationis qua btā virgo a primis parentibus descendit. Pro qua primo arguitur sic. Omnis qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato cōcipitur. Sed b. virgo fuit per cōcubitū viri & mulieris cōcepta. ergo sequitur ꝙ ipsa in ori. pctō cōcepta fuit. Cōsequentia est formalis in tertio primæ. Minor est manifesta. Maior est Aug. in de fide ad Petrū, & hr̄ de consecra. di. 4. cap. Firmissime, vbi sic dicitur. Firmissime tene & nullatenus dubites omnem hominē qui per concubitum viri & mulieris concipitur cū originali peccato nasci. s. natiuitate in vtero (vt exponit glo. ibidē) impietati subditū, mortiq; subiectū, & ob hoc filiū iræ nasci. De quo Apostolus ait. Eramus & nos natura filii iræ. Hæc Augustinus. ¶ Sed ad hanc auctoritatem Augustini laboratum est multipliciter exaduerso respondere, dicendo in primis ꝙ non sit accipienda auctoritas Augustini vniuersaliter simpliciter: sed intelligenda sit de lege communi. Pro qua inducit proponens exaduerso duo media. Primo. quia (vt inquit) certum est ꝙ alias non haberet veritatem auctoritas Augustini, quia cōstat Ioan. Baptistam, & Ieremiam non fuisse natos cum originali peccato. Sed hæc ratio nulla est: & per consequens in nullo roborat responsionem datam: quia (vt iam dictum est) cum Augustinus dicit omnem hominem qui per concubitū concipitur nasci cū peccato originali, de natiuitate interiori loquitur quę est ipsa cōceptio naturarum sicut exponit gl. Decreti in ca. Firmissime: & cōiter oēs doctores iuris canonici exponētes ca. ipsum. ¶ Scdo arguitur exaduerso in fauorē rñsionis datæ, ex eo ꝙ Aug. in lib. prænominato de fide ad Petrū sub eadem firmitate dicit esse tenendum in aduentu dñi ad iudicium bonis & malis rationem carnis esse cōem, & ꝙ nullus alius a Xp̄o (de adultis loquendo) a pctō actuali fuerit immunis, quæ tñ dicta Augu. oportet intelligi de lege cōi (inqt) vt priuilegium virginis non excludatur. Alias si intelligi deberet absq; vlla exceptione, tunc de ecclesia diceretur ꝙ firmiter crederet ꝙ esset contra catholicam fidem: quo nihil absurdius dici potest. Si ergo in prefatis capitulis doctrina Augustini recepit limitationem: ita potest hic. Sed hæc ratio nullo modo procedit: superius. n. ostensum est ꝙ non est simile: nec idem iudicium est sumendum de omnibus propositionibus positis in illis capitulis. Hoc enim plane esset periculosissimum, vt patet cuilibet intuenti præfatum librum de fide ad Petrum. Accipienda ergo est intelligentia dictorum Augustini in libro præfato ex ipsiusmet Augustini dictis & sententiis in aliis locis planioribus, quoniam periculosum est ludere cum propositionibus quas tantus ecclesiæ doctor dicit tanq̄ catholicas indubitata fide esse suscipiendas. Cū autē Augustinus (vt in superioribus inductū fuit) beatissimā virginē excipiat a lege ista vniuersali de simultate rationis omnium hominū in die iudicii vt patet in sermone assumptionis eiusdem virginis, & ab illa vniuersali de peccatis actualibus in libro de natura & gratia: & non excipiat eam ab ista vniuersali de contractione originalis peccati, sed potius sub ista eam includat (vt superius ex dictis suis mul-

August.
Glo.
Glo.
August.

tipliciter est ostensum, clarissimum fit omnibus ꝙ secundum mentē ipsius Aug. non est par iudicium sumendum de propositione præsenti, & de aliis quæ inducuntur exaduerso. Et ideo quāq̄ illę vniuersales quæ dictæ sunt de lege communi, & nō simpliciter, vniuersaliter sint accipiendæ ne derogetur priuilegiis quæ ipsemet August. eidem beatissimæ virgini attribuit. vniuersalis tamen ista supra quam fundata est responsio & argumentatio doctorum, quorum relator sum, simpliciter vniuersaliter nullo excepto est intelligenda, sicut ipsemet Aug. docet, vt superius fuit allegatum in multis locis librorum suorum. Vnde in sermone de verbis apostoli, de lege peccati loquens sic inquit. Humanum genus generaliter peccati legi sine vlla exceptione subiicitur. Quare patet ꝙ ea quæ inducta sunt exaduerso contra rationem factam non procedunt: & per consequens ratio manet in sua virtute. Secundo respondetur exaduerso ad pręfatam auctoritatem Augu. in illo cap. Firmissime, qd in cap. immediate sequenti recipit limitationem; immo contra ipsam, vt quasi facta sit determinatio Ecclesiæ, in quo dicitur. Firmissime tene & nullatenus dubites paruulos, qui sine sacramēto baptismatis de hoc seculo transierunt; ignis ętorni sempiterno supplicio puniendos. Quod autem hæc pœna non sit peccati originalis, sed actualis, probatur per cap. Maiores extra, de baptismo &, eius effectu, vbi dicitur ꝙ pœna originalis peccati est carentia visionis dei. Actualis vero peccati est gehennę perpetuę cruciatus. Item dicit ꝙ ipse idem Augustinus determinat hoc siue detractat in Enchiridion, dicens ꝙ mitissima pœna erit eorum qui præter peccatū quod originaliter traxerunt, nullum insuper addiderunt. Ex quibus concludit ꝙ si in prædictis locis doctrina Aug. potest recipere sanam intelligentiam quātūcūq; videatur dicere contraria fidei. Ita non in merito in hoc vno loco de peccato originali. Sed hæc responsio exaduerso data in nullo satisfacit: nec obstat in aliquo rōni factæ: immo bene ponderata multipliciter deficere reperitur. Et primo quidem in hoc ꝙ vr̄ nimium periculosa, inquantum videtur dare occasionem negandi ea quæ ad fidem catholicam Augustinus diffinit pertinere. De quorum tamen fidei firmitate, & certitudine ita dicit in fine præfatoꝝ catholicorum. Ita enim ista quæ posuimus fidei catholicæ congruunt: vt si quis non solum omnibus sed etiam singulis voluerit contra ire, in eo ꝙ singulis horum contumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat, hæreticus & fidei Christianæ inimicus, atq; ex hoc omnibus catholicis anathematizādus appareat. Hæc ille. Vbi respondendum venit id quod superius cōmemoratum est, videlicet ꝙ in quinto concilio vniuersali, vt dicit Sanctus Thom. in quarto contra gentiles, cap. 24. & in q. de potentia dei. q. 10. ar. 4. approbata & recepta sunt ab ecclesia vniuersali omnia qui de recta fide & cōdemnatione hæreticorum exposuerunt sancti doctores qui sequūtur. Hilarius, Basilius, &c. inter quos ponitur August. ¶ Præterea periculosa videtur esse responsio data: quoniam totam videtur eneruare firmitatem illorum capitulorum. Si. n. in vno illorum quod ad fidem catholicā pertinere dicitur suspecta veritas habeatur, parū aut nihil auctoritatis aut firmitatis cęteris reseruabitur. Iuxta. ca. si ad scripturas di. 9. Et pręterea vnusquisq; qui declinare vellet a fide cuiuscūq; illorum catholicorum, faciliter se munire posset respōso exaduerso dato quod plane periculosum videtur. ¶ Amplius secundo responsio data exaduerso videtur esse præiudicialis multum honori beatissimi Augustini in hoc quod dicit ꝙ contra doctrinam eius quod ad catholicam etiam fidem pertinere docuit, ecclesia iam determinationem fecerit. Quantum autem hoc sit gloriosum vnus-

August.

Thom.

quisq; nouit. Item tertio respõsio data est falsa in hoc quod dicit ꝙ Augustinus determinauerit oppositum illius doctrinæ, siue etiam ꝙ retractauerit: cum Augustinus cuncta quæ in doctrina sua retractationem exposcebant, plene commemorauerit in libro retractationum, cũq; de hoc de quo sermo est in præfato libro, nulla fiat mentio ab ipso Augustino: nullam videtur habere apparentiã quod proponens exaduerso dicit de retractatione August. Quarto deficit responsio data in intelligentia Augustini. Augustinus enim non habet in ista auctoritate illam intelligentiam quam proponens habet: & contra quam determinationem ecclesiæ dicit esse factam, quoniam (vt ait Sanctus Thom. in secundo sententiarum di. 33.) per ignis supplicium non intelligit August. pœnam sensibilem: sed solum pœnam damni quæ est carentia diuinæ visionis; sicut et nomine ignis frequenter in scriptura quælibet pœna significari cõsueuit. Scribitur enim ecclesiastici. 3. Et in humilitate tua patiẽtiam habe, quoniã in igne probatur aurum & argentum: hominis vero acceptabiles. i. digni acceptione dei in camino humiliationis. Et hoc idem ipsemet August. ponit in Enchiridiõ cap. 26. dicens quendam esse ignis tentationem tribulationis. De quo aperte alio loco scriptum est. Vasa figuli probat fornax: & homines iustos tentatio tribulationis. Hæc ille. ¶ Præterea etiã glo. in cap. Firmiter. sup verbo ignis, dicit. i. pœna: quia semper erunt in tenebris. Ad cuius intellectum Alexander de Ales in secundo libro tractans præfatum dictum Augustini, dicit ꝙ hoc dictũ fuit ab Augustino propter illud dictum quod dicitur in Euangelio. Matt. 25. Ite in ignem ęternũ qui paratus diabolo & angelis eius, & hoc dicitur illis qui erunt a sinistris, & ita paruulis, & in fine de eisdem subiũgitur. Et ibunt ii in supplicium æternum. Sed esse in isto igne (inquit) conuenit dupliciter, vel ratione ardoris, vel ratione tenebrositatis, rõne ardoris, dicuntur esse ibi illi qui actualiter peccauerunt, ratione tenebrositatis qui carẽt visione dei & damnati sunt. Hæc Alexãder. Et ista est illa mitissima pœna quam idem Augustinus in Enchiridion dicit esse eorum qui præter peccatum quod originaliter contraxerunt nullum insuper addiderunt. Et ita patet ꝙ præfata doctrina Augu. verissima est & conformis determinationi ecclesiæ, quam vniuersa tenet schola theologorum quæ honorabilius videtur loqui de dictis Augustini, & in maiori auctoritate habere q̃ proponens exaduerso. Quare clarissimum habemus, ꝙ nullis viribus subsistat responsio data exaduerso ad cap. præfatum August. in de fide ad Petrũ, in quo dicitur. Firmissime tene & nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum concipitur, in originali peccato nasci &c. super quo fundata fuit ratio prima. Multa alia hic proponens exaduerso dicit assignando causam ex parte hæreticorum, quare loquendo de originali peccato communiter absq; exceptione vniuersaliter loquutus fuerit, non excipiendo expresse beatam virginem. A quibus supersedeo, pro eo ꝙ ypothesis ipsa est falsa. Falsum quidẽ est primo ꝙ de mente Augustini fuerit ꝙ excepta fuerit ab originali peccato, licet non communiter hoc expresserit: cuius falsitas euidentissime patet ex testimoniis superius inductis ipsius Augustini apertissime attestantibus eam originale contraxisse peccatum. Præterea secundo falsum præsupponitur in hoc quod dicit ꝙ semel Augu. exceperit eam. Hoc enim falsum esse in superioribus sæpenumero commemoratum est, & ostensum.

Thom.

August.

Alex. de Ales.

¶ Secunda ratio ex eodem modo ad idem, cum confutatione responsionum exaduerso. Cap. 22.

AETERVM secũdo principaliter arguitur sic. Omnis in carne carnaliter genitus contraxit originale peccatum. Sed beata virgo est in carne carnaliter genita. ergo contraxit originale peccatum. Consequentia est formalis in tertio primæ. Minor est manifesta. Maior patet, tum ex illo Ioã. 3. Quod natum est ex carne, caro est. i. contagione carnali infectum; Et quod natum est de spiritu spiritus est. i. sanctitatem habens. Vnde glo. in eodem ita habet. Sicut caro carnem procreat,

Glo.

Auguſt. ita spiritus spiritum. Patet secundo ex illo August. in sexto libro contra Iulianum dicentis sic. Huic chirographo nascuntur obnoxii omnes in carne de carne carnaliter nati, eius ab hoc debito sanguine liberandi. qui in carne quidem & de carne, non tamen carnaliter sed spiritualiter natus est. Natus enim est de spiritu sancto & virgine Maria. de spiritu. s. sancto, ne esset in isto caro peccati. ex virgine Maria, vt esset in illo similitudo carnis peccati. Illi chirographo nõ venit obnoxius, & ab illo soluit obnoxios. Hæc August. Sed ad omnes huiusmodi rationes quæ funditur in communi modo propagationis humanæ, respondet proponens exaduerso ꝙ nõ procedunt, immo ꝙ in huiusmodi argumentationñ committatur fallacia, inducens ad hoc consequenter vnum tale documentum scholasticum, videlicet ꝙ hominem esse conceptum modo communi generationis humanæ non est antecedens inferens de necessitate ad contractionem originalis peccati, immo est ad illam in inferendo fallacia cõsequẽtis. Sed ꝙ hoc documentum scholasticum nullo modo acceptandum sit in schola Christianæ disciplinæ, & per consequens nec responsio data, multipliciter ostẽditur. Tum primo ex eo ꝙ videtur esse contra doctrinam & documẽtũ magistri nostri Christi qui ait Ioan. 3. Quod natum est ex carne caro est, & quod natum

Glo. est ex spiritu, spiritus est, vbi gl. & allegatur in cõtinua ita dicit. Sicut caro carnem procreat, ita spiritus spiritum. Et sanctus Thomas in postilla super Ioan.

Thom. exponens eundem textum dicit ꝙ Christus hic probat per rationem Nichodemo ꝙ oporteat nasci ex aqua & spiritu sancto. Et est ratio Christi (inquit) talis. Nullus potest peruenire ad regnum dei nisi spiritualis effectus. Sed non potest aliquis effici spiritualis nisi per spiritum sanctum. ergo nullus potest intrare regnum dei, nisi sit renatus ex spiritu sancto. Dicit ergo. Quod natũ est ex carne caro est. i. natiuitas secũdum carnem facit nasci in vitam carnalem. Et quod natum est ex spiritu. i. ex virtute spiritus sancti, spiritus est. i. spiritualis. Dicat autem nunc proponens exaduerso (si audet) ꝙ Christus in argumento suo non bene processit sed commisit fallaciam consequẽtis. ¶ Item secundo documentum exaduerso videtur esse contra documentum Archangeli Gabrielis, qui ait beatissimę virgini. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbra-

Gregor. bit tibi, ideo quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Super quo Gre-

Glo. gorius. 18. moralium, & ponitur in glo. continua dicit. Ille autem solus veraciter sanctus est, qui ex coniunctione carnalis copulæ conceptus non est. Cæterum tertio documentum exaduerso contrarium est documento sanctorũ patrũ & doctorum sanctorum Ecclesiæ quorum doctrina fulget religio Christiana.

Ambro. Dicit enim Ambrosius (vt testatur Augustinus libro secundo contra Iulianũ)

Auguſt. Ambrosius manifestissime dicit propterea dñm Iesũm Christum fuisse sine peccato: quia natus ex virgine. Item idem. Solum Christũ quia sit natus ex virgine

a vinculis

a vinculis obnoxiæ gñationis excepit, oĩbus cęteris ex Adã sub peccati obligatione nascẽtibus. Itẽ ad idẽ est in. 2. de baptismo paruulorum, vbi cõtra Pelagiũ dicit, sic. Misit Deus filiũ suũ nõ in carne peccati sed in siĩtudine carnis peccati: quia non de cõplexu maritali, sed de vtero virginali venit. Vbi consyderandũ est ꝙ Augu. qui malleus fuit hæreticorum, & subtilissimus, argumentũ hoc inducit contra hęreticos pelagianos negantes paruulos originale pc̃m̃ cõtrahere, ad probandum ꝙ oẽs ex virili cõmixtione progeniti obnoxii sunt originalis peccati. Cuius argumẽtatio nulla esset si documẽtũ exaduerso aliqua veritate subsisteret. Item idem August. inquit lib. 1. de nuptiis & cõcupiscentia. Omne nuptiarum bonũ impletũ est in parentibus Xp̃i Ioseph & Maria. s. proles, fides, sacramẽtũ, & sequitur. Solus aũt ibi nuptialis cõcubitus nõ fuit: quia in carne peccati fieri non potuit sine ista carnis concupiscentia quæ accidit ex peccato, sine qua concipi voluit: quia futurus erat sine peccato. Multæ autem aliæ sunt ad idem auctoritates beatissimi August. vt superius visum est. ¶ Eadẽ etiam est doctrina Origenis, & habetur, in glo. Rom. 8. Eadem beati Gregorii. 18. moralium. Eadem Anselmi de conceptu originali, cap. 12. Eadem Leonis papæ in sermone natiuitatis dominicæ qui incipit. Semper dilectissimi. Eadem Bernardi in Epistola ad canonicos Lugduneñ. Eadem Bedę in Omelia de baptismo Xp̃i. Eadem sancti Thomæ. Eadem omnium aliorum doctorum scholasticorũ superius nominatorum: quorum omnium dicta superius cõmemorata sunt, quę breuitatis causa non repeto. Dicat ergo si audet, exaduerso proponẽs tam Xp̃o q̃ Angelis, q̃ sanctis doctoribus, q̃ præcipuis totius scholę theologorum magistris, ꝙ arguentes a modo propagationis communi qui est per cõcubitum maris & fœminę in hoc statu naturę corruptę ad contractionem originalis peccati. male argumentati sint, & fallaciã consequentis cõmiserint. Pręterea quarto pręfatum documentum exaduerso non est acceptandum: qm̃ rõnes quibus proponens, illud munire tentauit, nullius virtutis sunt. Quod per singulas discurrendo patet quas Christus non contraxit, nec illis existentibus potuit contrahere originale peccatum, videlicet quia ex sanctificata matre, & quia nõ modo communi conceptus, & quia non tam filius Adæ q̃ pater fuit, & quia inexistentia sanctitatis omnium filiorum Dei modo expositio, ab eius sanctitate dependet. His ergo stantibus inquit proponens. patet ꝙ esse conceptum modo cõmuni generationis humanę non est antecedens de necessario inferens cõtractionem originalis peccati, immo est ad illam cõsequens. Et enim sequitur. Ille contraxit originale peccatum. ergo est cõmuni modo conceptus. Patet quia nõ alia q̃ ista dr̃ esse via transfusionis illius ex opposito. Non aũt sequitur Iste est conceptus. ergo contraxit originale pc̃m̃. Patet hoc inquit in Xp̃o ex doctrina Anselmi, in lib. cur Deus hõ & de conceptu virginali. Nam etiã si fuisset cõceptus modo cõi, quia primo sanctificata fuit mater, non contraxisset originale peccatum. ¶ Sed ista ratio nullo modo probat præfatam documentum. Tum primo, quia falsum pręsupponit in eo quod dicit, ꝙ concipi de matre sanctificata sit causa non contrahendi originale pc̃m̃. Nõ enim sufficit sanctificatio mulieris ad hoc ꝙ proles ab originali imunis cõciperetur: sed requiritur ꝙ vterque parens sanctificatus esset etiam, quantum ad vim naturæ. Et inde est ꝙ communis habet schola theologorum (sicut supra fuit inductũ) ꝙ si Adã peccãte Eua non peccasset, nihilominus tamẽ proles eorum originali peccato fuisset obnoxia. Et hinc est ꝙ doctores sancti assignantes rationem plenam

August. August. Orige. Glo. Gregor. Ansel. Gregor. Leo. Bernar. Beda. Thom. Ansel.

quare Christus non contraxit in conceptione sua originale peccatum, non dicunt ꝙ ideo quia de matre sanctificata conceptus est, sed quia non de concubitu cõcipi voluit, vt beatissimi August. testimonia superius inducta demonstrãt. Tum secundo ratio exaduerso non probat intentum: quia data suppositione illa, adhuc consequentia facta non habet aliquam apparentiam, immo ex suppositione illa data arguitur manifeste contrarium. Q̃m si vt dicit proponens (& in hoc verum dicit) ideo Christus non contraxit: quia non cõmuni modo conceptus est, sequitur necessario ꝙ qui cõmuni modo concipiuntur originale pc̃tm̃ cõtrahant: quia si oppositum est causa oppositi, & propositum pro

August. positi. Et hoc est ꝙ August. in libro de nuptiis & concupiscentia dicit, (vt supra extitit allegatum) ꝙ Xp̄s de cõcubitu nasci noluit: vt hinc etiã doceret omnẽ de concubitu nasciturum carnẽ esse peccati, qũquidem sola quæ non inde nata est non fuit caro peccati. Hæc ille. Ex quibus etiam vr̃, ꝙ documentũ positũ exaduerso de directo contrarietur documento quod Augu. dicit fuisse Christi. Tum tertio ratio deficit q̃m falsum est ꝙ nõ sequatur. Iste conceptus est modo cõi. ergo contraxit originale peccatũ. Et ad probationẽ cum ait. Hoc patet in

Anselmi Christo ex doctrina Anselmi, dr̃ ꝙ talis non reperitur esse doctrina Anselmi in libris allegatis per eum. Tum quarto ratio facta deficit. q̃m dato ꝙ talis esset doctrina Anselmi sicut dr̃ exaduerso, non sequitur propter hoc, quod intenditur. Et ratio est: quia in beata virgine non concurrunt illæ causæ quæ in Christo concurrunt ad hoc ꝙ non contraxerit. Non quidem prima, quia ipsa non fuit concepta de matre sanctificata. Non secunda, quia ipsa non fuit de virgine concepta, sed de concubitu viri & mulieris. Non quidẽ tertia quia non fuit pater Adæ spiritualis per redemptionem. Non quarta quia existentia sanctitatis omnium filiorum Dei non videtur dependere efficienter a sanctitate eius, sed a sanctitate Christi qui est sanctus sanctorũ (sicut superius demõstratũ est) a cuius sanctitate & sanctitas matris, & omnium alioꝝ sancoꝝ dependere dinoscitur. Quare patet q̃ tam documentum scholasticum positum exaduerso q̃ ratio inducta in fauorem eius nulla ratione subsistant.

¶ Argumentum secundum, tertium, & quartũ principale contra secundam rationem propositum inferentem factum ex aduerso reprobatur. Cap. 13.

SECVNDO ad idem exaduerso arguitur sic. Ex doctrina communi habetur ꝙ si parentes sanctificantur quantum ad vim naturæ proles inde concepta, contrahit originale peccatum. ergo ex communi modo generationis humanæ non arguitur necessario contractio originalis peccati. ¶ Ad hanc rationem respondetur ꝙ nõ procedit: immo ꝙ non facit ad propositum quia dato illo casu, ꝙ ambo parentes sanctificentur quantum ad vim naturæ, iam proles inde propagãda nõ concipietur modo communi generationis humanæ, quoniam per communẽ modum generationis humanæ non designatur hic sola propagatio aut concubitus maritalis simpliciter, sed qualis est in statu naturæ corruptæ, & nõ sanctificatæ. De quo dicit beatus Augustinus libro de fide ad Petrũ. Dum sibi vir

August. mulierꝗ miscentur vt filios generent, sine libidine non est parẽtũ concubitus, & ob hoc filioꝝ ex eoꝝ carne nascentiũ nõ põt sine pc̃ õ esse conceptus, vbi peccatum in paruulis non transmittit propago, sed libido: Nec fœcũditas huma-

nę naturę facit homines cum peccato nasci sed fœditas libidinis quam homines habent ex illius primi iustissima damnatione peccati. Hæc ille. Quare patet ꝙ casus positus facit argumentum non facere ad propositum. ¶ Tertio arguitur sic exaduerso: quia si homini in feruore libidinis concepto in primo instanti suę conceptionis personalis infundatur a Deo gratia perueniens cõtractionem originalis peccati, talis erit conceptus modo communi ex libidine, & absq; sanctificatione parentum, nec tñ cõtraheret originale peccatum. ¶ Ad istam rationem respondetur ꝙ non probat arguentis intentum: quia quando dicitur ꝙ cõceptũ esse modo cõmuni infert cõtractionẽ originalis peccati, nõ sic intelligitur hoc ea necessitate necessariũ esse, vt nec potentia diuina impediri possit. Sæpe aũt dictũ est ꝙ certa fides fiat ecclesiæ ꝙ in primo instanti cõceptionis beatæ virginis infusa fuerit ei gratia præueniens contractionem originalis peccati, & finis est præsentis certaminis. Quod cum nondum factũ fuerit, & doctrina sanctoꝝ patrum (vt visum est) sit in contrarium, securius est doctorum sanctorum amplecti doctrinam q̃ incertis nos assertionibus committere. ¶ Quarto arguitur sic exaduerso, & (vt inquit proponens) euidẽter. Prius enim natura est a quo non cõuertitur subsistendi consequentia. Cũ ergo sequatur, iste contraxit. ergo est conceptus modo communi & non econuerso. Euidens est ꝙ conceptum esse modo commun prius natura q̃ contrahere originale peccatum. Ex quibus elicit proponens exaduerso ꝙ sæpissime in argumentationibus quæ fiunt in hac materia per doctores, quorum relator sum, se immisceat fallacia consequentis. ¶ Sed hæc ratio quæ exaduerso euidens existimata est, nedum non procedit, immo multipliciter deficit. Primo in hoc ꝙ falsum præsupponitur, in minori, cum dicitur ꝙ non sequatur, iste cõceptus est modo cõmuni. ergo contraxit pctm̃ originale. Vt enim superiora ostendũt necessarium est illam consequentiam concludere eo modo quo expositum est. Secundo ratio deficit quia licet prius natura sit a quo non conuertitur subsistendi consequentia, non tamen omne ꝙ est prius natura, est huiusmodi: qm̃ aliqua sunt quæ conuertuntur ƺm existendi consequentiã: quoꝝ tamen vnum est prius natura reliquo, vt patet per philosophum in post prædicamẽtis in ca. de modis prioritatis, vbi postq̃ dixerat. Secundo dr̃ prius a quo non conuertitur subsistẽdi consequẽtia, dicit sic in quinto modo. Videtur autem præter eos qui dicti sunt, alter esse prioris modus. Eorum.n. quæ cõuertuntur secundum existendi consequentiam quod alteri quomodolibet causa est, digne prius natura dr̃. Quia vero sunt quidam huius palam est. Hæc Aristo. De quo exemplũ possumus ponere in materia præsenti. Licet enim esse conceptum cõmuni modo generatiõis humanæ in statu naturæ corruptę sit prius natura cõtractione originalis peccati & causa eius, cũ hoc tñ stat ꝙ adinuicẽ conuertantur. vt quẽadmodum sequitur. iste contraxit originale pctm̃. ergo conceptus est communi illo modo humanæ generationis (salua tũ omnipotentia Dei quæ potest facere plusq̃ humana rõ possit capere (ita econuerso sequatur vniuersaliter. iste conceptus est modo communi supradicto. ergo contraxit peccatũ originale. ¶ Vnde multum videtur deficere proponens exaduerso, a vera intelligentia habitudinis quam habet modus propagationis cõmunis naturæ corruptæ, ad contractionem originalis peccati, intelligendo eam esse talem qualis est inter animal & hominem, & inter habere principiũ, & esse generatũ, de quibus exemplificat in processu huius quartæ rationis, & ideo non mirum si viribus reddantur vacua argumenta per eum facta. ¶ Ex quibus manifeste patent tria. Primũ

est ꝙ documentum scholasticum positum exaduerso non sit verum: & per consequens nec acceptandum in schola theologię. Secundum est ꝙ in argumētis quæ fiunt pro parte doctorum, quorum sententiam & doctrinā refero, in quibus arguitur iuxta doctrinam sanctorum ex modo propagationis cōis cōtractio originalis peccati, non admisceatur fallacia consequētis sicut pręceditur exaduerso. Tertium est ꝙ argumenta facta superius in modo cōi propagationis in statu naturæ corruptæ, inducta ad probandum beatissimam virginem originale pctm̄ contraxisse, valida sint & irrefragabiliter procedāt, vtpote quę super sacræ scripturæ doctrina & sanctorum patrum apertissima testimonia fundantur.

¶ Tertia ratio ad propositum principale inuicta producitur & firmatur: Cap. 24.

TERTIA ratio principalis ex eadem radice, & ad eandem conclusionem est ista. Beata Maria fuit decimata in lumbis Abrahæ. ergo in peccato origiuali concepta. Antecedens patet ex eo ꝙ omnes Israelitę secundum rationem seminalem fuerunt in lumbis Abrahæ, & dicuntur in eo fuisse decimati, vt dicit Augu. lib. 10. super Gen. ad literam, & ponitur in glo. Heb. secundum quam rationem, eodē Augustino teste (vt supra fuit allegatū) beata virgo fuit in lumbis Abrahæ. Consequentia vero patet per eundem Augustinum ibidem dicentem. Non autem ille. s. Xp̄s, decimatus est: cuius caro inde non feruorem libidinis, sed materiam medicaminis traxit. Nam cum ipsa decimatio ad præfigurandam medicinam pertinuerit, illud in Abrahæ decimabatur ꝙ curabatur, non illud vnde curabatur. Eadē tamen non Abrahæ tantum, sed ipsius primi terreniꝗ hominis simul habebat & vulnus præuaricationis, & medicamentum vulneris. Vulnus præuaricationis in lege membrorum repugnante legi mentis: quæ per omnem inde propagatam carnem seminali ratione quasi inscribitur. Medicamentum autem vulneris in eo ꝙ inde sine opere concubinali in sola materia corporali per diuinam conceptionis formationisꝗ rationē de virgine assumptū est. Hęc Augustinus.

¶ Item ad idem est Venerabilis Hugo de sancto Victore libro suo de sacramētis libro. 2. parte prima dicens. Leui quidem in lumbis Abrahæ decimatus est: quia & naturam & culpam habuit qui naturā & culpā inde accepturus fuit. Christus vero decimatus non est. qui propter hoc ꝙ inde solam naturam accepturus erat illam etiam tunc ibi culpam nō hūit cui ipsa quæ futura illius erat sine culpa natura, non in origine sua culpa obnoxia fuit. Hæc ille. Et magister sententiarum in tertio di. 3. dicit. Christus non est decimatus: quia licet ibi fuerit secundum carnē, non tñ inde descendit secundum legem cōmunē: sicut & in Adam omnes peccauerunt, sed non Christus. Ex hoc habetur ꝙ decimatio conuenit filiis Abrahæ ratione originalis peccati qui per concupiscentiam ex eo propagandi erant. Hæc ille. ¶ Pro quo notandum iuxta sanctum Thomā, & Alexandrum in tertio, & Vlricum in summa. ꝙ Apostolus ad Heb. 7. loquēs allegorice de decimis, ostendit sacerdotiū Christi esse perfectum, & sacerdotiū leuiticum esse indignius ipso & imperfectum respectu ipsius. Abraham enim dedit decimas Melchisedech, qui fuit figura Xp̄i. Secundum illud psal. Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. Et inde est ꝙ decimatio non tantum erat moralis, sed etiam figuralis. Erat enim actus moralis secundum ꝙ quædam

Margin notes: August. | Glo. | August. | Vgo de sancto Victore | Magr̄ sniarum | Thom. | Alex. de Ales. | Vlricus

quędam pars terrę nascentiū & alioꝝ in vsum ministroꝝ Dei, & pauperꝝ conferebatur: vt esset cibus in Domo dñi, vt hr̃ Malachię.3. Actus autē figuralis est secundum ꝙ significat imperfectionem in eo qui decimas dat, qui perfectionem ab alio expectat. Est enim numerus denarius numerus perfectus, non secundum ꝙ numerus perfectus dicitur qui integratur ex collectione omnium partium aliquotarum, sicut senarius dicitur numerus perfectus in arithmetica, sed secūdum ꝙ numerus perfectus dicitur qui constat ex omnibus partibus essentialibus numeri quæ sunt prima principia numeri simplicia & composita, ex quorum continuata progressione surgit denarius, & ideo primus limes numerorū vocatur. Sic enim vnitas non est numerus sed simplex principium numeri, Binarius vero est singularis numerus compositus ex duobus simplicibus. Ternarius autem compositus ex vna parte composita, & altera simplici. Quaternarius vero pars est quæ consurgit ex partibus compositis. Ex hoꝝ collectione secundum progressionem continuā surgit denarius. Ex hoc sequitur quod nouenarius est numerus imperfectus secūdū ꝙ deficit a denario. Et ideo qui decimas dat, confitetur se imperfectum, & perfectionem ab alio expectare. Quod ergo Abraham decimas dedit Melchisedech, figurabat totum genus humanum: cuius tipum gerebat Abraham; ex se habere imperfectionē per exclusionem a perfectione glorię & gratiæ, propter reatum culpæ originalis, Et ideo imperfectum numerum. i. nouem sibi retinuit. Figurabat insuper ꝙ Xp̃s omnino perfectus esset in gratia & gloria perfectione plusq̃ perfecta. i. redundante in omnes: & ꝙ nihil haberet imperfectionis alicuius culpę, sicut decima pars nihil est nouenarii, sed est perfectio ipsius, & ideo data est Melchisedech in figura christi, vt esse debita monstraretur, vtpote a quo perfectio & sanitas aliorum dependeret. Et inde est (inquit. S. Thomas) quod decimatio quodammodo sacramentalis actus erat secundum ꝙ dicta realis confessio ex fide mediatoris procedebat: per cuius perfectionem sanata est generis humani imperfectio: quę erat per peccatū originale. Hoc enim figurando remediū quoddam præstabat cōtra originale peccatum per modum sacramēti. Quare decimatio ista qua Abraham decimas dedit ostendens se liberatore indigere, ad istos tm̃ pertinet qui ex eius stirpe seminaliter descendentes peccatum originale contraxerunt. Et ita patet minor quę erat probanda cum aliquali notitia materię. Thom.

¶ Responsio exaduerso ad prędictam rationem tertiam reprobatur. Cap. 25.

SED ad istam rationem quāq̃ apertissime intentū demonstrare videatur, exaduerso laboratum est rñdere in. 8. propositione supra scripte allegationis: quæ fuit ꝙ nō obstāte pręseruatione a pctō originali dici pōt btā virgo decimata fuisse in lumbis Abrahę, dicendo, ꝙ queadmodū cōceditur, ꝙ purgata fuit nō a pctō qd infuit, sed qd inesse debebat nisi pueuta fuisset p gr̃am, ita de decimatione dici pōt ꝙ curata fuit, nō ab ægritudine peccati: quę nūq̃ actualiter inhęsit, sed quę erat inhęsura, si primo p gr̃am non fuisset curata. Queadmodū inquit si ex mala dispositione cōplexionis cōsueuit quis certo anni tēpore infirmari, & cū esset ad hoc nō minus q̃ alias dispositus, occurrit medicus cuius auxilio pręseruatus est ne vnq̃ infirmitas illi adueniat, non minus diceretur ex huius præseruatione curatus. Item ad id quod dicitur ꝙ in eo ꝙ dicitur esse decimatam significatur perfe-

ctionem suam a Deo esse expectandam, & quantum ex se est, imperfecta est nisi perficiatur grã. Sed hęc rñsio nulla virtute subsistit. Deficit quide primo in hoc quod dr ꝙ b.v. Maria purgata fuit non a pctõ quod infuit, sed quod inesse debebat nisi preuenta fuisset per gratiam. Hoc.n. nõ posse habere veritatem, supra ostensum est, vbi auctoritate, rõne, & exemplis demõstratum est: veraciter & proprie nullum dici purgatum a pctõ originali qui nunq̃ macula originalis peccati fuit maculatus. Secundo deficit in hoc, ꝙ asserit ꝙ potest dici ꝙ beata Maria fuerit curata non ab ęgritudine peccati quæ nunq̃ actualiter inhęsit, sed quæ inhæsura erat nisi fuisset præseruata. Plane hic modus loquēdi (vt aliquãtis per in superioribus ostensum fuit) nõ videtur rõnabilis, nec vr posse stare cũ veritate sacræ scripturæ & doctrinæ sanctoꝝ. Dicit.n. medicus ille qui vulnera nostra curare venerat. Matth. 9. Non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus. Secundum positionem vero exaduerso anima beatæ virginis nũq̃ a lu fuit ægrotans aut male habens. ergo impossibile est ꝙ possit proprie dici curata. Item dicit Augu. libro de natura & gratia. Quid sanatur, si nihil est vulneratum, nihil sauciatũ aut vitiatum? Et tertio contra Iulianum idem Aug. sic ait. Si agnoscis remedium, agnosce morbum. Si negas morbũ, negas remediũ. Exemplum aũt quod ponitur exaduerso in fauorem respõsionis suæ, de eo qui cõsueuit ex mala dispositione complexionis certo anni tempore infirmari, & tandem auxiliante beneficio medici præseruatur, ne vnq̃ amplius infirmitas illi adueniat, non vr fauere intentioni allegantis propter duo. Primo quia doctrina exaduerso ponens animam beatæ virginis in primo instanti creationis suæ in gratia creatam, præsupponit eam actu nunq̃ infirmam fuisse. De isto autem de quo exemplum est positum, dr ꝙ certo anni tempore consueuerit infirmari. Non est aũt dubiũ quin in tali, opus medici possit habere modũ curationis. Secundo, quia dato isto casu ꝙ anima beatæ virginis in primo instanti creationis suæ grãm sanctificantem habuerit, non est veꝝ dicere quod talis aĩa vnq̃ habuerit in se dispositionem ad aliquã ægritudinem, & per consequens fictitium vr ac falsum (data doctrina exaduerso) ꝙ beata virgo possit dici curata ab originali pctõ, & per consequens decimata. Nam cũ iuxta Augustinum decimatio ipsa ad præfigurandam medicinam pertinuerit: illud in Abrahæ carne decimabatur quod curabatur. Vnde illi soli dicũtur, decimati fuisse in Abraham, qui sic ab eo descenderant vulnere primæ præuaricationis percussi, vt necessitatem haberent curationis medicinam expectare a Xpõ. Hoc autem est impossibile veraciter inuenire in eo qui præseruatus est in primo suæ creationis instanti ne vulnus incurreret peccati. Vnde ista duo præseruatum esse a vulnere peccati originalis, & curatum esse a vulnere peccati originalis implicare videntur. sicut superius exemplariter fuit demõstratum, de quo etiam dicetur aliquid inferius & plenissime. ¶ Præterea quod dr secundo exaduerso ꝙ nullus fideliũ ignorat ꝙ perfectio beatæ virginis dependeret a Deo: quod vr designari in rõne decimationis. Ex quo concludebatur ꝙ præseruatio non cõtradicit decimationi, nullam habet apparentiã. Qm̃ hoc quod est esse ex se imperfectũ & expectare perfectionẽ suã a Deo, non facit aliquẽ esse decimatũ: cũ hoc nedũ homini cõueniat pro omni statu suo, sed etiã cõe sit omni creaturæ, cuius est suam a Deo fonte omnis boni, expectare perfectionẽ. Vnde propones exaduerso nõ videtur habere plenã intelligentiam rõnis decimationis: aut dissimulat vt vim pertranseat argumenti. Decimatio enim (vt dictum est superius iuxta doctrinã beati Augustini) cũ ad figurandã medicinã pertinuerit, nõ qualiscũꝗ imperfectio

tem designat in decimato, sed imperfectionē vulneris & infirmitatis cōtractæ, sicut dictum est. Vnde in eo ꝙ aliquis dr̄ esse decimatus, designatur habuisse imperfectionē per exclusionē a perfectione gratiæ & gloriæ propter reatū peccati originalis: & pfectionē curatiōis expectasse a Xp̄o in quo solū fuit medicamētū vulneris. ¶ Quare manifestū est ꝙ hæc duo simul stare nō possunt: pseruatū esse a vulnere præuaricationis Adę, & esse decimatū in lūbis Abrahę: nisi velimus alr̄ de decimatiōe loqui ꝙ̄ Ap̄lica & sanctoꝝ doctrina nos docuerūt. Ex quibus duo manifesta habemus. Primū ꝙ falsa est propositio octaua posita exaduerso in qua dr̄ ꝙ nō obstante pseruatione. b. v. a pctō originali, ipsa btā virgo dici pōt decimata in lūbis Abrahę. Scd̄m est ꝙ rō facta de decimatione irrefragabiliter cōcludere videatur intentū, videlicet ꝙ. b. v. cōtraxerit ori. pctm̄. &c.

¶ Post hęc ponuntur rōnes ad eandē conclusionem sumptę ex quinqꝫ iudicibus. s. quinqꝫ pœnis respondentibus culpę originali, cum confutationibus responsionum quæ ad eas dantur exaduerso. Cap. 26.

CONSEQVENTER probanda venit prędicta conclusio, videlicet ꝙ virgo Maria cōtraxerit originale pctm̄ ex parte pœnarum quę in humano gn̄e ex pctō sumpserūt originē. Et primo ex parte pœnalitatū siue passionū cōium vniuersitati filioꝝ Adę in statu naturę lapsę. Vnde arguitur sic primo. Beata virgo Maria filia Adæ p seminalem rōnem ab eo descendēs habuit, anteꝙ̄ ēt vsum rōnis haberet, multas passiones & pœnalitates quas cęteri paruuli ab Adā seminaliter propagati habent. ergo sequitur ꝙ originale pctm̄ contraxerit. Antecedens est manifestum, & conseqꝫ iesta patet dupl'r. Tum primo quia sequitur ꝙ ille originale pctm̄ cōtraxerit, cuius pœnalitates pœnę sunt originalis peccati. Vnde Augustinus dixit. Cum esurimus sine culpa comedimus, quia ex culpa primi hominis factū est vt esuriamus. Tum secūdo auctoritate eiusdē Aug. qui in eodē argumēto cōtra Iulianum defensorem hęresis pelagianoꝝ negātium pctm̄ originale in paruulis procedit sic. Primo in tertio libro dicens. Omitto commemorare quæ mala in hac transitoria vita pœnę oēs patiuntur, & qūo explicetur quod dictū est. graue iugū super filios Adę a die exitus eoꝝ vsqꝫ in diem sepulturę in matrem omnium: quę vtiqꝫ mala sub iusto & omnipotente Deo nō irrogarentur eius imagini. Quibus malis in virtute exerceri infantula ętas nō potest si nulla ex parentibus mala merita crearentur. Itē ibidem pagi. infra. Frustra itaqꝫ putes, ideo in paruulis non esse delictum, quia sine voluntate quę in eis nulla est, esse non pōt. Hoc. n. recte dr̄ propter propriū cuiusqꝫ pctm̄, non propter proprii peccati originale contagiū. Quod si nullū esset profecto nulli malo paruuli essent obstricti: nihil mali vel in corpore vel in anima sub tanta iusti Dei potestate paterentur. Hęc ille. Item in quarto libro ait. Nec. n. alia causa est cur nouitatem vestram detestetur et multitudo Xp̄ianoꝝ, nisi quia & Deū & hominem conditorē & iustissimū cogitēt, & suoꝝ tantos cruciatus cōspiciunt paruulorū, vt sub Deo creatore optimo atqꝫ iustissimo nullo modo imago eius in illa ętate tāta mala pateretur, si non esset origi. pctm̄. Itē in. 6. lib. arguens cōtra eūdem Iulianū idem dicit. Vos aūt negantes originale pctm̄, profecto cogimini dicere Deum vel impotētē vel iniustū sub cuius potestate imago eius in paruulis sine vllo vel proprii vel originalis peccati merito tātis afficitur malis. Nō enim per hoc exercetur virtus, qd̄ recte de bonis hominibus maioribus dr̄, In

quibus rationis est vsus. Hæc Augustinus. Et confirmatur insuper ratio facta ex hoc quia non potest dici ꝙ beatissima virgo pœnalitates ipsas assumpserit pro aliorum culpa delenda. Quoniam hoc est proprium Christo dicenti per prophetam, quæ non rapui tunc soluebam. Super quo verbo dicit beatus Augustinus. Non peccaui, & pœnas dabam. Solus ipse talis est. ¶ Secundo arguitur ex parte necessitatis moriendi sic. Omnis homo in quem per Adam mors introiuit, peccatum originale contraxit, sed in beatam virginem per Adam mors introiuit. ergo virgo Maria originale peccatum contraxit. Consequentia est formalis in tertio primę. Minorem nullus negabit. Maior vero patet per illud Rom. quinto Apostoli dicetis. Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt. Quod verbum Augustinus pertractans in libro de prædestinatione, ita inquit. Qui negat in omnem hominem trāsiisse peccatum, de quo dicit Apostolus, per vnum hominem pctm̄ intrauit in mundum, negat profecto primum nos esse mortales. Si enim (vt dicit Apostolus) per vnum hominē peccatum intrauit in mundum & per pctm̄ mors, intrare non potuit nisi intrante peccato. Et quoniam mors non naturæ conditio, sed pœna peccati est, sequatur necesse esse ꝙ vbi est pœna ibi sit peccatum. Quia vero in omnes homines mors pertransiit: in oēs necesse est pertransiisse pctm̄, qm̄ pctm̄ originale, ꝙ cū paruulis nascitur carnis oculis videre non possumus. Quia vero ex Adā omnes carnaliter natos, & si illi iam in Xp̄o renati sint, videmus mortis lege constringi: per hoc quod videmus, id quod non videmus cogimur confiteri. Facilius enim patet vt transeunte pctō pœna minime sequeretur, q̄ vt nullo communicante peccato partem sumat pœnę qui nō habet culpę. Hæc Augustinus. Ecce apertissima auctoritas quæ per se sola sufficeret propositum demonstrare. ¶ Tertio sic idem cōfirmando arguitur. Beata virgo Maria mortua fuit, & nō ad delenda peccata hominū. ergo aliquod pctm̄ habuit: nō actuale ergo originale. Antecedens est manifestum. Cōsequentia patet. Tum quia (vt inquit Apostolus) ad Rom. 6. Stipendia peccati mors. Tū secūdo patet consequētia auctoritate August. qui eandem in primo libro cōtra Iulianum facit, sic dicens. Audi iam Iuliane, quod etiam Ioannes. Chrisostomus cum cæteris catholicis doctoribus dicit ad Olympiam scribens. Quādo. n. Adam peccauit (inquit), illud graue peccatum omne genus hominū in cōe damnauit, de mœrore pœnas luebat. Item de suscitatione Lazari. Flebat Xp̄s (inquit) Cur? quia vsq ad hoc mortalitas deliquisset: vt discussa de perennibus, inferos adamaret. Flebat Xp̄s ꝙ eos qui immortales esse potuerūt, diabolus fecerit esse mortales. Quid dici posset expressius? Quid ad ista respondes? Si Adam grandi peccato suo omne genus humanum in communi damnauit, nunq̄ nisi damnatus paruulus nascitur. Et per quē nisi per Xp̄m ab ista damnatione liberabitur? Si etiam in Lazaro dicitur excussa de perennitatibus mortalitas, inferos adamasse. Quis mortalis non ad istam culpam casumq pertineat quo cecidit primus homo de vitæ perhennitate quā si non peccaret acceperat, si diabolus omnes qui immortales esse potuerant fecit esse mortales? Vnde etiam paruuli moriūtur si obnoxii peccato primi illius hominis non sunt? Hæc August. ¶ Quarto ad idem arguitur sic. Beata Maria mortua est propter pctm̄ Adæ. ergo contraxit originale peccatum. Antecedens est Augustini sicut superius fuit allegatum super psal. 34. sic dicentis. Etenim vt celerius dicā Adā mortuus est propter pctm̄ Maria mortua est propter peccatū Adæ. & caro dn̄i ex Maria mortua est propter delēda

peccata

August.

August.

August.

peccata. Consequentia autem patet ex superioribus. Et ex illo Rom. 8. Corpus mortuum est propter peccatum, eo consyderato quod mors eius non fuit propter delenda peccata, quia hoc solius Christi fuit qui solus est agnus qui abstulit peccata mundi. Io. 1. ℭ Quinto confirmando idē arguitur sic. Solus Xp̄s mortuus est liber a debito mortis. ergo virgo Maria debitum mortis quandoq; habuit. Sed hoc dicitur peccatum originale, secundum illud Rom. sexto. Stipendia peccati mors. ergo idem quod prius. Cōsequentia patet. Antecedens vero est Augustini. Primo super illud psal. 87. factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Secundò, 13. de trini. Tertio Bernardi sup psal. Qui habitat in adiutorio, &c. de quibus superius est visum circa priuilegium, quartum assignatum Christi. Antecedens etiam illud est Anselmi, in libro secundo. cur Deus homo, dicētis. Nullus vnq̄ homo praeter illum. i. Xp̄m dedit Deo quod aliquando necessitate perditurus non erat, aut soluit quod non debebat. Ille vero sponte patri obtulit quod nulla necessitate amissurus erat, & soluit pro peccatoribus quod per se non debebat. Haec ille. ℭ Sexto arguitur ex parte poenę damni. i. priuationis diuinę visionis, sic. Beata virgo indiguit sibi aperiri ianuam regni coelestis per Christum. ergo sequitur ꝙ contraxerit originale peccatum. Antecedens a nullo catholico negabitur. Consequentia est manifesta. Rō. n. clausurę illius ianuae in descendentibus ab Adam seminaliter, est peccatum originale, vt patet per Glo. quę Origeni ascribitur super illud Rom. 3. Propter remissionem praecedentiū delictoꝝ, vbi sic dicitur. Illi iusti qui praecesserunt Xp̄i aduentum in inferno tenebantur vsq; ad Christi passionem, vbi nec poenis opprimebantur nec tamen Deū videbant, quod erat eis poena. Hoc autem erat eis pro peccato primi hominis, siue pro peccato originali, propter quod obclusus erat additus regni coeloꝝ, qui per Christi passionem fuit reseratus. Vnde Zacharias. Tu quoq; in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. ℭ Septimo sic, & confirmatur ratio praecedens. Beata virgo si fuisset mortua ante Xp̄i passionem (quod fuit secundum se possibile) clarum est ꝙ non intrasset tunc in regnum coelorum. ergo sequitur ꝙ originale contraxit cum nullum actuale commiserit. Antecedens videtur esse manifestum, quia alias ianua coeli omnibus aperta non fuisset Christi sanguine, contra illud Zachariae. 9. iam allegatum. Tu autem &c. Et illud apostoli ad Hebr. 11. Habemus fiduciam introitu sanctoꝝ. i. coelestiū in sanguine Christi. Item Aug. super psal. 61. Noua ciuitas tanq̄ destructa vetere, appellatur Hierusalē, visio pacis, ciuitas Dei. Vnusquisq; ergo natus ex Adā nō ptinet ad Hierusalē. Portat ergo secum traducem iniquitatis, poenāq; peccati deputatus morti, & pertinet quodāmodo ad veterē quandam ciuitatem. Haec ille. ℭ Item dicit Innocentius tertius, & ponitur extra de bap. & eius effectu, cap. Maiores. Regnum coelorū vsq; ad mortē Xp̄i fuit omnibus obseratum, cuius ianuā Xp̄i sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. Consequentia aūt patet. Tū primo ex iā dictis in praecedenti rōne. Tum secundo auctoritate Augu. qui frequenter hanc rōnem facit contra Iulianū, & Pelagianos ad probandū ꝙ paruuli contrahāt originale pctm̄. Vñ in tertio cōtra Iulianū sic dicit. Poena magna est vt imago non sinatur intrare regnum Dei. Obsecro aperite qualescunq; oculos, & videte quā iustitia poena infligēda sit paruulis, quos clausis oculis originali obnoxios negatis esse peccato. Itē in. 5. li. contra eūdē Iulianū ait iustus est Deus. Quid mali est ꝙ innocētē hanc eius imaginē prohibet intrare in eius regnū, si hoc non est pctm̄ quod per vnū hoiem intrauit in mundum. Haec Augustinus.

Augus. Bernar. Ansel. Glo. Orige. August. Innoc. tertius. August. August.

quibus rationis est vsus. Hæc Augustinus. Et confirmatur insuper ratio facta ex hoc quia non potest dici ꝙ beatissima virgo pœnalitates ipsas assumpserit pro aliorum culpa delenda. Quoniam hoc est proprium Christo dicenti per prophetam, quæ non rapui tunc soluebam. Super quo verbo dicit beatus Augustinus. Non peccaui, & pœnas dabam. Solus ipse talis est. ℭ Secundo arguitur ex parte necessitatis moriendi sic. Omnis homo in quem per Adam mors introiuit, peccatum originale contraxit, sed in beatam virginem per Adam mors introiuit. ergo virgo Maria originale peccatum contraxit. Consequentia est formalis in tertio primę. Minorem nullus negabit. Maior vero patet per illud Rom. quinto Apostoli dicētis. Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt. Quod verbum Augustinus pertractans in libro de prædestinatione, ita inquit. Qui negat in omnem hominem trāsisse peccatum, de quo dicit Apostolus, per vnum hominem pctm̄ intrauit in mundum, negat profecto primum nos esse mortales. Si enim (vt dicit Apostolus) per vnum hominē peccatum intrauit in mundum & per pctm̄ mors, intrare non potuit nisi intrante peccato. Et quoniam mors non naturæ conditio, sed pœna peccati est, sequatur necesse esse ꝙ vbi est pœna ibi sit peccatum. Quia vero in omnes homines mors pertransiit: in oēs necesse est pertransisse pctm̄, qm̄ pctm̄ originale, ꝙ cū paruulis nascitur carnis oculis videre non possumus. Quia vero ex Adā omnes carnaliter natos, & si illi iam in Xpo renati sint, videmus mortis lege constringi: per hoc quod videmus, id quod non videmus cogimur confiteri. Facilius enim patet vt transeunte pctō pœna minime sequeretur, q̄ vt nullo communicante peccato partem sumat pœnę qui nō habet culpę. Hæc Augustinus. Ecce apertissima auctoritas quæ per se sola sufficeret propositum demonstrare. ℭ Tertio sic idem cōfirmando arguitur. Beata virgo Maria mortua fuit, & nō ad delenda peccata hominū. ergo aliquod pctm̄ habuit: nō actuale ergo originale. Antecedens est manifestum. Cōsequentia patet. Tum quia (vt inquit Apostolus) ad Rom. 6. Stipendia peccati mors. Tū secūdo patet consequētia auctoritate August. qui eandem in primo libro cōtra Iulianum facit, sic dicens. Audi iam Iuliane, quod etiam Ioannes. C. Chrisostomus cum cæteris catholicis doctoribus dicit ad Olympiam scribens. Quādo. n. Adam peccauit (inquit), illud graue peccatum omne genus hominū in cōe damnauit, de mœrore pœnas luebat. Item de suscitatione Lazari. Flebat Xps (inquit) Cur? quia vsq ad hoc mortalitas deliquisset: vt discussa de perennibus, inferos adamaret. Flebat Xps ꝙ eos qui immortales esse potuerūt, diabolus fecerit esse mortales. Quid dici posset expressius? Quid ad ista respondes? Si Adam grandi peccato suo omne genus humanum in communi damnauit, nunq̄ nisi damnatus paruulus nascitur. Et per quē nisi per Xpm ab ista damnatione liberabitur? Si etiam in Lazaro dicitur excussa de perennitatibus mortalitas, Inferos adamasse. Quis mortalis non ad istam culpam casumq pertineat quo cecidit primus homo de vitæ perhennitate quā si non peccaret acceperat, si diabolus omnes qui immortales esse potuerant fecit esse mortales? Vnde etiam paruuli moriūtur si obnoxii peccato primi illius hominis non sunt? Hæc August. ℭ Quarto ad idem arguitur sic. Beata Maria mortua est propter pctm̄ Adæ. ergo contraxit originale peccatum. Antecedens est Augustini sicut superius fuit allegatum super psal. 34. sic dicentis. Etenim vt celerius dicā Adā mortus est propter pctm̄ Maria mortua est propter peccatū Adæ. & caro dn̄i ex Maria mortua est propter delēda peccata

August.
August.
August.

peccata.Consequentia autem patet ex superiorbus.Et ex illo Rom̃.8. Corpus mortuum est propter peccatum,eo consyderato quod mors eius non fuit propter delenda peccata,quia hoc solius Christi fuit qui solus est agnus qui abstulit peccata mundi.Io.1.℄ Quinto confirmando idẽ arguitur sic.Solus Xp̃s mortuus est liber a debito mortis.ergo virgo Maria debitum mortis quandoq; habuit.Sed hoc dicitur peccatum originale, secundum illud Rom̃. sexto. Stipendia peccati mors.ergo idem quod prius.Cõsequentia patet.Antecedens vero est Augustini. Primo super illud psal.87. factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.Secundó.13.de trini.Tertio Bernardi sup psal. Qui habitat in adiutorio, &c.de quibus superius est visum circa priuilegium. quartum assignatum Christi. Antecedens etiam illud est Anselmi,in libro secundo.cur Deus homo,dicẽtis.Nullus vn̄q̃ homo præter illum.i.Xp̃m dedit Deo quod aliquando necessitate perditurus non erat,aut soluit quod non debebat. Ille vero sponte patri obtulit quod nulla necessitate amissurus erat, & soluit pro peccatoribus quod per se non debebat. Hæc ille.℄ Sexto arguitur ex parte pœnę damni.i.priuationis diuinę visionis,sic.Beata virgo indiguit sibi aperiri ianuam regni cœlestis per Christum.ergo sequitur q̃ contraxerit originale peccatum. Antecedens a nullo catholico negabitur.Consequentia est manifesta. Rõ.n.clausurę illius ianuæ in descendentibus ab Adam seminaliter,est peccatum originale,vt patet per Glo.quę Origeni ascribitur super illud Rom̃.3. Propter remissionem præcedentiũ delictoꝶ,vbi sic dicitur. Illi iusti qui præcesserunt Xp̃i aduentum in inferno tenebantur vsq; ad Christi passionem, vbi nec pœnis opprimebantur nec tamen Deũ videbant,quod erat eis pœna. Hoc autem erat eis pro peccato primi hominis,siue pro peccato originali,propter quod obclusus erat additus regni cœloꝶ,qui per Christi passionem fuit reseratus. Vnde Zacharias.Tu quoq; in sanguine testamẽti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua.℄ Septimó sic,& confirmatur ratio præcedens. Beata virgo si fuisset mortua ante Xp̃i passionem(quod fuit secundum se possibile) clarum est q̃ non intrasset tunc in regnum cœlorum.ergo sequitur q̃ originale contraxit cum nullum actuale commiserit. Antecedens videtur esse manifestum,quia alias ianua cœli omnibus aperta non fuisset Christi sanguine, contra illud Zachariæ.9.iam allegatum.Tu autem &c.Et illud apostoli ad Hebr. 11.Habemus fiduciam introitu sanctoꝶ.i.cœlestiũ in sanguine Christi. Item Aug.super psal.61.Noua ciuitas tanq̃ destructa vetere, appellatur Hierusalẽ, visio pacis,ciuitas Dei.Vnusquisq; ergo natus ex Adã nõ ꝑtinet ad Hierusalẽ. Portat ergo secum traducem iniquitatis,pœnãq; peccati deputatus morti, & pertinet quodã modo ad veterẽ quandam ciuitatem.Hæc ille.℄ Item dicit Innocentius tertius,& ponitur extra de bap.& eius effectu,cap.Maiores.Regnum cœlorũ vsq; ad mortẽ Xp̃i fuit omnibus obseratum, cuius ianuã Xp̃i sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit.Consequentia aũt patet. Tũ primo ex iã dictis in præcedenti rõne.Tum secundo auctoritate Augu.qui frequenter hanc rõnem facit contra Iulianũ,& Pelagianos ad probandũ q̃ paruuli contrahãt originale pc̃m.Vñ in tertio cõtra Iulianũ sic dicit. Pœna magna est vt imago non sinatur intrare regnum Dei.Obsecro aperite qualescunq; oculos, & videte qua iustitia pœna infligẽda sit paruulis, quos clausis oculis originali obnoxios negatis esse peccato.Itẽ in.5.li.contra eũdẽ Iulianũ ait iustus est Deus. Quid mali est q̃ innocẽtẽ hanc eius imaginẽ prohibet intrare in eius regnũ, si hoc non est pc̃m quod per vnũ hoiem intrauit in mundum.Hæc Augustinus.

Auguſt. Bernar. Anſel. Glo. Orige. Auguſt. Innoc. tertius. Auguſt. Auguſt.

ERVM ad aliquas de rationibus iã factis respõdetur exaduerso. Et primo ad eas quę de sensibilibus pœnalitatibus sumuntur. Secundo ad eas quę de apertura ianuæ cœlestis inductę sunt. Circa primum, in sexta propositione quintæ allegationis quæ est ꝙ non obstante præseruatione beatę virginis a peccato originali, virgo fuit subiecta siue affecta etiam necessitate naturæ multis pœnalitatibus, quæ prouenerunt ex primo peccato, dicit proponens exaduerso. ꝙ huiusmodi pœnalitates non videntur esse euidens testimonium contractionis originalis peccati. Pro cuius probatione prȩsupposito primo, ꝙ hmõi passiones mortis, fames, sitis &c. sunt naturales, non solũ pro statu naturæ corruptæ, sed etiã integre: quia (vt inquit) huiusmodi erant in statu innocentiæ in paradiso terrestri, sed differenter. Ibi nãq; in aptitudine, hic autẽ in statu miseriæ insunt de necessitate. Inducit autem aliquas rationes sub titulo consyderationis. Et primo sic dicit. ꝙ si Deus qñ formauit Adã extra paradisum (vt cõiter dr) in agro Damasceno, non posuisset eum in paradiso terrestri, sed in hoc mõdo, dimisisset eum ꝙ vteretur cõi aere & cibo sicut nos vtimur, nec dedisset ei originalem iustitiam, aut sibi assisteret specialiter diuina prouidentia, quomodo non sequeretur mors eius, etiam si contigeret eum nõ peccasse? Secundo sic. Si Deus faceret de costa aut de digito hominis (sicut formata fuit prima mulier) vnum aut plures homines, isti non contraherent originale pctm, tamen si illa subsidia eis deficerent, quæ data fuerunt primo homini, nonne morerentur de lege cõmuni, sicut alii qui contraxerunt? Tertio sic. Esto ꝙ rõne originalis peccati sit debita mors homini. ab isto debito absoluitur quando quis semel moritur. Lazarus ergo & alii qui fuerunt per Christũ & Apostolos resuscitati, videbantur iam immunes ab ista pœna originalis peccati. Et tamen non est dicendum ꝙ qñ resuscitantur nouiter cõtrahant originale pctm, aut ꝙ se implicauerint grauibus peccatis. quomodo eos necessarie fuit secundo mori? Quarto ex communi dicto dr, quod si xps non ex passione mortuus fuisset, senio defecisset. Quod dr sumpsi ex Augustino lib. secundo de baptismo paruulorum. Consequẽter autem proponens exaduerso assignando ꝙ huiusmodi pœnalitates fuerunt diuersimode in Xpo & in beata virgine dicit ꝙ in Christo fuerunt voluntarie assumptę, in virgine aũt de necessitate. Quia enim Xps prius ꝙ esset homo erat persona & perfectus deus: sicut voluntarie assumpsit humanitatem, ita voluntarie assumpsit hmõi pœnalitates. Poterat nãq; assumere naturã humanam in statu cõditionis gloriosæ. Beata autem virgo quia non prȩfuit ante suam personalem conceptionem, non dr assumpsisse eas voluntarie, cum nec præfuerit, nec volũtate habuerit, & ideo cũ naturã ꝗ alia quæ eam infallibiliter consequuntur, necessario secum traxit. Prȩterea quinto dicit aduertẽdũ qualiter iuxta intentionem sacræ scripturæ in multis passibus, aliis de causis pœne infligantur ꝗ propter peccatum eius qui pœnis subiicitur. Legitur. n. ꝙ quandoq; filii portant pœnam peccati suoꝝ proximoꝝ parentũ a quibus nullũ peccatũ traxerunt. Trenorum. Patres nostri peccauerunt & non sunt: & nos iniquitates eorũ portamus. Item legitur quandoq; ꝙ absq; parentum demerito infliguntur pœne huiusmodi, sicut patet de cæco nato, de quo dr Ioan. 9. Neq; hic peccauit nec parentes eius, vt cæcus nasceretur; Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Item quandoq; vt detur exemplum cæteris: siue propter custodiam & incrementum

virtutum: sicut de Iob, Thobia, & Paulo scriptura commemorat. Item sexto alii defensores eiusdem positionis exaduerso tentantes soluere praefatam rationem de poenalitatibus, & ostendere qualiter poenalitates illę non sint euidens testimonium contractionis originalis peccati, dicunt sic. Peccato originali nõ debetur poena sensus sed poena damni. ergo non est necessarium ꝙ homo in quo reperiuntur sensibiles poenae, dicatur cõtraxisse originale peccatum. Item septimo sic. Sicut gratia sanctificationis qua quis liberatur & mundatur a peccato originali se habet ad ipsum pctm̄ originale, & poenam subsequentem, sic gratia praeseruãs. Sed gratia sanctificationis qua quis aut in vtero existens sanctificatur, aut per sacramentum baptismi a peccato originali mundatur tollit peccatum originale & non poenam sequentem, vt patet in sanctificatis, s. Io. & Iere. & in hominibus baptizatis. Ergo pari ratione gratia pręseruans potuit praeseruare beatam virginẽ a culpa originali absq; quod praeseruauerit a poena sequenti. Consequenter proponens exaduerso ad rationem factam ex parte clausurae regni coelorum quae erat ante passionem Christi omnibus filiis Adae, nihil audet respondere determinate: sed aliqua ponit ex quibus sub nube vt eneruare fundamenta praefatae responsionis. Dicit enim sic. De clausura vero regni coelestis prout dicitur a perpetua damnatione, constat ꝙ ante aduentum Christi erat specialis causa: quia tunc nec sanctis, nec peccatoribus erat aperta. Quid autem super hoc sit dicendum de beata virgine ad praesens sistit. Sed constat ex communi doctrina ꝙ Moyses vidit deum clara visione in vita praesenti. Et Xp̄s fuit ab instanti conceptionis beatus, & tamẽ adhuc precium redẽptionis nondum erat actualiter solutum: prout postea fuit in cruce tẽpore passionis. Quid autem deus fecisset circa beatam virginem matrẽ suam, nouit ipse filius eius. Sed interrogandum videtur esto ꝙ si deus immediate per se formasset aliquos homines, si isti mortui fuissent ante aduentum Xp̄i cum non contraxissent originale peccatum, an fuisset eis aperta ianua paradisi. Hęc exaduerso, quae facere videntur ad propositum.

¶ Praefatę responsiones exaduerso refelluntur. Cap. 28.

Ad quae omnia dicendum venit per ordinem, vnde in primis dicitur ꝙ responsio data exaduerso ad ea quae de poenalitatibus quae consequuntur originale peccatum in vita praesenti inducta sunt, in multis deficit. Et primo in ipsa propositione qua dicitur ꝙ mors & huiusmodi poenalitates in iis qui propagãtur ab Adã, nõ sit euidens testimonium contractionis originalis peccati. Secundo deficit in rationibus quae adducũtur in fauorem eius. Primum autem manifeste patet, tum ex auctoritatibus inductis in primis rationibus in principio huius causae. Tũ ex eo ꝙ si propositio exaduerso posita sit vera, omnis processus Augustini contra hereticos pelagianos tam saepe repetitus per eum in libris suis in quo ex poenalitatibus paruulorum arguit ꝙ originale peccatum contrahant, redderetur friuolus immo nullus. Quod incõuenientissimum esset dicere & periculosum. Quod vero secundo deficiat responsio data exaduerso in rationibus & consyderatio nibus ostenditur sic. Manifestum est per singula & primo circa fundamentum quod posuit, videlicet ꝙ huiusmodi passibilitates. s. sitis. fames, mors, sint naturales etiam secundum statum naturę integrae. Aliquid dicendum venit vt habita veritatis intelligentia videatur quid fauoris inde accreuerit proponẽti. Vbi

Thom. notandum secundum communem doctrinam theologorum, sancti Thomę, Alberti, & Alexandri, ꝙ de mortalitate, & aliis poenalitatibus loqui possumus dupliciter. Vno modo quantum ad possibilitatem siue aptitudinem patiēdi; siue moriendi. & talis mortalitas fuit ante peccatum, & naturalis erat homini. Vnde Magister sententiarum in tertio, distin. 16. loquēdo de Christo dicit. De aptitudine enim moriendi, ambiguum non est an fuerit in Christo quæ etiam ante peccatum in homine fuit, quando aliquis in eo non fuit defectus. Nec mortalitas illa tunc in eo fuit defectus: quia natura ei inerat. Alio modo possumus loqui, de eis vt non solū dicant aptitudinem, sed cū hoc necessitatem, vtputa mortalitas non solū dicat possibilitatem siue aptitudinē moriendi. Et tunc iudicandum est an sit naturalis vel non, secundum ꝙ natura hominis potest dupliciter cōsyderari. Q̄m si consyderatur natura solū in se & in suis principiis sic naturalis est hominis, quia cuncta, ex quibus constat corpus, corruptibilia sunt, secundum ꝙ corruptibile dicit necessitatē corruptionis. Sic. n. philosophus demonstrat in primo de coelo & mundo, ꝙ nullū generabilē est incorruptibile, nec potest esse. Ipsa et elementa in corpore vnita cum sint contraria, per suā actionē distemperant ęqualitatē mixtionis, & tendunt ad loca sua, & separātur a mixto; & sic sequitur mors. Secūdo modo pōt consyderari natura ſm ꝙ sumitur sub illa virtute iustitiæ originalis quā in prima creatione Deus ei contulit, siue secūdum statum innocentiæ in quo quoddam donū a Deo gratis datū animę inerat, vt ipsa præter modū aliaꝶ formaꝶ secūdū modum suū vitam indeficientē corpori largiretur, sicut ipsa incorruptibilis est, & nō ſm modū corporis corruptibilis. Vnde q̄diu ipsa manebat Deo subdita, & corpus ei omnino subdebatur, nec aliqua dispositio in corpore accidere poterat quæ viuificationem animæ impediret. Sub hac aūt status dignitate & conditione natura humana consyderata, prædicta mortalitas non est homini naturalis, sed cōtra naturā hominis, & est poena inflicta pro culpa. Ablato. n. prædicto gratiæ dono per pctm̄, Diony. relicta est natura humana (vt Dio. dicit in ecclesiastica Ierarchia) in statu qui debetur ei ex natura principioꝶ suoꝶ, secundū ꝙ dictū est. Terra es, & in terram ibis. Geñ. 3. Et hoc est quod dicit Apostolus Ro. 8. Corpus quidē mortuū est Glo. propter pctm̄. Vbi dicit glo. Non dicit mortale, sed mortuum. Mortale quidē fuit. i. potens mori, sed post peccatum fuit mortuū, idem habens in se necessitatē moriendi, & ideo cōgrue addit propter peccatum. s. originale. Vnde hęc mor Glo. talitas est propter peccatum. Hæc Glo. Et Augu. tractans idē Apostoli verbum August. in de baptismo paruuloꝶ ad Marcellinū ita dicit. Puto ꝙ non expositore sed tantum lectore opus habet tam clara & aperta sententia. Corpus inquit mortuum est non propter fragilitatē terræ: non quia de terra & puluere est, sed propter peccatum. Quid quærimus amplius euigilantissime. Non ait mortale sed mortuum. Nam anteq̄ immutaretur in illam incorruptionē quę in sanctoꝶ ratione promittitur poterat esse mortale: q̄uis nō morituꝶ si in homine iustitia, & obedientia permaneret. Quare patet qualiter defectus isti sunt poena peccati si consyderentur ſm statum in quo creatus est, & sunt naturales si consyderentur Thom. ſm principia prima. Et hoc est quod. S. Thomas, in. 3. di. 16. dicit ꝙ necessitas moriendi inest homini partim ex natura, partim ex pctō: quia post lapsum talis necessitas inest homini ex peccato, sicut ex remouente prohibens, quod erat gratia innocentiæ. Ex natura aūt materię sicut ex eo quod per se necessitatem mortis inducit. Quo ostēso clarissime habemus ꝙ ex hoc qd ex aduerso est ꝙ hmōi poenalitates quantū ad aptitudinē, fuerint homini naturales in omni

statu, non arguitur ꝙ hmōi pœnalitates necessitate cōtractę, non sint euidēs testimonium contractionis originalis peccati: qm̄ doctores ipsi, quoꝝ sententias refero, non arguunt ex ipsa aptitudine patiendi aut moriendi, originale pctm̄: sed ex ipsa ineuitabili necessitate contracta quæ non nisi, per pctm̄ intrauit in mundū, vt ait Apostolus Ro. 5. Vbi dicit Glo. Merito p eū mors intrauit: quia causa mortis in oēs per eū transiuit. i. pctm̄. Et sup illud Ro. 6. Stipēdia peccati mors, vt mortē pctō nō immerito illatā sed debitā demōstraret. Ex quo manifestū est ꝙ falsum sit (quod superius ēt cōsitatum est) qd exaduerso dr̄, videlicet ꝙ mors ita sit pœna peccati primoꝝ parentū, ꝙ nō sit pœna cuiuscūq; peccati cōtracti in paruulis. Patet, qm̄ vt patet ex auctoritatibus positis tam Apostoli q̄ sanctoꝝ, ita dr̄ mors per pctm̄ intrasse, vt intrare nō potuerit nisi intrāte pctō. Ad qd præter allegata facit id quod dicit Augustinus de fide ad Petrū. ca. 22. Firmissime tene & nullatenus dubites primos homines. s. Adam & mulierē eius bonos, rectos, & sine pctō creatos. Et infra, eos non necessitate sed volūtate peccasse, illo quoq; pctō sic in deterius mutatā humanā naturam: vt non solum in ipsis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum, sed etiam in omnes homines transiret peccati mortisq; dominium. Glo. August.

¶ Responsiones ad rationes factas exaduerso. Cap. 29.

Quo habito respondendum est ad rationes factas exaduerso ad ostendendum ꝙ hmōi pœnalitates non essent euidens testimoniū contractionis originalis peccati, & ostendendū est eas nō habere veritatē. Ad primā cū dr̄ ꝙ si primus hō non fuisset locatus in paradiso, nec fuisset donatus iustitia originali, etiā si nō peccasset fuisset mortuus. Respondetur ꝙ hoc argumentū nō facit ad propositū: quia doctores ipsi, quoꝝ sententias refero, arguentes ex pœnalitatibus contractionē originalis peccati, non arguunt: quasi sequela ista cōsurgat ex habitudine terminorū aut naturali & essentiali dependentia vnius ad aliud, sed arguunt præsupposito secundum fidem catholicam, ꝙ primus homo fuit creatus in statu innocētię: in quo ex cōnexione fontis vitæ ad ipsius hominis animam innocentem, deriuatus est in ipsam supernaturalis quidam vigor ad actum suum essentialem qui est viuificare corpus. vt. s. elementa cōtraria continere perpetuo posset in æqualitate mixtionis & complexionis, & vt etiam contineret corpus illęsum ab omni violentia, & corpori sic conseruato influeret perpetuam vitam, & sic fieret immortalis. i. potens non mori. Cuius immortalitatis donum minime perdidisset in quocūq; loco fuisset locatus, nisi peccasset. Vnde in cōcilio Carthaginēsi ædito ab Episcopis. 214. contra hæreses Pelagii & Cœlestini prima diffinitio ita habet, & ponitur in cap. placuit de consecra. dist. 4. Quicunq; dicit Adam primum hominem ita mortalem factum vt siue peccaret siue non peccaret moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito sed necessitate naturæ anathema sit. Ex quo manifeste habetur ꝙ arguere ex casu posito ꝙ primus homo non fuisset creatus in iustitia originali (sicut dicit sanctus Thomas in tertio. distinctio. 16.) necessitas moriendi fuisset homini naturalis defectus & non pœna aliqua, non est ad propositum. ¶ Secundo arguebatur exaduerso, de eo quoniam si Deus de nouo miraculose de digito aut de costa formaret hominem, de eo diceretur ꝙ licet non contraheret peccatum originale, tandem tamen moreretur & alias haberet passiones. De hoc pariter dr̄ ꝙ nō facit ad propositū difficultatis, qm̄ casu isto posito exaduerso, vt dicit Sanctus Cōciliū. Thom̄.

Thom. Thomas in secundo sententiarum, dist. 3. tales defectus siue passiones in tali homine sic miraculose formato non haberet rationem culpę nec pœnæ: quia nõ per voluntatẽ tales defectus essent causati nec ex voluntate primi hominis procederent: quia defectus non causantur ex voluntate primi parẽtis nisi in eis, qui ab eo naturam accipiunt; non autem accipitur natura a materia, sed ab agente. Vnde cum iste esset ab Adam solum materialiter, non autem sicut a principio actiuo ab eo descenderet, constat ꝙ naturam humanam ab eo non acciperet, nec per eum incurreret prædictos defectus. Vnde rationem pœnæ vel culpæ in eo non haberent, cum non compararentur ad voluntatem sicut ad causam. Hæc Sanctus Thomas. ¶ Ad tertiã cum arguitur, de resuscitatione a Christo dĩ, sicut ad pręcedentia ꝙ non videtur ad propositũ facere: qm̃ cum mors & aliæ pœnalitates contractæ in filiis. Adę dicũtur arguere originale peccatum, non intelligitur ꝙ semper arguant ipsum principaliter & actualiter inesse subiecto, sed ꝙ infuerit, vel insit. Et ideo quod arguitur de resuscitatione qui secundo moriuntur nõ facit ad propositum. Et ista sufficiant pro ratione illa breuitatis causa, licet alia dici possent quæ Sanctus Thomas in tertia parte. q. 53.

Thom. ar. 3. dicit ꝙ tales resuscitati per resuscitationem illam primam, licet fuerint liberati a morte, non tamen a necessitate mortis. ¶ Ad rationem autem quartã in qua arguitur de Christo de quo & asseritur Augustinum dixisse in secũdo de baptismo paruulorũ ꝙ si non fuisset crucifixus & mortuus iuuenis, senio defecisset & mortuus fuisset. Respondetur etiã ꝙ hæc ratio ad propositum non facit: qm̃ Christus non contraxit hos defectus, sed voluntarie assumpsit dispensatiue: vt pro peccato nostro satisfaceret, & ideo licet isto casu dato Xp̃s mortuus fuisset naturali morte (vt dicunt doctores aliqui) non tñ ex debito naturę. s. prout fuit in ipso: quia in illo nec culpam & per consequens nec reatum mortis nũꝗ habuit, eo ꝙ lege & actu naturæ non descendit a primis parentibus. Vbi non prætereundũ est ꝙ non plene assignatur ex aduerso modus diuersitatis quo pœnalitates dicuntur fuisse in Christo, & in beatã virgine, cum dicitur ꝙ Xp̃s quia priusꝗ esset homo erat persona, & perfectus Deus, sicut volũtarie assumpsit humanitatem, ita assumpsit pœnalitates illas. Virgo autem Maria quia non præcessit conceptionem suam non dicitur eas assumpsisse voluntarie. Vnde vera causa, & plena assignatur iuxta communem doctrinam quasi omnium theologorum in hoc ꝙ Xp̃s non contraxit hos defectus siue pœnalitates, quia nõ fuit modo communi propagationis ab Adam progenitus. Beata autem virgo & alii modo communi propagationis ab Adam progeniti contrahere eos dicuntur.

Thom. Vbi notãdum cum sancto Thoma in tertia parte. q. 14. ar. 3. ꝙ in verbo contrahendi intelligitur ordo effectus ad causam: vt. s. illud dicatur cõtrahi qđ simul cum sua causa ex necessitate trahitur. Causa autẽ mortis & horũ defectuũ in natura humana est peccatum: quia per peccatum mors intrauit in mundum, vt dr̃ Rom. 5. Et ideo illi proprie dicuntur hos defectus contrahere: quia ex debito peccati hos defectus incurrunt. Xp̃s autem hos defectus non habuit ex de

August. bito peccati: quia vt dicit Augustinus exponens illud Io. 3. qui desursum venit super omnes est. Desursum venit Xp̃s. i. de altitudine humanæ naturæ quã habuit ante pc̃m̃ primi hominis. Accepit enim naturam humanam absꝗ pc̃õ in illa puritate in qua erat in statu innocentiæ. Et simili modo potuisset assumere humanam naturã absꝗ defectibus. Sic ergo patet ꝙ Xp̃s non contraxit hos

Mag. sentẽ. defectus quasi ex debito peccati suscipiens: sed ex propria voluntate. Hæc sanctus Thomas, & simili modo Magister sententiarum loquitur in tertio. di. 15.

fta dicens. Hos autem defectus Xp̄s non conditionis necessitate, sed ministrationis voluntate suscepit. Veros quidem habuit defectus sicut & nos, sed nō eadem ex causa. Nos e,nimex pc̄ō originali hos defectus trahimus sicut Apostolus insinuat dicēs. Corpus quidem nostrum propter peccatum mortuum est.i. necessitatem moriendi habet in se, Xp̄s aūt non ex peccato huiusmodi habuit defectus: quia sine peccato est conceptus & natus & in terris conuersatus, sed ex sola miserationis voluntate. Hæc magister. Et ita patet vera doctrina qualiter pœnalitates fuerūt diuersimode in Christo & in beata virgine, & in aliis hominibus. Ex quibus luce clarius splendet veritas conclusionis doctorum, quorum sententias refero.

¶ Respondetur ad reliqua inducta exaduerso. Cap. 30.

QVO habito dicendum est ad sequentia, quæ exaduerso inducebātur. Dicebatur autem quinto exaduerso, qualiter aduertēdum erat plurimis aliis ex causis in sacra scriptura pene legebantur inflictę q̄ ratione originalis peccati, vtputa, aut ratione custodiendæ humilitatis, aut ratione exercendæ virtutis, aut gratia exempli patientiæ præstandi cæteris. Sed ad hoc dicendum ꝙ hæc ratio ad propositum facere nō videtur. Tum primo quia præsens sermo est de pœnalitatibus quæ ex defectu naturæ in omnibus cōtingunt quæ sunt communes & generales tam iustis q̄ peccatoribus. Tum secundo, quia nulla illarum causarum poterat assignari in beata virgine, data positione exaduerso, vt faciliter patere potest bene consyderanti rem ipsam. ¶ Ad id autem quod sexto ab aliis arguitur ꝙ originali peccato non debeatur nisi vna pœna.s. damni, dicendū est negādo antecedens si vniuersaliter pro omni statu intelligatur. Cum.n. iuxta August. tam in. 13. de Trini. q̄ contra epistolam fundamenti, huiusmodi defectus veniant de damnatione peccati, duplex pœna respondet peccato originali, vna.s. temporalis.s. in vita præsenti, & alia æterna post hanc vitam. Prima est sensibilis. Secūda dicitur pœna damni quæ est carentia diuinæ visionis. ¶ Ad septimum in quo arguitur ꝙ gratia præseruans, potuerit præseruare beatam virginem a culpa originali absq; eo ꝙ pręseruauerit eam a pœna sequenti. Respondetur ꝙ ratio nō procedit propter duo. Primo quia non est simile de gratia præseruante, si qua talis alicui concessa fuisset, & de gratia liberante: qm̄ gratia liberās respicit peccatum originale iam contractum; Et ideo gratię beneficium est tollere ipsum peccatum, etiam remanente pœna sensibili, maxime quando natura nondum plene liberatur. Gratia vero præseruans respicit peccatū originale vt non cōtractum est, & ideo iniustitia esset si sine peccato præcedente aut concomitante talis pœna infligeretur. Et ideo dicit August. in auctoritate superius allegata ex libro de prædestinatione. Facilius dici potest vt transeunte peccato pœna minime sequeretur q̄ vt nullo comitante peccato, partē sumat pœnæ qui nihil habuit culpæ. Tum secundo, pro eo ratio præfata nō procedit: quia nondum probatum est, ꝙ talis gratia pręseruans virgini fuerit concessa. Ex quibus omnibus anteq̄ ad vlteriora progrediar, sequitur correlarie. ꝙ indebite assignatur exaduerso ordo pœnalitatum respectu orginalis peccati, dicendo ꝙ ordine naturæ seu naturalis intelligentiæ pœnalitates pręcedant originale peccatum: vt prius necessitas moriendi intelligatur inesse paruulo q̄ originale peccatum. Falsitas autē huius ordinis dati exaduerso patet ex superioribus te-

nor.

August. August.

stimoniis tam scripturæ q̃ sanctorum. Dicit enim Apostolus ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per pctm̃ mors. Super quo verbo dicit Augustinus, vt superius fuit inductum. Mors intrare non potuit nisi intrante pctō. Si ergo iuxta Apostolum & Augustinum mors non potuit intrare nisi intrante pctō, impossibile est intelligere ꝙ necessitas mortis siue aliæ pœnalitates intelligantur transire in hominem non prius ordine intelligendi transeunte pctō. Item causa & meritum semper intelligitur ordine naturæ præcedere suum effectum. Sed pctm̃ originale est causa in vno quoq; (vt sæpe repetitum est & ostensum multipliciter) ꝙ aliquis cōtrahat huiusmodi pœnalitates. Vnde super illud Apostoli primæ. Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Dicit Aug. in Glo. ꝙ omnes moriuntur corporali morte in Adam, qui eius filii sunt a quo mortem & mortis meritum traxerunt. Ergo sequitur ꝙ ordine naturæ siue intelligentiæ, originale sicut causa, & sicut meritum pœnalitatum, intelligatur primo inesse nobis q̃ ipsæ pœnalitates.

August.
August.
Glo.

¶Rationes quædam exaduerso factæ soluuntur. Cap. 31.

RATIONES autem quæ exaduerso fiunt in contrarium, nō habent efficaciam. Quod patet per singulas discurrendo. Arguit. n. proponens sic. Magis vniuersalia priora esse dicuntur, sicut animal homine. Sed pœnalitates sunt magis vniuersales respectu originalis peccati: quia pluribus communes fuerunt q̃ originale, sicut patet de Christo Adam & Eua, &c. ¶Ad istam rōnem dicitur ꝙ non procedit, duplici rōne. Tum primo, quia maior est falsa, vbi magis vniuersale & minus vniuersale non se habent in eodem ordine essentiali, sicut superius & inferius, sicut patet in præsenti. Non enim pœnalitates sunt superius prædicabile ad pctm̃ originale, vt de se patet. Tum secundo quia illud quod inducitur in minori de Xpo, Adā & Eua, non facit ad propositum. Christus enim sicut dictum est voluntarie sumpsit has pœnalitates & non contraxit. Adam vero, & Eua licet non habuerunt originale pctm̃, habuerunt tamen actuale, quod in eis ordine naturæ præcessit pœnalitates ipsas. Vnde falsum est ꝙ plures cōtraxerint pœnalitates q̃ originale pctm̃ habuisse dicantur. ¶Secundo arguitur sic exaduerso. Id quod præcedit alterum & ab aliquo præsupponitur dicitur prius. Sed constat ꝙ in carne illa cui vnitur anima quando contrahit originale pctm̃, est intelligere huiusmodi pœnalitates. s. mortalitatē. ergo &c. ¶Ad istā rōnē respondetur negando minorem. Tum primo quia istę passiones & defectus, proprie sunt totius & non partis. Non enim proprie caro moritur aut famet, aut sitit, sed compositum. Tum secundo quia licet huiusmodi passiones siue defectus quantū ad aptitudinem ipsam quę ex ipsa cōditione materiæ nascitur aliquo modo prędintelligi videantur, nō tñ inquātum habēt rōnem pœnalitatis, quia sic sequi intelliguntur pctm̃ sicut effectus causam suā. ¶Tertio arguitur sic. Quandocunq; aliqua sic se habent ꝙ vnū dependet per se ab alio & non econtra, dependenti repugnat esse sine termino, & non econuerso. Si ergo passibilitas & mortalitas sic se habent ad originale pctm̃ ꝙ dependeant ab eo per se, tūc impossibile erit hoc posterius esse absq; priori. Cōstat aūt quod in Xpo fuerūt assumptę pœnalitates absq; pctō. Ergo sequitur ꝙ non dependent primæ ab eo tanq̃ posteriores. ¶Ad istam rōnem respondetur concedendo totum processum: quoniam

non facit ad propositum,& minor est falsa. Vt enim superius fuit dictum, non dicitur ꝙ huiusmodi pœnalitates per se dependeant ab originali peccato; sed modo assignato superius. Immo etiam quod inducit de Christo ostēsum est nō facere ad propositum, quia in eo non fuerunt contractę hmōi passiones, sed voluntarie assumptæ. Quarto arguitur sic (& dicitur exaduerso ꝙ cæteris euidentius.) Illud intimius aut primo inhæret subiecto quod vltimo separatur ab eo. Constat autem ꝙ separatione facta originalis peccati ab homine vt per gratiā baptismi vel alias, adhuc remanent in eo illę purę pœnalitates quę primo inerant, & cum amoto originali peccato remanent huiusmodi pœnalitates, intimius: aut primo insunt, ex quo vltimo separantur. ¶ Ad istam rationem, quę iudicio proponentis exaduerso euidentior cæteris visa est', respōdetur ꝙ nullo modo procedit. Nam maior assumpta vniuersaliter est falsa. Deficit enim in iis inter quæ mediat habitudo causę ad causatum siue meriti ad prēmium. In talibus quidem contingit oppositum. De quo manifestum exemplum habemus & proximum in peccato actuali. Nō enim dubium quin macula & reatus etiā pœnę quæ sunt effectus causati in anima per actum peccati, maneant in anima cessante actu peccati; & tamē prior est ordine naturæ actus ipse peccati ꝙ ipsa macula & ipse reatus pœnę. Et ita in originali peccato est. Quare licet remoto originali pctō ab anima, siue per sanctificationem quæ fit mediāte sacramento, siue per sanctificationem priuilegiatam in vtero, maneant pœnalitates præfatę, non tollitur per hoc quin originale pctm̄ pręcedat ordine intelligētiæ ipsas pœnalitates sicut causa suum effectum ea ratione qua superius fuit declaratum. Ex quibus patet falsum esse ꝙ de ordine pœnalitatū ad originale peccatum dogmatizatum est exaduerso.

¶ Ad vnicam rationem de pœna damni beatę virginis respondetur. Cap. 32.

CAETERVM iam dicendū venit ad ea quę dicebantur ad vltimam rōnē in qua dicebatur ꝙ si virgo Maria ante Xp̄i passionē fuisset mortua nō intrasset paradisum: quousqꝫ p Xp̄i hostiā fuisset referatus: sicut de aliis dr, vt. S. Thomas conformiter ad alios doctores in. 3. parte. q. 27. ar. 1. dicit. Pro quoꝝ intelligētia & pleniori responsione danda ad eaquę exaduerso dicuntur est notandū primo ꝙ (vt dicit sanctus Thomas in. 3. parte. q. 49. ar. 5. & in. 3. sentētiarum di. 19.) clausio ianuæ est obstaculum quoddam prohibens homines ab ingressu. Prohibebantur autem homines ab ingressu regni cœlestis propter pctm̄. Quia sicut dicitur Isa. 35. via illa sancta vocabitur, & non transibit per eam polutus. Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni cœlestis. Vnum quidem ratione totius humanę naturę, quod est peccatum primi parentis. Et per hoc peccatum pręcludebatur homini additus regni cœlestis. Vnde legitur Gen. tertio ꝙ post peccatum primi hominis collocauit Deus cherubin, & flameum gladiū atqꝫ versatilem ad custodiendam viam ligni vitę. Aliud autē est peccatum speciale, vniuscuiusqꝫ personę, quod per propriū actū committitur vniuscuiusqꝫ hominis. Et ita obstaculum ab introitu regni cœlestis potest esse duplex. Vnū ex parte naturæ quod est per pctm̄ originale, aliud ex parte personę, quod est per peccatū actuale. Primum quidem est cōe omnibus. Secundū aūt nō. Obstaculū aūt qd erat ex parte naturę auferri nō potuit nisi per eū, cuius operatio in totā

Thom.

Thom.

naturam potuit.s.Christum. Vnde ipse pro nobis satisfaciendo hanc ianuam aperuit quæ per pctm̄ primi hominis toti vitiatæ naturæ clausa erat. Quo notato dicendum est ad ea quę exaduerso dicuntur. Dicit autē proponens ꝙ Moyses ante aduentum Christi vidit clara visione in vita præsenti Deum. Et Christus fuit ab instanti conceptionis beatus, & tamen pretium redemptionis nondum erat solutum. Respondetur ad ista ꝙ in nullo obstant dictis. Primum quidem non quod de Moyse inducitur, quia visio Moysi non fuit per modū in existentis habitus, sed per modū transeuntis passionis, vt ait. S. Thomas. Hic autē dr̄ ꝙ rōne peccati originalis ante Christi passionem, nullus intrare poterat regnum cœloꝝ adipiscendus æternam beatitudinē: quæ consistit in plena Dei fruitione, quæ requiritur ad perfectam beatitudinem. Xp̄o aūt cū semper cœlū patuerit, & ei nunq̄ fuerit clausum quia non fuit de illis qui peccauerūt in Adā; non est ad propositū qđ inducitur de eo. ℭ Secundo dicebatur exaduerso per modum quæstionis quid dicēdū esset de hominibus qui a Deo miraculose formati fuissent quos cōtigisset mori ante Christi passionem. Ad hoc respondent quidam ꝙ si præfati homines a Deo miraculose formati sine quocūq; pctō primo in gratia Dei gratum faciente fuissent mortui, cum nullū prędictorum obstaculoꝝ eis obstasset regnū cœloꝝ consequuti fuissent: quia regnum cœlorū non erat clausum nisi Adæ peccanti & filiis suis. Filiis dico qui non tm̄ secundum materiam sed etiam secundū seminalem rōnem propagati fuissent ab eo, quia omnes tales peccauerunt in eo. ad Rom̄. 5. Vnde falsum est quod a quibusdam dr̄ exaduerso ꝙ pctm̄ non erat præcisa causa clausionis cœlestis regni: sicut patet ex dictis. Ex quibus omnibus bene cōsyderatis ſm resolutionem habitam, patet primo falsitas propositionis. 6. qua dr̄ ꝙ non obstante præseruatione, beata virgo Maria subiecta fuit pœnalitatibus necessitate naturæ. ſ. contractę. Secundo falsitas alterius propositionis in qua dr̄ ꝙ pœnalitates prædictæ non sunt euidens testimonium contractionis originalis peccati. Tertio falsit as ordinis da ti ex aduerso inter pœnalitates & originale peccatum.

ℭ Explicit pars septima.

ℭ Incipit octaua.

ℭ In parte octaua, primo ponendæ sunt & roborandæ rōnes sumptæ ex nominibus Christi designantibus vniuersalitatē salutaris influentiæ respectu totius generis humani, videlicet Xp̄s & redemptor &c. cum cōfutationibus rn̄sionū ex aduerso, & primo prima, & secūda. Ca. I.



XPLETIS iam in pręcedentibus (diuina assistētevirtute) rationibus quæ ex illis fundamentis pręnominatis in fauorē principalis conclusionis iuxta sentētias doctoꝝ, quorum relator sum, pro nunc inducendæ erant. Restat iam in eiusdem conclusionis firmitatem rationes quæ sumuntur ex nominibus Christi vniuersalitatem importantibus causalitatis salutaris influentiæ respectu totius humani generis in medium afferre. Verum non est præsentis intentionis omnes huiusmodi rationes commemorare. Hoc quippe & creditas mihi vires superat, & angustia tractatus præsentis non sustineret. De multis ergo huiusmodi nominibus in sacra scri

plura contentis, decem tantum assumam. Ex quibus aliquæ rōnes formabuntur, videlicet Iesus, redemptor, mediator, reconciliator, medicus, iustificator, sanctificator, mundator, siue lotor, pastor, & sacerdos. Primum autem nomen Christi importans vniuersalitatem salutaris influentiæ (vnde exordiendus est hic argumentationis processus) est nomen Iesus qui interpretatur saluator. De quo dicit Angelus ad Mariā. Luc. 1. Et vocabis nomē eius Iesum. Ex quo arguitur sic. Omnis homo saluatus per Xp̄m habuit aliqū p̄ctm̄ aliquod a quo saluandus veniebat per eū, sed beata virgo fuit saulata per Xp̄m. ergo habuit aliquando aliquod peccatum, non actuale. ergo originale. Consequētia patet. Minor est fidei. Tū quia in persona totius ecclesiæ cantatur in symbolo de Christo qui propter salutem nostram descendit de cœlis. Tum secundo patet ipsius beatissimæ virginis testimonio quæ in cātico suo dicebat. Exultauit sp̄us meus in Deo salutari meo. Vnde Augustinus de ea in sermone assumptionis eius dicit, ꝙ genuit suum & omnium saluatorem. Maior vero patet tum ex illo Mat. primo. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum a peccatis eorum. Nota populum, vbi includitur totus orbis, & per consequens beata virgo, Notandum etiam quod ait a peccatis eorum. Vnde Remigius super eodem verbo, & ponitur in Glo. continua ita dicit. Saluum faciet populum suū est enim totius mundi saluator & nostræ salutis auctor. A peccatis saluat nō armis pugnando, sed peccata relaxando. Vnde beatissimus Augu. lib. de natura, & gratia contra hæreticos dicentes paruulos dici saluatos per Xp̄m, & tamen ab originali p̄ctō immunes, tractans prædictum verbum Angelicum, ita dicit. Quomodo enim saluum faciet, vbi nulla est ęgritudo? Item maior præfatæ rationis patet ex illo Matt. 16. Venit saluū facere quod perierat. Ex quibus aperte colligi vr, ꝙ nō potest saluari proprietas huius dictionis, rōne solius pręseruationis a peccato qua præseruata fuisse exaduerso asseritur beatissima virgo in conceptione sua. Tum primo quia talis responsio non potest stare cum litera textus: qm̄ qui præseruatus est ab omni peccato, non potest dici saluatus a peccato suo. qm̄ nullum habuit. Secundo quia qui pręseruatus est ne periret, nullo modo dicendus est periisse, & tamē textus primus dicit: & vocabis nomē eius Iesum. cuius ratio assignatur. Ipse enim saluū faciet populum suum a peccatis eorum. Secundus textus ait. Venit saluum facere, quod perierat. Et confirmatur per illud Isa. 49. Nunquid tolletur a forti præda. Glo. interli. i. humanum genus. Aut quod captum fuerat a robusto, Glo. i. a diabolo saluū esse poterit: quia hæc dicit Dn̄s. Equidem & captiuitas. Glo. i. humanum genus a forti tolletur & quod ablatum fuerat a robusto. i. a diabolo saluabitur Glo. per sanguinem filii. Ecce ꝙ propheta saluationem factam per Christum dicit esse respectu prædę & captiuitatis qua humanum genus erat subiectum. Item confirmatur per illud Apostoli. 1. Thi. primo. Fidelis sermo, & omnium acceptatione dignus: quia venit Iesus in hunc mundum peccatores saluos facere, vbi glo. quæ Augustino ascribitur dicit. Vnde & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum. Vnde? A peccatis eorꝝ. Nunquid ad istum populum non pertinet paruuli? Sic credite: cum ista fide paruulos ad gratiam Christi portate. Quod mihi dicis, sanus est, non habet vitium. Quare cum illo curris ad medicum si non habet vitium? Si sanus esset, non clamaret Iesus, sinite paruulos venire ad me. Hæc Glo. Ex qua manifeste patet ꝙ de saluatione ista loquendo, qua populum suū Christus saluare venerat, nullus potest vere dici saluatus per Xp̄m, per solam pręseruationem a peccatis. Tum secundo hoc patet,

Marginalia: August. — Remigius. — Glo. — August. — Glo. — Glo. — Glo. — Glo. — Glo. — August.

quoniam expositio & intelligentia literæ illius textus oportet ꝙ sit vniformis pro oibus pro quibus loquitur, sed loquitur de toto populo Dei simul: oportet ergo ꝙ vna sit intelligentia saluationis a peccato pro omnibus in populo Dei inclusis, & non varia: vt dicatur ꝙ alia ratione quidam sunt per Xp̄m saluati a peccatis: vtputa quia præseruati fuerunt ne peccarēt: alii vero ideo quia peccata siue commissa aut contracta eis relaxata sunt per Christum. Plane hac libertate data exponendi sacram scripturam, mysterium diuinæ saluationis exprimentem, facile esset multos alios excipere ab vniuersali ista lege contractionis originalis peccati, quod esset contra fidem, vt inquit Augustinus libro de natura & gratia. Tum tertio hoc idē patet clarissime: quia in hoc ꝙ saluatio quēdam mutationem, vt transitum quēdam denotat de termino culpæ a qua saluatur ad terminum ad quem. s. gratiæ in quem per actum saluationis deuenit. Quemadmodum dealbatio quandam importat mutationem de nigredine ad albedinem. Vnde ait Angelus. Saluū faciet populū suum a peccatis eorum. Sed hoc est notissimum apud omnem hominem qui notos haberet terminos propositionū, ꝙ existens semper albus non posset vere dici dealbatus, quantuncunq; causa fuisset impedita ne effectum nigredinis produceret, nisi ipse fuisset quandoq; niger, & non solum in causa sua. Ergo pariter non potest quis dici proprie saluatus a pc̄ō qui nunq̄ culpæ seruituti subiectus fuit, quantūcunq; præseruatus diceretur. Communis enim animi conceptio est apud omnes vt terminus a quo motus, presupponatur prius insuisse subiecto. Vnde & si aliquis præseruatus, extenso saluationis vocabulo, reperitur nominatus saluatus, non tamen liceret ita æquiuoce vnum textum exponere sacræ scripturæ dictum cōmuniter de pluribus, immo de vniuerso populo Dei, ꝙ dicatur de vno intelligi proprie & de alio improprie, de vno secundum vnam rationē, & de alio secundum aliam. Hoc enim esset dare viam peruertēdi vniuersam scripturam, sicut superius commemoratū est & exemplis demonstratum. ¶ Præterea secundo arguitur principaliter ex secundo nomine Christi iuxta ordinē superius dictum, quod est redemptor. De quo dr̄ Iob. 19. Scio ꝙ redemptor meus viuit, & Mat. 20. scribitur, venit animā suā dare in redēptionē pro multis. vbi glo. Origenis & ponitur in cōtinua glo. ita ait, Pro multis. s. qui crediderūt in eū, dare inq̄ in mortem secūdū quā inter mortuos liber, & fortior omni potestate mortis, omnes sequi volētes liberauit a morte. Ex quo sic arguitur. Omnis ille pro quo dedit semetipsum in redemptionem, habuit aliquod peccatū anteq̄ fructū redēptionis cōsequeretur, Sed pro btā virgine Xp̄s dedit semetipsum in redemptionē. ergo ipsa aliqn̄ habuit aliquod pc̄m. Nō actuale. ergo originale. Cōsequentia est formalis in tertio primæ. Minor est fidei. Vnde et. S. Eusebius in sermone secundo natiuitatis dominicæ: qui incipit. Bene nostis charissimi, dicit. Initiator omnium reꝝ abs te. iniciatur: & profundendum pro vita mundi sanguinem de corpore tuo accepit, ac de te sumpsit, vnde etiam pro te soluat. Maior vero patet per illud psal. 129. Apud dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio, vbi dicit glo. ordinaria. Apud dominum etiam copiosa redemptio: qui totius mundi peccata redemit, & adeo copiosa: quia ipse qui sine peccato præcessit redimet ex omnibus iniquitatibus eius. Israel se vendere potuit, & non redimere, ille qui sine pc̄ō fuit, pōt redimere. Itē per illud Apl̄i. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionē quæ est in Christo Iesu. Glo. dicit. Notandum ꝙ recte dr̄ redemisse nos, non emisse, Ipsius enim ante per naturam fueramus, sed nostris delictis alienati fuimus.

Augu.

In quo

¶ In quo .7. viis probatur & roboratur fundamentum illud positum in praecedenti cap. videlicet ꝙ omnis redemptus per Christum fuit aliquando peccati seruitute captiuus, & primo ostenditur quid sit redemptio, ex quo roboratur pręmissa prima ratio ex redemptione sumpta. Cap. 2.

VERUM qm̄ rō ista pot lor est ac cōior in qua pręcipue doctores quoꝝ sententias refero, conclusionē suā fundant, sicut Alexander de Ales. Albertus Magnus. S. Thom. Bonauctura & reliqui eximii doctores superius nominati, proponens exaduerso multo studio ausus est infirmam ostendere hāc rationem, qui dicens hanc redēptionē nō pręsupponere redemptum prius fuisse pc̄tō subiectum, ponit tres sequentes propositiones. Prima ꝙ nō obstante pręseruatione beatę Marię a peccato originali potest dici redempta. Secūdo ꝙ nisi beata virgo mō supradicto pręseruata fuisset ne contraheret originale pc̄m̄, ipsa non diceretur perfectissime redempta. Tertia ꝙ nisi hoc daretur, Xp̄s nō diceretur pfectissimus redēptor illius. ¶ Pro deductione primę propositionis vtitur septemplici medio. Primo distinguendo sex modos redemptionis. Secundo ex rationibus sumptis ex ordine vniuersi. Tertio ex cōi oīum fere hoīum cōsyderatione. Quarto ex manuductione exēploꝝ. Quinto inductione rōnū ex fide catholica. Sexto ex multiplici auctoritate sacri canonis. Septimo ex cōsyderatione eoꝝ quę de ecclesia & de Angelis dn̄r. Verū anteq̄ rōnes istę cōmemorentur, vt hic articulus in quo rn̄sio data exaduerso cū propositionibus suis confutanda venit, cū grauitate: & cōpendio expediatur, hoc ordine procedēdū duxi. Primo quidē roborabo multipliciter rōnē factā per doctores: quoꝝ relator sum. Secūdo adducētur media pro cōclusione exaduerso: & per singula discurrēdo adiūgetur singulis cōgrua rn̄sio. Roborabitur aūt rō facta praefata .7. mediis. Videlicet primo ex rōne nominis redēptionis. Secūdo auctoritate sacrę scripturę. Tertio auctoritate sedis aplicae. Quarto auctoritate sanctoꝝ doctoꝝ. Quinto euidētia rōnū fundataꝝ in fundamētis catholicę fidei. Sexto euidētia exēploꝝ. Septimo testimonio percelebriū doctoꝝ in schola theologoꝝ. ¶ Circa primū cōsyderandū ꝙ nō est pn̄tis difficultatis an aliquo mō extēsa proprietate vocabuli posset quis dici redemptus a malo qd̄ de facto nō habuit, qd̄ tn̄ habuisset nisi pręseruatus fuisset, sed n̄ra difficultas est: an quis proprie dici possit redēptus precio sanguinis xp̄i: qui ante nullo vnq̄ de facto obnoxius fuerit pc̄tō. De isto mō redēptionis rōne facta arguitur, ꝙ si hoc gn̄e redemptionis beata virgo redēpta fuit Xp̄i sanguine: necessario sequatur ꝙ ipsa originali peccato obnoxia fuerit, ex quo certū tenemus ꝙ non actuali. Quod ex ipsa ratione nominis sic probatur. Pro quo notandum ꝙ redemptio vno modo in ratione sua videtur dicere .q. iteratam emptionem, & sic importat sufficientem satisfactionem, & precii solutionem pro recuperanda re prius vendita. Et hoc modo Christus nos dicitur redemisse per respectum ad illam venditionem qua genus humanum per consensum peccati venditum fuit, de quo Apostolus inquit ad Romanos septimo. Ego autem carnalis homo venundatus sum sub peccato. Glo. quę dicitur Ambrosii .i. in primo parente. ita vt sim sub peccato ex culpa primi hominis qui delectatione cibi vetiti se & alios homines vendidit. Adam enim vendidit se prior, ac per hoc omne semen eius subiectum est peccato, vt potestate sua vti non possit, circa obedientiam legis. Adae quippe praeuaricatione, atq; Glo. Ambro.

(vt ita dicam) damnosa negotiatione fraudoletaq; comestione, venditi sumus Omnem.n.prolem suã serpentis persuasione seductus, illiciti cibi perceptione
August. perpetuæ seruitutis adixit. Hæc ibi Glo. Et Aug. ibidem ita dicit. Vendere nos
Glo. potuit, sed redimere non valuit. Vendidit nos cõsensu peccati, redimimur iustitia fidei. Sanguis enim innocens datus est pro nobis vt redimeremur, hæc Glo. Ab hac autem seruitute siue captiuitate redempti sumus a Christo precio sui sanguinis, dicente Apostolo Petro. Non corruptibilibus argento & auro redempti estis, sed precio sanguinis agni incontaminati & immaculati Iesu Chri
August. sti. Et Aug. Super psal. 93. Tenebantur.n.homines captiui sub Diabolo, sed redempti sunt a captiuitate. Vendere enim si potuerunt: sed redimere non potuerunt. Venit redemptor & dedit precium; sanguinem fudit: emit orbem terrarum. Hæc Augustinus. ¶ Ceteꝝ secundo notandũ ꝙ nomẽ redemptionis importare videtur alienationem quandam in redimenda. Vnde quod alienum est dicitur quis emere: quod vero suũ fuit, & suũ esse desiit, redimere dicitur. Et hoc
Ambro. modo nomen redemptionis conuenit proposito. Et Ambrosius (& ponitur in
Glo. Glo. super illud Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quę est in Christo Iesu) dicit sic. Notãdũ vero ꝙ recte dicitur nos redemisse, nõ emisse. Ipsius enim ante per naturam fueramus; sed nostris delictis alienati fuimus.
Thomã. Et Sanctus Thomas in tertia dist. 19. hoc declarat dicens. Quoniam totũ genus humanum per peccatum primi parentis alienatum erat a deo, vt dicitur ad Ephe. secundo, non quidem a potestate Dei sed a visione faciei eius ad quã soli filii & domestici admittuntur, & iterum in potestate diaboli deueneramus: cui consentiendo homo se subdidit quantum in ipso erat, ꝗuis de iure non posset. quia suus non erat, sed alterius.s. Dei. Et ideo per passionem suam Xps duo fecit. Liberauit nos a ptãte hostis ipsum vincendo per contraria eorũ quibus hominẽ vicerat.s.humilitatẽ & obedientiã, & austeritatem pœnæ: quæ delectationi cibi vetiti opponitur. Et iteꝝ satisfaciendo pro culpa. Deo coniunxit & domesticos dei filios fecit. Vnde ista liberatio duas habuit rõnes emptionis. In quãtum enim a potestate diaboli eripuit, dicitur nos redemisse, sicut Rex regnũ occupatum ab aduersario per laborem certaminis. Inquantum vero nobis Deũ placauit dicitur nos redemisse sicut precium soluẽs satisfactionis pro nobis vt a peccato & pœna liberaremur. Hæc sanctus Thomas. Ex quibus omnibus patet manifeste ex hac prima via ꝙ redemptio humani generis per Christum facta de ratione sua prȩsupponit venditionem & alienationem factam per peccatum in redemptis, quod erat probandum. Ex qua duplici ratione redemptionis confirmatur ratio superius facta pro cõclusione principali. Et primo ex prima sic. Beata virgo Maria fuit sic redempta per Christum, ꝙ pro ea redimenda soluit sanguinem suum in precium redemptionis. ergo necessario dicenda est primo fuisse alicuius peccati seruituti subiecta. Non actualis. ergo originalis. Consequentia est, clarissima ex prima ratione redemptionis assignata, secundum, quam repugnantiam apertissimam includere videntur ista duo.s.esse præseruatum a captiuitate peccati, & esse precio & satisfactione sanguinis Christi a captiuitate redemptum. Antecedens vero credo a nullo catholicorum negabitur. Patet etiam expresse ex illo dicto proxime superius allegato beati Euse
Eusebius bii Niseni in sermone secundo natiuitatis Dominicæ. Ex secunda ratione redemptionis pro eadem conclusione sic arguitur secundo. Beata virgo fuit a Christo redempta sanguine suo. ergo primo infallibiliter ipsa dicenda est aliquando fuisse aliquo peccato alienata. Antecedens est notum. Consequẽtia re-

ro est optima ex secunda, ratione redemptionis: & ex dicto Ambrosii supra allegato. Nemo enim proprie redimere dicitur quod suum semper fuit. Vnde (sicut superius proxime dictum est) opposita videntur esse ista duo. s. esse redemptū hoc modo, & esse præseruatum: quia in ratione redemptionis includitur non semper esse siue fuisse redemptoris id quod emitur in ea. s. ratione qua emitur. In ratione autem præseruationis includi videtur ꝙ nunq̃ fuerit alienatus.

Contra prędicta quæ fiunt exaduerso argumenta. Cap. 3.

SED contra ista duo proponens exaduerso insurgit dicens. Contra primum, ꝙ si ratione præfatæ significationis qua dicitur redimere est quod suum fuit itez emere. Videtur intelligi ꝙ primo fuit suum per gratiam, sed perdita ea, iterum habet illam. Et tunc dicitur redimi, quasi primo fuerit suum quadam emptione, & post desierit esse suum per peccatum. Sed secundo emitur cum gratia illi confertur, & tunc redimi dicitur. Et isto modo (inquit) nullus homo dicetur redemptus per Xp̄m, nisi solum duo. s. Adam & Eua, qui primo dicuntur habuisse gratiam cū in ea creati fuerunt, & sic erant per consequens Dei cuius non sunt qui in peccato originali concipiuntur. Quod dicere esset absurdum. Secūdo cōtra secūdum dicitur. ꝙ redemptio & pręseruatio nullo genere oppositionis opponuntur, immo potius videtur quodāmodo redēptio pertinere ad rōnem pręseruationis vel saltem ad effectum inseparabilē. Quod exinde probat. Quicūq; liberatur a captiuitate præterita præseruatur ne in futuram incidat. Pro quo inducit multa ad ostendendum ꝙ effectus gratiæ nedū se extendat ad remissionē peccati sed etiā ad præseruationē a futuro. Quod confirmat primo per Augu. in de li. ar. & hr de consecra. di. 4. dicentē. Gratia quę per Xp̄m datur, nō solum remissionē peccatoꝝ facit, sed etiam vt lex impleatur & natura liberetur ne peccatum dn̄etur. Secundo ex concilio Mileuitano in quo vt habetur de consecra. di. 5. placuit, dicitur. Quicunq; dixerit gratiā dei qua iustificamur per Iesum Xp̄m dn̄m nostrum ad solam remissionem peccatoꝝ valere quę iam commissa sunt, non etiā in adiutorium vt non committantur anathema sit. Ex quibus dicit proponens exaduerso, patere manifeste ꝙ gratia redemptionis & præseruatio a captiuitate peccati futuri nō sunt opposita. Quod et ex illo dicit patere ꝙ in Angelis præseruatio a captiuitate peccati futuri dr̄ esse redemptio. Cæterum tertio elicit ex superioribus non esse verum ꝙ redemptio præsupponat seruitutem in actu, in eo qui redimitur: quoniam Angeli in quibus (inquit) dicebatur per collegam meū fuisse redemptionem, nunq̃ fuerunt serui. Dicit tn̄ ꝙ si dicatur redemptio ꝙ præsupponat seruitutem, quæ ponatur actu vel aptitudine, sic non negatur fuisse in beata virgine. Quod vero, pręseruatio ab actuali captiuitate in ea habeat rōnem redemptionis, deducit per aliqua exempla quibus ostēditur aliquē dici liberatum a seruitute in qua nunq̃ fuit, actu, sed sui parentes & ipse futurus erat, nisi liberatio præcessisset. De quo Micheę. 6. vbi dicitur. Populus meus quid feci tibi aut quid molestus fui tibi, responde mihi; quia eduxi te de medio Aegypti, & de medio seruitutis: liberaui te. Vbi cum dominus ad populum loquatur pro tempore Regis Ezechiæ existentē: qui nunq̃ fuerat in Aegyptiaca seruitute, manifeste apparet ꝙ aliquis potest dici liberatus a seruitute in qua actu ac personaliter nunq̃ fuit, sed in parentibus, eratq; obligatus, vt esset nisi liberatio præcessisset. Præterea secundum testimoniū huius inducit illud quod

August. Cōciliū.

dicit esse in .c. de libertis. 12.q.2. & cap. liberti. videlicet ꝙ filii nondum na-
ti licet nascātur ingenui, tñ in suis parentibus obligantur ad certū obsequium
seruitutis & in perpetuū. Constat aūt ꝙ sicut in eis obligantur sic ēt anteq̃ actu
incurrant illam seruitutem, possunt ab ea redimi vel liberari. Nā quemadmo-
dum Ecclesia manumittendo patres liberat eos a iugo seruitutis, ita etiā posset
filiis omnimodam concedere exemptionem a quibuscunq; obsequiis quæ de-
bent ecclesiæ rōne libertatis in parentibus suis acceptæ. Et ad idem similia alia
induxit exempla. Ex quibus patere dicit rñsionem ad argumentum quod fecit
collega meus in materia redemptionis rōne significationis terminorum.

¶ Respondetur propositis argumentis Cap. 4.

SED ad ista facilis patet respōsio si bene cōsyderetur quid nō ego
sed sancti & doctores gloriosi, dicant in hac re. Prima quidem im
pugnatio facta contra rationem assignatam redemptionis, pro-
cedit ex suppositione falsa. Et primo in hoc ꝙ præsupponit, ꝙ
cum dicitur ꝙ redimere sit iterum emere intelligatur ꝙ iteratio importata in
Thom. præpositione, referatur ad actum emptionis, quasi alias empti fuerimus. Quo
niam (vt inquit Sanctus Thomas in tertia distin. 19.) non est sic; nec collega
meus habuit eam intelligentiam, sed vt dicit Sanctus Thomas, iteratio illa re-
fertur ad terminū actus: quia sui fuimus in statu innocentię. Emere enim est ali
quid suum facere. Vel dicitur per respectum ad illam vēditionem qua nos dia
bolo per consensum in peccatum venditi eramus. sicut dictum est. Pręterea ter-
tio argumentatio exaduerso facta, ex falso procedit præsupposito, ex hoc. s. ꝙ
creditur ꝙ cū collega meus ex verbis tam sancti Thomę q̃ Io. catholicō dixit
ꝙ redimere sit qd suū fuit iterū emere intelligatur ꝙ primo fuerit suū p grām:
quia hoc dato: nedum nullus qui in originali pctō cōceptus est, redemptus di-
ci posset, sed nec ipsi primi parentes iuxta opinionem eoꝝ doctoꝝ qui dicūt
eos in grā gratum faciente non fuisse creatos. Intelligentia aūt debita assigna-
Ambro. ta est superius ex dictis sanctoꝝ Ambrosi, Augustini, & Sancti Thomæ. Ambro-
sius enim super illud Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redēptio-
nem &c. dicit sic. Notandum ꝙ recte nos redimisse dr non emisse. Ipsius. n. ante
per naturā eramus, sed nostris delictis alienati fuimus. Et super illud Ro. 7. Ve
nūdatus sum sub pctō, dicit ꝙ primus parens delectatione cibi vetiti se & alios
homines vendidit: & per hoc omne semen eius subiectū est peccato. Cęterum id
quod secundo dicebatur exaduerso probando ꝙ non opponerētur redemptio
& præseruatio non procedit, immo videtur in hac re procedere ex non plena
intelligentia eius quod dicitur. Non. n. est meæ intentionis dicere ꝙ hæc duo
redemptio, & præseruatio, in sua vniuersali latitudine significationis sumpta
opponantur, sed sermo est de ea redemptione quæ facta est per Christum qua
nos redemisse dicitur a seruitute diaboli. Hæc enim redēptio quæ facta fuit pre
cio sanguinis Xpi a captiuitate diaboli, est quę dicitur opposita præseruationi
ab eadem captiuitate. Et cū quæritur quo genere oppositionis: respondetur ꝙ
contradictionis, licet non formaliter in terminis: quia adesse redemptū modo
prædicto, sequitur de necessitate fuisse captiuū aut alienatum fuisse pctō. Ad esse
vero pręseruatum sequitur oppositū, videlicet nō fuisse captiuū &c. Rōnes vero
quæ fuerūt exaduerso in cōtrariū nullo mō procedūt. Qd manifeste ostēditur.
Procedūt. n. ex parte, ex falsa suppositione. Vr. n. proponēs (vt colligitur ex
verbis suis) credere ꝙ dicentes redemptionem & præseruationem opponi, ꝙ
dicant

dicant ꝙ gratia redemptionis opponatur præseruationi. Hoc enim falsum est, & falsæ imponitur, cum nec litera, nec sensus eoꝝ hæc prætendant. Qua rõne dicitur ad rõnes factas & auctoritates inductas exaduerso, non facere ad propositum: quia licet effectus gratiæ se extendat ad remissionem peccati & ad præseruationē a futuro, non sequitur propter hoc ꝙ præseruatio & redemptio respectu vnius & eiusdē pro eodem tempore oppositionē non implicent. Nam licet eiusdē gratiæ effectus sit remissio peccatoꝝ & præseruatio a futuris, tamē circa vnum & idem includunt in rationibus suis manifestam oppositionem: quia remissio pręsupponit in subiecto cui fit remissio, fuisse aliquando peccatum actu, præseruatio vero designat tali nunq̄ infuisse subiecto. Vnde respectu vnius & eiusdem, & pro eodem tempore, implicatio videtur contradictionis, vt quis dicatur consequutus remissionem peccatorum, & esse pręseruatus ab eis. Non autem sunt opposita si ad diuersa referantur, immo se concomitantur: sicut prętendunt dicta allegata Augustini de li. arbi. & diffinitio cõcilii Mileuitani. Q͞d autem de Angeloꝝ redemptione dicitur, ad propositum non facit: quia (vt infra dicetur) Angeli nõ dicuntur redempti redemptione qua humanum genus redemptum est, de quo loquimur, sed redemptio illoꝝ est alterius rõnis. Quare manifestum est rationes factas exaduerso in nullo obstare rõni factę ex parte significationis termini redemptionis. ¶ Quod vero tertio dicitur exaduerso ꝙ non sit verum ꝙ redemptio præsupponat captiuitatem siue seruitutem in actu (salua pace) illud est verissimum, & dicere cõtrarium, est apertissime falsum: loquendo de redemptione facta per Christum, sicut multipliciter ostēdetur infra. Rõnes vero inductę exaduerso nihil probant. Quod patet per singulas discurrendo. Ad id enim quod primo inducitur de Michea in sexto cap. dicendũ ꝙ in illa auctoritate & similibus nomine populi non designantur personæ tantum illius temporis pro quo propheta loquitur, sed communitas ipsa filioꝝ Israel, quæ fuit vna a principio, sicut dicitur vna ciuitas Basilieñ. & vnũ conciliũ Basilieñ. licet varientur personæ. Fluxus. n. & refluxus personaꝝ non mutat vnitatē cõitatis & populi. Et ita dn̄s loquebatur illi populo dicens. Eduxi te de medio Aegypti, & de medio seruitutis liberaui te. Licet personę illius temporis in quo hæc verba in persona Domini dixit propheta non fuissent in Aegypto. Et ita hoc modo loquendi dr̄ ille populus fuisse liberatus, & non rõne alicuius obligationis, qua obligētur in suis parētibus ad esse in captiuitate.

¶ Differentię tres inter redemptionem factam per Christum & manumissionem legalem. Cap. 5.

AD id vero quod inducitur ex multis exemplis ꝙ filii in suis parentibus possunt redimi a seruitute futura anteq̄ actu incurrant illam dicendum est ꝙ exempla illa non videntur fauere intentioni proponentis, sed magis contrariari. Et hoc propter tres differentias quę mediant inter redemptionem factam per Christum, & inter redemptionem: siue manumissionem, de qua exaduerso proponens adducit iura, & exempla. Prima quidem dissimilitudo est quia redemptio ipsa Christi de qua loquimur, cum sit principaliter redemptio respectu animarum, non respicit nisi actu existentem. Nullus enim redimitur Christi redemptione in parentibus suis, quia fructus redemptionis Christi non potest applicari non existenti in actu. Et ratio est quia sicut manumissio qua manumittitur homo

actu: Et ratio est, quia sicut manumissio qua manumittitur homo actu existens præsupponit eum fuisse, aliquando actu captiuum, ita redemptio Christi cum non sit non existütis in actu (sicut superius dictum est de sanctificatione) necessario præsupponit redemptum aliqñ fuisse captiuitati subiectum. Secüda dissimilitudo est quia in exemplis datis exaduerso, siue patronus manumittat aliquem siue ecclesia, liberatio fit a seruitute manumittentis. In redemptione autem Christi redemptus nõ dicitur liberatus de captiuitate dei, sed diaboli. Tertia quia data assertione exaduerso, ꝙ beata virgo fuerit præseruata a Deo ne contraheret originale pctm̃, falsum est ꝙ ipsa nunq̃ fuerit contractura originale peccatum: quoniam data illa assertione, necesse est concedere ꝙ diuina sapientia ab æterno disposuerit eam nunq̃ contracturam. Quare dato illo non potest in ea cadere ratio redemptionis. Mirum enim esset dicere ꝙ Deus sanguinem suum, & precium dederit pro redemptione eius quẽ immutabiliter ab æterno ordinauit nunq̃ actu futuꝝ captiuum. Nec ad hoc sufficit quod exaduerso dicitur ꝙ beata virgo fuit in potentia captiua quantũ erat ex conditione suæ conceptionis. Hæc.n. ratio (consyderatis tam dictis) nullo modo põt fundare rõnẽ propriȩ redẽptionis, eo potissime consyderato ꝙ redemptio hæc animam respicit quæ a deo est per creationẽ. Quare omnia inducta exaduerso ad probandũ ꝙ redemptio Xpi non præsupponat captiuitatem actu in persona quæ redimi dicitur, nullo modo probant intentum. Immo si bene consyderentur, multipliciter deficiunt, tam in forma arguendi, q̃ in applicatione exẽplorum, quȩ ad propositum paruam aut nullam habẽt proportionem. Et singulariter hoc ostendetur de eo qd de Angelis dicitur. Ex quibus omnibus manifeste patet, ꝙ redemptio facta per Christum præsupponat personam redemptã actu fuisse captiuitati subiectam peccati, & per consequens quod rõ facta, per doctores, quorum relator sum, sumpta ex significatione termini redẽptionis, arguẽs, ꝙ virgo Maria cõcepta fuerit in originali pctõ, cũ non peccauerit vnq̃ actuali ter, ex eo ꝙ vere & proprie Christi sanguine redempta creditur fuisse irrefragabilis sit, & intentum demonstrare videatur.

¶ Probatur iterum propositum via auctoritatum sacræ scripturæ, & determinatione sedis Apostolicæ. Cap. 6.

PRÆTEREA secũdo probatur via auctoritatum sacræ scripturæ ꝙ redemptio facta per Christum captiuitatem peccati præsupponat actu fuisse in persona redẽpta. Et, primo per illud psal. Dicant nunc qui redempti sunt a domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos, vbi dicit Glo. Qui redempti sunt. s. sanguine Christi, quos redemit de manu inimici. i. diaboli. Item secundo per illud Luc. 1. quod Zacharias decantans dicebat. Benedictus dñs Deus Israel, quia visitauit, & fecit redẽptionem plebis suæ, vbi glo. Bedæ. ita dicit. Visitauit dominus plebem suã, quasi longa infirmitate tabescentem: & quia vẽditam, sub precio vnici filii. s. sanguine redemit. Dicit autem plebem suam, non quia veniens, suam inuenerit, sed quia visitando, suam fecerit. Hæc Beda. Item tertio patet per id Gal. 4. Vbi venit plenitudo temporis misit Deus filiũ suum factũ ex muliere factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Glo. Redimeret a malo, a diabolo, a perditione & a peccato. Itẽ quarto patet per id eiusdẽ Apostoli ad Titum secundo dicentes. Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redime-

Glo. Glo. Beda. Glo.

ret ab omni iniquitate. Glo. tam originali ꝙ actuali. Ex quibus omnibus iuxta intelligẽtiam sanctoꝝ manifeste patet ꝙ redemptio facta per Christum precio benedicti sanguinis sui de qua loquimur præsupponat actu, peccati seruitutem in omni eo qui redemptionis Christi fructũ actu consequitur. Tertio idẽ ostenditur determinatiõe sedis apostolicę, vt enim testatur Aug. in epistola ad Optatum episcopum de origine animæ. Zozimũ Papã condemnantẽ errores Pelagii, & Cœlestini negantium paruulos contrahere originale peccatum, iam hanc quæstionem diffiniisse manifestum est in eadem epistola in robur rõnum suaꝝ, & nobis pro regulã indubitatę fidei dedisse. Vnde August. contra errores præfatoꝝ hæreticorum in eadẽ epistola, in robur rõnum suarũ sic loquitur. Non est enim falsa in paruuloꝝ baptismate remissio pctõrum, nec verbotenus dicitur, sed veraciter agitur. Nam vt iam verbis vtar quę in ipsa epistola Antistitis beatissimi Zozimi leguntur. Fidelis Deus in verbis suis eiusqꝫ baptismus re ac verbis. i. opere remissione, & cõfessione vera peccatoꝝ in omni sexu, ætate conditione generis humani eandẽ plenitudinem tenet. Nullus enim nisi qui peccati seruus est, liber efficitur, nec redemptus dici potest nisi qui vere peccatũ fuerit ante captiuus, sicut scriptum est. Si vos filius liberauerit vere liberi eritis. Per ipsum renascimur spiritualiter, per ipsum crucifigimur mundo, ipsius morte mortuis ab Adã omnibus nobis introductæ atqꝫ transmissę animæ vniuersæ illud propagatione cõtractum chirographum rumpitur; in quo nullus omnino natoꝝ antequã per baptismũ liberetur non tenetur obnoxius. In his verbis Apostolicæ sedis tam antiqua atqꝫ fundata certa atqꝫ clara est catholica fides, vt nephas sit de illa dubitare Christiano. Hæc Augustinus. O clarissimum testimonium veritatis. O verbum vnicum sufficiens vniuersam præsentẽ absoluere difficultatem. Ecce ꝙ Apostolica sedes ponit propositionẽ fundamẽtalẽ doctoꝝ eoꝝ, quorum relator sum. Hęc sane sententia & doctrina apostolicæ sedis est ꝙ nullus nisi qui peccati seruus est liber efficitur, nec redẽptus dici test nisi qui vere per peccatum fuerit ante captiuus. Inter aliqua potissime mouet animos doctoꝝ, quoꝝ sententias refero, ad conclusionẽ eorum de conceptione beatæ virginis in originali, cum fides catholica eam in numero redemptorum per Christum anumeret.

Glo.

August.

¶ Responsio ad determinationem concilii refellitur. Cap. 7.

VERVM ad istam auctoritatem apostolicæ sedis licet iuxta dictũ Augustini, in ea ita fundata certa & clara sit fides catholica vt nephas sit de illa dubitare Christiano: respondetur exaduerso ꝙ si verbum fuerit dicat actum, intelligitur de lege communi, & de communi modo redemptionis. Si vero dicat aptitudinem, ipsa posset competere beatæ virgini. Nam in aptitudine, immo in necessitate erat, vt sub peccato originali fuisset captiua, nisi ex dono gratiæ fuisset pręseruata. Hæc autem responsio non satisfacit, sed deficit in multis. Primo quidem in hoc quod distinguit propositionem quę non videtur venire distinguenda. Clarissimũ enim videtur ꝙ in propositione illa in qua apostolica sedes dicit nec redemptus dici potest nisi qui vere per pctm̃ fuerit ante captiuus, illud verbum fuerit actum dicat & non aptitudinem. Quod patet ex ipso modo loquendi simpliciter quem obseruat diffinitio apostolica. Secũdo deficit in hoc quod ait, ꝙ si actum dicat, intelligenda veniat de lege cõmuni, quasi dicat non vniuersaliter. Plane si ista

responsio locum haberet, omnis virtus argumentorum beati Augustini & ecclesiæ contra Pelagianos negantes originale peccatum in paruulis, penitus euacuari videretur. Quod nimis periculosum esset dicere. Hoc tñ patet: quia virtus & processus eorum maxime fundatur in hoc fundamento aplicę diffinitionis dicentis: Nemo pōt dici redēptus nisi qui vere per pctm̄ fuit ante captiuus. Q̄d fundamētū si nō tenet vlr̄ de omni hoie redēpto p xp̄m, multū derogaret processui argumētorum pdictorum. Nec obstat id q̄ dr̄ exaduerso, videlicet q̄ in eadem aplica diffinitiōe p zozimū facta ēt ponitur q̄ nullus oino natorum anq̄ p baptismū liberetur, pctō origi. nō tenetur obnoxius. Q̄d de lege cōi, & nō simplr̄ vlr̄ necesse est intelligere. Q̄m sanctificati in vtero & beatissima virgo liberati fuerūt ab eo ante baptismū. Hoc aūt nō obstare dico pp tria. Primo quia ista pña, nō vr̄ habere apparētiam. Talis particula diffinitionis intelligēda venit nō vlr̄, simplr̄, sed de lege cōi. ergo tota diffinitio. Non. n. vniformiter iudicandum est de oibus cōtentis in vna epl̄a, siue in vno cap. cuiuscūq; sit auctoritatis, sicut manifestum est tam in dictis sacræ scripturę q̄ sanctorum. Tū secūdo quia q̄ particula illa intelligēda sit de lege cōi suffragatur auctoritas expressa scripturæ quę Ieremiā dicit. Sāctificatū in vtero. Ier. 1. Et beatū Io. Spū sancto repletū in vētre materno. Mat. 1. Quod nō est de aliqua particula: sed magis repugnare ei vr̄ & sanctorum auctoritas. Tum tertio quia sanctificati in vtero et baptismo. s. flāminis liberati esse dicuntur a pctō origi. & ita intelligēdo de baptismo in gñali ēt vlr̄ posset intelligi cū veritate particula illa secunda auctoritatis. Præterea tertio deficit rñsio data exaduerso in eo qd ait q̄ si dicat actū, tūc intelligenda sit propositio illa de cōi mō redēptionis quasi velit intelligere q̄ virgo Maria nō est redempta a Xp̄o mō quo cęteri hoies redēpti sunt. Q̄d dictū satis singulare vr̄ & dispar ab omni doctrina. Dicit. n. Apl̄s Ro. 3. Oēs. n. peccauerunt & egent glia Dei. Glo. 1. Vt ipse liberet qui pōt: nō tu qui liberatione indiges. Et Aug. tractans in lib. de baptismo paruulorum illud Apl̄i Ro. 5. Sicut per inobedientiā vnius hois pctōres constituti sunt multi Ita per vnius obedientiam iusti cōstituuntur multi dicit sic. Cōis fuit perditio, & cōis inuencio gratiæ, & remissionis peccati. Pręterea dicit idē Aug. lib. de perfectione & gr̄a. c. 3 2. Quisquis ergo fuisse vel esse in hac vita aliquē holem vel aliquos putat excepto vno mediatore dei & hominum quibus necessaria non fuerit remissio pctōrum, cōtrarius est diuinæ scripturæ vbi apostolus dicit. Per vnum hominē peccatum intrauit in mundum, & per pctm̄ mors &c. Et sequitur. Et necesse est vt impia contentione asserat esse posse homines qui sine mediatore Christo liberante atq; saluante sint liberi saluiq; a pctō: cum ille dixerit nō est opus sanis medicus sed male habentibus. Hæc Aug. Ex quibus Augu. dictis patet. q̄ necesse est s̄m sniam eius q̄ oēs hoies a Xp̄o redēpti in hac vna rōne & mō redēptionis cōueniāt vt ois vlr̄ redemptus p Xp̄m, a peccati captiuitate sub qua actu fuerit, dicatur esse redemptus. Et per ɔ̄ns beata virgo. ℂ Animaduertat autem qui talē doctrinā ponit, videlicet q̄ btā virgo alio mō redemptionis redempta fuerit quā cōi mō, ne dū excipit eā a cōi mō redēptionis hoium aliorum. excludat eā, a numero redēptorum p xp̄m. Quarto deficit rñsio data exaduerso i hoc q̄ dicit q̄ si verbū fuerit. apti tudinē dicat q̄ tūc posset cōpetere beatæ virgini. Nam in aptitudine, immo in necessitatē erat vt sub pctō originali fuisset captiua. Tū primo quia (sicut superius dictum est) hoc non sufficeret ad dandā rōnem redemptionis de qua loquimur, quia solutio precii siue satisfactio quæ importatur in redemptione facta per Xp̄m, non fit pro re quæ actu nō fuit alienata, quantumcūq; fuerit in apti-

tudine & necessitate alienationis. Quare dicit Augu. lib. de correptione & gra. Quia vero hō Deū deseruit, iustū iudiciū dei exptus est, vt cū sua tota stirpe quæ in illo adhuc erat & tota cū illo peccauerat, damnaretur. Quotquot. n. ex hac stirpe gra Dei liberātur nō nisi a captiuitate qua iā tenebātur obstricti redimūtur. Hæc Aug. Ecce manifestū testimoniū Aug. ꝙ oēs qui liberātur & redimūtur a Xp̄o, prius actu peccati captiuitate sunt obstricti. Tū scdo quia attento ꝙ captiuitas peccati & redemptio primo & principalr respiciunt animam rōnalem quę non habet educi de potētia siue de aptitudine materię, sed fit ab extrinseco per creationē immediate a Deo, nō vr̄ posse dici cū veritate ꝙ aia ante sui creationē fuerit in aptitudine siue in necessitate, vt sub originali pctō esset captiua.

¶ Multa alia exaduerso dn̄r contra ea quæ allegata sunt de prędicta epl̄a August. ad Optatū, quæ pertranseo. Tū primo quia in superioribus sępe ad similia responsum est, & data est differētia inter propositiones, & propositiones, & ostēsum est qualiter necesse est pro integritate fidei nō vniformiter esse iudicādum de propositionibus scripturæ & sanctoꝶ. Tū secūdo quia hæc auctoritas de redemptione per me allegata, nō fuit August. sed Zozimi Papæ. Licet ēt p̄ Aug. pro auctoritate & in robur dictoꝶ suoꝶ eā cōmemorauerim. Quare dato ꝙ ita esset (sicut dr̄ exaduerso) ꝙ doctrina Aug. in prędicta epistola, non esset multum extendenda, non obstat dictis (licet super hoc proponēs exaduerso multa dicat de prædicta epistola Augustini) quæ libentissime ob reuerētiam eiusdem beatissimi Augustini reprobassem nisi per se præferrent esse digna reprobatione, immo censura, & temporis augustia me ad aliqua magis necessaria expeditioni tractatus cogeret festinare. August.

¶ Quarta via ostenditur principale propositum quod in præsenti discutitur. Cap. 8.

CÆTERVM propositio principalis, videlicet ꝙ redēptio ipsa facta p Xp̄m præsupponat seruitutē peccati in eo q redēptus est, ondītur quarta via. s. auctoritatibus sanctoꝶ doctoꝶ. In primis auctoritate beati Aug. lib. 3. cōtra Iulianū Pelagianę hæresis defensorē dicētē Paruulos nō cōtrahere ori. pctm̄ & tn̄ redēptos esse a xp̄o, dicētis sic. Natura ista in tātas & tā manifestas colapsa miserias saluatorē, liberatorē, mūdatorē, redēptorē xp̄m hēt necessariū nō Iulianū hō cœlestinū nō Pelagiū laudatorē. Quā quidē redēptionē quare nō fateris in paruulis, nisi quia hoc cœlestius apud Carthaginē in gestis ecclīast. ora Xp̄iana nō sustinēs passus est. Cæteꝶ rogo te qūo pōt intelligi ista redēptio nisi a malo, redimente illo qui redemit Israel ex oībus iniquitatibus eius. Vbi. n. redemptio sonat, itellr. & preciū. Et quod est hoc nisi preciosus sanguis agni immaculati Iesu Xp̄i. De hoc autem precio quare sit fusum, quē interrogamus alium? Redēptor ipse respōdeat, dicat ipse mercator. Hic est (inquit) sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Pergite ad hunc pergite: & sicut dicis in sacramento saluatoris baptizantur sed non saluantur: redimuntur sed non liberantur, lauantur, sed nōn abluuntur, exorcizantur & exufluantur, sed a potestate diaboli non eruuntur. Sic etiam dicit. Cœlestius. Effunditur pro eis sanguis in remissionem peccatorum, sed nullius peccati remissione mundantur. Mira sunt quæ dicitis? Falsa sunt quę dicitis. Mira stupemus, noua cauemus, falsa conuincimus. Hæc Augustinus. Ex quibus Augustini ver- August.

bis duo manifeste colliguntur. Primum est necessariũ & inconuincibile esse hoc argumentum, iuxta mentem Augustini. Paruuli redempti sunt Christi sanguine, ergo peccatum originale habuerunt. Secundum est, ꝙ dicere aliquos esse a Christo redemptos, & tamen nullius peccati remissione esse mũdatos, esse migꝝ, nouum, & falsum. Item ad idem est. Secundo idem beatus Augustinus libro primo de baptismo paruulorum, ita dicens. Quis audeat dicere non esse Xp̃m infantium saluatorem, nec redemptorem? Vnde autem saluos facit si nulla in eis est originalis ægritudo peccati? Vnde redimit si non sunt per originem primi hominis venundati sub peccato? Et infra. Negant eos liberari, qui sub peccato negant illos fateri. Nam, vnde liberantur, si nulla seruitute peccati tenentur obstricti? Item tertio idem Augustinus in eodem libro ait. Sicut autem mihi ipse literis intimasti, fatetur iam (vt dicis) etiam in paruulis per baptismum remissionem fieri peccatorum. Nec mirum. Non enim redemptio alio modo posset intelligi. Hæc Augustinus. Et eiusdem sententiæ & doctrinæ est idem Augustinus in multis locis sic vt in libro de nuptiis & cõcupiscentia, in libro de perfectione iustitiæ: quæ breuitatis causa pertrãseo. Item ad idem quarto est beatus Gregorius. 6. moraliũ sic dicens. Nonnulli sanos se suis viribus exultant suisq; precibus ac meritis redemptos se esse gloriantur, quorum profecto assertio inuenitur sibimetipsis cõtraria, qui dum & innocẽtes se asserũt, & redẽptos, ipsius in se redemptionis nomen euacuant. Omnis nãq; qui redimitur ex aliqua proculdubio captiuitate liberatur. Vnde ergo quilibet redemptus est si prius nõ fuit sub culpa captiuus? Liquet itaq; ꝙ multum desipiat quisquis hoc sapiat. Hæc Gregorius. In quibus verbis iuxta suprapositam beatissimi Zozimi diffinitionem & doctrinam beatissimi Augustini allegatam, beatus Gregorius clarissime testatur propositionem fundamentalem. Huiusmodi enim dicit ꝙ omnis qui dicit se innocentem fuisse. i. sine peccato, euacuat in se nomen redemptionis. Secundo ꝙ omnis qui redimitur, ex aliqua proculdubio captiuitate in qua prius fuerat liberatur. Tertio ꝙ multum desipit qui oppositũ sapit. Plane hoc testimoniũ huius gloriosissimi doctores sancti, huius beatissimi Papæ, sufficeret pro diffinitione danda in materia præsenti. Præterea quinto idem Gregorius ad eandem sententiam est: vt habetur transumptiue in cap. Redemptor. 12. q. 2. vbi ait. Redemptor noster totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam voluit carnem assumere, vt diuinitatis suæ gratia diruto, quo tenebamur captiui, vinculo seruitutis, pristinę nos restitueret libertati. Itẽ ad idẽ sexto est beatus Bernardus in epistola ad Innocentium papam contra Petrum Abelardi dicentem filium non assumpsisse carnem vt hominem liberaret, sed vt exempla humilitatis & patientię ostẽderet, & signa charitatis exhiberet; vbi cõtra eum loquens ita inter alia multa dicit. Deniq; nõ erubescis dicere ꝙ aduersus te omnes sentiant, cũ ab inuicem non dissentiant. Frustra proinde illorum fidem doctrinamq; proponerem: quos iam proscripsisti. Ad prophetas te ducã. Loca sub Typo Hierusalẽ ad populum acquisitionis non propheta sed in propheta, domus Dauid. Saluabo te & liberabo te, noli timere. Quęris a qua potestate. Non enim vis vt Diabolus in hominem habeat vel habuerit potestatem. Fateor nec ego: non tamen idcirco non habet, quia ego & tu hoc volumus. Si non confiteris tu nec cognoscis, cognoscunt et dicũt qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici. Non potes gratias agere cum redemptis qui redemptus non es. Nam si redemptus esses, redemptorem agnosceres, & nõ negares redemptorem. Nec quęrit redimi qui se nescit captiuũ. Qui autẽ scie-

sunt, clamauerunt ad dñm, & dominus exaudiuit eos, & redemit eos de manu inimici. Hęc Bernardus. Item ad idem. 7. est beatus Thomas de Aquino qui in quarto sentētiarum, di. 43. ar. 4. in responsione ad tertium, dicit sic. Erroneū est dicere ꝙ aliquis sine peccato originali cōcipiatur pręter Xp̄m: quia ille qui sine peccato conciperetur, non indigeret redemptione quę facta est per Xp̄m, & sic Christus non esset omnium hominum redemptor. Et infra. Oportet autē ponere, ꝙ quilibet personaliter redemptione Christi indigeat non solum rōne naturæ. Liberari autem a malo vel a debito absolui non potest nisi qui debitū incurrit, vel in malum deiectus fuit. Hæc sanctus Thomas. Thom.

¶ Eadem propositio fundamentalis probatur quinta via. Cap. 9.

C AETERVM propositio fundamētalis præfata ostēditur quinta via, videlicet rationibus ex fundamētis fidei sumptis. Et primo sic. Redemptio per Xp̄m facta est in solutione precii sufficientis, secundum illud primę. Corin. 6. Empti enim estis precio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. ergo necessario sequitur ꝙ in redemptione ipsa Christi importaretur commutatio: siue transitus in re ipsa quę emitur. Vt videlicet quę fuit aliena vel alienata efficiatur ipsius ementis: Sed ista alienatio cum sit animarū, est per pc̄m̄. ergo necessarium est dicere ꝙ omnis redemptus per Christum primo fuerit peccato subiectus. Consequentia apparet notissima ex ipsa significatione nominis emptionis assignata a doctoribus. ¶ Secundo sic. Omnis qui redemptus est per Christū dicitur datus libertati. Sed nullus potest actu intelligi dari libertati qui non ante fuisset captiuus. ergo nullus potest dici a Christo redēptus qui primo nō fuerit peccati seruitute captiuus. Consequentia patet in secundo secundę. Maior patet ex illo. Io. 8. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. vbi glo. Augustini dicit. Nō a diabolo, non a corporis captiuitate, sed ab animę iniquitate. Minor vero videtur elici ex illo. Io. 8. Nemini seruiuimus vnq̄. Quomodo dicis liberi eritis? Itē per illud Augustini de perfectione iustitię. cap. 19. sicut non est opus sanis medicus, ita non est opus liberis liberator sed seruis, vt dicat cōgratulator libertatis, saluam fecisti de necessitatibus animam meam. ¶ Tertio arguitur sic. Redēptio humani generis facta est per mortem Chisti, secundum illud Apocap. 5. Occisus es & redemisti nos domine in sanguine tuo. Sed omnis pro quo Xp̄s mortuus est, fuit de facto prius mortuus peccato. ergo omnis pro quo Xp̄s dedit se in redēptionē fuit ante in seruitute peccati captiuus. Consequentia patet. Minor vero est Apostoli secundę. Corin. 5. sic arguentis. Charitas Christi vrget nos, ęstimantes hoc quoniam si vnus pro omnibus mortuus est. ergo omnes mortui sunt, &. pro omnibus mortuus est Xp̄s. Vt qui viuunt iam non sibi viuant sed ei qui pro omnibus mortuus est, vbi Glo. ordinaria quę est Augustini ita dicit. Aestimantes hoc, quoniam si vnus tantum iustus sine peccato. i. Xp̄s mortuus est pro nobis. ergo omnes alii non sunt sine peccato. ergo oēs mortui sunt. Et est sensus. Hoc certissime ęstimamus, quia si Christus charitate pro omnibus mortuus est, tunc constat omnes mortuos fuisse in Adam pro quibus mortuus est Christus, vt eos a morte liberaret. Hęc Glo. Similem argumentationis processum tanq̄ irrefragabilem prosequitur. Augustinus contra hæreticos negantes originale peccatum in paruulis, sicut superius de libro sexto contra Iulianum cōmemoratū fuit in fine cuius auctoritatis Augustinus de Apo

Glo. August. August. Glo. August. August.

stolo ita dicit. Ex hoc enim probauit omnes mortuos esse: quia pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Vide quia consequens esse voluit vt intelligantur omnes mortui si pro omnibus mortuus est, quia ergo non in corpore restat vt in peccato esse mortuos omnes pro quibus Christus mortuus est, nemo neget, nemo dubitet, qui se non negat aut dubitat esse Christianum. Quapropter si nullum contrahunt peccatum paruuli, non sunt mortui, si nō sunt mortui, non est mortuus pro eis Xp̄s qui non est mortuus nisi pro mortuis.

August. Hæc Augustinus. Item eandem arguendi viam prosequitur in secūdo libro de nuptiis & concupiscentia, ita de paruulis contra Pelagium hęreticum loquēs: Cur ergo pro illis Xp̄s mortuus est? Et si non sunt rei vt ipse. s. Pelagius dicit. Quomodo sunt rei paruuli pro quibus Christus mortuus est. Nos respondemus. Immo paruuli quomodo rei non sunt pro quibus Xp̄s mortuus est. Ista controuersia iudicē quęrat. Iudicet ergo Xp̄s, & cui rei mors eius profecit ipse dicit. Hic est inquit sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Et infra concludens dicit. Habent ergo quid in eis remittat qui sanguinem se effundisse testatur in remissionem peccatoꝝ. Et ita patet minor rationis factę, videlicet ꝙ omnis ille pro quo Xp̄s mortuus est, prius peccato mortuus est. Et per consequens ꝙ omnis qui a Christo per mortem eius redemptus est fuerit prius seruitute peccati captiuus. Item quarto sic. Omnis ille pro quo Christi sanguis fusus est qui in remissionem peccatorum fusus est, peccatum aliquando habuit. Sed pro omni redēpto per Xp̄m, & pro beata virgine sanguis Christi fusus est. ergo omnis redemptus per Christum & etiā beata virgo quandoq; habuit aliquod pc̄m. Sed non actuale. ergo originale. Consequētia est bona in tertio primę. Maior patet tam ex verbis Xp̄i Matth. 26. dicentis. Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum, q̄ ex superiori deductione Augustini. Minor est fidei. Quod etiā de beata

Eusebius virgine Eusebius testatur expresse in sermone natiuitatis dominicæ, qui incipit. Audiuimus prophetam loquentem. Sicut totus Deus ex Deo ita totus homo ex homine de carne Marię coagulatus, de eius formatus visceribus, de eius substantia consumatus, & sanguinem quem etiam pro matre obtulit, de sanguine matris accepit. Hęc ille.

¶ Eadem propositio fundamentalis ostenditur sexta, & septima via. Cap. 10.

PRAETEREA eadem fundamentalis propositio ostēditur sexta & septima via. Euidentissima exemplorum quibus tn̄ paucissimis vtar pro ipsa claritate doctrinæ. Exemplariter quidem manifestum est ꝙ nullus actu existēs, manumitti dicitur qui primo non fuerit seruus siue captiuus. Item simili modo patet omnibus ꝙ nullus dicitur emere, siue redimere rem quæ omnimodo sua est. Necessarium quidem est ꝙ res empta aliquo modo per emptionis contractionē fiat ementis, quomodo prius non erat: siue quantum ad vsum siue quantū ad proprietatē. Cæteꝝ apud omnes exemplariter patet ꝙ pro nullo reseruato a captiuitate soluitur precium redemptionis. Præterea omniū sententia communis est ꝙ satisfactio nulla fit pro persona q̄ nulli vnq̄ culpæ aut offensę subiacuit. Ex quoꝝ exemploꝝ manuductione clarissime colligitur ꝙ quicunq; Xp̄i sanguinis precio & passionis satisfactione est redemptus, prius fuerit peccati captiuitate subiectus. ¶ Ceteꝝ

eadem

eadem propositio iam vltimo septima via est breuiter aperienda, videlicet testimonio percelebrium doctorum scholæ theologiæ. Plane hæc est fundamentalis propositio Alexandri de Ales. Alberti Magni. Sancti Thomę, Bonauenturę, atq; alioꝝ plurimorum famosissimoꝝ doctoꝝ superius nominatoꝝ, ad ponendum & docendum, ꝙ necessarium sit dicere beatam virginē in originali peccato fuisse conceptam: quorum testimonia, ita ex superioribus apertissima sunt & in copia, vt non sit opus ea repetere. Si quis.n. cōmemorat caplm. 55. vsq; ad. 60. in quo centum doctoꝝ scholasticorum testimonia posita sunt, reperiet ꝙ communior rō eoꝝ fuit ista de redemptione. Sane videre non potuerunt ꝙ aliquis diceretur redemptus precio sanguinis Christi, qui non fuerit captiuus seruitute peccati, consyderato maxime cum hoc ꝙ scriptura sancta de redēptione Xp̄i loquens & sancti & apostolicę sedis diffinitio hanc eandem sententiam & doctrinam clarissimam habeant, vt visum est. Ex quibus satisfactū arbitror primę parti huius articuli de redemptione in qua pollicitus eram septem viis ostendere veritatem pręfatę propositionis fundamentalis conclusionis principalis, videlicet ꝙ omnis homo redemptus Christi passione, fuerit actu peccati seruitute ante captiuus. Et per consequens patet roborata & confirmata ratio facta superius qua arguebatur ꝙ virgo Maria fuerat in originali pctō, concepta, ex eo ꝙ Christi redemptione indiguerit & fuerit actu redēpta. Ex quibus illico sequitur falsitas illius primę propositiōis datę exaduerso: videlicet ꝙ nō obstante pręseruatione beatę Marię a peccato originali potest dici redempta. hoc pręsupposito, primo ꝙ loquutio fiat de redēptione illa quę facta est Christi morte, secundo ꝙ virgo Maria nunꝗ̄ actualiter peccauit, sicut pie creditur.

¶ In quo respondetur motiuis exaduerso, & maxime sumptis ex prima via per distinctionem. 6. modoꝝ redemptionis. Et primo declarātur ipsi. 6. modi exaduerso. Cap. 11.

QVIBVS habitis iam veniendum est ad secūdā partem in qua respondēdum est motiuis & viis exaduerso sumptis: quibus arguebatur in contrariū, sicut autem superius dictū est prima via arguēdi exaduerso sumpta est ex distinctione. 6. modoꝝ redemptionis a peccato: ad quā primo respondendum venit. Dicit autem proponens ꝙ sex modi possunt intelligi redemptionis a peccato. Primus modus redemptionis est per liberationem a peccato actuali mortali, quæ cōmuniter fit per sacramētum pœnitentię. Pro quo inducit illud Apostoli ad Ti. 2. Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Secundus est quo redimitur quis a veniali remediis institutis ad hoc. Tertius est quo quis redimitur a peccato originali contracto per baptismum, aut sanctificationem in vtero. Pro quibus duobus modis inducit illud psalmi. 129. Apud dn̄m misericordia & copiosa apud eum redēptio. Quartus est cū quis præseruatur ne labatur in peccatum mortale. Pro quo inducit illud psal. 33. Redimet dn̄s animas seruorum suoꝝ, & non delinquent oēs qui sperant in eo. Et hoc modo creditur (inquit) fuisse redemptio in Apostolis post diem pentecostem. quibus spiritum sanctum se daturū promiserat Io. 14. Quod aūt hoc spectet ad gratiā redēptionis credi tur neminē dubitare. Plus enim resplenduit fructus siue effectus redemptionis in apostolis, ꝗ̄ in multis discipulis qui a gratia ceciderūt, & post pœnitentiam cōuersi sunt. Quāto.n. quis amplius dilectus est a Deo, tanto magis percipit re-

demptionis effectum. Vnde si de rõne redẽptionis principaliter esset fuisse sub peccato & ab eo liberari, quanto persona fuisset amplius in peccatis & ab eis liberaretur, tanto secũdum hoc diceretur magis redempta a Xpo q̃ beata virgo Quod non videtur dicendum: quia cum id quod amplius participat de bonitate finis sit propinquius eidem, & nulla creatura sit propinquior Christo q̃ sit beata virgo. sequitur ꝙ ipsa multo amplius participet de redemptionis fructu, & per consequens magis redẽpta dicatur. Et cum non ex hoc ꝙ minus fuit sub peccato, vel ꝙ abundantius participat donum gratiæ, si detur primũ, ex regula cõi sicut simpliciter ad simplr. ergo magis ad magis & maximũ, ad maximũ: ergo si magis redẽpta quia minus fuit sub peccato. ergo si nunq̃ fuit, & potuit esse, magis redempta dici debet. Si vero detur secundum. cum multum abundãtius sit donũ gratiæ, nunq̃ sub peccato esse q̃ aliqñ esse vel fuisse & liberatã esse, sequitur ꝙ ex hoc magis redempta esse dicitur, si nunq̃ fuit sub peccato; cũ hoc sit maioris gratiæ donum. Ex quo elicit ꝙ propriissime potest dici redemptionis modus cum quis tantum percipit de gratia redemptoris ꝙ præseruatur ne de cætero labatur in peccatum veniale. Et iste modus redẽptionis (inquit) pro

Bernar. ponens patet ex doctrina exaduerso, quæ exponendo auctoritatem Bernardi dicit ꝙ in scriptura vel in doctoribus sumitur redemptio pro ipsa p̃seruatione, vt in Angelis. Ex quo habetur propositum (inquit) ꝙ effectus redemptionis non solum consistit in liberatione ab incursa captiuitate peccati, sed in præseruatione ab eadem. Hæc exaduerso.

ℭ Reprobantur aliqui ex prædictis modis. Cap. 12.

QVIBVS respondendum successiue breuitatis causa institui. Et quoniam hic quartus modus in quo dicitur ꝙ quis redimi dicẽdus sit cum a peccato mortali præseruatur, solum ad propositũ intentionis facere videtur, ad eum solum consyderatio respondẽdo referenda est. Dicitur ergo ꝙ si in illo qui sic dicitur a pctõ mortali præseruatus, nõ ponatur liberatio fuisse ab aliqua incursa captiuitate, aut remissio cuiuscunq; peccati, loquẽdo de redẽptione Xpi (sicut dictũ est) iuxta sanctoꝝ sententias superius positas, falsum est ꝙ talis in quo sola p̃seruatio ponitur a pec

Cõciliũ. cato mortali dici valeat esse redemptus, dicẽte Apostolica diffinitione, nec re

Gregor. demptus dici põt nisi qui vere per pctm̃ fuerit ante captiuus. Et Gregorius (vt supra) dicit ꝙ dicentes se & innocentes & redemptos, hoc ipsum in se redemptionis nomen euacuant. Oĩs náq; qui redimitur, ex aliqua proculdubio captiuitate liberatur. Ecce quid dicũt sancti, ecce quid apostolica sedes magistra fidei. Iudicent. P. V. R. quid sequendũ sit, an sedes Apostolica & sanctoꝝ patrũ sententiæ, an alioꝝ nouę doctrinę meritis & sapientia multo minores. Quę vero inducuntur exaduerso ad probandũ p̃fatum quartũ modũ, non procedunt. Et primo quidẽ hoc patet de auctoritate psal. 33. inducta, videlicet. Redimet dñs

Glo. animas seruoꝝ suoꝝ, & non delinquent oẽs qui sperant in eo; quæ si Glo. ori in medium feratur patebit ꝙ non est ad propositum allegantis, sed magis fa

Glo. uet in contrariũ. Dicit enim sic glo. Redimet precio mortis animas seruoꝝ. i. eorum qui de seruis sunt liberi facti, & seruorum suorum. i. sibi obedientium, Et omnes qui sperant in eo, q̃uis sine peccato non sint, non delinquent ad mortem. Iste enim est modus humanę iustitiæ: & vita mortalis quantumlibet proficiens: quia sine peccato esse non potest, in hoc non delinquat. i. per hoc mor

tale delictū caueat,dū est semp in eo in quo est remissio pctōꝝ.Et Cassiod.super eodē verbo ita dicit. Redimet.i.redemptos per sanguinē filii deducet ad vitam æternā,& vitā eoꝝ pñtē faciet mundā.Et hoc est,'non delinquēt qui sperant in eo.Hęc ille.Et Magister Nicolaus de Lira super eodē passu clarius hoc demonstrat, dicēs.Hoc fuit adimpletū in Xpo dño qui nos redemit sanguine suo precioso.Et non delinquent finaliter qui sperāt in eo.s.spe formata charitate quæ prouenit ex gra & meritis.Et hoc intelligendū est de prædestinatis.Hæc magr Nicolaus.Ex quibus omnibus manifeste patet ꝙ auctoritas inducta exaduerso longe est ab ea intentione pro qua inducta est;sed expresse redeptionē de qua loquitur insinuat esse per liberationem a peccato. Cassio. Nico. de Lira.

¶ Percipere magis aliquē de gratia Dei,non arguit magis esse redemptum a Christo. Cap. 13.

AETERVM secundo ad idem consequenter inducitur exaduerso ꝙ quāto magis percipit quis de fructu,siue de effectu redēptionis,tanto magis dicendus sit redemptus,& ꝙ per consequēs beata virgo cum fuerit huiusmodi magis dicenda sit redempta, dicuntur respondendo duo. Primum est ꝙ falsum est præsuppositum illud ex aduerso.Percipere enim plus de gratia,siue de gloria, non arguit aliquem esse magis redemptum,sicut manifeste patet.Quia quantuncunq; aliquis consequeretur in baptismo maiorem gratiam,aut in pœnitentiæ sacramento ampliorem,non propter hoc talis diceretur magis baptizatus dicente August. de vnico baptismo,ꝙ alius alio baptizari magis vel minus nō dicitur;nec etiam magis absolutus.Cuius ratio est.quia cum redemptio proprie dicta quæ fit mediāte satisfactione siue precii solutione,cuiusmodi est redemptio facta per Christū (iuxta superius inducta scripturæ,& sanctoꝝ testimonia) in nomine & ratione sua quandam importet liberationem a malo siue seruitute:qua qui redimitur alienatus erat a redemptore:accessum dicit ad terminū.Ea aūt quæ sunt in termino,non recipiunt intentionem.Et ideo quantuncunq; quis suscipiat maiorem gratiam in redemptione sua q̄ alius,non dicitur magis proprie redemptus sicut patet in exemplis antepositis. Alias quot sunt gradus inęqualitatis gratiæ in redemptis.tot ponendi essent gradus inęqualitatis redēptionis Xpi in eis,quod non videtur dicendum.Vnde si mille homines nūc a Rege Hispanię redimerentur de seruitute sarracenoꝝ:quantuncunq; ad inęquales dignitates,aut honores,aut gratiam assumerentur a Rege,nihilominus æqualiter dicerentur redempti.Secundo ꝙ quantuncunq; quis cōsequeretur,gratiæ aut gloriæ,si in eo nō præcesserit proprius effectus grǣ redēptionis qui est liberatio a malo siue a seruitute incursa,non potest talis habere rationem redempti : sicut superius sanctoꝝ testimonia ostendunt.Vnde Adam si in primo statu innocentiæ fuisset præseruatus ne peccaret mortaliter,non fuisset dictus redemptus. Et ideo Magister sententiarum in secundo di.29.dicit ꝙ Adam in statu ante peccatum non indigebat gratia liberante:quia eius volūtas ante peccati serua nō fuerat:sed indigebat ea quo ad effectum alium qui est præparare volūtatem ad volendum bonum.Quare si beata virgo præseruata dicatur fuisse ita ꝙ nunq̄ alicuius peccati seruitute captiua fuerit, quantumcūq; amplitudinem fructus redemptionis.s.gratiæ & gloriæ fuerit consequuta, non potest proprie dici redempta. August.

¶ Plura peccata habens a pluribus redimi potest, non autem magis. Cap. 14.

QVOD autē ait consequenter exaduerso hoc ꝙ si de rōne redemptionis principaliter esset fuisse sub pctō & ab eo liberari, quanto persona amplius fuerit in peccatis & ab eis liberetur: tanto super hoc diceretur magis redempta. Et sic Maria Magdalena diceretur magis redempta a Xpo q̄ beata virgo, quod non videtur dicendum: cū ipsa plus & amplius participet de fructu redemptionis. Ad hoc dicendum ꝙ non sequitur. Vnde negatur, ista consequentia quæ peccare videtur per fallaciam figuræ dictionis, mutando quantum in quale. Quanq̄ enim ex hoc ꝙ Maria Magdalena vltra originale habuerit actualia peccata quæ non fuerunt in beata virgine: bene sequatur ꝙ ipsa Maria Magdalena a pluribus fuerit redempta, non tamen sequitur ꝙ magis fuerit redempta. Palam enim est ꝙ hęc consequentia nulla est. Absolutio in ratione sua dicit absolutum fuisse ligatum nodo aliquo peccati aut sententia. ergo quanto absolutus fuit pluribus sententiis aut peccatis prius irretitus, tāto magis est absolutus. Falsum est hoc. Aeque. n. absolutus est qui ab vno pctō aut sententia est absolutus, sicut qui a mille peccatis, licet non a tot. Et ita in proposito. Vnde in talibus nec multitudo vinculorum nec amplitudo fructus consequenter arguunt intentionem rationis redemptionis, vt de se patet. Quantuncunq; enim vnus adultus addidisset peccata, non diceretur magis ablutus, vnda baptismatis q̄ paruulus qui solo originali obnoxius fuit, dato etiam ꝙ gratiam multo ampliorem in baptismo consequeretur adultus q̄ paruulus: vt cōmunis habet doctrina doctorū super quarto sententiarum di. 4. Proprius enim effectus & prior baptismatis, a quo et suscipit nomen ablutionis, est auferre vniuersaliter omnem maculam in eo qui baptizatur. Et ita est dicendum de redemptione proprie dicta: quemadmodum hic loquimur: quæ noīe suo importat liberationē ab aliqua seruitute siue alienatione præcedēte: sicut diffuse dictū fuit supra. Quare manifeste patet non esse verū quod dicitur exaduerso ꝙ plus appropinquare Christo, & plus de eius bonitate participare, siue plus gratiæ & gloriæ consequi, constituat siue faciat aliquem esse magis redemptum. Constat enim ꝙ vbi rō positiui non potest fundari, locum non habet comparatio. ¶ Alia autem circa hoc proponens exaduerso dicit videlicet ꝙ communiter dicatur ꝙ beatus Ioannes euangelista semper fuerit innocens ab omni pctō mortali, a cuius veritatis inquisitione breuitatis causa supersedeo, quia ad principalem materiā nostram parum facit. Verū tamen ꝙ sit communiter dictum, nunquā audiui, sed bene mihi constat quod cōmuniter dicitur & ab vniuersali ecclesia annua reuolutione candelarū repræsentatione cōmemoratur ꝙ tempore passionis Xpi apostoli omnes a fide defecerint, in sola sacratissima virgine fide integra permanente. Et idem dicit Alexander de Ales dixisse beatū Anselmum. Si vero cum ista sententia quæ videtur ab ecclesia confirmata esse (consyderatis etiam in eis quæ dicunt sancti Doctores super Matthæum in capitulo. 26. & super Matth. in capitulo. 14.) stet in veritate id quod dicitur exaduerso de beato Ioanne, relinquo iudicio magis sapientum.

Alex. de Ales.

Quintus

¶ Quintus modus redemptionis assignatus exaduerso reprobatur. Ca. 15.

PRÆTEREA quintus modus redéptionis exaduerso positus, est quo quis præseruatur non solum ꝙ nō peccet mortaliter sed nec venialiter. De quo modo (inquit proponens) multi exemplificāt de Io. Bap. propter id qd ecclesia canit de illo. Ne Leui saltem maculare vitā famine posses. Q̄d aūt qui sic ꝑseruatur maioré assequatur fructū redéptionis q̄ ille qui ꝑseruatur ne in mortale cadat, nulli creditur (inquit) dubiū esse. Pro quo inducit illud psal. 18. Dn̄e adiutor meus, & redéptor meus. ¶ Sed qd̄ hæc doctrina stare nō possit, ex cōfutatiōe ꝓcedētis quarti modi assignati redéptionis, facillime colligitur. Tria.n. falsa vñr cōmemorari exaduerso in hoc. 5. mō. Primū est qd̄ ꝑseruatus a veniali dicatur redemptus ab eo, eo mō quo de redéptione sermo est sanctoꝝ & p̄ntis difficultatis. Secundū est ꝙ illa ꝯña sit valida, iste percipit plus de fructu redéptionis, ergo est magis redemptus. Tertiū est ꝙ dr̄ ab aliq̄bus de beato Ioāne ꝙ fuerit ꝑseruatus a pctō veniali. Eius.n. cōtrariū idem beatus Io. innuere visus est, cū ait Xp̄o, ego a te debito baptizari &c. Mat. 3. vbi gl. ait, i. a pctō mūdari. Licet.n. beatus Io. plus accepe- Glo. rit grē qua venialia potuerit plusq̄ alii vitare: nō tñ oino. Vñ Beatus Euāgelista dicit. Si dixerimus qm̄ pctm̄ nō habemus ipsi nos seducimus & veritas in nobis nō est. 1. Io. 1. Ité Ber. in ep̄la ad Lugduneñ. idé testatur esse priuilegium. Bernar. b.v. ita dicens. Ego puto ꝙ copiosior sanctificationis bn̄dictio in eā descenderit quæ nō solū eius sanctificaret ortū, sed & vitā ab omni deinceps pctō custodiret immuné; qd̄ nemini alteri in natis quidé mulieꝝ creditur esse donatū. Ecce expresse Bernardi testimoniū ꝙ nullus in natis mulieꝝ præseruatus fuit ab omnī pctō actuali. Præterea. Esset merito quærendū à proponēte exaduerso vtrū ista propositio sit cōcedēda. Beata virgo fuit redépta a Xp̄o a peccatis actualibus. Necessario r̄ndere habet ꝙ sic, iuxta doctrinā de redéptiōe quā ponit, videlicet in his duobus modis assignatis. Q̄d vero nō sit cōcedēdū, immo videatur multū derogare dignitati virginis & fidei quā ecclesia pie ad eā tenet facile patet. Tū ex dictis sæpenumero repetitis: quæ iterū repetere non est opus. Tū ex eo ꝙ effectus redemptionis est remissio pctoꝝ. Tum quia, Mat. 26. dr̄ hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissioné peccatorū. Vnde necesse est ꝙ peccata quæ alicui Xp̄i satisfactione remitti dicūtur in eo præfuisse intelligantur. Et ita licet verissimū sit ꝙ beatissima virgo præseruata fuerit immunis ab omni peccato actuali, non tamen videtur concedendum iuxta sanctorum doctrinam superius explicitam, ꝙ ipsa fuerit redempta a peccatis actualibus sed ab originali tantum, cui tantum subiacuit, a quo mediante sacramento baptismi paruuli redimi dicuntur.

¶ Sextus modus redemptionis exaduerso positus reprobatur. Cap. 16.

SEXTVS modus redéptiōis assignatus exaduerso est quo aliq̄s ꝑseruatur ne in pctm̄ originale cadat. Secūdū quem modū speciali dono, dicit proponēs, fuisse redéptā. b.v. ¶ Sed ꝙ hæc doctrina quā proponēs innuit in hoc mō, nulla rōne subsistat; sufficiēter colligitur ex dictis in cōfutatiōe ꝓcedētiū modoꝝ. Ex quibus patet falsitas scd̄ę proponēs sequētis, in qua dr̄ ꝙ nisi hoc mō. b.v. præseruata fuerit ab orig. pctō, ipsa nō dicetur perfectissime redépta a filio suo. Rō vero quæ adducitur in ro-

bur eius, nulla est. Quod patet. Arguit.n.sic proponés exaduerso. Potuit nãq̃ hoc simplicissimo modo redimi, videlicet per præseruationem a peccato originali sicut fuit redempta ne incurreret quodcũq; pctm̃ actuale. ergo si sic non fuit redempta, sequitur ꝙ ipsa caruit perfectissimo redẽptionis effectu. ¶ Ista autem rõ (vt dixi) nulla est. Peccat.n. in antecedẽte & consequentia. Primũ quidẽ patet q̃a licet de potẽtia absoluta (sicut superius visum fuit, & infra dicẽdũ est) potuerit btã virgo pręseruari a pctõ originali: quia tamẽ talis præseruatio nõ põt habere rõnẽ redẽptionis de qua loquimur. immo vr̃ oppositio in adiecto, falsum est ꝙ potuerit redimi illo modo. Q̃ d etiã ꝯñ̃a nõ procedat, manifestũ est quia præseruari a pctõ ori. nõ est pfectissimus effectus redẽptionis, immo est (vt superius patuit ex dicto beati Grego.) q̃d euacuat omnino nomẽ redẽptionis. Vnde oĩa ista argumẽta sæpe repetita procedũt ex ista suppositione falsa, de rõne redẽptionis quæ dicta est. Ex hoc ẽt sequitur cõsequẽter correlarie. falsitas tertię propositiõis qua ponitur exaduerso, ꝙ si beata virgo Maria mõ assignato redẽpta nõ fuit; Xp̃s nõ fuit pfectissimus redẽptor eius. Et probat ex eo ꝙ dato isto, filius eius defecit ipsi, vel saltem nõ operatus est pfectissimũ modũ redẽptionis. ¶ Sed falsa est propositio illa, immo meo iudicio, sub correctione (tñ semper vr̃is m̃ris ecclesię) vr̃ periculosa. videlicet ꝙ Xp̃s si nõ p̃seruauerit. b.v. ab ori. pctõ, nõ fuerit eius pfectissimus redẽptor. Ex hac.n. propositione sequitur aut ꝙ Xp̃s nõ fuerit pfectissimus redẽptor mũdi: ꝙ vr̃ incõuenienter dictũ, aut ꝙ nullus contraxerit origi. pctm̃ nec quodcunq; pctm̃ cõmiserit, quod esset hęreticũ. Cõsequẽtia ipsa patet ex rõne qua exaduerso arguitur, ꝙ Xp̃s nõ fuerit pfectissimus redẽptor beatæ virginis si nõ p̃seruauerit eã ab origi. pctõ. Multa alia correleria possent elici ex hac propositione exaduerso, quæ minus bñ sonare viderentur apud aures doctas cõi doctrina sanctoꝝ, eo potissime consyderato: quia ex hoc q̃d dr̃ ꝙ pfectissimus modus redẽptionis sit p præseruationẽ a pctõ origi. vr̃ tolli omnino necessitas diuinæ incarnationis: cũ tollatur necessitas satisfactionis & exigentia solutionis precii. Et p cõsequẽs ꝙ humanũ genus si præseruatum fuisset a peccato, perfectius esset a Christo redemptum, & similia alia quę minus grata esse viderentur. A quibus omnibus deducendis, breuitatis causa supersedere pro nunc constitui.

Error ex aduerso.

¶ Beata virgo a Christo redempta fuit perfectissimo modo per liberationem a peccato tantum originali. Cap. 6.

DICENDVM ergo vr̃ ꝙ falsum est ꝙ Xp̃s nõ redemit. b.v. per pfectissimo mõ: cõcesso ꝙ ipsa (iuxta testimonia superiora sanctorũ & doctoꝝ) fuerit in originali cõcepta. Pro quo notãdũ ꝙ modus redẽptionis humani generis perfectissimus dicendus ac confitendus est. Q̃ d patet ex sex capitibus. Tũ ex parte pfectissimæ personæ redimẽtis, quia Deus & hõ. Quare inquit Greg. Fœlix culpa quæ talẽ atq; tm̃ redẽptorẽ habere meruit. Secũdo ex parte precii p̃ciosissimi. Empti.n. estis (inq̃t Apl̃s) precio magno. Tertio ex pte pfectissimę charitatis qua maior esse nõ põt. Io. 14. Maiorẽ hac charitatẽ nemo habet vt aĩam suã ponat quis pro amicis suis. Tum quarto. ex parte perfectissimæ restitutionis & reintegrationis honoris, & dignitatis humanę, qm̃ (vt inquit) Apl̃s Ro. 5. nõ sicut delictũ ita & donũ. Si.n. vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gr̃a Dei & donũ in gr̃a vnius hominis Iesu Xp̃i in plures abundauit. Et infra. Si.n. vnius delicto mors regnauit,

Grẽgor.

per vnum hominem, multo magis abundantiā gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnū Iesum Xp̄m. Tū quinto ex parte multitudinis redemptę: qm̄ nō solū vnū hoiem aut duos sic perfectissime redemit, sed vl'r orbē. Et hoc quantū ad sufficientiā, & si nō quantū ad efficientiā. 1. Thi. 4. Speramus in eū qui est saluator omniū hominū. Tū ex parte delictoꝝ a quibus fit redemptio: qm̄ vl'r ab oibus redemit, ꝑm illud psal. Apud dn̄m misericordia & copiosa apud eū redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Glo. tam originalibus q̄ actualibus. Et ad Titum. 2. dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate. Glo. tam actuali q̄ originali. Et ita glorificādus & adorandus est dominus noster & saluator Iesus Christus qui perfectissimus, perfectissima charitate perfectissimo precio ab omni malo quantū ad sufficientiā vniuersum genus humanū redemit. ¶ Rō aūt facta exaduerso ad probandū ꝙ Xp̄s nō fuisset p̄fectissimus redeptor nisi præseruasset beatā virginē nulla virtute subsistit. Tū primo quia suppositio ista cōis exaduerso falsa est, qua dr̄ ꝙ p̄seruatio a pctō origi. rōnē habet redēptionis, eo modo quo de redēptione facta precio sanguinis Xp̄i loquimur. Sæpe. n. hoc cōfutatū est. Tū secūdo quia data suppositione ista, licet nō cōcessa, videlicet ꝙ pręseruatio ab originali pctō & actuali pertineret ad perfectā redēptionē: cū præseruatio a pctō & a pœnā peccati sit perfectior modus præseruandi q̄ a pctō tm̄ sequeretur ꝙ btā virgo in conceptione sua, quantūcūq; ab originali fuisset præseruata non fuisset perfectissimo modo redempta, patet hoc de se. Tum tertio quia si præseruare beatā virginē aut vnū hominē ab originali, & actuali peccatis pertinere dicendum sit ad perfectā redēptionē, tunc præseruāre taliter pertinet ad perfectiorē redēptionē & p̄seruare taliter oēs pertinebit ad redemptionem perfectissimā. Si ergo perfectissimus modus redemptionis ex mō illo præseruationis sumendus sit & Xp̄s dicendus sit perfectissimus redemptor, sequitur ꝙ omnes hoies p̄seruauerit a peccato originali. Q d est periculose dictū. Nec obstat quod dr̄ exaduerso, videlicet ꝙ nō ex multitudine aut pluralitate indiuiduoꝝ operis eiusdē speciei, sed rōne differētię, dr̄ p̄fectio esse artificii. Nō obstat inquā. Tū primo quia licet vnus sit modus ꝑm speciem tn̄ dr̄ Xp̄s redemisse mūdū redimendo hoc modo cōi oēs hoies q̄ si solum Adā aut duos, aut tres redemisset. Secūdo quia cum pctm̄ originale no sit tm̄ huius vel illius personæ, sed totius humanæ naturę, licet nō ꝑm se sed vt est in omnibus suppositis per originem vitiata descendētibus, sequitur ꝙ si Xp̄s non redemisset mō dato exaduerso nisi vnā aut duas personas & nō totā speciem in oibus indiuiduis ꝙ Xp̄s nō fuisset p̄fectus redēptor humanæ naturę. Q d vr̄ absurdū, Dei. n. perfecta sunt oia opera. Deutero. 32. Tertio quia licet modus ille redimendi per præseruationem non sit perfectior perfectione speciei in plures extensus q̄ in vnum, nihilominus tn̄ maioris perfectionis vr̄ esse hoc perfectissimo modo plures redimere q̄ vnum solū. Bonum. n. quanto cōius & ad plura se extendit, tanto perfectius esse dignoscitur. Vnde primo Rethoricę dicit Aristoteles. Necesse est plura bona esse maius bonum paucioribus. Quarto cum virtus sit vltimū de potentia, testimoniū virtutis, & potestatis argumentum non plene colligitur per hoc ꝙ in vno solo operatur qui potest in plura, vt innuit Aristoteles. primo cœli & mundi. Ex quibus omnibus manifeste patet ꝙ rōnes exaduerso sumpte ex prima via, videlicet ex parte distinctionis sex modoꝝ redemptionis ad probandū ꝙ beata virgo fuerit redempta redēptione dicta per præseruationē, ita ꝙ dato ꝙ præseruata fuerit a pctō origi. vere & proprie redēpta dicatur per xp̄m, nullis viribus subsistāt.

Glo.
Glo.

¶ In quo respondetur rationibus ex aduerso sumptis ex secunda via quæ est ex ordine vniuersi. Cap. 18.

AETERVM hoc idē cōsequēter ostendēdū venit de rōnibus sumptis ex scda via: quæ dñr sumptæ ex ordine vniuersi. Arguitur aūt sic primo. Si vnū oppositorū est in natura, & mediū, & aliud extremū, maxime si sit excellētius. Dicit.n. Apls. Ro. 9. ꝙ Deus ex hoibus ꝑparauit quosdā in vasa misericordiæ, & sustinuit alios in vasa iræ. Sed reperiuntur quidā hoies qui semper fuerūt & erūt vasa diuinæ iracundiæ; vt qui nunꝗ baptizati decesserunt in peccatis. Reperiuntur aūt alii qui ante fuerūt vasa diuinæ iracundiæ, & post misericordiæ, vt qui decedunt in gratia, & fuerūt cōcepti in originali culpa. Ergo est dandū aliquod extremū excellentius, videlicet vas aliqđ, qđ nūꝗ fuerit vas diuinæ iracūdiæ, sed semp misericordiæ. Et si sic, de nullo decētius asseritur ꝗ ꝙ fuerit.b.v. Ad istā rōnē rñdetur, ꝙ rō nō procedit. Cuius rō est: quia semp fuisse vas irę, & semper fuisse vas misericordiæ, nō opponitur re, sed noie tm̄, qm̄ fuisse semper ita vas misericordiæ sicut intelligitur ex aduerso, videlicet ꝙ nūꝗ miseriæ peccati fuerit subiectū, sed semp fuerit vas diuinæ grę, nō potest alicui cōuenire qui seminalr ab Adā descenderit. Est.n. oppositio in adiecto ꝙ fuerit vas misericordiæ, vt hic loquitur Apls de vasis misericordię, & ꝙ nunꝗ fuerit ante sub miseria. Vñ talia sic sunt vasa misericordiæ, sicut recōciliatus, curatus, redemptus, quæ subiectū præsupponūt fuisse qñq sub termino a quo. Non possunt aūt pati additionē de li semp, vt quis dicatur semper vas misericordiæ, semp recōciliatus, semper fuisse curatus, semp fuisse redēptus, semper fuisse lotus &c. Et ita est in proposito. Pro cuius euidentia, & dicti Apli intelligētia vera, adducā in mediū qđ gl. ordi. sup eodē loco Apli dicit. Inqt aūt sic. Tota.n. natura humana in ipsa radice vitiata, diuino iudicio debitæ dānationi est subiecta, & merito peccati vniuersa dānata. Cū ergo illud supplicii recipiāt vasa iræ ꝙ omnibus debebatur, & ab illo liberantur vasa misericordiæ in altero æquitas, in altero misericordia perspicua est. Massa .n. illa si media esset, sic vt nihil boni aut nihil peccati haberet, nō frustra videretur iniquitas, vt ex ea fierēt vasa in contumeliā. Cū vero per li.ar. primi hominis in condēnationem vniuersa defluxerit, proculdubio ꝙ ex ea fiant vasa in honorē non est ipsius iustitię quæ grām nullā ꝓcessit, sed dei misīcordiæ. Qđ vero in cōtumeliā, nō iniquitati.i. Dei, quę penitus nulla est, sed iudicio deputāda est. Bñ aūt dispensauit dñs vt nec oēs dānaret, & nec oēs liberaret. Si.n. oēs liberarētur lateret qđ pctō ꝑ iustitiā deberetur. Si vero nō liberarētur lateret ꝙ grā largiretur. Quia proculdubio quantū pertinet ad originale pctm̄ oēs pares erant: sed misericordia quos voluit discreuit: ibi gratuita est indulgentia: vbi posset iusta esse vindicta. Ecce manifestū habemus ex hac Glo. ꝙ Apls hęc vasa misericordię nominat ea quę prius fuerāt sub miseria originalis peccati, in qua oēs pares erāt (vt inquit) qui ab eadē massa vitio corrupta & lutosa humani generis processerunt. Quare implicatio est contradictionis ꝙ aliquis fuerit preseruatus ab originali pctō, & sit vas misericordiæ, eo mō quo Apls hic loquitur distinguendo vasa misericordię cōtra vasa irę. Vñ et Augu. (vt ait Magr sniaꝝ in.4.di.46.) dicit vasa misericordię dici quia ipsi nō pro meritis, sed Deo miserante de miseria liberātur. Et subiūgit. Ad misīcordiā ptinet ꝙ a peccatis mūdat & de miseria liberat. Vnde idē Augu. sup psal.32. tractās illud. Misericordia dñi plena est terra, ita dicit. Terra dicit nō coeli: quia coeli nō indigēt misericordia, vbi nulla est miseria

Glo.

August.
Magr

August.

teria. In terra homines abundant miseria, & superabundat domini misericordia. Ergo & misericordia dñi plena est terra; non cœli, qui non indigent misericordia. Indigent tñ regente dño. Omnia.n. indigent dño, & misera & fœlicia, quia sine illo miser non sublevatur, & fœlix nō regitur. Hæc ille. Et ita patet ꝙ nō pōt dici vas misericordiæ iuxta Aplm; qd non fuit de facto miseriæ peccati subiectū, de qua Prouer. 14. miseros populos facit pctm, & per consequens sequitur, ꝙ cū beatissima virgo fuerit vas misericordiæ, qd ipsa primo fuerit miseriæ ori. peccati subiecta. ¶ Secūdo arguitur sic exaduerso ex eodē fundamento quo supra: si est reperire extrema, ergo & medium. Reperitur autem homo qui ex modo suæ conceptionis nunq̄ contraxit nec potuit contrahere originale pctm, vt Christus; Reperitur etiam qui potuit, & contraxit, vt omnis homo. ergo est dandum medium ꝙ, videlicet quātum est ex modo suæ conceptionis potuerit contrahere, sed nunq̄ contraxit, sicut declaratum est de beata virgine. Ad istā rōnem respōdetur negādo regulā illā pmissam. Nō.n. vlr est verꝫ ꝙ si danda sunt extrema, ꝙ & mediū sit dandū. Aliqua.n. sunt cōtraria imediata, sicut sanitas & ægritudo, V ñ (sicut inqt dñs Egidius de Roma Archieps Bituricen̄, in quolibeto. 6. ar. 2.) tale mediū nō est intelligere nec dare. Nā quicūq; cōcipitur: aut cōcipitur via naturæ ex semine virili, & tūc pōt contrahere, & cōtrahit de necessitate originale pctm; aut concipitur supra naturam. Et quia nō est dare medium inter hunc modum & illum; quia non est medium inter negationem & affirmationem, ideo omnes alii a Xpo originale pctm contraxerunt, & ita apparet rationes sumptas exaduerso omni robore veritatis carere. Egidius.

¶ In quo respondetur rationibus exaduerso sumptis ex tertia via quæ dicitur communis hominum consyderatio. Cap. 19.

CAETERVM arguitur exaduerso ex tertia via, quā cōem hominum cōsyderationē vocat. Et sic primo, per modū quęstionis. Ponatur, inquit, ꝙ Xps per passionem suā sic redemisset nos ꝙ restituisset genus humanū ad primū statū innocentiæ in quo fuit Adā q̄ primo creatus est, fuissentq; vltra hoc hoies p donū grē in bono cōfirmati intm vt peccare nō possent; filii etiā nascerentur cū iustitia originali, sicut fuisset factū in statu innocentiæ, nūq̄ iudicaretur ꝙ hoies minus fuissent redempti per passionē Xp̄i. Hoc est quasi per se notū. ꝙ tunc efficacius a multis reputaretur cōiter fuisse facta redēptio. Ex quo cōcludit ꝙ iuxta cōem modū loquendi, redemptio nō tam dicit liberationē a malo præterito, q̄ præseruationē a futuro in quod necessitate naturæ vel alias nisi præseruaretur incurritur. ¶ Ad istā quæstionē dr (saluo semper meliori iudicio nō curādo ꝙ a multis reputaretur, de quibus dicit proponens) ꝙ dato illo casu filii qui nascerentur cū iustitia originali licet liberi dicerētur ab originali pctō, nō tñ ab eo redēpti, capiendo redēptionē prout dicit sufficientē satisfactionē & precii solōnē, cuiusmodi fuit redēptio Xpi. Et ita negatur esse p se notū qd proponēs dicit per se notū esse. Pro quo cōsyderāda sunt duo, & arbitror hoc valere plurimū ad itelligētiā plenā veritatis huius rei, & ad soluēdū q̄si oēs obiectiōes exaduerso ī materia pñti. Prio ꝙ redēptio facta p xp̄m cū sit redēptio aiaꝝ inter alia dr̄ a mō redēptiōis quo res corpales dr̄ redimi a captiuitate siue alienatiōe aliqua ī hoc, qm̄ redēptio xpi cū sit q̄dā curatio s̄m illud Isa. 53. Liuore eius sanati sumus. Glo. a pctō. Et quedā ablutio aiaꝝ, s̄m illud Apoc. 1. Dilexit & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ponit & operatur de necessitate aliquid circa animas ipsas Glo.

quæ redimuntur. Secundo ꝙ anima rationalis non propagatur ex alia anima, nec educitur de potẽtia materiæ, sed a deo immediate creatur. Cõtraria vero iis duobus reperiuntur in redemptione siue liberatione qua corporales res liberari aut redimi dicuntur. Primum patet quoniam in manumissione siue cũ aliquis seruus donatur libertati, nihil realiter ponitur circa ipsum, vnde sine quacũꝗ mutatione facta circa eũ dicitur de nouo redemptus aut manumissus. Hoc autem non potest esse in redemptione qua anima rationalis dicitur redimi Christi redemptione: quoniam nisi aliquid reale fieret in ea & susciperetur in ea subiectiue non posset dici suscipere effectum redemptionis. Secundũ vero de se manifestum est: quia corpora reꝝ generabilium & corruptibiliũ non per creationem sed per quãdam propagationẽ veniunt in esse. Et ex hoc venit alia differentia, videlicet ꝙ hmõi res corporales in suis materialibus principiis virtualiter existentes, possunt dici redimi anteꝗ̃ sint actu: sicut (dum sit tamen spes de euentu eaꝝ) sicut filii nascituri qui in manumissione parentum dicuntur etiã redimi: & fructus in redemptione agri. Hoc autem in redemptione animaꝝ esse non potest: quoniam sicut iam præmissum est, non ex radice possibili naturæ, animæ propagantur, sed ab extrinseco a deo immediate creantur, & ideo non potest hmõi redemptio fundari nisi supra rem ipsam quæ redimi dicitur præsentialiter, siue actualiter existentẽ: quia circa id quod nondum est nihil potest operari. Quibus bene consyderatis patet veritas solutionis datæ ad quæstionẽ propositã exaduerso, videlicet ꝙ dato illo casu liberatio illa siue præseruatio filioꝝ nascentium depost ab hominibus taliter redemptis a Christo non haberet rationem redemptionis qua nũc dicimur redempti a Christo: sicut patet ex dictis proxime & in superioribus. Secundo ex eadem via arguitur sic exaduerso. Redemptio quodammodo opponitur peccato: & ita quanto amplius quis distat a peccato tanto magis appropinquat ad redemptionis effectum: & ipsa redemptio quanto magis elongat a peccato tanto efficacior dicetur. Et cũ̃ magis distat a peccato qui nunꝗ̃ fuit sub eo ꝗ̃ qui fuit & liberatus est, sequitur ꝙ talis magis appropinquabit ad redemptionis effectum. Ad istam rationem respõdetur ꝙ non procedit, sicut patet in simili. Manumissio. n. quodammodo opponitur seruituti. Et quanto quis plus distat a seruitute tanto magis appropinquat ad manumissionis effectũ. Et ipsa manumissio quanto magis elongat hominem a seruitute tanto efficacior dicitur. Sed magis distat a seruitute qui nũꝗ̃ fuit seruus, ꝗ̃ qui fuit & liberatus est. ergo quanto quis esset magis liber magis diceretur manumissus. Et idem argueretur de curatione & infirmitate & sanitate, ꝙ quanto quis esset magis sanus magis diceretur curatus & sanatus. quæ omnia videntur absurda. Defectus ergo rationis factæ, & qui sæpissime currit in dictis exaduerso in hac materia est, ꝙ supponit ꝙ gratia absolute & per se ac immediatus sit effectus redemptionis. Quod falsum esse videtur: sicut quod sanitas absolute & p se sit effectus curationis, aut libertas manumissionis. Accidit enim sano fuisse curatum, & liberum fuisse manumissum. ita haberi gratiam fuisse redẽptum: sicut patet de homine in statu innocentiæ in quo fuit gratia, & in anima Christi, & tamen non fuit effectus redemptionis. Dicitur autem effectus proprius redemptionis ipsa gratia non absolute, sed prout est liberans a seruitute & ille qui gratiam habet secundum hunc effectum, dicitur participare proprie effectum immediatum redemptionis, sicut effectus curationis est sanitas in ordine ad expulsionem primam præexistentis infirmitatis, & libertas est effectus manumissionis in ordine ad liberationem primæ seruitutis, & ita hoc mo-

do loquendo falsum est illud ꝙ exaduerso dicitur ꝙ quanto quis plus distat a peccato, plus appropinquat ad effectum redemptionis. Ex hoc enim faciliter potest quis elicere contra proponentem, ꝙ maxime Xps veniret dicendus redemptus. Sed quia res est clarissima, ad alia transeo, & ita patet rationes exaduerso sumptas ex tertia via non habere processum.

¶ In quo respondetur rationibus exaduerso sumptis ex quarta via, videlicet ex manuductione exemplorum. Cap. 20.

CONSEQVENTER arguitur exaduerso ex quarta via, videlicet ex manuductione exemploꝝ. Et primo sic. Redimens. n. aliquem de seruitute dicitur redimere omnem eius futuram prolem, quæ nisi parens fuisset redemptus nasceretur in seruitute, sicut etiam captiuato parente dicitur esse captiua proles inde futura. In secundo exēplo dicitur ꝙ si fructus agri sint dati pignori ad duos vel plures annos qui primo anno redemit, dicitur redimere fructus nondum natos sed nascituros. Ad ista duo exempla simul respondetur ꝙ ad propositum redemptionis animarum factę per mortem Christi de qua loquimur non faciunt. & rōnes clarissime de hoc proxime assignatę sunt. Tertium exēplum ponitur de eo qui iudicatus est ad mortem, qui si alicuius suffragio interueniente liberatur a morte (dicit proponens) ꝙ talis dicitur a morte redemptus. Ad hoc dicēdum ꝙ in hoc casu talis adiudicatus morti non proprie dicitur redemptus a morte, sed præseruatus. A reatu aūt vel culpa propter quam merebatur morti tradi, bene dicitur redemptus. Et hac rōne apud vulgū nō distinguentem sæpe proprietatem vocabulorum accipiendo vnum pro alio, dicitur qnq; talis a morte redemptus, veruntamen improprie. Verum quia in significatione vocabulorum aut intelligentia & expositione scripturæ non est sequēda opinio vulgi, sed sapientum, secundum facultatem materiæ de qua est sermo, parū militat ad propositum improprietas vsus redemptionis nominis apud vulgares. Beata autē virgo Maria non improprie aut abusiue, sed propriissime dicitur redēpta: quare exemplum illud parum seruit proposito allegatis. Quarto inducitur ad idē exaduerso ꝙ Magister sentētiaꝝ dicit in tertio. distin. 19. ꝙ Xps redemit nos a pœna æterna. Constat autē (inquit) ꝙ si redemptio de necessitate significationis suę, est liberatio a malo dūtaxat qd actualiter incursum est, tūc nullus Christianus diceretur a pœna æterna redemptus. Et tamē manifesta est doctrina sanctorum. In cōtrarium autē dicitur in pręallegata di. filius sub his verbis. Filius Dei hominem passibilem sumpsit in quo & mortem gustauit quo cœlum nobis aperuit, & a seruitute diaboli. i. a peccato (seruitus enim diaboli peccatū est) & a pœna redemit. Qua pœna? Temporali & æterna. Ab æterna quidem relaxando debitum, temporali vero pœnitus liberabit nos in futuro: quando nouissima mors inimica destruetur. Adhuc enim expectamus redemptionem corporis. Secūdum animas vero redempti sumus iam ex parte non ex toto, a culpa: non a pœna, nec omnino a culpa, non enim ab ea sic redempti sumus vt non sit, sed vt nō dominetur. Ex qua auctoritate quæ Ambrosio ascribitur multipliciter confirmari dicit proponens intentū pro quo laborat. Primo in hoc ꝙ dicit Ambrosius ꝙ redēptio sit relaxare debitum. Hoc enim est in q̄ quod supra dicebatur ꝙ debitum siue tributum quod a filiis Adā exigitur propter suū peccatum, filius Dei relaxauit matri suæ. Secūdo in hoc quod dicit ꝙ a pœna

Magr. [margin, beside "Quarto inducitur … Xps redemit nos"]

Ambro. [margin, beside "Ex qua auctoritate quæ Ambrosio ascribitur"]

temporali penitus liberabit nos in futurũ. Et sic habetur ꝙ redemptio sumitur pro liberatione a malo corporali futuro. Tertio in hoc quod dicit ꝙ quantum ad animas non est ex toto est perfecta redemptio. Ex quo patet quod dicebatur ꝙ quanto plus propinquat quis fini perfecte redemptionis, tanto magis esse redemptus dicitur. Vnde cum beata virgo per gratiam præseruantem fuerit confirmata in bono ne vnq̄ peccaret, sicut sunt iam beati; sequitur ꝙ magis redempta dici potest. Quarto in hoc quod dicit ꝙ redemptio a culpa dicitur duobus modis: vel vt non sit, vel vt non dominetur. Et nunc habetur, secundo modo sed non primo. Cum ergo dicamus non solum non dominaturam fuisse culpam in beata virgine, sed nunq̄ fuisse, patet manifeste ꝙ perfectissime redempta dici potest.

¶ Respondetur instantiis sumptis ex quarto exemplo. Cap. 21.

a D istud exemplũ dicendum est ꝙ in nullo procedit sicut nec præcedentia. Pro quo notanda sunt aliqua. Primo cum sancto Thoma in tertio sententiarum di. 19. ꝙ quia mors priuat vitã, mors æterna per oppositum dicitur ad vitam æternam. Vnde mors æterna dicitur per quam priuatur homo vita æterna. Homo aũt vitam ęternã potest perdere dupliciter. s. per pctm̃ naturale siue originale: cuius pœna est carentia diuinæ visionis quæ vita æterna dicitur. Io. 17. et per pctm̃ personale. s. mortale. Pœnam aũt quę ex pctõ originali consequitur omnes incurrunt,

August. secundum illud Ro. 5. Per vnius delictũ. s. processum est in omnes homines cõdemnationem. Et beatus August. dicit lib. de originali animæ ad Hieronymũ: Sentiat quisq; quod liceat: tantum contra Apostolicã manifestissimã fidẽ nemo sentiat qui ex vnius delicto omnes in condẽnationẽ adduci prædicat. Secundo notandũ ꝙ dupliciter quis incurrere põt hanc damnationem siue pœnã æternã quæ dr̃ carentia diuinæ visionis, vno modo secundũ reatũ tm̃. sicut illi qui adhuc viuebant in carne. Secũdo modo etiã secundũ experientiã illius pœnæ: sicut illi qui iam mortui erant. Et ita dupliciter dr̃ Xps redemisse a pœna æterna quę debetur originali peccato quod omnes contrahũt. Primo modo auferẽdo reatũ quãtũ ad illos qui participes efficiebantur redẽptionis suæ, & adhuc viuebant. Secundo modo auferendo pœnã quantum ad illos qui mortui erãt. Ab omnibus quidẽ quantũ ad sufficientiã: quantũ vero ad efficaciã, ab illis tm̃ in quibus nullum impedimẽtũ inueniebatur. Ex quibus patet manifeste ꝙ redemptio ista facta per Xpi passionẽ a pœna æterna præsupponebat hominẽ redimẽdum lapsum fuisse actu in captiuitate peccati & in pœnã æternã, aut p reatum tm̃, aut per experiẽtiã et. & ita redẽptio dicta per præseruationẽ solã nõ põt ibi

Magr Ambro. habere locũ, & hæc est doctrina sanctoꝝ, & doctoꝝ. Vñ Magister ex Ambrosio (sicut allegatũ est ex aduerso) dicit sic in tertio sententiaꝝ di. 19. Ideo Dei filius hominẽ passibilẽ sumpsit in quo & mortẽ gustauit quo cœlũ nobis aperuit & a ꝯuitute diaboli. i. a pctõ (seruitus. n. diaboli pctm̃ est) & a pœna redemit. Et loquendo de pœna æterna dicit. Ab æterna quidẽ relaxãdo debitũ. Ecce ꝙ nõ dicit præseruãdo, sed relaxando debitũ siue reatũ. Vnde ex hoc rñdetur ꝙ argumentũ quod fit ex aduerso ꝙ si redẽptio de necessitate est liberatio a malo duntaxat quod actualiter incursum est, nullus Xpianus diceretur a pœna æterna redẽptus. Dr̃. n. ꝙ nullus dr̃ redimi a pœna æterna qui eã actualiter non incurrit saltẽ reatu siue debito, quo modo omnis qui seminaliter propagatus est ab Adã incurrit. Nascitur. n. omnis talis hoc modo dãnatus, dicente Aplo ad Ephe. 2.

Eramus & nos filii iræ. De quo beatus Gregorius lib. 24. moralium. c. 42. ita dicit. Omnes nos inimica illa persuasio in culpæ contagiũ ab ipsa radice polluerat, nullusq; erat qui apud dñm pro peccatoribus loquens a pctõ liber appareret: quia ex eadẽ massa æditos atq; cõiunctos par reatus inuoluerat. Proinde venit ad nos vnigenitus patris, assumpsit ex nobis naturã nõ perpetrans culpam, sine pctõ esse debuit qui pro peccatoribus interuenire debuisset: quia nimirum alienę pollutionis contagia nõ tergeret si propria sustineret. Quod vero consequenter dr̃ exaduerso ex verbis prędictis Ambrosii vbi dicit ꝙ a pœna ęterna Xp̃s nos redemit relaxando debitum, confirmari suũ propositum: quia (vt inquit) Dei filius debitũ siue tributũ quod a filiis Adæ exigitur libere relaxauit matri suę, & ita dicenda venit redempta (salua pace dicentis) non confirmat propositũ arguẽtis, sed (vt deducetur) demõstrationẽ vĩ. facere in cõtrariũ. Qđ vero nõ facit ad propositũ arguentis seu intentionẽ, patet manifeste: quia debitũ qđ Ambr. in auctoritate præfata dr̃ relaxari, est reatus pœnæ æternę: reatus necessario præsupponit in subiecto reo culpã aliquã aut originalẽ aut actualẽ mortalẽ pręcessisse, cũ nemo (vt habet cõis omnium doctrina sanctoꝝ) cõstituitur reus pœna ęterna nisi ipsemet culpę fuerit obnoxius ex qua debitũ siue reatus pœnæ nascitur. Debitum autem quod exaduerso dr̃ relaxatum beatę virgini, non videtur esse huiusmodi, quia si sic, haberetur intentũ. Sed debitũ vocat ibi proponens tributum quod a filiis Adę dicit exigi. Præterea secundo falsum est hoc quod dr̃ exaduerso ꝙ originale pctm̃ sit debitum aut tributũ qđ exigatur a filiis Adæ. Sicut enim in superioribus deductum est ad longum, contractio originalis peccati nõ potest cadere sub debito aut sub rõne tributi deo debiti, dicente beatissimo August. libro de natura & gratia. Quis enim insanus dicit debere aliquẽ peccare, cũ ideo sit pctm̃ ꝙ nõ debet fieri. Ex quibus patet ꝙ data assertione exaduerso, aĩa beatæ virginis nihil habuisset vnq̃ in se actualr̃ a quo per Xp̃m posset dici redempta. Nec satisfacit id quod doctrina exaduerso dicit de debito siue de iure contrahendi siue de obligatione persoluendi tributum: vt superius vbi vniuersi modi isti cõfutati sunt, patuit. Tum etiam quia hoc ius habẽdi pctm̃ originale, aut ponit aliquid in animã beatę virginis formaliter a quo redempta sit, aut nõ. Si non, habetur propositũ. Sed si sic, aut habet rationem culpæ, vel non. Si sic habetur etiã propositũ. Si non, cũ nõ possit fingi ꝙ fuerit pœna, tunc ab illo non diceretur redempta: cũ Xp̃s a culpis & pœnis sequẽtibus dicatur nos redemisse. Vnde Ro. 3. Deus posuit Iesum Xp̃m propitiatorem omnium delictoꝝ per redemptionẽ quæ est in ipso. Et Mat. 1. Ipse. n. saluum faciet populũ suũ a peccatis eorum. Præterea quæritur in quo instanti intelligitur habuisse hoc debitum contrahendi originale pctm̃ anima beatæ virginis, cum non posset dici ꝙ illud habuerit anteq̃ de nihilo esset creata: quia quod nõ est nulli tenetur. Vel ergo illud habuit in aliquo instanti anteq̃ per gratiam esset sibi relaxatum, autem in eodem instanti in quo fuit sibi relaxatum, aut post. Manifestum est ꝙ non post: quia præsupponitur præcessisse relaxatio, nec potest dici secũdum, videlicet ꝙ in eodem instanti fuerit in ea debitũ contrahendi & relaxatio per grãm a cõtrahendo: quia sequeretur ad hoc ꝙ in eodem instãti fuisset obligata & nõ obligata, quę est expressa cõtradictio. Secundum hoc ergo oportet dicere ꝙ anima beatę virginis in primo instanti sui esse anteq̃ per gratiam absolueretur a debito, obnoxia erat debito. Et p cõsequens necessariũ est dicere ꝙ in primo instanti cõceptionis suę non habuerit gratiam, & ita ꝙ contraxerit originale peccatum. Quod vero expositio quam

Gregor.

August.

Ambro. facit Ambrosius dicendo ꝙ Christus nos redemit a pœna æterna relaxando debitum eius, ostendat manifeste propositū sicut dixi videlicet ꝙ beata virgo cōtraxit originale pc̄m, arguitur sic. Beata virgo maria fuit redēpta a pœna ęterna per Xpm, creditur ꝙ nullus fidelium negabit. Vnde ipsa ait. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Ergo relaxatum est ei debitum siue reatus pœnæ æternæ. Consequentia est manifesta ex dictis Ambrosii. Sed nullus habuit debitum siue reatum pœnæ æternæ nisi aut ratione originalis aut actualis mortalis. Sed virgo Maria non habuit vnq̄ actuale, ergo habuit originale rōne cuius in ea erat debitū siue reatus pœnę. Processus est manifestus. Et ita patet qualiter exemplum quod inducebatur de redemptione a pœna æterna, arguentis intentioni non fauet, sed magis facit in contrarium.

¶ Respondetur argumento alteri sumpto ex eadem via. Cap. 22.

QVOD vero consequenter arguebatur secundo exaduerso ꝙ redemptio diceretur respectu mali futuri, ex eo quod Ambrosius dicit ꝙ a pœna temporali pœnitus nos liberabit in futuro, nō deseruit proposito arguentis, immo procedere videtur hęc ratio ex non plena intelligentia dicti beati Amb. Pro quo notandum prout est cōmunis doctrina theologorum & specialiter Sancti Thomæ in tertio. di. 19. circa modum quo redempti dicimur per passionem Xp̄i a pœna temporali, & quomodo non, sed in futuro redemptionem expectamus, ꝙ pœna temporalis dicitur per quam priuatur aliquod bonum temporale: quia bonum temporale nō est natum semper manere. Hæc autem pœna temporalis in homine est dupliciter. Quędā quæ vniuersaliter & in tota natura inuenitur humana: sicut necessitas moriendi passibilitas, inobedientia carnis ad spiritum: quæ naturæ humanæ ex peccato originali debentur de quibus non oportet nunc exēpla ponere breuitatis causa. Has ergo pœnas Xp̄s per suam passionem sufficienter ab omnibus exclusit, sed non efficienter ab omnibus, sed in fine mundi ab omnibus sanctis simul auferentur, quia istę pœnæ, naturę debentur in qua omnes vnū sunt: Vnde tunc non solum hominis per resurrectionem sed totius mundi natura reparabitur, quia etiam ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei, vt inquit apostoluss Ro. 8. Ex quibus patet ꝙ Christus dicitur redemisse tam in præterito participes redemptionis suæ ab istis pœnis sufficiēter p pœnā passionis eius, quia in eo, vt dicitur Ysa. 53. posuit Deus iniquitates omnium nostrum: dum ipse dolores nostros portauit, liberaturus autem est efficienter, i. secundum actum in futuro. Et hoc est quod dicebat Ambrosius ꝙ pœnitus in fine mundi nos liberabit. Et inde est quod Albertus Magnus in. 3. di. 19. vocat hunc redemptionis modum redemptionem in spe, secundum illud apostoli. Rom. 8. Expectantes redemptionem corporis nostri. spe. n. salui facti sumus. Et ita patet ꝙ proponens exaduerso ex hoc loco parū habet fauoris cum aliqua ratione dicamur a pœnis esse iam redempti, & aliquā ratione ab eis ad hunc in futuro dicamur esse liberandi. Quod vero consequēter tertio arguit proponens, ꝙ quanto quis amplius appropinquat fini perfecto redemptionis magis redemptus dicitur, & per consequēs ꝙ beata virgo cū fuerit per gratiam preseruātem confirmata ne vnq̄ peccaret, ꝙ magis redempta dici possit, nō procedit. Quod patet manifeste quia auctoritas loquitur de liberatione a malo incurso. f. pœnæ & culpæ, secundum quam certū est quod

(Margin: Ambro. — Ambro. Albert. Magnus)

quanto quis plus appropinquat fini redemptionis, plenius dicetur redemptus: quia a pluribus malis absolutus siue liberatus. scilicet culpę & pœnæ. Appropinquare autem hoc modo fini perfectæ redemptionis, & esse præseruatum ab omni peccato, implicat contradictionem. Quare quod de beata virgine arguitur quod cum gratia pręseruationis possit dici redempta, aut magis redempta: nõ habet apparentiam. Eodẽ modo dicendum est de eo quod quarto arguebatur ex vltima parte authoritatis. Quoniam præseruari omnino a culpa, euacuat nomẽ redẽptionis, vt sępius ex dictis sanctorum supra patuit. Ex quibus omnibus patet quod rationes exaduerso sumptæ ex quarta via, videlicet ex manuductione exẽplorum, minime procedant.

¶ In quo respondetur rationibus exaduerso sumptis ex quinta via. scilicet per rationes. Cap. 23.

AMPLIVS ad idem probandum proceditur exaduerso quinta via, quam nominat inductionem rationum ex fide catholica. Et arguitur sic primo. Efficacius redimitur qui magis a seruitute liberatur, qui præuenitur vt nunquam seruiat quam qui primo sub seruitute esse permittitur & postea liberatur. Constat. n. quod iste longius distat a seruitute. Ad istam rõnem respõdetur negãdo minorẽ, quoniam sicut sępe repetitum est, liberatio animarũ facta per Xpm de qua loquimur quę concernit satisfactionem & precii solutionem, & pręseruatio a captiuitate, nõ possunt simul stare. Et ad probationem dicendum, quod falsum præsupponitur, videlicet quod longius distare a seruitute, constituat rõnem liberationis siue redẽptionis a seruitute. ¶ Secũdo arguitur sic exaduerso. Quanto redemptio passiua est acceleratior, tanto magis efficacior. Si ergo tantum acceleratur quod seruitus aut subiectio cuicunque malo anteque contingat pręueniatur, tanto dicetur intensior: & ita liberatus dicetur magis redemptus. Ad istam rationem patet responsio ex dictis. Minor quidem est falsa: quoniam data præseruatione illa non posset ibi locum habere redemptio. ¶ Tertio arguitur exaduerso sic. Vt dr Act. vi. lex Moysi fuit iugum tam graue quod nec patres eorum nec ipsi Apostoli potuerũt portare. Et iuxta doctrinam Apostoli Galat. 3. Xps redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictũ. Nunc aũt hęc videtur esse differentia inter eos qui de tempore apostolorum fuerint baptizati ex iudeis, & eos qui nunc baptizantur ex Xpianis natis, quod illi fuerũt subiecti primo seruituti illius legis: nos autem nunquam fuimus sub seruitute illa, sed liberati sumus ab hmõi seruitute: & onere legis per meritum passionis Xpi nos præuenientis. non tamen nos minus sumus redempti quam illi qui fuerunt pro illo tempore, quia nunquam fuimus actualiter sub illa, dura seruitute. Ad istam rationem respondetur quod ad propositum nõ facit pro eo quia non vniuersi fideles tenerentur seruitute illius oneris. Vnde tãtum Iudęi tenebantur. Quod manifestum est si textus ponatur plenus cum Glo. ordinaria. Apostolus. n. Gala. scribẽs qui a pseudo Apostolis erant delusi, vt crederẽt Xpi fidem nõ sufficere ad salutem sine obseruatione legalium sic dicit. Xps nos redemit de maledicto legi factus pro nobis maledictum: quia scriptum est. Maledictus omnis qui pependit in ligno, vt in gẽtibus benedictio Habrahę fieret in Xpm Iesum: vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Glo. vero sic dicit. Xps redemit nos. Glo. Iudæos. de maledicto legis, Gl. sub quo eramus. Cur ergo vos o Galatę ad idem tenditis: ita vt in gentibus. Glo. quia ita nos Iudęos Glo.

redemit de maledicto legis vt etiã in gentibus quæ nõ sub maledicto legis erãt fieret benedictio Abrahæ promissa. Ecce patet manifeste quod illud quod nunc Apostolus loquebatur de Iudæis parum facit intentioni proponentis, ad probandum ꝙ quis posset dici Xp̃i morte redẽptus etiam si nunq̃ ante aliqua peccati seruitute fuisset captiuus. Quarto arguitur sic ad idem exaduerso vt dicitur

Magr̃ a magistro, ex doctrina Augustini, & Ambrosii in tertio sententiaꝝ di. 19. Post

Augus. passionem Iesu Christi nos fuimus liberati a diabolica potestate, quia post me-

Ambro. ritum passionis xp̃i actualiter exhibitę, diabolus non exercet tantã potestatem in eos qui sequuntur aduentum Xp̃i, sicut aduersus eos qui ante fuerunt, iuxta dictum saluatoris. Luc. 11. Ipse tanq̃ armatus fortior superueniens vicit dæmonem, & abstulit ei omnia arma in quibus confidebat. Itẽ Io. 12. Nunc autẽ princeps mundi eiicietur foras. Nunquid ex hac gratia præuẽtionis dicimur minus redempti? Immo efficacius, quia minus subiecti illi sumus. Attento ꝙ nisi præuenisset nos, ex necessitate quadã eramus sicut & priores subiiciendi illius pessimi seruituti diabolicæ. Cum ergo beata virgo ex gratia præuẽtionis nũq̃ fuerit subiecta seruituti diaboli, maxime redempta dici potest: & Xp̃s ex eo dicetur perfectissimus redemptor. ¶ Ad istam rationem respondetur ꝙ non procedit: quia assignata causa exaduerso non est rationabilis causa, nec potior quare a potestate diaboli dicamur redimi, nec doctores sancti allegati, nec Magister illam nudam rationem assignauit. Verum pro intelligentia huius & aperta solutione rationis notandũ quod (vt tangit sanctus Thomas in. 3. dist. 19. sequendo sententiam magistri.) Potestas dęmonis in duobus cõsistit in ; impugnãdo, & in detinendo deuictos. Ex eo autem ꝙ quis impugnatur nondum seruus factus est: sed ex eo ꝙ victus est, vt patet secundæ Petri. 2. Deuicerat autem diabolus totum humanum genus in primis parentibus, & eis dominabatur dum eos ad hoc, secundum votum suum deduxerat, vt nullus paradisi ianuam intraret. Deuincit etiam vnunquẽq; singulariter dum eum ad peccatũ inclinat, quia qui facit pct̃m seruus est peccati. Potestatẽ ergo diaboli qua victus detinebatur homo, Xp̃s per passionem amouit quantum ad sufficientiã non quantum ad efficientiam, nisi in illis qui vim passionis suscipiunt per fidem & charitatem. Sed potestatem qua impugnat non ex toto euacuauit sed debilitauit, dum ipsum hostem deuicit: & dum hominibus auxilia multa ad resistendum tribuit, sicut sacramenta gratiam abundantiorem, & alia huiusmodi. Hæc Sanctus Thomas. Ex quibus patet ꝙ ratio principalis quare a potestate diaboli dicimur liberari, est, quia liberati sumus a potestate illa qua humanum genus sic propter peccatum detinebatur captiuum, vt nullus filiorum Adæ regnum cœlorum ingredi posset. Et hoc esse videtur ꝙ Magister sententiarum ex doctrina Ambrosii & Augustini in primo. distin. 3. dicit. A diabolo ergo, & a peccato liberati sumus: quia (vt ait Apostolus) in sanguine ipsius iustificati sumus. Et in eo ꝙ iustificati sumus. i. a peccatis absoluti a diabolo sumus liberati, qui nos in vinculis peccatorum tenebat. Et infra. Morte quippe sua, vno verissimo sacrificio quicquid culparũ erat, vnde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat, Xp̃s extinxit, vt in hac vita tẽtando nos, non præualeat. Licet. n. omnibus modis nos tẽtet post Christi mortẽ, quibus modis ante tẽtabat: nõ tamẽ vincere potest sicut ante vincebat. Nam Petrus qui ante Christi mortem voce ancillæ territus negauit, post mortem ante Reges & Præsides ductus nõ cessit. Quare? quia fortior. i. Christus veniens in domum fortis. i. in corda nostra vbi diabolus habitabat, alligauit fortem. i. a seditione compescuit fidelium, vt tẽtationem quę ei

adhuc

adhuc permittitur non sequatur. Seducti; itaq; Christi in sanguine qui soluit quę nō rapuit, redempti sumus a pctō, & per hoc a diabolo. Itē ad idē est Aug. primo de nuptiis & concupiscentia, ita dicens. Non.n. fides dubitat Xpiana, quam noui hæretici oppugnare ceperunt, & eos qui lauacro regenerationis abluuntur redimi de diaboli potestate, & eos qui nondū tali regñatione redempti sunt, etiā per multos filios redemptoꝝ sub eiusdem diaboli esse ptāte, captiuos ipsi. Et.n. eadem Xpi gr̄a redimuntur. Ad oēs nāq; pertinere nō dubitamus ætates, illud de quo Apostolus loquitur, beneficium Dei, qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii charitatis suæ. Ab hac ergo potestate tenebraꝝ, quarum est diabolus princeps. i. a potestate diaboli, & angelorum eius, quisquis erui (cum baptizantur) negat paruulos, ipsorum ecclesiæ sacramentoꝝ veritate conuincitur, quæ nulla hæretica nouitas in ecclesia Christi auferre vel mutare permittitur, regente ac iuuante capite totū corpus suum pusillos cū magnis. Clarissimum est aūt quod huiusmodi liberatio, qua a potestate diabali dicimur liberati, quia a peccato liberati, quod fuit causa seruitutis nostræ, captiuitatem concernit & præsupponit in omnibus qui Christi morte dicuntur liberati. Sola enim debilitatio potestatis dæmonis quam habet in tentando post Christi passionem, non sufficit denominare aliquem esse redemptum quātum ad efficientiam, de quo modo redemptionis loquimur. Alias in fideles in quos etiam (vt dicit Alexander de Ales in tertio) minorem habet potestatem q̃ ante, rōne pręseruationis illius dicerentur iam Christi passione hoc modo redempti, quod falsissimum est. Ex quibus omnibus patet quod rationes exaduerso sumptæ quinta via nullo modo probent intentum arguentis.

Auguſt.

Alex. de Ales.

¶ In quo respondetur exaduerso rationibus sumptis ex sexta via. s. per auctoritates. Cap. 24.

PRÆTEREA ad idem arguitur exaduerso. 6. loco ex multiplici auctoritate sacræ scripturæ. Ex quibus proponens notum facere nititur, φ redemptio se extēdat ad præseruationem, ita φ pręseruatio redemptio dicatur respectu eius quod nunq̃ fuit sub seruitute vel in aliquo modo temporali aut spirituali: sed erat futurū nisi redemptio & liberatio pręcessisset. Et licet hoc ostēso, vocabulū redemptionis in nullo obstet doctrinæ aut virtuti rationū doctoꝝ, quoꝝ relator sum: quia ipsi arguentes φ virgo Maria si redempta fuit a Christo, peccati originalis seruituti fuerit alias, videlicet in conceptione detentata, non loquuntur de redemptione extensa vniuersalitate vocabuli, sed accipiunt eam proprie prout dicit satisfactionē & precii solutionē factā per Xp̄m (sicut superius sępenumero dictū est) quæ non respicit nisi eum qui actu seruituti obnoxius fuit, & idcirco merito supersedendum esset a cōmemoratione inductaꝝ auctoritatum exaduerso tanq̃ nō facientium ad propositum. Veruntamen vt plenior cunctis detur responsio, ad singulas respondebitur. Prima autem auctoritas est illa secundi Regum. 7. vbi Dauid gratias agens Deo, inquit. Quæ est gens vt populus Israel in terra: propter quam iuit Deus vt redimeret eam sibi in populum &c. Et idem habetur Daniel. 9. Ex qua auctoritate dicit proponens exaduerso apparet φ populus Israel exñs in tēpore Dauid. Dicebatur redēptus, q tñ nō fuerat in Aegypto captiuus, sed tñ Proaui, & antiquiores ipsoꝝ progenitores. Vñ docemur (inqt) φ nō solū dr̄ redēptus q fuit captiuus sed qui nisi fuisset redēptus, erat futurus ca

ptiuus. Ad cuius cõfirmationẽ ſc do inducit auctoritatẽ. Exo. 13. vbi dñs ait. Cũ introduxerit te dominus in terrã Chananei ſicut iurauit &c. ſequitur. Omne autem primogenitum hominis de filiis eius precio redimes. Cumq; interrogauerit te filius tuus cras dicens, quid eſt hoc? reſpondebis ei. In manu forti eduxit nos dñs de Aegypto de domo ſeruitutis &c. Ecce patet inquit proponẽs ꝙ quilibet quãtũcũq; poſt mille annos ab egreſſu Aegypti, debeat profiteri ſe eſſe redemptum vel eductum de domo ſeruitutis Aegyptiacę: non quia ibi vnquam fuiſſet, ſed quia niſi redemptus fuerat tempore patrum ſuorum, ipſe fuiſſet ſubiectus ſeruituti &c. Vnde patet inquit ꝙ redemptio ſe extendit ad præſeruationem. Ad iſtas duas auctoritates ſimul dicitur, ꝙ non procedunt duplici de cauſa. Primo quia (vt ſuperius dixiſſe me recolo) totus populus Iſrael in principio quo elegit eum ſibi domus quemcunq; fuerint tempora variata ſemper dicitur vnus fuiſſe, & verbum domini eſt ad eum ſicut ad vnum populum, & eſt verum ꝙ hic populus (& ſi non quo ad omnes perſonas in eo ſibi ſuccedentes) fuerit in Aegypto captiuus: & inde a captiuitate fuerit redemptus non per præſeruationem: ſed per realem liberationem a captiuitate illa qua actualiter tenebatur. Secundo quia nos loquimur de redemptione animarum. quæ (vt ſupradictum eſt) filii in parentibus redimi non poſſunt. Vnde manifeſte apparet ꝙ auctoritates inductæ, ad propoſitũ de quo loquimur, facere non videtur. ❡ Tertia auctoritas eſt illa pſalmi. Dñs redimet animam meã de manu inferi cum acceperit me. Ad iſtam dicitur ꝙ in nullo fauet intentioni proponentis. Q᷑m manus inferi non habet eam intelligentiam in illo loco quam proponens ex aduerſo arguẽdo deſignare videtur. Quoniam Glo. ordinaria per manum inferi intelligens manum ſiue poteſtatem diaboli, ita dicit. De manu inferi. i. de poteſtate diaboli qui ante aduentũ Chriſti animas tenebat, cum acceperit me. i. carnem ex me. Hæc Glo. Clarum eſt autẽ ꝙ hoc non poteſt intelligi per pręſeruationem, cum manifeſtum ſit ꝙ Dauid in limbum deſcenderit. Quod vero argumentum cõtrariũ ꝙ non intelligatur de limbo: quia dicit in pſal. 85. Eruiſti animam meã de inferno inferiori) nõ procedit duplici cauſa. Tum primo quia non dicit redemiſti ſed eruiſti. Differentia nõ parua videtur eſſe, inter eruere & redimere. Nomine enim redẽptionis aliquid cõnotatur quod nõ nomine emptionis, vt patet. Secũdo quia (vt glo. ait) infernus inferior, vno modo dicitur limbus reſpectu habitationis noſtræ terrenæ, a quo dicit ꝙ dñs eruit animas miſſo filio ſuo. Et ſic capiendo infernum inferiorem, falſum aſſumitur ex aduerſo, ꝙ intelligatur per pręſeruationem ſicut dictum eſt. Si vero quis velit per infernum inferiorem intelligere locũ in quo impii locantur, ſicut alia pars glo. innuit, dicendum ꝙ ideo dicit ſe erutum de inferno inferiori, quia (vt dicit Nicolaus de Lira) ibi demeruerat deſcendere pro occiſione facta ſacerdotum Nobe, cuius fuit in culpa, vt determinatum eſt primo Regum. 22. Quod & recognouit Dauid ad Abiatar dicens; ego ſum reus omnium animarum patris tui. Et reuelatum fuit Dauid ꝙ illud pct̃m erat ſibi relaxatũ a deo. Ideo ait. Eruiſti animam meam ex inferno &c. Vnde Glo. ordinaria dicit ꝙ ab inferno illo liberatur, qui a peccatis liberatus, illuc nõ mittitur. Ex quibus manifeſte patet ꝙ auctoritas inducta parũ probat de intentione arguentis: cum hmõi liberatio pręſupponat captiuitatem peccati, & reatum pœnæ inferni actu pręfuiſſe in eo qui ſic liberatus dicitur. ❡ Quarta auctoritas eſt illa. pſal. 29. Eduxiſti ab inferno animam meam ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum. Ad iſtam dicitur, ꝙ non probat propoſitum, & exiſtimo ꝙ non fuiſſet inducta in medium.

Glo.

Glo.

Glo.
Nico. de Lira.

Glo.

si Glo. fuisset respecta. Dicit enim sic glo. Hoc expositione non indiget. Manifestum. n. est Christi animam de inferno eductã a deo. Et saluasti &c. i. ab his persequentibus qui descendunt in laci profunditatem. Hæc ibi. ¶ Quinta auctoritas est illa Prouerb. 23. vbi dicitur. Cum virga percuties filiũ puerum, & animam eius de inferno liberabis. Ad istam auctoritatem dicitur, non facere ad propositum liberationis de qua sermo præsens est. Talis nempe liberatio qua puer per disciplinã castigatus dicitur liberari ab inferno, vel et quis a patibulo, non est liberatio: quæ precii solutionem, aut satisfactionem sufficientem denotet, sicut ea de qua virtus argumenti nostri currit. ¶ Sexta auctoritas est illa Geñ. 15. Ego dñs qui eduxi te de Vr Caldeorũ, vt darem tibi terram &c. quod iuxta Glo. dicitur, quia præseruauit eum ab igne miraculose ne combureretur. Ad istam auctoritatem dicitur primo, ꝙ non probat intentum: & videtur fundari super falso. Vt. n. dicit Magister Nicolaus de Lira super illud. Geñ. 11. Mortuus est Aran ante Thare patrem suũ in terra natiuitatis suæ in vr Caldeorum, non videtur expositio illa rationabilis qua exponitur ꝙ per Vr Caldeorum intelligatur ignis in quẽ fuerit Abraham proiectus: quia postea sequitur. Tulit itaq; Thare Abraham filium suum, & Loth filiũ Aran. & eduxit eos de Vr Caldeorum. Non autem eduxit eos de incendio, vt patet. Et ideo (inquit) videtur dicendũ ꝙ Vr sit nomen terræ vel villæ in qua manebat, ita ꝙ Vr nomen cõmune sit, & proprium prout significat villam determinatam, vel ignem. Hęc Nico. Glo. insuper de qua fit mentio exaduerso nõ videtur illud probare. Quod patet Glo. n. dicit sic. Mystice ignis Caldeorum incentiua sunt vitiorum. Hæc glo. Ex hoc enim non arguitur ꝙ ad literam sic fuerit ꝙ Abrahã fuerit in ignẽ proiectus, quia mistica intelligentia de qua loquitur Glo. quandoq; capitur ex interpretatione sola vocabuli sicut videtur fieri, quando Vr interpretatur lumen, ignis, & incendium. Secundo dicitur ꝙ dato ꝙ ita fuerit: non facit ad propositum redemptionis nostræ, vt ex sępe repetitis vicibus patet. ¶ Septima auctoritas est illa Isa. 43. Et nunc hæc dicit dñs, Creans te Iacob, & formans te Israel: noli timere: quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: seruus meus es tu: cum transieris per aquas tecum ero & flumina non operient te &c. Ecce inquit proponens exaduerso quomodo in hac auctoritate redemptio extendit se ad præseruationem a periculo, quod alias nisi custodiretur erat venturum. Ad istam auctoritatem dicitur quod non probat intentum, immo quod dicitur ex ea, colligi videtur ex non plena intelligentia auctoritatis euenire. Non enim loquitur ibi propheta de redemptione a periculis submersionis aquarum, aut incendiorum, cum ait redemi te, sed loquitur de redemptione humani generis: Vnde glo. interli. sic ait. Redemi te sanguine filii mei. Et Nicolaus de Lira, exponẽs textũ illum de dilatatione fidei Christianę, ita dicit, Noli timere. s. inter pressuras primitiuę ecclıæ: q̃a redemi sanguine meo, & vocaui te nomine tuo, id est Christiano nomine. Et quod consequenter dicit, cũ transieris per aquas tecum ero, & flumina nõ operient te &c. refertur ad liberationẽ qua sępe Xpiani diuinitus liberati sunt a persecutionibus infidelium. Est tamen hic notandum ꝙ in auctoritate præfata prophetæ dicitur. Redemi in præterito. Quod vt notat Magister Nicolaus Gorran super illud psal. 54. Redimet in pace animam meam, ꝙ dñs in scriptura multipliciter legitur redimere. Primo redemptionem prædestinando sicut in auctoritate prędicta. Noli timere serue meus Iacob: ego redemi te. i. redimere disposui. Secundo redemptionem figurando. psal. 135. Qui redemit nos ab inimicis nostris. i. redimere præfigurauit in

Glo. | Glo. | Nic. de Lira. | Glo. | Glo. | Nic. de Lira. | Nico. Gorrã.

subuersione Aegyptiorum in mari, & in euasione Hebræorum. Tertio precii redemptionis mittēdo. Luc. 1. Visitauit, & fecit redemptionē plebis suæ. Quarto precium soluendo sicut accipitur. 1. Petri. 1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis, sed precioso sanguine incontaminati & immaculati Iesu Xpi. Quinto effectum redemptionis adimplendo Isa. 1. Syon in iudicio redimetur. Sic accipitur cum dicitur, redimet in pace animam meam. Vnde signanter addit in pace, s. æterna. Hæc ille. Secundo etiam dicitur ad auctoritatem præfatam ꝙ liberatio illa qua quis a submersione aquarum aut ab incendio ignis liberatur non est ad propositum liberationis, de qua loquimur, vt sæpe dictum est. ¶ Octaua auctoritas est illa Oseæ. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Hoc .n. inquit proponens, non potest intelligi de morte prima, quæ est dissolutio corporis, ergo de morte illa, videlicet inferni, qua nullus efficaciter redemptus fuit. Ad istam auctoritatem respondetur ꝙ nō probat intentum arguentis. Quoniam (vt inquit Magister Nicolaus de Lira super eodem loco) Iero. exponit hunc locum de redēptione gñali futura per Christū quæ erit ad vitam immortalem. De qua primæ Corin. 15. Cum aūt immortale hoc induerit immortalitatē, tunc fiet sermo qui scriptus est: absorta est mors victoria tua, & allegat scripturam secundum translationem lxx. quæ pro eo qd habemus hic, ero mors tua o mors &c. habet absorta est mors victoria tua &c. prout hic dicit Glo. Et ideo non debemus nec possumus aliter exponere secundum ꝙ dicit Iero. Hęc omnia Magister Nicolaus de Lira. Ex quibus patet ꝙ nō est ita sicut dr̄ exaduerso, nec auctoritas pfata nō intelligat de morte. ¶ Nona auctoritas est illa. primi. Machab. 4. Nunc clamemus in cœlum & miserebitur nostri deus noster. Et infra, Hodie scient omnes gentes quia Deus est qui redimit & liberat Israel. Ad istam autem auctoritatem dicitur ꝙ dato ꝙ hoc dicatur respectu mali futuri non est ad propositū nostrum de redemptione qua Christus dicitur redemisse vniuersum genus humanum. Sub qua redemptione inclusa est virgo Maria, vt inquit Magister sententiarum in tertio. distin. 2. nō potentia, sed iustitia humilitatis, videlicet per satisfactionem & precii solutionē. Ex quibus omnibus patet ꝙ auctoritates inductæ exaduerso in hac septima via arguendi, nec probant intentum allegantis, nec per consequens obuiant virtuti rationis quæ superius fiebat ex parte redemptionis, ad probandum, ꝙ virgo Maria fuerit in originali peccato concepta.

Nic. de Lira.

Hiero.

Glo.

Magr̄ sñiarum

¶ In quo respondetur rationibus exaduerso sumptis ex septima via videlicet ex consyderatione eorum quæ dicuntur de ecclesia, & de Angelis. Cap. 25.

TERVM arguitur exaduerso ad idem septima via, videlicet ex consyderatione eorum quæ de ecclesia & Angelis dicuntur. De ecclesia autem videtur dicere ꝙ non est redēpta nisi per præseruationem. Nunꝙ enim fuit verū dicere, ꝙ ecclesia non fuerit sancta. Immo in alio loco. s. in allegatione sexta, de hac re loquens ita dicit. Qd autem ecclesia dicatur redempta, forte sub hoc nomine non reperitur in sacro canone, sed si redēpta dicatur a peccato in actu, intelligetur ratione membrorum si præseruando a futuro ratione ipsius corporis. Hęc proponens. Ad hoc autem respondetur ꝙ suppositio ista falsa est pro, quo superius cum de ecclesia mentio fieret plura dicta sunt quæ hic habeantur, vt repetita. Tantum sufficiat

ad præsens

ad prǽsens inducere pauca propter quę hęc assertio (saluo iudicio vniuersalis ecclesię) ita mihi mira & noua videtur, vt oino extirpanda veniat de ecclesia. Primo quidem inquit Zacharias Luc. 1. Benedictus dns Deus Israel quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Vbi glo interli. ita ait. i. sanguine filii redemit sub peccato venditam. Ecce ꝙ plebem dixit quæ est ecclesia Dei, a captiuitate redemptam. Item Matt. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Ecce ꝙ plebem & populum dicit, quæ omnia cum sint nomina collectiua, ecclesiæ corpus designant. Item ad Ephe. 5. Christus est caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Quod vero hæc saluatio nō intelligatur per præseruationē, sed veraciter per liberationē a captiuitate peccati, patet ex his quæ ibi Apostolus prosequitur ita dicens. Xp̄s dilexit ecclesiam & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret mundans eā. Glo. a peccatis, lauacro aquæ in verbo vitę &c. vbi Glo. dicit. Xp̄s fudit sanguinem vt lauaret maculā ecclesiæ, & extendit se in cruce vt tolleret rugam. Cæterum patet ex illo Iero. & habetur in ca. etiam, de pe. di. i. Ecclesia Christi est nō habens maculam nec rugam nec aliquid huiusmodi. Qui ergo peccati est sorde aliqua maculatus, de ecclesia xp̄i nō pōt appellari, nec xp̄o subiectus dici possibile est, vt quod ecclesia quæ prius habuit rugā & maculam & immunditiam, & postea restituta est. Et peccator currat ad medicū quia non habet sani opus medico, sed male habentes, vt curentur vulnera ipsoꝝ & fiant de ecclesia quæ est corpus Christi. Preterea hoc patet ex illo qd inquit Aug. li. 1. de baptismo paruuloꝝ. Non sint ingrati homines gratiæ Dei pusilli cum magnis, A minore vsq; ad maiorem totius ecclesiæ vox est. Erraui sicut ouis perdita. Omnium membroꝝ Christi vox est. Omnes vt oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nostris. Itē Augustinus in sermone de timore Dei & incarnatione dn̄i, qui incipit. Vobis fratres de Dei timore &c. Dicit sic. Nullo itaq; mō virginitatē matris suę nascendo Xp̄s redemit, aut ecclesiā suā de fornicatione dæmonū redimendo virginē fecit. Ex quibus & multis aliis quæ inferius in r̄nsione aliaꝝ rōnū exaduerso dicenda veniūt; patet manifeste quātæ veritatis sit id qd de ecclesia exaduerso sentitur. Q đ vero dr̄ exaduerso ꝙ nūq̄ fuit veꝝ dicere ꝙ ecclia nō fuerit sancta; dicēdum quod licet hoc veꝝ sit, ꝙ a tēpore quo ecclesia est, semper fuerit verum dicere ꝙ sancta fuit. i. ꝙ in ea aliquis vel aliqui fuerint sancti, nihilominus tamē cum hoc stat ꝙ ipsa tota ecclesia ab ipso Abel in quo incepisse dicitur vsq; ad vltimum iustum seminali propagatione descensurum ab Adam, fuerit macula alicuius peccati obnoxia, licet non simul, a qua Christus sanguine suo ecclesiam lauit, & sanctificauit. Quod sic patet. Dicit enim Augu. super psal. 12. Olim ecclesia est ex quo vocantur sancti. Ecclesia enim Aliquando in solo Abel erat, aliqñ in solo Enoch, aliquando in sola domo Noe, aliquādo in solo Abraham etiam erat &c. Manifestum est ꝙ licet de Abel, pro tempore quo ecclesia erat in eo solo, erat verum dicere ꝙ erat sanctus, & ita de Enoch, & similiter de domo Noe, nihilominus tn̄ cum hoc erat verum dicere ꝙ isti omnes, licet non simul, quia etiam nō simul processerūt inesse, fuerint aliqñ peccato originali obnoxii, & per ꝯn̄s non sancti. Nō est. n. alia sanctitas ecclīæ q̄ sanctitas membrorum suoꝝ cum ipsa non sit vnum per se suppositū aut subiectum sanctitatis, sed sit congregatio fidelium. Quare diuisio sit in hac materia exaduerso distinguendo de membris ecclesiæ, & de corpore, parū vtilis esse videtur. Quod manifeste colligi videtur ex eo ꝙ dicit August. lib. 1. de nuptiis & concupiscentia, tractans illud Apostoli ad Ephe. 5. Xp̄s dilexit ecclesiā,

Glo.
Glo.
Glo.
Hiero.
August.
August.
August.
August.

& seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret lauacro in verbo vitæ, vt exhibe-
ret eam sibi ipsi gloriosam, non habentem maculam neq; rugam, sic ait. Vt
exhibeat an non in isto seculo, sed in futuro, non habentem maculam aut rugã.
aut aliquid huiusmodi. Nam qui modo in ea esse dicuntur, fatentur se habere
peccata. Si verò dicũt, profectò quã mõdi nõ sunt a peccatis, habet in eis ecclia
maculã. si aũt falsum dicũt, quia corde duplici, loquũtur, habet in eis ecclia ru-
gam. Si autem dicunt se habere ista, non ipsam. ergo se non esse membra eius:
nec se ad corpus eius pertinere fatentur. Vnde etiã sua confusione damnãtur.
Hæc Augustinus. Ex quo verbo Augustini, seclusa omni sophisteria, verũ est di-
cere ꝙ ecclesia in omnibus membris fuit aliquando pctõ actu subiecta, licet nõ
in omnibus simul. Et ideo verissime concedendũ est pro ipsa ecclesia sancta dei,
ꝙ a Christo fuit redẽpta sanguine suo, a peccato & reatu damnationis æternę,
cui tota posteritas Adæ processit obnoxia. Et ita ex parte eorũ quę de ecclesia
cum veritate dicuntur, non arguitur contrarium, sed magis roboratur propo-
situm eorum doctorum, quorum sententias refero.

Arguitur exaduerso præseruationem dici redemptionem ex Angelis. Cap. 26.

ARGVITVR præterea exaduerso ad idem probando ꝙ rede-
ptio dicatur præseruatio a peccato, de Angelis ex illo quod bea-
tus Bernardus dicit in sermone super canti., vbi ita ait. Xp̃s ante
Bernar. incarnationem fuerat Angelis redemptio. Qui enim erexit ho-
minem lapsum, dedit stãti angelo ne laberetur, sicut illum de captiuitate eruẽs,
sic hunc de captiuitate defendens. Et hac ratione fuit æque vtriq; redemptor,
soluens illum, & seruans istum. Ex istis arguit sic proponens. Si Xp̃s dicitur re-
demisse angelos, quia præseruauit eos ne in culpam caderent, ad quam non
erat eis indita ex conditione naturæ necessitas: quomodo præseruatio a pecca-
to originali non dicetur proprie redemptio? ¶ Ad ista dicendum est ꝙ in nul-
lo militant contra dicta, nec in aliquo labefactant virtutem rationis factę, im-
mo confirmare videntur propositum nostrum. Quod sic patet. Sicut. n. sæpe
dictum est, non dubium ꝙ redemptio aliquo modo, non possit dici præser-
uatio a peccato futuro. Vnde in hoc non stat punctus difficultatis nostræ. Sed
hoc est quod negatur iuxta doctrinam sanctorũ ꝙ redemptio quæ fit animarũ,
media satisfactione sufficienti: siue interueniẽte solutione precii, cuiusmodi fuit
redemptio humani generis: & beatę virginis, possit dici præseruatio a pctõ fu-
turo. Vnde in hoc stat punctus difficultatis. Quis enim satisfacit pro pecca-
tis non commissis? Quis precium soluit pro captiuitate a qua præseruatus est?
Vtiq; nullus. Redemptio angelorum nõ fuit huiusmodi. Nam (iuxta superius
positã sententiã Bernardi) angeli non sunt eruti de captiuitate aliqua necesse-
sti de aliquo casu, sed tm̃ defensi ne caderent, homo vero erectus de lapsu est &
erutus de captiuitate. Cũ aũt beata virgo in genere hominum ponatur, & non
angelorũ, eo maxime consyderato ꝙ Xp̃s mortuus est pro beata virgine, & cru
cifixus sicut pro toto genere humano, nõ autẽ pro angelis mortuus est aut cru-
Error ex aduerso. cifixus vt manifestum est (quanq̃ exaduerso sæpissime repetatur contrarium,
& mirum est, vnde talem doctrinam proponens adinuenit: quia falsum est ꝙ
Bernardus talẽ doctrinã posuerit) plane ex hoc ꝙ Bernardus dicit ꝙ Xp̃s fue-
rit angelis redemptio tanq̃ a captiuitate defendens eos, nõ habetur ꝙ pro eis

mortuus fuerit, aut crucifixus, aut preciũ dederit, aut eos reconciliauerit. Quod satis patet ex ipso modo assignato quo Xp̃s illoꝝ dicitur fuisse redemptio, vbi virtus potestatis magis q̃ iustitia humilitatis aut satisfactionis exponitur, siue designatur. Quæ omnia patent ex doctrina August. in Enchiridion cap. 23. vbi ait. Itaq; hæc quæ in sanctis Angelis & virtutibus Dei est ecclesia, tunc nobis sicuti est innotescet cũ ei coniuncti fuerimus in finem ad similem habendam beatitudinem sempiternam. Ista vero quæ ab illa peregrinatur in terris, eo nobis notior est, quoniam in illa sumus, & quia hominum est quod & nos sumus. Hęc sanguine mediatoris nullum habentis peccatum ab omni est redépta peccato, eiusq; vox est. Si Deus pro nobis quis contra nos, qui filio proprio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illũ. Nõ. n. pro angelis mortuus est Christus. Sed ideo etiam pro angelis fit quicquis hominum per eius mortem redimitur & liberatur a malo: quoniam cum eis quodam modo redit in gratiam post inimicitias quas inter homines & sanctos angelos peccata fecerunt: & ex ipsa hominũ redemptione ruinę illius angelicę detrimenta reparãtur. Et vtiq; nouerunt Angeli sancti docti de Deo cuius veritatis ęternę, contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Propter hoc ait Apostolus instaurari omnia in Christo, quę in cœlis sunt, cũ id quod inde in angelis lapsum est ex hominibus redditur, instaurantur, quæ in terris sunt, cum ipsi homines qui prædestinati sunt in vitam ęternam a corruptionis vetustate renouantur. Hęc Augustinus. Et ponitur etiam in glo. ordinaria super illud Ephe. 1. secundũ beneplacitũ eius q̃d proposuit in eo in dispẽsatione plenitudinis tẽpoꝝ instaurare omnia in Xp̃o quæ in cœlis, & quæ in terris sunt in ipso. Ex quo manifeste habetur doctrina Augustini in duobus. Primo ꝙ ecclesia militans Christi sanguine redempta est a peccato. Secundo ꝙ Christus non est pro angelis mortuus, licet cedat in gratiam eorum quodcũq; bonũ factum sit homini. ¶ Ex quibus habetur. Tertio manifeste ꝙ angeli non sunt dicendi Christi passione redempti. August. Glo.

¶ Supradicti erroris, exaduerso alię validę confutationes. Cap. 17.

CAETERVM huius doctrinę est beatus Gregorius in libro. 28. mortalium. cap. 15. tractans illud Iob, cum me laudarent astra matutina, vbi dicit sic. Incarnationis mysterium, sancti & electi Angeli mirati sunt, qui eodem mysterio, quia redempti non sunt recte subiungitur. cum me laudarent astra matutina. Hęc Gregorius. Ex quo iterum manifeste habetur ꝙ mysterio passionis Christi nõ sunt Angeli redempti. Gregor. Preterea. Quomodo Xp̃s dicendus esset mortuus pro Angelis, qui nunq̃ mortui fuerunt peccato: sicũ tñ dicat Apostolus. 2. Cor. 5. Charitas. n. vrget nos, existimantes quoniam si vnus pro omnibus mortuus est. ergo omnes mortui sunt. Cęteꝝ quomodo Xp̃s dicendus est pro Angelis crucifixus, qui per tot millia annoꝝ anteq̃ solueretur preciũ redẽptionis iam fuerũt beati? Plane necessarium erit vt sacra synodus ad has propõnes positas exaduerso suæ consyderationis & examinis oculos dirigat: ne in animis audiẽtium cõtra necessitatẽ passionis Xp̃i & fructũ mortis eius, pariant scandalũ. Cæteꝝ ea quę inducũtur exaduerso de Apostolo Paulo in cap. ad Ephe. 1. & ad Colo. 1. non fundant assertionẽ prędictã. Q d per singula patet discurrẽdo. Dicit. n. Apostolus sic ad Ephes. 1. Proposuit in eo in dispensationẽ plenitudinis temporum instaurare

omnia quæ in cœlis & quæ in terris sunt in Christo. Quod autē hæc auctoritas non designet pro angelis Christum aut mortuum aut crucifixū, iam patuit ex Glo. Augu. inducta super eodē verbo. Patet ēt ex eo quod Magister snīaꝝ in Gl. ordinaria post verba Aug. prosequitur ita dicēs. Instaurare. i. supplere quę in cœlis sunt. i. numeꝝ angeloꝝ diminutū. Implere ēt quę in terris. i. hoīes qui per peccatū deprauati erant renouare. Ecce q̄ differenter dicūtur restaurari quę in cœlis sunt puta angeli, & quæ in terris sunt puta homines, ex quo confirmatur propositum nostrum. Præterea, Nec prædictā fundat doctrinā quod Apostolus ad Colo. 1. dicit. In ipso cōplacuit omnē plenitudinē habitare, & p eum recōciliari oīa in ipsum, pacificans p sanguinē crucis eius, siue quæ in cœlis siue quæ in terris sunt. Plane hoc nō est ita intelligēdū ꝙ per xp̄m angeli dicant Deo reconciliati aut pacificati, qui cum Deo semper fuerunt in pace. Sed hoc ideo dicitur, quia per Xp̄i passionē reconciliatis hominibus Deo, angeli nobis placati sunt. Vnde August. in Enchiridion, cap. 24. ita dicit. Ac sic per illud singulare sacrificium in quo mediator est immolatus, quod vnū multæ in lege victimæ figurabant, pacificantur cœlestia cum terrestribus, qm̄ (sicut idem Apostolus dicit) in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eū reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinē crucis eius, siue quæ in terris siue quæ in cœlis sunt. Pax ista præcellit (sicut scriptum est) oēm intellectū: nec sciri a nobis nisi cum ad eum venerimus potest. Quomodo enim pacificantur cœlestia nobis nisi concordādo nobiscum? Nam ibi semper est pax, & inter se vniuersis intellectualibus creaturis, & cum suo creatore. Hæc Augustinus. Ex quibus oībus patet, ꝙ ea quę inducta sunt de Angelis exaduerso in nullo in hac septima via derogent superius positæ doctrinæ, nec rationibus doctorum, quorum relator sum: & per consequens, nec aliquod quod inductum est exaduerso ex prædictis septem viis. Quibus cōsyderatis patet falsitas propositionis exaduerso positæ, videlicet ꝙ nō obstante pręseruatione ab originali, beata virgo poterat dici a Christo redempta redemptione. s. illa de qua loquimur, qua precii solutione facta sanguinis sui preciosi, Christus vniuersum genus humanum dicitur redemisse.

Glo. · August. · Magr sniarum · August.

ℂ In quo confutantur, aliqua responsa exaduerso ad ratione quandam Sancti Thomę in tertio sententiaꝝ. Cap. 28.

ERVM proponēs exaduerso respondens rationibus factis per collegam meum circa propositionē illā Sancti Thomæ positam in tertio sententiaꝝ di. 3. vbi dicit, ꝙ omnibus cōuenit redimi p Xp̄m, sed hoc esse non posset si aliqua anima inueniretur, quæ nunq̄ originali macula infecta fuisset, duo facit proponens. Primo. n. arguit contra eam probando ꝙ ex ea sequitur ꝙ Xp̄s non sit redemptor omniū. Q d deducit ex eo ꝙ cōstat ꝙ Adā & Eua non contraxerūt origi. pc̄m, & tñ ſm fidē credendum est, ꝙ redēpti fuerunt per Xp̄m, cuius tñ oppositū videbatur dicendum ex ratione prędicta. Ex quo elicit consequenter ꝙ dato ꝙ beata virgo, nō contraxerit origi. pc̄m: aut etiā duo aut tres alii homines, adhuc Xp̄s esset vlis redemptor. ℂ Ad hoc aūt immediate r̄ndetur ꝙ argm̄ procedit ex non plena intelligentia propositionis Sancti Thomæ: & ideo nō immerito si qd̄ ex ea arguitur viribus nō subsistat. Dicitur ergo primo ꝙ Sanctus Thomas loquitur in prędicta propositione de aīa quæ corpori infunditur cōcepto ex cōmixtione viri, & mulieris, vt patet ex ipsa circūstantia literæ, & forma tituli quæstionis.

Quęrit

Quæritur.n.vbi supra in primo articulo an beata virgo sanctificata fuit anteq̃ conceptio carnis finiretur. In secundo vero articulo an ante animationem fuerit sanctificata. Et ideo quod arguitur exaduerso de Adam & Eua qui hac via generationis non processerunt, non facit ad propositum. Quod autem loquendo de procedentibus ab Adam seminali conceptione vera sit propositio prædicta Sancti Thomę in qua dicit ꝙ si aliqua anima inueniretur quæ nũq̃ originali macula infecta fuisset, nõ diceretur redẽpta per Xp̃m: patuit multipliciter in superioribus. De quibus illud Augustini sufficiat commemorari, qui in primo de baptismo paruuloꝝ ita dicit. Quis audeat dicere Xp̃m infantum non esse saluatorem nec redemptorẽ. Vnde autem saluos facit si nulla in eis est originalis ægritudo peccati? vnde redimit si non sint per originem primi hominis venundati sub peccato? Et infra. Negant.n. illos liberari qui sub peccato nolunt esse fateri. Nam vnde liberantur si nulla seruitute peccati tenentur obstricti? Hæc Aug. Secundo dicitur ꝙ si Adam & Eua originale non habuerunt, habuerunt tamen actuale mortale respectu cuius ratio redemptionis habuit in eis locum. Quare cum beatissima virgo data positione exaduerso nullum habuisset peccatum, non erat vnde ratio redẽptionis in ea acciperetur. Secundũ autem quod exaduerso dicitur cõtra prædictã propositionẽ sancti Thomæ est, ꝙ dato ꝙ beata virgo fuerit præseruata ab originali peccato & actuali, non propter hoc sequitur ꝙ Xp̃s desinit esse vniuersalis redemptor. Et per cõsequẽs ꝙ virgo Maria semper innocens: non deroget dignitati siue glorię Xp̃i. Pro quo hac præsuppositione facta ꝙ redẽptio non solũ se extendat ad remissionẽ originalis peccati, sed et̃ ad remissionẽ actualis peccati, posito pro possibili ꝙ plures essent aut futuri essent qui nunq̃ cõmitterent aliquod pct̃m mortale, arguitur sic exaduerso. Tales innocentes respectu actualis peccati non indigerẽt redemptione Xp̃i quantũ ad redemptionem pct̃oꝝ actualium, quia in eis nullũ fuisse dicitur: & tñ Xp̃s propter hoc nõ desinit esse vniuersalis redemptor, nec etiã derogat dignitati & gloriæ suæ ꝙ effectus redemptionis quantum ad iustificationem a peccatis actualibus, non extenderetur ad illos qui nunq̃ cõmiserunt actuale peccatum. Ergo videtur ꝙ gratia præseruationis in beata virgine a pct̃õ originali nõ deroget honori & gloriæ Xp̃i: nec etiã ex hoc desinat esse vniuersalis redẽptor. Et confirmatur. Cõstat.n. ꝙ gratia pręseruationis ab omni pct̃õ actuali quæ fuit in beata virgine non derogat dignitati Xp̃i: nec ex eo ipse desinit esse redemptor omnium vniuersalis. ¶ Ad istam rõnem rñdetur negando consequentiã. cuius ratio est quia cũ in beata virgine nõ ponatur fuisse pct̃m aliquod actuale, si detur ꝙ fuerit præseruata ab originali pct̃õ, tollitur omnino ratio redemptionis ab ea sicut dictũ est, quod non fit in aliis qui a peccato actuali mortali tãtum pręseruati esse ponuntur. Sufficit.n. ad rationem fundandam redemptionis passiue in aliquo ꝙ sub aliqua seruitute peccati vel originalis vel actualis fuerit. Non enim requiritur vt omnes redimendi, aut absoluendi aut sanandi per aliquem sint pares in malis vnde absoluendi sunt: sicut experientia docet. Et ex eodem patet responsio ad confirmationem. Quod enim gratia præseruationis in beata virgine a peccato actuali non deroget honori Christi secundum quem dicitur esse vniuersalis redemptor, est quia respectu originalis peccati adhuc poterat dici redemptor eius, a quo si præseruata fuisset sicut & ab actuali, omnino redemptionis nomen in ea fuisset euacuatum.

Augus.

¶ Secundum argumentum exaduerso ad idem, soluitur. Cap. 29.

SECVNDO arguitur exaduerso exemplariter sic. Ponatur per casum primo ꝙ in ciuitate vna sit vnus perfectissimus medicus, potens curare omnes infirmos ad se venientes. Secundo ꝙ in ciuitate sit vnus aut plures qui a principio suæ natiuitatis ab ipso medico acceperūt virtutē vt non infirmarētur & nunq̄ infirmati sunt: & sic medico vt curentur ab infirmitate: dicūtur non egere: nunquid (inquit) propterea ille desinit esse medicus vniuersalis ac perfectus: ac hoc minus pertinet ad honorem & gloriam sui propterea ꝙ dedit eis virtutem vt nunq̄ essent infirmi, & sic medico non egerent? Manifestū est autem ꝙ perfectior medicus reputaretur qui sic homines curaret vt eos redderet in infirmabiles. Nam iuxta doctrinam Augustini in de doctrina Christiana, operatio medici stat in præseruando. Hæc exaduerso. ¶ Ad istam rationem respondetur ꝙ casus prædictus & similes si bene consyderentur multum confirmant & corroborant propositum doctorū, quorum relator sum. Dicitur ergo ꝙ dato illo casu de præseruatione illorum hominum ab infirmitate, medicus desineret esse vniuersalis medicus quantum ad rationem effectus quæ est curatio ab infirmitate. Vnde casus præfatus redderetur incompossibilis si poneretur ꝙ medicus ille hac ratione medicus etiam vniuersalis diceretur, vt de se patet. Sic est autem in proposito, quoniam Xp̄s hac ratione dicitur vniuersalis medicus humani generis ꝙ vniuersaliter omnes homines ab infirmitate peccati curauerit. Ad hoc enim exiuit de cœlis, secundum illud psal. Misit verbum suum, & sanauit omnes. Vnde Augu. in quodam tractatu paruo super auctoritate illa Apostoli (fidelis sermo & omnium acceptatione dignus &c.) Dicit sic. Nullus oīno hominum nō ęgrotus, nullus sine Xp̄i gratia sanatus. Et infra, quibusdā interpositis. Nemo ergo nobis insusurrat doctrinas alienas & falsas. Hoc ecclesia semper tenuit: hoc a maiorum fide percepit: hoc vsq̄ in finem perseuerātur custodit: quoniam non est opus sanis medicus sed ægrotantibus. Quomodo necessarium habet infans Christum si non ęgrotat? Si sanus est, quare per eos qui eum diligunt medicum quærit? Et infra. Qui venit ad Christum habet quod in eo sanetur: qui vero nō habet, non est causa quare medico offeratur. Item idem Augus. ibidem. Nulla causa fuit veniēdi Christo domino, nisi pctōres saluos facere. Tolle vulnera, tolle morbos, & nulla causa est medicinæ. Et glo. super illud Ro. 8. legi. n. Dei non est subiecta &c. dicit sic. Saluator ad genus humanū, veniens, nullum sanū inuenit. Ideo magnus Medicus, quia ad sanandum vitium, quo sanato reparata est nostra natura. Hæc ille. Quare (vt inquit) idem Aug. lib. 2. de nuptiis & concupiscentia, beatissimus Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis vt haberent necessarium medicum nisi originale peccatum. Ecce manifeste ex præmissis scripturę & sanctorum testimoniis colligitur intellectus verus, ꝙ Xp̄s vniuersalis medicus omnium hominum dicitur & redēptor, quia videlicet omnis homo qui sanitatem habet animæ, cura, & medicina passionis Christi habet illam: cui vniuersali, profecto repugnat ponere aliquos ita ab infirmitate peccati præseruatos vt passionis Christi medicamento nō eguerint. Et quis est qui audebit hoc asserere ꝙ aliquis homo fuerit aut erit siue ipsa beata virgo, quæ medicina passionis non eguerit? Arbitror ꝙ nullus Christianus. Quare nō immerito dicitur a Sancto Thoma ꝙ pręseruatio ab infirmitate siue a captiuitate peccati cū tollat necessitatē medicinę passionis Christi, deroget honori & glo-

Augus. | Augus. | Augus. | Ambro.

riæ Xpi, ꝭm quam dicitur per passionem suam vniuersalis redemptor totius humani generis modo assignato. Et ita patet quod deductio illa exēplaris exaduerso posita in nullo fauet inducenti. Et eodem modo dicēdum venit ad similes exemplares deductiones. Quæ plane bene consyderate, licet simplicibus videantur aliquid coloris habere, non tamen faciunt ad propositum de redemptione & curatione animarum facta Christi passione.

¶ Tertium, & quartum argumentum ad idem exaduerso factum soluitur. Cap. 30.

TERTIO arguitur exaduerso quærendo vnde hæc diminutio diuini honoris proueniat data præseruatione beatæ Mariæ virginis ab originali peccato. Aut enim hoc esse dicitur ratione inobseruatiæ legis de contractione originalis peccati ꝓ homines seminaliter ab Adam descendentes, vel ideo quia dicitur contradicere illi auctoritati Pauli. Omnes in Adam peccauerunt. Et dimisso secundo membro, quia (vt inquit) inferius, multiplex ad eam patebit responsio: prosequitur primum ostendendo ex multiplici dispensatione facta in scriptura sacra ꝙ pro eo quod in conceptione beatæ virginis non sit obseruata lex de contradictione orginalis peccati, non derogetur dignitati Christi, nec desinat esse vniuersalis redemptor. Et circa hoc facit proponens exaduerso multa verba. ¶ Sed ad hanc rationem & ad omnes sermones eius breuiter respōdetur, ꝙ illa derogatio honoris Christi non arguitur directe ex prima ratione, nec ex secunda sed pro eo (vt dictum est sępe) ꝙ data pręseruatione illa, ipsa beata virgo non esset redempta per Christum precio sanguinis sui. Quod est contra illud. 1. Thi. 4. saluator est omnium hominum. Et multa alia superius allegata. Quare nō est opus recitare multa quę exaduerso inducuntur de dispensatione legum. Primo quia ad propositum nō faciunt. Secundo quia inferius quando responsa dabuntur principalibus rōnibus exaduerso, plura dicēda sunt ad illa. Tertio, quia (vt supra habitum est) falsum est, quod exaduerso pręsupponitur, videlicet ꝙ lex de contrahendo originale peccatum sit a deo constituta. ¶ Quarto arguitur sic exaduerso. Ex hoc enim ꝙ non omnes beatificantur aut illuminantur, non desinit esse Christus vniuersalis beneficiator omnium siue illuminator, ergo videtur ꝙ pari ratione dato ꝙ beata virgo non includatur sub effectu seu gratia redemptionis prædicto modo, ꝙ non propterea Christus dicendus sit desinere esse vniuersalis redemptor. ¶ Ad hanc rationem breuiter respondetur negando cōsequentiam. Pro quo notandum ꝙ (vt ait August. in Enchiridion cap. 31.) Non ideo dr̄ deus illuminare omnē hominē Io. 1. quia nullus sit homo, qui non illuminetur. Sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur, ita Xp̄s nō dicitur vniuersalis redemptor quia omnes homines redemptionis fructum effectualiter consequantur, sed quia nullus consequitur libertatem animæ, siue effectum redēptionis nisi ab ipso Xp̄o sanguinis sui precio redēptus. Et ideo licet ex hoc ꝙ non omnes homines redemptionis fructum consequantur nō arguitur ꝙ Christus non sit vniuersalis redemptor, argueretur tamen hoc necessario si beata virgo aut quicunq; alius fructum redēptionis consequeretur, precio sanguinis Christi non redemptus. Qualiter autem hac redemptione, qua Christus dicitur vniuersalis redemptor hominum, nullus potest redemptus dici nisi qui vere per peccatū fuit ante captiuus, in superioribus patuit amplissi-

August.

tae. Quare clarissime colligitur ꝙ irrefragabilis est ratio illa Sancti Thomae, qua arguebatur ꝙ si beata virgo Maria nõ contraxisset originale peccatum, nõ eguisset Christi redemptione; & per consequens ꝙ Christus non fuisset vniuersalis redemptor omnium hominum: & ita derogatum esset illi honori & gloriae, secundum quam dicitur saluator omnium. 1. Thi. 4. & de qua dicitur Rom. 3. omnes peccauerunt & egent gloria Dei.

¶ Explicit octaua pars operis.

¶ Incipit nona:

¶ In qua pro principali conclusione ponitur, & defenduntur rationes sumptae ex nominibus aliis Christi, quae sunt mediator, reconciliator, medicus, iustificator, sanctificator, mundator, siue lotor, pastor, & sacerdos. Et primũ ex primo nomine. Cap. 1.



X PRIMO nomine, quod est in ordine ad praecedẽtia, arguitur sic. Omnis ille, cui mediator fuit Xp̃s ad deum, habuit aliquando peccatum. Sed pro beata virgine Xp̃s fuit mediator ad deum. ergo ipsa habuit aliquando aliquod peccatum. Non actuale. ergo originale. Consequentia est formalis. Minorem nullus negabit. Inquit. n. Apostolus. 1. Thi. 2. Vnus est mediator Dei, & hominum homo Iesus Christus. Maior vero patet ex ipsa ratione communi nominis. Mediatoris. n. est extrema diuisa coniungere, & placare siue ad pacem componere discordes. Patet etiam ex illo Augustini in Enchiridion, cap. 23. sic dicentis. Nam per ipsum non liberaremur vnum mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum nisi esset & Deus. Sed cũ factus est Adam homo. i. rectus, mediatoris opus non erat, cũ vero genus humanum peccata longe separauerunt a Deo, per mediatorem qui solus sine peccato est natus, vixit, occisus est, reconciliari nos oportebat. Itẽ super illud ad Gala. tertio. Mediator vnius non est. dicit sic Glo. August. Medius non est nisi inter duos. Recesseramus a maiestate Dei, & pc̃tõ offenderamus, missus est Dei filius mediator Dei & hominum, qui solueret sanguine suo peccata nostra, quibus a Deo separabamur: & interpositus redderet nos. & reconciliaret ei, a quo auersi, peccatis & delictis tenebamur. Ad hoc etiam est doctrina Magistri sententiarum in tertio di. 19. dicẽtis. Mediator Dei & hominum homo Xp̃s Iesus. i. per hominem quasi in medio arbiter est ad componẽdam pacẽ. i. ad reconciliandum homines deo. Hic est arbiter quem Iob desiderabat dicens. Vtinam esset nobis arbiter. Iob. 6. &m. 70. ¶ Sed contra hanc rationem dicitur exaduerso, & est propositio nona in ordine. 15. propositionũ, ꝙ nisi btã virgo praeseruata fuisset xp̃s nõ fuisset perfectissimus mediator eius. Pro quo arguit sic proponẽs. Perfectior. n. mediator est inter dominum & seruum qui praeseruat seruũ ne incidat in ira domini, q̃ ille qui postq̃ incidit, reconciliat. Quod si nullum ab ira praeseruat, non mediauit perfectissime: quia melius est seruo nunq̃ offendisse, q̃ post offensam reconciliatum esse. ¶ Ad istam rationem respondetur ꝙ propositio illa est falsa. Et ratio inducta in fauorem eius non procedit. Tum primo quia antecedens est falsum. Praeseruans enim seruum ne nunq̃ cadat in iram, non potest habere rationem mediatoris respectu eius, eo modo quo Christus

August.

Glo.
August.

Magi. sẽtiarum

Error maximus in fide ex aduerso

dicitur mediator humani generis. Vbi enim nulla offensa, nulla diuisio, nulla separatio præcessit actualiter inter aliquos, non habet locum mediatoris officium. Tum secundo quia dato illo antecedente sequeretur, aut ꝙ nullus hominum contraxerit originale peccatum, aut ꝙ nullius hominis Christus fuerit perfectissimus mediator Dei, & hoium. Quæ propositiones an cōsonæ sint doctrinæ religiōis Christianæ sanctæ huius synodi iudicio, & diffinioni relinquo. ℭ Secundo arguitur sic ad idem exaduerso. Mediator quanto citius ducit ad gratiam, tanto dicitur perfectior. ergo erit perfectissimus mediator qui a principio. ℭ Ad istam respondetur negando consequentiam, quia vbi quis a principio sui esse constituitur in gratia alterius, nō habet locum ratio mediatoris. Vnde Augustinus (vt proxime dictum est inquit) cum factus est Adā rectus, mediatoris opus non erat. ℭ Tertio arguitur sic exaduerso ad idem. Laudabilior est mediator inter amicos aut conciues qui pacem semper seruat q̄ qui interruptam reconciliat. ℭ Ad hoc respondetur sicut ad superiora, ꝙ inter tales qui habuerunt pacem semper, non potest cadere ratio mediationis. Mediatio enim cum sit placatiua inter duos siue cōpositiua: pacem necessario præsupponit aliquam offensam aut diuisionem inter tales. ℭ Quarto arguitur sic ad idē exaduerso. Melior est ille mediator qui litigiū prohibet inter competitores, q̄ qui natum exterminat. Et dicit proponēs exaduerso ꝙ hæ sunt per se. ℭ Ad istā rationem patet rñsio ex dictis, quia falsum est quod præsupponitur: quoniam vbi nullum præcessit litigium, nullus potest habere ratione mediatoris, vt patet ex dictis. Vbi non parum admirādum est ꝙ dicat proponens esse per se nota, ea quæ iam ex propria ratione nominis meditoris (vt patet ex dictis & auctoritatibus Augustini) demonstratum est esse apertissime falsa. Quod etiam patet ex dictis Magistri sententiarum in tertio di. 19. suprapositis.

Augu.

Magi. sniarū.

ℭ Ratio inuicta sumpta nomine reconciliatoris, & medici ad idem. Cap. 2.

CONSEQVENTER pro conclusione principali, ex nomine. s. reconciliator, confirmando rōnē præcedentē arguitur. Omnis qui per Xp̄m Deo patri fuit recōciliatus, fuit aliqñ in offensa, aut ira Dei, & per consequens habuit pc̄m. Sed beata virgo fuit Deo pr̄i p xp̄m recōciliata. ergo aliqñ fuit in offensa dei, & p p̄ns habuit pc̄m. Sed non actuale. ergo originale. Consequentia patet. Minorem vero spero ꝙ nullus negabit, cum dicatur secūdæ Cor. 5. Erat Deus in Christo mundum reconcilians sibi. In mundo autem beata virgo includitur in quo vniuersi credētes intelliguntur, iuxta capitulum, si quis de pe. di. 2. Maior vero patet. Tum primo ex ratione vocabuli. Tum secundo ex illo Apostoli Rom. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Tum tertio ex illo Augustini in Enchiridion cap. 8. vbi tractans illud Apostoli ad Ephesios. 2. fuimus & nos natura filii iræ sicut & cæteri. ita dicit. In hac ira cum essent homines per originale peccatum, necessarius erat mediator qui hanc iram sacrificii singularis oblatione placaret. Vnde dicit Apostolus, cum inimici essemus reconciliati sumus per mortem filii eius, multo magis reconciliati nunc in sanguine eius, salui erimus ab ira p ipsum. Hæc Aug. ℭ Itē ex quinto noīe. s. medicus arguitur sic. Quicūq; p Xp̄m medicū fuit sanatus medicamēto passionis suæ fuit aliquādo aliqua infirmitate peccati detentus. Sed beatissima virgo fuit

Augu.

per Christum medicamento suæ passionis sanata. ergo sequitur ꝙ aliqñ detenta fuit aliqua infirmitate peccati. Sed non actualis, ergo originalis. Consequentia est formalis in tertio primę. minor non negabitur vt spero a quocũq;. Tum
August. quia (vt ait beatus Augustinus.) Venit de cœlo magnus medicus, quia magnus per totum orbem iacebat ægrotus. Ipse ægrotus humanum genus est, quod totũ perierat, ex quo peccauit vnus in quo totũ erat, sed venit vnus sine pctõ qui saluos faceret omnes a peccato. Venit enim filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat. Hæc Augustinus. Patet etiam illa minor ex illo Lucę. 1. Exultauit spũs meus in deo salutari meo. Maior vero patet testimonio ipsius medici dicẽtis. Mat. 9. Non est opus valẽtibus medicus sed male habentibus.
August. Item hoc manifeste ostendit Aug. lib. de natura & gratia, arguens contra hæreticum negantem originale peccatum in paruulis, ita dicens. Videte quęso quomodo nesciens nititur euertere medicinalium eloquiorum voces saluberrimas. Ego dixi (ait Dauid) domine sana animam meã quia peccaui tibi. Quid sanatur si nihil est vulneratum nihil sauciatum, aut vitiatum? Porro si est quod sanetur: nõne vitiatũ est? Et paꝝ infra. Cũ illo potius obsecro disputa si potes, q dicit, non est opus sanis medicus sed ægrotantibus: non veni vocare iustos, sed pctõres. Vbi iustos vtiq; sanos, pctõres autẽ appellat ægrotos. Cernitis ne quo tẽdat, & quo se porrigat hæc disputatio? vt omnino frustra putetur dictũ, vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorũ. Quomodo saluum faciet, vbi nulla est ęgritudo? Sequitur. O frater. Bonum est vt memineris te Christianum esse. Crede ista. Hæc August. Ad hoc autem quod
Error ex aduerso. exaduerso dicitur esse hanc verã, videlicet ꝙ beata virgo eguerit Xp̃o, vt pręseruante ab infirmitate, nõ autẽ vt sanante ab aliqua ęgritudine peccati: quãq̃ in superioribus satis dictum sit: Nihilominus tñ mihi quatuor occurrunt dicẽda. Primum est ꝙ hic dicendi modus videtur contra id esse, quod inquit medicus ipse, de quo loquimur. Mat. 9. Non est opus sanis medicus, sed male haben
August. tibus. Item contra illud Aug. super psal. 70. sermone. 2. ita dicentis Expertus ergo malum, postea saltim obtẽperet præceptis medici, vt surgat, qui noluit credere medico, vt non ægrotaret. Nam & sanis bonus & fidelis medicus dat præcepta ne sit illis necessarius. Nõ enim est sanis necessarius medicus, sed male habentibus. Hæc Aug. Secundum est ꝙ indigere medico ad solam præseruationẽ non sufficit ad verificandum ꝙ beata virgo fuerit sanata per Christum medicina passionis suæ. Indigere. n. virtute Christi præseruatiua ne ægrotaret, non est indigere Christo medico, vt medicina passionis suæ adhibita salutem aliquã consequatur. Si autem in schola Christianæ disciplinæ hoc sit admittendum ꝙ virgo non indiguerit medicina passionis Christi, aut ꝙ eadem Xp̃i passio non fuerit ei salutaris (qd̃ videtur sequi necessario ex dictis exaduerso) oro videat & examinet sancta synodus, eo potissime cõsyderato, ꝙ voce vniuersalis ecclesiæ dicitur Isa. 53. Liuore eius sanati sumus. Glo. interli. i. a peccato. Tertiũ quod occurrit dicendum, est ꝙ idem posset fingi de multis aliis licet alia & alia ratione. Quod si admitteretur in magnum posset redundare fidei nostræ periculum. Quartum est ꝙ per illam responsionẽ datam exaduerso videntur infirmari vniuersa argumenta beati Aug. contra hæreticos negãtes paruulos cũ vulnere concipi originalis peccati. Equidem respondere possent ad argumenta Augustini ꝙ patuuli indigent Xp̃o medico, vt præseruentur non vt sanetur ab aliqua ægritudine præcedente. Contra quos dicit idem Augustinus. Quid in
August. fans habet necessarium medicum si non ægrotat? Item idem. Qui negat ęgri

tudinem suam, superfluum iudicat saluatorem. Et in fine secūdi libri de nuptiis, & concupiscentia, ita dicit. Habet profecto paruuli delicta originalia pro quibus traditus est Christus. Habet quod in eis sanet (qui sicut ipse ait) nō est opus medicus sanis sed male habentibus. Et infra, Huic ergo paruulorum saluti inimicus est, qui eorum sic asserit innocētiam, vt sanādis vulneratis neget necessariam medicinam. Hæc ille.

¶ Ratio inuicta sumpta ex nomine iustificatoris, ad idem proponitur & defenditur. Cap. 3.

AMPLIVS arguitur, sic pro principali conclusione ex nomine, quod est iustificator, de quo habetur Iere. 23. Hoc est nomen quod vocabūt eum. Dominus iustus noster. Glo. i. sanctificans nos. Ex hoc sic arguitur. Omnes iustificati per gratiam redēptionis Iesu Christi habuerunt aliquod peccatum per iustificationem eis remissum. Sed beatissima virgo fuit iustificata per gratiam redēptionis Iesu Christi. ergo aliquando habuit aliquod peccatum quod ei per Christi iustitiam fuit dimissum. Sed non actuale. ergo originale. Cōsequentia est formalis in tertio primæ. Minorem (vt creditur) nullus negabit. Dicit. n. Apostolus Ro. 3. iustitia Dei est per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Maior vero patet ex illo Ro. 3. Non enim est distinctio. omnes. n. peccauerunt & egēt gloria Dei: iustificati gratis per gratiam ipsius; & per redemptionē quæ est in Xpo Iesu: quē proposuit Deus propiciatorem per fidē in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ Glo. i. vt ostenderet se veracem in promissis. i. vt nos a peccatis liberaret, sicut ante promiserat. Propter remissionem præcedentiū delictorum &c. Glo. i. Propter remissionem delictorum, non tam præsentium hominum q̄ præcedentium aduentum Xpi. Vbi etiam dicit Glo. August. Nempe vt iustificarentur homines diuina gratia, veritas de Maria nata est, vt posset pro illis offerre sacrificium passionis & crucis. Nisi. n. a nobis sumeret carnem mortalem, Christus mori non posset. Sed ad hanc rationem respōdetur exaduerso, dicendo q iustificatio posset esse in aliquo absq; præsuppositione peccati. Ad quod deducit plures auctoritates scripturæ: & primo eas in quibus Deus dicitur iustificari. Quarum prima est psal. 50. vt iustificeris in sermonibus tuis &c. Secunda ecclesiastici. 18. Deus solus iustificabitur. Tertia illa Isa. 50. Iuxta est qui iustificat me. Quarta Luc. 7. Omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum. Quinta Luc. 7. Iustificata est sapientia a filiis suis. Secundo de homine iusto dicit q dicitur Apoc. 22. Iustus iustificetur adhuc. ¶ Sed hæc responsio in nullo obstat rationi factæ. Non. n. argutum est ita. Beata Maria fuit iustificata. ergo habuit aliquando peccatum, sed sic. Beata virgo Maria fuit iustificata per gratiam redemptionis Iesu Christi. ergo sequitur q ipsa aliquando habuit aliquod peccatū. Cum teste Augustino, lib. 13. de tri. cap. 14. tunc iustificari dicimur in Christi sanguine cum per remissionem peccatorum eruimur a potestate diaboli. Et idem Augustinus, libro de spiritu & anima, dicit. Quid aliud est iustificari q̄ iustum fieri ab illo qui iustificat impium, vt ex impio fiat iustus? Hoc autem modo non dicitur deus iustificatus, sed iustificans s̄m illud, Ro. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Xpi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Et infra. Vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Sed dicitur iustificatus in locis scripturæ supra nominatis, aut quia ve

Glo. Glo. Glo. August. August. August.

rax in promissis inuetus, in prima auctoritate, vt iuxta gl. ordinarii. Aut quia cōmendatus, & laudatus: sicut in cæteris auctoritatibus sequentibus vt ex glo.
Glo. earum colligitur. Quod vero inducitur de viro iusto. Apoc. 22. non habetur
Glo. sic in textu, sed sic qui est iustus iustificetur adhuc. Quanq̄ si textus ita haberet sicut dicebatur exaduerso in nullo obuiaret dictis, vt patet. Et ita apparet manifeste ꝙ ea quæ exaduerso inducta sunt de iustificatione, in nullo obstant veritati & robori rationis factæ. Sed ratio ipsa maneat insolubilis.

¶ Rationes ad idem sumptę ex nominibus sanctificatoris, mundatoris, & pastoris. Cap. 4.

C ÆTERVM arguitur sic pro principali quæstione ex nomine quod est sanctificator, de quo dicitur Eze. 34. Ego dn̄s sanctificator Israel. Item. 1. Cor. 1. factus est nobis sanctificatio. Ex hoc sic arguitur. Omnes qui Christi sanguine sunt sanctificati a Xp̄o, fuerunt aliqn̄ sub immūditia peccati. Sed beatissima virgo fuit a Xp̄o suo precioso sanguine sanctificata, ergo &c. Consequētia patet in tertio primæ. Minor vero est concessa. Maior vero colligitur per id. 1. Cor. 6. Hoc quidem fuistis aliquādo. s. peccatores, sed abluti estis, sed sanctificati estis. Et ad Hebr. 13. Propter quod Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra castra passus est. Ad ea autem quæ de sanctificatione beatæ Mariæ exaduerso respondetur, quia in superioribus plene dictum est, hic non est opus ampliori sermone. ¶ Item arguitur pro eadem principali quæstione ex nomine quod est mūdator siue lotor, de quo dicitur Malachię. 3. Et ipse quasi ignis cōflans, & quasi herba fulonū, & sedebit conflans & emundans argentū, & purgabit filios Leui. Et in psal. 50. inquit propheta. Asperges me domine ysopo. Glo. i. sanguine Xp̄i, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Et arguitur sic. Omnes qui loti sunt sanguine Xp̄i, habuerunt aliquod peccatum a quo Xp̄i sanguine loti esse dicuntur. Sed beata virgo Maria fuit Xp̄i sanguine lota, & mundata, ergo sequitur ꝙ aliqn̄ habuit aliquod peccatum. Sed non actuale, ergo originale. Consequentia est formalis in tertio primæ. Minor reputatur esse fidei. Maior autem patet per illud Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris.
Glo. Glo. originalibus. Et Apoca. 7. Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Glo. in
Glo. terli. Quia nemo sine peccato. Nec est hic locus fugę vt dicatur lota per pręseruationem, qm̄ qui mundus semper est, quantuncunq; fuerit in periculo aut necessitate, aut debito, aut iure aut in potentia, aut aptitudine, aut causam habuerit vrgentissimam labendi in immunditiā, nunq̄ dicendus est indiguisse lotione in actu nisi fuerit actu immundus. Vnde dominus, Petro offerenti nedum pedes: sed manus & caput ad lauandum, ait. Qui lotus est. i. mundus interius, non indiget nisi vt pedes lauet. i. affectus, qui vagantur super terram. Sed vos mundi estis, licet non omnes. Quod dixit propter Iudam. Io. 13. Ex quo conclusit eos non indigere lauari manus & caput, sed pedes tantum in quibus
August. erant immundi. Nam (vt ait Augustinus & ponitur in glo. continua) discipuli
Glo. cum loti essent, non opus habebāt nisi pedes lauare; quia dū in isto seculo viuit homo, humanis affectibus terram velut pedibus calcans trahit. ¶ Item arguitur pro principali conclusione ex nomine quod est pastor de quo dicitur
Glo. Io. 10. Ego sum pastor bonus. De quo etiam per similitudinem dicitur. Matt.
Hilar. 18. Si fuerint alicui centum oues & vna ex eis errauerit. Vbi glo. quæ est Hilarii

larii,ita dicit. Ouis autem vna, homo intelligendus est, & sub homine vniuersitas sentienda est. In vnius enim Adę errore omnium hominum genus oberrauit. Glo. & quęrés hominem, Xps est: & nonaginta nouem relictę, cœlestis gloriæ multitudo est. Eadem sententia habetur in Glo. Gregorii, & Ambrosii, quæ habentur in Glo. continua, super illud Luc. 3. Quis est ex vobis qui habet centum oues &c. De diligentia autem huius pastoris in quærenda oue perdita, dicitur Lucæ. 18. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Ex hoc arguitur sic. Omnes pertinentes ad hanc ouem centesimam quæ errauerat & perierat, habuerunt quandoq; aliquod peccatum. Sed beata virgo pertinuit ad ouem illam centesimá. ergo sequitur ꝙ ipsa qñq; habuerit aliquod peccatum: non actuale. ergo originale. Consequentia est formalis. Maior est manifesta ex iam positis. Et Beatus Augustinus dicit in lib. primo de baptismo paruulorum, vt superius inductum est. Totius ecclesiæ vox est. Erraui sicut ouis perdita. Omnium membroꝝ Christi vox est. Omnes sicut oues erramus: & ipse traditus est pro peccatis nostris. Minor vero patet ex dictis. Quia omnes homines ad centesimam ouem pertinent. Vnde Ambrosius in Glo. ita ait. Diues pastor Christus, cuius omnes nos centesima portio sumus. Glo. Glo. Gregor. Ambro. August. Ambro. Glo.

¶ Ex nomine sacerdotis ratio sumpta. Cap. 5.

VLTIMO pro principali conclusione arguitur ex decimo nomine quod est sacerdos in æternum secúdum ordinem Melchisedech. Et ad Heb. 9. Xps. assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufractum. i. nõ huius creationis, nec per sanguinem hyrcoꝝ, aut vituloꝝ: sed p propriũ sanguinem intrauit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Vbi glo. inquit. Obtulit se pro nobis. Sacerdos autem quid pro nobis obtulit? Nihil mundum inuenit in hominibus, quod offerret pro eis. Se ipsum obtulit. Ecce mũda & fœlix victima. Carnem. n. de vtero virginis accepit vt mundam offerret. Et sequitur. Si. n. sanguis hircorum & cinis vitule aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum. Glo, per spiritum sanctum, de quo cóceptus & immunis a peccato fuit, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Glo. i. a peccato mundat, & restituta libertate facit Deo seruire. Ex quo sic arguitur. Omnis homo pro quo oblatio facta est per Christum summum sacerdotem, habuit aliquando aliquod pctm̃. Sed pro beata virgine facta est Deo per Christũ summũ sacerdoté oblatio. ergo ipsa habuit aliqñ aliqd pctm̃: Sed non actuale. ergo originale. Cósequentia est in tertio primæ. Minoré nullus negabit fidelis. Dicit. n. Apostolus ad Ephe. 5. Tradidit se ipsum pro nobis oblationem & hostiã Deo in odoré suauitatis. Et primæ. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tm̃, sed et totius mundi. Et in speciali de beata virgine (vt superius habitum est) dicit beatus Eusebius in sermone natiuitatis dominicæ. qui incipit. Audiamus prophetam. Sanguinem quem pro matre obtulit de sanguine matris accepit. Item idem in sequenti sermone eiusdem festiuitatis habetur: qui incipit. Bene nostis charissimi (quod superius fuit allegatum) Et idem testatur Hugo de Sancto Victore super illud Luc. 1. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, ita dicés. De salutatione quoq; quam humano generi factam nunc video, totis præcor- Glo. Glo. Glo. Eusebius Hugo de scto Victore

ctis exulto. Video nanq; de me assumi, quod & credo pro me debere offerri. Maior vero patet ex concilio vniuersali Ephesino. I. In cuius decreti missis Nestorio ita habetur de nostro sacratissimo sacerdote. Obtulit enim proprium corpus non pro se sed pro nobis in odorem suauitatis. Nam qua pro se oblatione vel sacrificio indigeret ab omni peccato libere, vt Deus existis: Quod si omnes peccauerunt & egent gloria Dei, secundum hoc ꝙ sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti & peccatis ægrotauit humana natura: ipse vero non ita: idoneiq; nos gloriæ eius efficimur, cur erit vltra iam dubium ꝙ agnus verus pro nobis sit immolatus? Qui dicit aũt quia semetipsum tã pro se, ꝙ̃ pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet, cum iste nihil deliquerit, nec vllum fecerit peccatum omnino. Qua ergo eguerat oblatione, nullo suo existente facinore, pro quo gesto satis admodum conuenienter offerret? Hęc ibi. Item in eadem Epistola, sic ait. Qui dicit eum & pro se obtulisse semetipsum oblationem & non potius pro nobis solis (non enim pro se eguit oblatione qui peccatum omnino nesciuit) anathema sit. ¶ Item Hugo de Sancto Victore in parte secunda dicit. Christus in lumbis Abrahæ solam naturam habuit: propterea quod inde solam naturam accepturus fuit. Proculdubio oblatione non eguit quæ pro eo offerretur, quæ non pro natura, sed pro culpa offertur: quia si culpa non esset oblatione opus non haberet. Hęc ille. Ex quibus verbis & maxime ex determinatione fidei habita in prædicto concilio vniuersali manifeste habetur pro regula fidei, ꝙ his pro quo oblationem Christus se obtulit, culpam aliquam aliquando habuit. Ex quo inconuincibiliter demonstrari videtur ꝙ beatissima virgo Maria pro qua Xp̃s seipsum obtulit Deo patri, aliquãdo sub culpa fuit, sed cum non actuali, vt omnes profitentur. ergo necessarium est dicere ꝙ sub originali. Attendat obsecro sancta synodus, quæ me huic labori dedicauit, hanc prædictã determinationẽ sacri vniuersalis concilii Ephe. quia (nisi fallar) hæc sufficeret pro cõclusione certissima habenda pręsentis quęstionis. Aduertat insuper & ponderet obsecro qualiter ex positione exaduerso necessario sequi videatur ꝙ mors Christi siue passio respectu beatæ Mariæ virginis non habuerit rationem precii redemptionis nec satisfactionis: nec rationẽ sacrificii aut hostię siue oblatio nis. Quę an cum integritate fidei, quam Christiana pietas habet de passione Xp̃i stare possit, nobis cito declaret, quia in hoc stat iudicio meo principalis pręsentis difficultatis totum negotium. Plane hęc est Cathena fidei, quam doctores, quorum relator sum, tenent in hac doctrina ꝙ virgo sacratissima in originali peccato fuerit concepta. Pro qua conclusione roboranda testimoniis suprapositis tã scripturæ sacræ ꝙ̃ doctorũ etiã vtriusq; iuris, sufficiat pro nunc has quinq; rationes posuisse.

Cōciliū. Ephesinum. — Hugo de Sācto Victore

¶ In quo ponuntur rationes & motiua quibus visum est quibusdam doctoribus ꝙ assertio dicens beatam virgine in originali peccato fuisse conceptã sit vera & Catholica. Et primo prima. Cap. 6.

C AETERVM aũt pro ampliori notitia, & pleniori facienda relatione intentionis doctorũ, quorum sentẽtias referre iussus sum, congruũ mihi visum est, & crediti mihi ministerii fidelitati debitum, in medium afferre rationes, quibus ali quibus doctoribus consyderatis auctoritatibus tam sacræ scripturæ, ꝙ̃ sanctorum doctorum, & rationibus suprapositis visum est assertionem dicentẽ beatam virginem in origina-

li peccato conceptam fuiſſe, eſſe veram ac catholicam. ¶ Inter doctores autem
ſcholaſticos expreſſe ita dicentes principaliores ſunt: magiſter Hugo de Sancto Hugo
Victore, qui (vt ſupra viſum eſt) ponit in lib. de ſacramentis, parte ſecũda. cap. de Sancto
5. ꝙ Catholicæ veritatis diffinitio dicit filium Dei de carne quę ante obnoxia Victore
fuerat peccato, carnem aſſumpſiſſe. ¶ Secundus eſt Magiſter ſententiarum qui,
& (vt ſuperius habitum eſt) dicit conformiter ad ſententiam Hugonis ita dicen- Auguſt.
dum eſſe, & ita credi oportere iuxta ſanctorum atteſtationis conuenientiam. Hilar.
¶ Tertius eſt ſanctus Thomas qui (vt ſuperius habitum eſt) in prima ſecundæ S.Tho.
quæſtio. 81. articulo. 1. aſſerit ſecundum fidem catholicam eſſe tenendum ꝙ
omnes homines præter ſolũ Chriſtum ex Adam deriuati peccatũ originale ex
eo contrahunt. Et in. 4. ita dicit in forma. Erroneũ eſt dicere ꝙ aliquis ſine pec
cato originali concipiatur præter Chriſtum. ¶ Quartus eſt dñs Bonauentu- D. Bo-
ra qui (vt ſuperius allegatum eſt) dicit in tertio. di. 3. in ſolutione vnius argu- nauentu-
menti ſic. Nec huic obuiat dictũ Bernardi. Potius. n. intendit excludere errorẽ ra.
ne quis credat ꝙ dici virginẽ ſanctificatã eſſe in conceptione ſit erga virginem
noſtrã deuotionẽ minuere. ¶ Ad idẽ ſunt plures alii ſuperius nominati tam ſe
culares q̃ diuerſarũ religionũ profeſſores. quorũ motiua ad ita dicendum ad ſe-
ptenariũ numerũ breuitatis cauſa reduxi. ¶ Arguitur. n. ſic primo. Omnis illa
aſſertio eſt dicenda catholica cuius oppoſitum cõtradicit ſacræ ſcripturæ. Sed
hæc eſt huiuſmodi. ergo &c. Cõſequẽtia formalis eſt in tertio primæ. Minor ve
ro patet. ꝙ ſcripturæ illi Rom. 3. non eſt diſtinctio, omnes enim peccauerunt
& egent gloria Dei, & illi Ro. 5. Per vnũ hominẽ pctm̃ intrauit in mundum, &
per peccatũ mors, & ita in oẽs homines mors pertranſiit in quo oẽs peccaue-
runt; item illi ibidem; per vnius delictũ in omnes hoĩes in condẽnationẽ, & in
multis aliis locis ſcripturæ ſuperius poſitis, quę ſecundum gloſas ſanctorũ alle
gatas, innuunt omnes propagatos ab Adã ſeminaliter, concipi originali pec-
cato obnoxios. Quibus omnibus iuxta allegãtiã datã ſanctorũ cõtradicit iſta.
Hæc homo beata virgo Maria ab Adam ſeminaliter propagata non fuit pec-
cato originali obnoxia. Regula. n. infallibilis logicorum eſt ꝙ vniuerſali affir-
matiue contradicit particularis eius negatiua. Et pari iudicio negatiua ſingula
ris. ¶ Nec obſtare vr̃ robori huius rõnis id quod exaduerſo dr̃, ꝙ pari rõne ar-
guerent ꝙ aſſertio dicens beatã virginẽ in corpore non eſſe aſſumptã, eſſet ca-
tholica dicenda, quia eius contraria contradicere videtur ſacræ ſcripturæ. ſ.
tam illi Geñ. 3. puluis es & in puluerẽ reuerteris, & illi primæ Corint. 15. oẽs
quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur in momento & in ictu ocu-
li in nouiſſima tuba. Cuius tñ contrariũ pie credit ſancta mater eccleſia. ¶ Sed
non obſtat hoc qm̃ (vt ſuperius dictũ eſt) nõ par iudiciũ currit de oĩbus vl'ibus
propoſitionibus in ſacra ſcriptura expreſſis, cũ nõ eandẽ amplitudinem teneãt
vlitatis. Quare ab aliquibus earũ ſancti excipiũt beatã virginẽ, ſicut ab illa vni-
uerſalitate reſurrectionis omniũ, beatus Auguſtinus eã excipit in prędicto ſer-
mone: ab aliquibus vero non excipitur ipſa nec aliquis, ſicut ſæpe repetitũ eſt
ſupra. Verum rõnes aliquæ huius diuerſitatis aſſignatæ ſunt. De numero autẽ
vniuerſalium propoſitionũ ſacræ ſcripturę ſub quibus virgo Maria compræ-
henditur eſt regula fidei ſiue hęc vl'is propoſitio. Quia oĩs hõ ab Adã ſeminal'r
propagatus conceptus fit in origi. pctõ ſicut patet ex auctoritatibus ſanctorũ &
rõnibus i ſupioribus ca. poſitis. Quare arguẽdo ab vl'ibus propõnibus a qbus
exẽpta nõ eſt virgo btã, rõ euidẽtiſſima eſt & in ſuo robore procedit. Arguẽdo
vero ab aliis vniuerſalibus, a qbus intelligitur exẽpta ſiue in quibus creditur

Christus peccati cõtagiũ non habuit, resoluitur in ista. Homo Xp̃s cõtagium peccati non habuit: & oẽs alii homines a Xp̃o, peccati contagiũ habuerũt. Cui manifeste contradicit ista. Hæc homo virgo Maria, peccati contagiũ non habuit. Secũdo patet eadẽ minor in determinatione Zozimi Papæ. Zozimus.n. papa (vt testatur Aug. in ep̃la ad Optatũ. Ep̃m de origine animæ) loquẽs contra errorem pelagii, & cœlestini negantiũ ori. p̃ctũ, ita in diffinitione sua dicit vt supra habitum fuit. Nullus.n. nisi qui peccati seruus est liber efficitur, nec redemptus dici põt, nisi q̃ vere per p̃ctm̃ fuit ante captiuus. Huic aũt determinationi sedis apostolicę opponitur ista q̃ beata virgo a Xp̃o redempta ante non vere fuerit alicuius peccati seruitute captiua. Sed nõ peccati actualis. ergo ori. Nec põt habere locũ hic respõsio quæ datur exaduerso, videlicet q̃ põt dici redempta, et si non actu fuerit in origi. p̃ctõ concepta. Patet quia diffinitio sedis apostolicę ita ait. Nõ põt dici redeptus nisi q̃ vere p̃ p̃ctm̃ fuerit añ captiuus. ergo necesse est dicere q̃ si pro quia beata virgo dr̃ redempta a Xp̃o q̃ vere dicatur ante fuisse per p̃ctm̃ captiua. Sed nõ actuali p̃ctõ. ergo ori. Nec põt saluari diffinitio ap̃lica dicẽdo q̃ intelligatur de captiuitate aptitudinali, & nõ actuali. Patet tũ ex intẽtione ipsius diffinitionis quę erat ad repellendũ errores pelagii negantis paruulos actu p̃ctũ origi. cõtraxisse quæ tota suis viribus euacuatur si distinctio ista hic haberet locũ de aptitudinali captiuitate. Tum secundo, quia cum res non iudicetur esse talis secundũ id quod est in potentia quantuncũ ꝓ proxima, sed tm̃ secũdũ q̃ actu est. Solutio illa oñditur insufficiens, quia p̃ hoc q̃ aliquis fuit in potẽtia ad captiuitatẽ non dr̃ vere fuisse captiuus. Quod tñ necesse est: vt diffinitio apostolica dicit, si debeat dici redemptus redemptione illa facta per solutionem preciosi sanguinis Christi. | Zozimus papa.

¶In quo ponitur. 5. 6. & 7. ratio ad idem. Cap. 8.

QVINTO arguitur sic. Oĩs illa assertio dicẽda est esse vera & catholica quæ necessaria illatione sequitur ad id qd̃ sancti doctores dicunt nullo modo dubitandũ esse: & iubẽt firmiter teneri, & pro. tali in corpe decreti ponitur. Sed hæc assertio est hmõi. ergo &c. Maior patet per sñiam illam August. lib. de fide ad Pet. qua de consecra. di. 4. cap. firmiter: habetur. Firmiter tenet & nullatenus dubites omnẽ hominẽ qui per concubitũ viri & mulieris concipitur, cũ originali p̃ctõ nasci. s. natiuitate in vtero iuxta gl. ibidẽ. Ex hac, seqtur ista necessaria, & formali p̃ña, q̃. b. v. natiuitate in vtero nata fuerit in ori. p̃ctõ. Clarissima deductio est arguẽdo sic (vt superius argutũ est) Omnis hõ per concubitũ viri & mulieris conceptus natiuitate in vtero natus est cũ ori. p̃ctõ. Sed btã virgo Maria est hmõi. ergo &c. Maior est catholica. Minor ẽt. ergo cõclusio. Et maxime cũ doctores principaliores iuris canonici scribẽtes super capitulũ p̃fatũ decreti firmiter. dicant beatã virgi. M. sub ista vli cõprę̃hendi, vt superius patuit. ¶ Q d aũt exaduerso sæpe induci tur contra cap. illud August. de fide ad Petrũ q̃ nõ sit necessariũ credere ad veritatem catholicã pertinere quicquid in prædicto libro dicit esse firmiter, & secundũ catholicam fidem tenẽdum, in nullo obstat iam factæ rõni, qm̃ superius plene hoc dictũ confutatum est tanq̃ falsum & periculosum: & prę̃iudiciale integritati honoris beatissimi August. qui ait in fine caplo℞ illorum. Si quem cõtraria his dogmatizare cognoueris, tanq̃ pestẽ fuge, & tãq̃ hæreticũ abiice. Ita enim ista quæ posuimus fidei catholicæ cõgruũt, vt si quis nõ solum oĩbus sed | August. Glo.

etiā singulis voluerit ɔtraire in eo ꝙ singulis hoꝝ cōtumaciter repugnat: & ſis cōtraria docere nō dubitat hæreticus & fidei xpianæ inimicus, atq; ex hoc oībus catholicis anathematizādus appareat. Hęc ille. ℂ Sexto arguitur ſic. Omnis illa aſſertio eſt confitenda vera & catholica, quā ſancti doctores, quoꝝ doctrina in iis quæ fidei ſunt ab vniuerſali eccleſia approbata eſt dixerunt in concernētibus fidem. Sed hęc aſſertio eſt huiuſmōi, & eſt a prædictis docto. tā implicite; ꝙ explicite aſſerta puta ab Auguſtino, Ambr. & Leone Papa qui ſunt de numero illoꝝ, quorum doctrina in iis quæ fidei ſunt approbata eſt in quinto cōcilio (vt ſuperius declaratū eſt ex ſancto Thoma tam in quarto contra gentiles ꝙ in q. de potentia) ergo &c. Conſequētia patet. Maior eſt nota: quia in talibus idem iudicium currit de eis & de eccleſia quæ approbat eoꝝ doctrinā. Hac. n. ratione tanꝙ potiſſima vtuntur doctores Latini contra Græcos in materia articuli de proceſſione ſpūs ſancti a patre, & filio, vt patet per ſanctum Thomam in locis pallegatis. Minor vero patet ex auctoritatibus in magna copia ſuperius allegatis tam gñalibus ꝙ ſpecialibus. ℂ Septimo ſic. Omnis illa aſſertio eſt dicēda catholica cuius oppoſitum derogat plurimum dignitati Xpi, & priuilegiis eius. Sed hęc eſt huiuſmodi. ergo &c. Conſequentia bona eſt. Maior patet de ſe. Minor vero fuit deducta ſuperius per multas rationes, vbi tā dignitati vniuerſalitatis redēptionis ꝙ capitis ꝙ mediatoris inſuper & priuilegiis priuatis cōceptionis Xpi & multis aliis inſignibus eius derogare oſtenſum eſt aliquem aliū a Chriſto immunem fuiſſe ab originali peccato. ergo &c.

ℂ In quo ponuntur obiectiones aduerſæ partis contra concluſionem præcedentis capituli, & ſolutiones earum. Cap. 9.

ED aduerſæ partis defenſores ægreferentes concluſionem præcedētis capli nituntur illam fortiſſime impugnare, arguentes cōtra eam multipliciter. Ad quorū rationes ad numerū denarium comprehenſas, iuxta doctrinam eoꝝ doctoꝝ, quoꝝ eſt dicta. Concluſio & quoꝝ ſententias referēdi miniſterium ſuſcepti (diuina luce comite) reſpondebitur: compendioſius tamē quo potero. Arguebatur. n. ſic primo exaduerſo. In ſacro canone bibliæ aut in aliqua determinatione facta per eccleſiam ꝙ beata virgo fuerit concepta in peccato originali, non habetur expreſſe, & ſub ſpecialibus terminis. ergo &c. ℂ Ad iſtam rōnem dicitur dupliciter. primo negando conſequentiā. Multæ quippe ſunt veritates catholicę & de Deo & de creaturis, ꝙ quę expreſſe & ſub ſpecialibus terminis habentur in ſacra ſcriptura aut in determinationibus vniuerſalis eccleſię ꝙꝙ nulla ſit catholica dicēda; quę illis contrariatur ſiue aduerſa ſit. Quot. n. veritates catholicas ponit Auguſtinus lib. de agone Xpiano, & in li. de ſermonibus fidei & eccleſiaſticis dogmatibus, & de fide ad Petrū & in aliis libris, & alii ſancti doctores in ſuis, quæ expreſſe non cōtinentur in ſacra ſcriptura? De quibus Hugo de Sancto Victore in principio primi libri de ſacramētis, in cap. 6. vbi agens de numero libroꝝ ſacri eloquii, enarratis libris in quibus corpus diuinę paginę cōſumatur, ita inquit. Scripturæ patrū in corpore textus nō cōputātur: quia nō aliud adiiciūt, ſed ipſum qd in ſupradictis continetur explanando & latius manifeſtiuſq; tractando extendunt. Hæc ille. Non ergo in illis tm̄ quę in ſacra ſcriptura continentur expreſſe & ſub ſpālibus terminis ſtat regula & meta fidei religionis Xpianæ. Augu. ꝑterea inter canonicas ſcripturas enumerat ſanctiōes apoſtolicas. ve-

Hugo de Sācto Victore

Auguſt.

habetur in cap. in canonicis, di. 19. & habetur (vt ibi dr) originaliter. 2. lib. de doctrina Xpiana. Periculosum insuper esset dicere sola catholicá sapere veritaté, quæ in scriptura sacra: aut etiá in determinationibus ecclesiæ expresse: & sub specialibus terminis cōpræhenduntur siue cōtinentur. Innumerę quippe sunt alię quę ex illis eliciuntur quę eandem sapiūnt catholicá firmitate. Cuiusmodi dicunt doctores prædicti, esse assertioné pñtem: quá ex multis passibus scripturæ necessario sequi nituntur ostendere (sicut superius visum est.) Quemadmodū beatissimus August. per solá illá vniuersalé auctoritaté, omnes in Adam peccauerunt, & similes, contra Iulianū, lib. 3. dicit secundū fidem esse dicendum Isaac in originali pctō fuisse conceptū, licet de eo expresse nec scriptura, nec vniuersalis ecclesiæ determinatio aliquid expresse haberet, & ita arguēdū vr de quocūq3 alio ab Adam seminaliter propagato, licet de eo nulla fiat expressa in sacra scriptura mentio sub specialibus noibus. Conciliū insuper Mileuitanum (vt superius habitū est) per illá auctoritaté vniuersalé Apostoli, Per vnum hominé pctm̄ intrauit in mundū, diffinit omnes paruulos contrahere pctm̄ originale. Nec in hac re nō facere differentiá inter beatá virgnem & alios homines quantuncunq3 malos, est absurdum, vt exaduerso dicitur, quia vt dicit Apostolus Rom. 3. non est distinctio, omnes enim peccauerūt & egēt gloria Dei. Vbi autem Apostolus dicit ꝙ non est distinctio, falsa esset omnis distinctio quæ fieret. Nec insuper oportet (vt dicebat exaduerso in replica) ꝙ deductio & illatio ipsa ita euidenter sit omnibus nota sicut notū est in scriptura vel in determinatiōe ecclesię illud cōtineri vñ illa cōclusio deducitur, nisi fortassis in iis quę explicite credere oportet, cuiusmodi nō est hoc de quo præsens est sermo. Licet enim doctores præfati dicant ꝙ assertio eoꝝ sit catholica, non tñ dicunt ꝙ sit de iis quæ credi oportet explicite quélibet Xpianū de necessitate fidei. Magna plane differentia est inter dicere, hęc assertio est catholica, & dicere hanc credi oportet de necessitate fidei explicite omnibus fidelibus. Et ideo miratus sum ꝙ in relatione exaduerso tanta cōtra hoc sine causa profusio sermonis processit, cum nunq̄ auditū fuerit ab aliquo ꝙ assertio ista sit articulus fidei. Non. n. tenetur quilibet explicite credere de necessitate fidei omné assertioné quę dr esse catholica, nisi manifestū fiat sibi, ꝙ sit catholica aut per hoc ꝙ in scriptura sacra expresse ponitur, aut quia ex illa manifeste deducitur, aut quia per ecclesiam sit determinatum ꝙ sit talis. Vbi notádum vt S. Thomas ait in. 1. parte. q. 32. articulo. 4. quærens vtrum de notionibus liceate contrarie opinari, dicit ꝙ ad fidé aliquid pertinet dupľr, vno modo directe, sicut ea, quę sunt nobis principaliter diuinitus tradita, vt Deū esse trinū & vnū, & filiū Dei esse incarnatum, & hmōi, & circa hoc falsum opinari inducit hęresim, maxime si pertinētia adiungatur. Secūdo modo ptinet aliquid ad fidé indirecte, sicut ea ex quibus sequitur aliquid contrariū fidei. Sicut si quis diceret Samuelé non esse filium Helcanæ, ex hoc. n. sequitur diuiná scripturá esse falsam. Circa hoc ergo absq3 periculo hęresis aliquid falsum pōt opinari anteq̄ consyderetur vel determinatū sit, qd ex hoc sequitur aliquid contrariū fidei, & maxime, si nō pertinaciter adhęreat. Sed postq̄ manifestū est & pręcipue si sit per ecclesiam determinatum, ꝙ ex hoc sequitur aliquid cōtrariū fidei: in hoc errare non esset absq3 hæresi. Et propter hoc multa modo reputantur sicut hęretica, quę prius non reputabantur, per hoc ꝙ nunc est manifestū magis quid ex eis sequitur. Hęc, S. Thomas. Secundo respōdetur ad rōné illam per quosdá, negando añs. Dicunt. n. ꝙ licet in scriptura non ponatur expresse sub propriis terminis, videlicet sic. virgo Ma-

Margin notes: August. — Cōciliū — S. Tho.

ria cõcepta fuit in ori.pctõ,ponitur tñ explicite sub terminis æquiualẽtibus, sicut patet ex auctoritatibus sacræ scripturę inductis supra.iuxta.glo.sanctoꝝ,& venerabiliũ patrũ ibidẽ allegatas. Scdo arguebatur exaduerso sic iuxta vulgatã sniam in iure.dubius in fide infidelis est. Cõstat aũt ꝙ de hac assertiõe multi dubitant primo tenet doctrinã contrariũ.ergo oẽs tales venirent dicendi infideles.

℄ Ad istã auctoritatẽ dr̃ ꝙ intelligitur auctoritas prædicta de eo qui dubius est in eis,quę fidei sunt in scriptura expresse cõtẽta, aut p ecclesiam iã determinata,quę credere oportet explicite. Vñ glo.in cap.dubius, extra de hęreticis de

Glo. talibus exẽplificat ita dicens. De fide.n.nullus debet dubitare, sed firmiter credere articulos fidei. Dubius.n.in aliquibus ẽt pertinẽtibus ad fidẽ ad quę explicite credendũ nõ obligatur dũ tñ nesciat quod illa ad fidem spectãt:siue ꝙ implicite siue explicite cõtrairentur scripturę sacrę aut determinationi vl̃is ecclesię,sitq; paratus statim cum de hoc informatus fuerit firmiter omni seclusa dubitatiõe credere:non est infidelis dicendus,sicut.S.Tho.tam in.4.di.13.quã in.2.2.

S.Tho. q.11.ar.2.dicit. ℄ Tertio arguebatur sic exaduerso. Qui alios cum potest ab errore nõ reuocat seipsum errare demõstrat. Et maxime si ad officiũ eius hoc ptineat. Sed constat ꝙ ecclesia Romana & concilia generalia quæ pręcesserunt sciuerunt aut sciunt assertionem de puritate conceptionis per diuersas mundi partes in cordibus multorum firmatam esse. Et cum de hoc non videatur esse facta aliqua diligentia,sequeretur(quod absit)ecclesiã Romañ & cõcilia vniuersalia habere iã testimoniũ de errore suo. ℄ Ad hoc dr̃ ꝙ auctoritas illa assumpta ex cap.2.extra de hęreticis,loquitur de errore manifesto,siue publico,aut per scripturã sacrã expresse aut per determinationẽ ecclesię. Hmõi autem nõ vr̃ esse ista,& ita ratio nõ procedit ꝙ approbetur. ℄ Quarto arguebatur sic exaduerso. Notum est ꝙ sermo de puritate conceptionis,publice fit quolibet anno in hac solẽnitate per multas partes religionis Christianę in pñtia cleri.& populi. Si ergo hoc esset erroneũ vr̃ ꝙ ecclesia Romana & gñalia concilia cũ hactenus non restiterint,approbarũt hunc errorem. Ex quo manifeste vr̃ seq; ecclesiam a pluribus centenariis annoꝝ continue permansisse in errore fidei. Quod dicere stultissimũ foret. ℄ Ad hoc multa rõnabiliter venirẽt dicenda circa sermones quisiũt in hac materia sæpe scandalosi. Sed quia hæc magis spectãt ad aliũ locũ,ideo ab his supsedẽdo ad ipsam rõnem in se rñdetur sic, ꝙ auctoritas illa, quę sumitur ex cap.Error.83.di.intelligẽda est sicut pcedẽs.s. qñ error est manifestus & publicus.vtputa qa in scriptura expsse cõtentus,aut p eccliam diffinitus. Vñ in pfato.ca.ita sequitur. Nec caret scrupulo societatis occultę q manifesto facinori nõ desinit obuiare. Ecce notãter dr̃ manifesto. Pręterea nõ vr̃ verum(salua pace arguentis)ꝙ plura sint centena annoꝝ sicut pręsupponitur & sępe repetitur in rationibus suis, quibus publice fiat sermo de puritate conceptiõis beatę virginis:cũ ille Seraphicus doctor dñs Bonauẽtura Cardinalis q

S. Bonauẽtu vix sunt.150.ꝙ fuit.ponens in tertio,di.3.inter alia ꝙ opinio dicẽs.b.v.M.

Bernar in originali conceptã sanctoꝝ auctoritati magis concordat, pro eo quod cõiter sancti,cũ de materia ista loquũtur solũ Xp̃m excipiunt ab illa gñalitate qua dr̃ oẽs peccauerũt in Adam dicat. Nullus aũt inuenitur dixisse de iis quos audiuimus auribus nostris virginẽ Mariã a pctõ originali fuisse immunẽ. Hęc ille. Ecce testimoniũ vnius Cardinalis tam pręclari doctoris,& tam eximii religiosi patris ꝙ tempore suo nec in vniuersitate Parisieñ. vbi insignia magistralia suscepit: nec consequenter Cardinalis creatus in Curia Romana erat ista doctrina de puritate conceptionis,sed magis contraria. Nec creditur ꝙ per alias

religiones

religione Christianitatis fuerit hæc doctrina diuulgata a multis annis. Vnde (sicut supra visum est ex testimonio Altisiodoren. in summa sua) nō sunt magna tempora ꝙ Mauritius Episcopus Parisien. prohibuit coli festum cōceptionis, & ratio est quia omnium doctorum opinio erat, ꝙ fuerit in originali pctō cōcepta. Vnde vr ꝙ a modicis temporibus apud aliquos cœperit dilatari.

¶ De celebratione festi conceptionis beatæ virginis. Cap. 16.

QVINTO arguitur exaduerso sic. Notorie constat apud sedē apostolicā in curia Romana annuatim festū conceptionis publice celebrari, ad qđ tā dñi Cardinales ꝗ Episcopi & vniuersi de curia maiores cōueniūt, & ita videtur approbasse opinionē de puritate conceptionis. Nec dicendū est ꝙ rōne sanctificationis cōuenerint prędicti dñi in prædicto festo & nō cōceptionis. Tum quia in præsentia prædictorum nō sanctificatio, sed conceptio in diuinis nominatur. Tum secūdo quia sermo fit inducens auctoritates & rōnes pro præseruatione astruendi ab originali peccato. ¶ Ad istam rationē dr negando ꝙ ecclesia Romana siue sedes apostolica festiuitatem istā aut instituerit aut canonizauerit, aut pronunciauerit aut celebrauerit, aut in Kalendario annotari iusserit. Non. n. quicquid fit in Rom. curia aut per dños Cardinales, aut Episcopos & populum, aut per scriptores breuiariorum aut missaliū, dr ecclesia Romana: siue sedes apostolica fecisse aut mādasse, aut instituisse, imo ipsa quę nullis vnꝗ temerariis nouitatibus succubuit (vt in ca. a recta. 24. q. 1.) aliis in exēplū celebrare hoc festū recusasse vr. Nō. n. ecclīā Romanā (vt loquimur cōiter de ecclesia Ro. pro sede apostolica) in qua totius ecclesiæ dñs principatū collocauit, iuxta cap. Basilicas, de consecra. di. 1. dr celebrare festū aliquod qñ dñi Cardinales aut prælati siue populus Ro. aut dñi de cancellaria pro sua deuotione cōueniūt in aliqua ecclesia missarum solēnia audituri, sed quando summus pontifex cum collegio Reuerēdissimorum dñorum Cardinaliū solēniter in loco publico (vt moris est in aliis pręcipuis solēnitatibus) celebrat, & festiuat. Qđ nō facit in hoc festo vt tam ex doctorum magnorum libris ꝗ ex ipsa experiētia rerum magistra cognoscimus. Licet. n. sedes apl̄ica toleret ꝙ alicubi hoc festū celebretur suppones celebrantes sanū & catholicū respectū habere, non tñ propter hoc approbarę dicenda est, quia qđ permittitur non approbatur vt in ca. denique, di. 4. & in ca. hac rōne. 31. q. 1. Ex qbus vnusquisque clarissime videre poterit, ꝗ parum cōuincant argumēta exaduerso fundata super hoc ꝙ ecclīa Ro. instituerit, aut celebrauerit hanc festiuitatē. ¶ Scdo rñdetur ꝙ pfati dñi Card. legati prælati & ceteræ graues personæ quæ ad illā festiuitatem cōuenietes pro integritate sapiētiæ eorum & fidei, cōuenire credūtur nō rōne cōceptionis ſm se, sed sanctificatiōis quę ad modicā morulā cōceptionē ipsam secuta credit. In cuius testimoniū vt dñs Aluarus sacri ordinis minorum Eps Siluenen. qui fuit tpe Ioānis. 22. aut in lib. suo de planctu ecclīæ, vt superius fuit deductū, ofo quæ dr in hoc festo in Sancta Maria maiori Romæ ita dicit. Deus qui sanctificationē virginis Marię &c. sicut inquit vidi, & audiui, cum ibi de illa sanctificatiōe pdicarē in isto festo. Ecce tā eximii huius docto. & Epi q nobis satis vicinus fuit & pœnitētiarius in Curia Ro. pluri. annis fuit, testimonio hēmus clarissimo. Prio ꝙ doctrina de cōcep. b. M. v. in ori. pctō in Rom. eccl'e. pdicabat illis diebus sicut añ & post pdicata fuit ibi, & in diuersis ptibus mūdi prædicatur. Secūdo habemus ꝙ non sunt multa centena annorum ꝙ in Romana

Vrbe fuerit hoc festum celebratum nomine conceptionis, sicut exaduerso calculatum est, & in quo maxime pondus argumentationis suæ stabilire conatur. Hic autē modus celebrandi hoc festū sub noie sanctificationis hucusq͂ obseruatus manet apud integerrimū & sacerrimū Cartusieñ. ordiñe, & apud sacꝝ prędicatoꝝ ordinē cōiter: & apud multas alias ecclias, sicut legi & audiui fieri. Nec obstat dictis qd exaduerso dr videlicet ꝙ Romę nūc in pñtia ꝑdictoꝝ dñorū q̄ ad solēnitatē cōueniunt nō sub noie sanctificatōiis, sed cōceptionis, festiuitatis offm̄ peragitur. Tū primo qa ēt noie cōceptionis intelligi habet ipsa sanctificatio: quæ quędā conceptio est spūalis qua sanctificatus coceptus dr Deo; & effectus filius gratiæ. Tū secūdo quia etiā si dicatur ꝙ noie conceptionis celebratur, non tñ creditur hoc ideo fieri vt credatur ab ipsis Reuerendissimis patribus & aliis integerrimis viris & patribus dñis prælatis conuenientibus ad hoc festum qui nouerunt sacras literas: & canonica iura (quicquid sit de opinione aut de intentione quorūdā) ꝙ in cōceptione sua virgo Maria sancta fuerit. Maxime cum dies conceptionis seminum celebretur, in quo nulla sanctitas fuit cum nihil fuerit de beata virgine, nec materia sub forma seminis, quę sanctificationis per grām de qua loquimur subiectū minime esse potuit, cū capax gratiæ non fuerit. Sola quippe intellectualis natura, gratiæ susceptiua est. Celebratur tñ festiuitas eadē die (vt dicunt plures doctores) quia tempus sanctificatiōis, quę certissime post modum secuta est ignoratur. Cuius simile inuenimus statutum a melchiade Papa de solennitate quatuor coronatoꝝ, quia eoꝝ nomina fuerūt ignota, & incerta, statuit eorū solennitatē celebrari sub nominibus alioꝝ. s. martyrium, quorum nomina erant nota vt colligitur ex legenda illius festi. Et ita apparet ꝙ cū rōne sanctificationis celebretur hoc festum, qualitercunq͂ nominetur ꝙ potius celebratur festū sanctificationis q̄ conceptionis. Vnde Sanctus Thomas in tertia parte summæ suę dicit ꝙ ecclesia Romana non celebrat conceptionē beatæ Mariæ virginis. Ecce primū. Et tñ ꝙ. S. Thomas fuerit, nō sunt multa centena annoꝝ, sed tm̄ sunt centū. 62. anni. Consequēter aūt dicit, ꝙ licet ecclia Rom. toleret cōsuetudinē aliquaꝝ ecclesiaꝝ illud festū celebrantiū, non tñ per celebrationē huius festi datur intelligi ꝙ in sua cōceptione fuerit sancta: sed quia quo tempore fuerit sanctificata ignoratur celebratur festum sanctificationis potius q̄ cōceptionis in die cōceptionis. Ecce secūdū. Ex hoc aūt ꝙ nunc aliqui moderni dicētes & prædicātes oppositā assertionē in celebrādo hoc festū aliā intentionē habeant siue respectū q̄ debeant habere iuxta doctrinā & sententiā sanctoꝝ doctoꝝ & morē hactenus a sanctis patribus & religiosissimis viris obseruatū, nō sumitur argumentū irrefragabile contra iam dictā cōclusionē. Talium. n. nouitas respectus, aut intētiōis, siue opinionis, in nullo derogat veritati, cū ex voluntate & varietate respectuū hominū, non dependeāt assertiones catholicæ, ab eo. n. ꝙ res est vel nō est orō, dr vera vel falsa, vt ait Arist. I. perihiermenias. Et vt btūs Petrus Apostolus ait. Omnis prophetica scriptura propria interꝑtatiōe nō fit. nō. n. volūtate humana allata est aliqñ prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. 2. Pet. I. Sanctis ergo hominibus licet paucis magis in hmōi credendū est q̄ aliis, quia quāto pleniori gratia spiritus sancti, & scientia præ cęteris donati creduntur tāto magis censentur nosce quæ ad honorē Dei & beatissimę virginis pertinere noscūtur. Quare beatus Bernardus ad canonicos Lugduneñ. in epistola sua, reprehēdēs eos de nouitate celebrationis huius festi dicit. Nunquid patribus doctiores aut deuotiores sumus? Ideo periculosꝰ ꝑsumimus quicquid ipsoꝝ in talibus pru-

dentia præteriuit. ¶ Insuper ex dictis colligitur nō procedere, id qd in confirmatione rationis superius adducitur exaduerso, videlicet ꝙ si ita esset ꝙ virginis mariæ conceptio sancta non fuerit, tunc ecclesia celebrans huius conceptionis festum sub nomine conceptionis, dat occasionem erroris. Tum primo qm̄ (vt dictum est) ecclesia vniuersalis nunq̄ instituit hoc festū: nec celebrat illud vniuersaliter. Tum secundo quia aliud est celebrare festum cōceptionis sub nomine cōceptionis, & aliud rōne conceptionis. Religiosi autē hoc festū celebrantes sub noīe conceptionis, intentionē suā referūt sicut ad causam ad sanctificationē ipsam, quę secuta fuit certitudinaliter & de proximo, & non ad ipsam cōceptionem. Tū tertio. quia simili ratione argueretur ꝙ ecclesia celebrando hoc festū hac die dat occasionē erroris, videlicet hmōi ꝙ hac die sanctificata fuerit: & ita ante animationē. Q d tanq̄ erroneū condēnatum est tam a beato Bernardo, q̄ ab vniuersis magistris Parisius, vt ait Albertus (vt superius deductum fuit) in tertio sententiarum, di. 3.

¶ De actis concilii Basil. circa festum conceptionis. Cap. 11.

SEXTO arguebatur exaduerso de præsenti concilio Basilien. in quo annua reuolutione solēniter hoc festū celebratū est, & sermo factus per viros solēnes multis auctoritatibus astruentes puritatem conceptionis. ¶ Ad hoc dicēdum est, & primo de festo dr ꝙ licet in loco sacri concilii celebratū fuerit hoc festū per patres eiusdē concilii: hoc tamen nō fecit sacrū conciliū ex institutione aliqua præhabita aut conclusione determinata more sacri concilii ꝙ tale festum celebrandū esset. Sed ad instigationem factū est aliquoꝝ dn̄oꝝ & patrū affectoꝝ ad præfatā festiuitatem: qui ad celebrandū illud festum cōuenientes in ecclesia maiori inuitauerunt patres & dn̄os Reuerēdissimos sacri cōcilii. Sed tn̄ pro integritate fidei eoꝝ creditur non habuisse respectū nisi ad id quod sanctum est, & tanq̄ sanctū colendum veniebat. ¶ Quod vero de sermone dicitur facto, & sæpe repetito, in quo asserta est corā concilio sacro puritas conceptionis, parum militat. Tum primo quia cum sacrū conciliū talem sermonē non iusserit fiendum, aut talem doctrinam publice prædicari non diffinierit, ex hoc argui non potest ꝙ sacra synodus approbare visa sit prædicti sermonis doctrina. Sane periculosum nimium esset dicere, ꝙ quicquid prædicatum est in hoc sacro Concilio, ꝙ non fuerit immediate extirpatum aut reprobatum, ꝙ iam sit approbatum, cum testimonio omnium vestrarū reuerendissimarū dn̄ationū multæ exorbitātiæ prædicatę sint & sæpissime contradictorię quę tangere videbantur qn̄ꝙ altitudinē coeli, & fundamenta terræ, de quibus nihil actū est. Prętererea, si ratio hęc militaret pro puritate conceptionis beatissimę virginis pariter militaret pro assertione contraria sicut testes possunt esse qui memores sunt sermonis annunciationis facti in hoc sacro concilio anno dn̄i. 1434. per quēdā venerabilem Magistrū: & sermonis in vltimo festo conceptionis. s. anno dn̄i. 1435. celebrato per quendā dn̄m & insignē prelatum in sacra pagina eximium professorem. Quare manifestum est ꝙ argumenta illa exaduerso paꝝ videntur stabilire assertionem pro qua fiunt. Pręterea talia argumenta vacua inde iudicantur vibus qm̄ res ista pro nulla sui parte adhuc per ecclesiam expressa diffinitione determinata est & diffinita, sed currāt in ea opiniones doctoꝝ q̄q̄ virtutibus fama & literis ac auctoritate plurimum excellētiū. ¶ Septimo arguitur sic exaduerso. Communis est sententia multoꝝ doctoꝝ, & specialiter Sancti Thomę ꝙ

celebratio, quæ per ecclesiam fit de festo Natiuitatis virginis euidens testimonium fit & probatio ꝙ fuit sanctificata in vtero. ergo sic videtur dicendū de cōceptione beatę virginis ꝙ ex quo ecclesia eam celebrat ꝙ illa fuit sancta, aut ꝙ tunc contingit operatio miraculosa. Alias oportet reddere causam singularitatis. Nec conuenit referre ad sanctificationē in vtero post contractionē actualem originalis peccati: qm̄ ad hoc significandū celebratur festum natiuitatis ipsius: & de vna re mirabili ecclesia nō consueuit instituere plures festiuitates. ❡ Ad istā rōnē dr̄ ꝙ nō procedit multiplici de causa. Primo quia ex hoc sequeretur, ꝙ conceptio seminis cuius dies celebratur, esset sancta ꝙ improbatū est. Tum secūdo qm̄ presupponitur in ea (qđ iam superius negatū est) videlicet ꝙ ecclīa instituerit celebrandū hoc festū sicut festū natiuitatis. b. virg. Mariæ, aut vlr illud celebret sub nomine cōceptionis. Solēnitas. n. natiuitatis eius celebris est vlīs ecclīæ. Hæc aūt nō est. Et ēt apud ecclesias quibus hæc est celebris non vlr sub noīe cōceptionis celebratur. sicut ex superioribus patet. ❡ Præterea festiuitas illa. s. natiuitatis est ab institutione Rom. eccle. hæc vero nō institutione sed pmissione. Tertio rō illa nō militat qm̄ nō est simile de natiuitate ex vtero & de cōceptione. Natiuitatē enim ipsam, potuit præcedere gr̄a sanctificationis aut simul cōcomitari rōne cuius dicatur ipsa natiuitas sancta: cōceptionē vero nequaꝗ. Cuius probatio talis est beatissimi Bernardi loco supranominato ita de beata virgine loquentis. ❡ Ante conceptum suū sanctificari minime potuit, qm̄ non erat, sed nec in ipso quidē cōceptu propter pct̄m qđ inerat. Restat vt post conceptū in vtero iam existens sanctificationē accepisse credatur, quæ excluso pctō sanctam fecerit natiuitatē: nō tn̄ conceptionē. Hæc ille. Quid clarius dici potest! Ecce rōnem diuersitatis natiuitatis & cōceptionis. Ecce manifestū & inobfuscabile testimoniū ꝙ conceptio virginis benedictæ nō fuit sancta. Celebratur ergo conceptionis festum ab iis qui illud religiose celebrant p respectū ad sanctificationē, quæ iuxta sententiā de proxime auditā beati Bernardi, secuta est ipsam conceptionē. Et valde de proximo, vt. S. Tho. ait, & superius deductū est. Et dn̄s Vlricus in summa. 5. libro. cap. 2. primi tractatus ita de hoc dicit. Licet ab ecclesia nō approbetur propter vicinū errorē, tn̄ sustinetur ꝙ alii celebrent conceptionē beatę virginis, non referentes hoc gaudiū ad cōceptionē seminū, sed naturaꝶ, quæ est in infusione animæ. Quia. vt dr̄. ff. de diuor. l. diuortium vxor in breui reuersa nec diuertisse vr̄. Idem etiā dr̄ in decret. de pœniteñ. di. 1. Nihil inter esse reputatur vbi parum interest. Hæc ille. Præterea. Nec ex hoc ꝙ hoc festum a rite celebrātibus per respectū ad sanctificationē celebratur sequitur, vt exaduerso replicabatur ꝙ ecclīa de vna re instituisset plures festiuitates. Tum primo quia (vt sępe repertū est) hæc festiuitas nunꝗ ab ecclīa Romana instituta est, licet tolerata. Tum secundo quia ēt hoc dato, non essent duæ festiuitates de vna re, licet vna causa formalis possit concurrere ad alias festiuitates in alio tamen & alio respectu. Vel dicendū ꝙ in hoc casu festiuitas prima diceretur proprie festiuitas sanctificationis (vt ait Sanctus Thomas) secunda vero natiuitatis. Tum tertio prædicta ratio non procedit, qm̄ non omnes natiuitates introductæ in ecclesia, sunt propter aliquam nouam sanctificationis gratiā: sed qn̄ꝗ propter recolenda aliqua beneficia diuinę largitionis. Et ita in proposito dicit quidam solennis doctor Parisieñ. in quolibeto suo. s. magister Ioā. de Neapoli ꝙ festum hoc conceptionis, qm̄ celebratur in ecclesia non est festū cōceptionis eius sanctæ, sed magis gratiarum actionis. Sicut enim inquit in veteri lege erant quasi oīa festa hmōi. s. Paschæ: qđ erat in cōmemoratione beneficii

Bernar.

S. Tho.

D. Vlricus.

Thom.

Magr Ioan. de neapoli

liberationis ex Aegypto, & festum Pentecostes ad recolendum beneficium legis datæ, & sic de aliis. Ita in noua sunt aliqua festa talia, vt Epiphaniæ in quo nulla noua huiusmodi legitur sanctitas fuisse collata alicui: sed ecclesia festiuat illud gratias agendo pro beneficio collato quo Christus fuit illa die gentibus reuelatus, & similiter (inquit) veniret dicendum in proposito. Magnū.n. beneficium humani generi collatum est in conceptione virginis matris redemptoris humani generis. Hæc ille. Et idem videtur dicere. D. Bonauentura ponens exemplū de filio Regis claudo nato, sed cito processu tpis liberando, de cuius claudicatione dicit non esse dolendum, sed potius de natiuitate eius gaudendū. Et ita patet ꝙ non inconuincibiliter arguitur ex celebratione huius festi sanctitas conceptionis. ¶ Quia vero (vt superius dictum est) hęc festiuitas non est instituta ab ecclesia Romañ. nec secundū sanctū Bernardū videtur esse instituenda, pro nūc non oportet assignare alias causas singulares, quia fortassis de hac re inferius captiosius verbum fiet. Multa insuper alia adducta sunt ex longeua consuetudine celebrandi hoc festum, & ex perseuerantia & continuatione celebrationis eiusdem solennititatis apud dños canonicos Lugduneñ. non obstante contradictione & repręhēsione beati Ber. a quibus supersedeo. Tum primo quia ex superius dictis soluuntur plene. Tum secundo quia (sicut dictum est) ex celeratione festi non arguitur sanctitas conceptus: nec quod prædicti dñi Canonici habuerint fidem puritatis conceptionis, cum aliis de causis potuerunt moueri ad celebrandum illud festum. Tum tertio quia nulli dubium est quin dicta sanctorum per quos spiritum veritatis credimus fuisse locutum præferenda sunt consuetudini quorumcunq; canonicorum. Vt enim ait Cyprianus, & ponitur in cap. Si solus Christus audiendus est. di. 8. Non enim hominis consuetudinem sequi oportet sed Dei veritatem, cum per Isaiam dominus loquatur, & dicat. Sine causa autem colūt me, mandata & doctrinas hominum docentes. Et Gregorius. VII. Episcopo Anetano, in cap. si consuetudinem ea. di. ita dicit. Si consuetudinem fortassis opponas, animaduertendum est ꝙ dominus dixit. Ego sum veritas, non ego sum consuetudo.

D. Bonauētura. Bernar. Cypria. Gregor.

¶ Tres reliquę rationes exdauerso ad idem diluuntur. Cap. 12.

OCTAVO sic arguitur exaduerso. Inter argumenta potissimum reputatur a tenentibus opinionem oppositam hoc ꝙ quia ecclesia Romana non celebrat hoc festum, ꝙ ideo beata virgo, dicatur esse in originali peccato concepta. ergo per oppositum cū nunc celebretur illud in Rom. ecclesia euidentissimum testimonium est ꝙ non fuerit in originali peccato concepta. ¶ Ad istam rationem dicitur negando duo quæ pręsupponit. Primum est ꝙ illud argumentum exaduerso reputetur, potissimum inter omnia argumenta, hoc enim non est verum, nec tale argumentum vnq̄ reperi factum a doctoribus huius partis, licet plures doctores ꝑlustrauerim. Quippe (vt ex superioribus patet) præstantia argumēta eoꝝ sumūtur de torrente sacræ scripturæ, & organis spiritus sancti s. sanctis doctoribus, & inobfuscato lumine bene doctę rationis. & non ab auctoritate ecclesiæ Romanę negatiue. Secundum vero ꝙ ratio illa pręsuponit est ꝙ ecclesia Romana illud festum celebret, qđ sępius negatum est. ¶ Nono arguitur exaduerso ex verbis vltimis quę btūs Ber. hēt in fine eplę suæ ad Lugduneñ. vbi dicta sua Ro. ec. auctoritati, atq; examini submittit. Cōstat.n. ꝙ super articulis fidei auc

veritatibus sacrę scripturæ doctores non remittunt ad determinationem summi Pontificis, immo eo ipso ꝙ remittunt documenta sua ad nouam determinationẽ ecclesiæ, significat doctrinã suã non esse de necessitate fidei. ¶Ad istã rationem dr̃ ꝙ licet ista rõ probare videatur ꝙ assertio de conceptione beatæ virginis in originali peccato non sit articulus fidei, aut vna de veritatibus quæ in sacra scriptura expresse sub specialibus terminis ponuntur: non tñ probat eam non esse de numero caꝝ catholicaꝝ, quæ ex his, quæ aut sacra scriptura, aut determinatio ecclesiæ vniuersalis continet, creduntur argumento necessario elici & inferri. Quibus veritatibus nullũ præiudicium fit per hoc ꝙ doctores assertores earũ, auctoritati & examini summi Pontificis eas submittunt. Et ita facit Bernardus: qui licet teneret eam esse Catholicam cum eius oppositum videatur S. Bonauentura. asserere esse erroneũ in prędicta ep̃la, vt de ipso testat̃ Bonauentura, vt in principio præcedeñ. capl̃i visum est. tamen quia illa non expresse in scriptura, nec aperte sub spãlibus terminis in determinatione vniuersalis ecclesię habebatur, auctoritati summi pontificis & examini submisit. Vltimo arguebatur sic ab aliquibus exaduerso. Sacrum hoc cõcilium Basilieñ posuit hoc in dubium, & discutiendum magistris cõmisit, vt patet. Eius. n. gratia hæc relatio fit, sed mirũ est ꝙ sacrũ concilium in quo tam sapientissimi patres collecti sunt, ponant in dubium illud quod est catholicum, & per consequens secundum fidẽ Xp̃ianã tenendum. ¶Ad hanc rationẽ dicendũ est sicut ad superiorẽ, videlicet ꝙ nõ militat. Esset aũt ad propositũ si rẽ determinatã iã per ecclesiã aut expresse in scriptura contentã in dubiũ conuerteret & hac de causa exponeret examini magistroꝝ, sed ꝙ aliqua quæ secundum se catholica sunt nõ tñ ab omnibus ita habita concilia v'lia in dubiũ posuerint & examini, vt visa veritate ab oĩbus, ita esse credãtur practica sacroꝝ concilioꝝ nos edocet. Concilia enim vniuersalia non faciunt propositiones veras esse siue catholicas, sed declarant & diffiniunt esse tales. Quod cum sit manifestum, nõ est opus allegationibus & exemplis chartas implere. Et ita patet ꝙ dicendũ pro nũc ita venit iuxta sententias doctoꝝ, quorum relator sum, ad obiectiones factas cõtra cõclusionẽ eoꝝ in pręcedenti cap. quæ fuit ꝙ assertio dicẽs ꝙ virgo beata cõcepta fuerit in peccato originali sit vera & catholica. Patet insuper paꝝ militare ratiões factas exaduerso, ad quas plura fuissent dicta, nisi quia existimo apud sanctissimos viros quibus loquor hoc notum esse.

¶In quo respondetur rationibus quibus exaduerso probatur ex parte potentiæ diuinæ ꝙ virgo beata ab originali peccato præseruata fuerit. Cap. 13.

PRAEMISSIS autem auctoritatibus & rationibus quibus doctores, quorum opinionem referre iussus sum, asserunt, probant, & confirmant, beatã virginẽ Mariã in originali peccato fuisse cõceptã, quas pro meaꝝ virium paruitate inter alias per plures occupationes colligere potui: superest iam videre qualiter motiuis aduersæ partis per eos respondeatur, aut iuxta eoꝝ sententias respondendum veniat. Est autem sciendum ꝙ aduersæ partis defensores. 5. viis conati sunt partẽ suam munire & roborare. Primo rõnibus. Scdo auct. sacræ scripturæ. Tertio auctoritatibus sanctoꝝ doct. Quarto approbõne multoꝝ docto. scholasticoꝝ. Quinto testimonio miraculoꝝ. Quibus oĩbus (diuina gr̃a comite) rñdebit̃ p subsequẽ

tia capitula. ¶ Ad probandum vero assertionem suam via rationum, vsi sunt quatuor fundamentis: quæ pro eo ꝙ à doctrina scholę eorum extracta sunt documenta scholastica nominarunt, ex quibus conantur, ostẽdere veram esse positionem eoꝝ. Primum est ꝙ beata virgo Dei genitrix Maria potuit pręseruari a Deo ne contraheret originale peccatum. Secundum ꝙ decuit immo decentissimum fuit sic a Deo pręseruari. Tertium ꝙ non solum decuit, sed debuit hęc pręseruatio a Deo fieri. Quartum est ꝙ de facto pręseruata fuit, & nunq̃ peccatum originale contraxit. ¶ Circa primũ documẽtum, videlicet ꝙ beata virgo potuit pręseruari à Deo ne contraheret originale pctm̃, sic procedit. Probat.n. primo multis rationibus ꝙ de potentia simpliciter, siue absoluta fuerit hoc possibile. Sed quia in hoc inter partes nulla differentia currit, oẽs.n. hoc confitentur, ideo circa hoc nihil dicam. Superfluum.n. existimo de eis in quibus partes cõueniũt augere quaternos. Secũdũ vero probat ꝙ hoc idem possibile fuerit de potentia ordinata. Vbi pro fundamento rõnũ suaꝝ talẽ post varios modos loquendi alioꝝ doctoꝝ, præmittit expositionẽ illius termini potentia ordinata, ita dicens. Isto modo loquẽdi dicitur potentia ordinata quędam (secundũ exigentiam vel attingentiã rõnis nostrę) diuinę bonitatis condecẽtia, siue congruitas, in nullo arctans diuinã voluntatẽ quin possit iuste & rationabiliter facere oppositum, licet intellectus noster non possit ęque percipere. Vnde isto modo potẽtię videtur de potentia ordinata ꝙ Deus potuerit beatissimã virginem pręseruare. Idem etiã vr̃ si interrogaretur intellectus humanus, qui exercitatus in lumine naturali, & illustratus fide potest attingere, ꝙ cõgruum siue decens fuit vt beatissimam virginem matrem suam a pctõ originali Deus pręseruaret, ita ꝙ non repugnat fidei & sacrę scripturę aut rationi humanę: sed potius his dicitur cõuenire. Hęc dñs relator exaduerso. Quo fundamento positio prosequitur rationes ad probãdũ ꝙ hoc modo loquẽdo fuerit possibile de potentia ordinata, virginẽ benedictã pręseruari a Deo. ¶ Veꝝ quia venerabilis collega meus dixit iuxta doctores, quorũ relatores constituti sumus, ꝙ de potentia ordinata non fuerit possibile, incumbit mihi aliquid hic dicere. Et in primis anteq̃ rõnes factas exaduerso repetam, ostensurus eas non probare id ad quod adducuntur, circa expositionem illius terminis potẽtia absoluta, & ordinata, duo faciam. Primo ostendam ꝙ expositio data exaduerso pro fundandis rõnibus suis, non videatur vsquequaq; probabilis, nec valida ad fundãdum intentum. Secundo ponam expositionẽ veram & cõmunẽ in schola theologorum, iuxta doctrinam doctoꝝ sanctoꝝ. ¶ Expositio autem qua dr̃ ꝙ potẽtia Dei ordinata dicatur quædã (secundum exigentiã vel attingẽtiam rõnis nostrę) diuinę bonitatis condecentia vel congruitas in nullo arctans diuinam võluntatẽ cũ possit iuste & rõnabiliter oppositũ facere, licet intellectus non possit ęque percipere, ꝙ nõ videatur esse vsquequaq; probabilis, apparet ex multis. Et primo ex hoc ꝙ cum potentia Dei ordinata sit ipse Deus, non vr̃ probabile ꝙ potentia Dei dicatur congruitas quędam diuinę bonitatis secundũ attingentiam, aut exigentiam rõnis nostrę inuenta, quia hoc tale videtur esse quid inuẽtum iudicio humanę rõnis: & nullum tale in recto venit prędicãdum de Deo. Tum secundo, quia potentia actiua cuiusmodi est diuina, includit rationẽ principii operationis, cum sit principiũ agendi in aliud, vt dicit Aristoteles. 5. metaphysicę. Huiusmodi aũt ratio principii operationis non importatur nõie condecentię aut congruitatis, vt patet. Nec apostolus. 1. Corinth. 14. dicẽs. Omnia in vobis honeste & secundũ ordinẽ fiant, ꝙ inducitur exaduerso, intel-

sexto Ethicorum dicit Aristo. ꝙ hoc solo priuatur Deus ingenita facere quæ facta sunt. Verum dicit. S. Tho. in prima parte ꝙ cū talia nō dicatur deus nō posse nō facere pp defectum poteñ. sed quia ipsa nō habēt rōnē possibiliū, couenientius dr̄ ꝙ nō pōt fieri q̄ ꝙ Deus nō possit ea facere. Nec hoc est cōtra verbū angeli dicentis. Nō erit impossibile apud Deū oē verbū. qm̄ illud qd cōtradictionē implicat verbū esse nō pōt, quia illud nullus intellectus cōcipere pōt. ¶ Dicebā preterea diuinæ potentię nō esse attribuēdū id qd in defectū potētiæ vergit cuiusmodi sunt quæ passionē important. Ex defectu. n. potētiæ actiue ad resistēdū cōuenit qd corrūpatur vel diuidatur, vel aliquid hmōi. Et iō nō dicimus deū in natura diuinitatis posse pati vel mori vel aliq̄ hmōi, sicut nō dicimus eū posse esse impotentē. Huic aūt potentiæ absolute cōsyderate qn̄ attribuitur aliquid qd vult facere, & sapientia sua habet vt faciat, tunc dr̄ posse illud secundū potentiā ordinatā. Qn̄ aūt potentia se extendit quātū in se est ad illud qd sibi attribuitur quāuis non habeat eius sapientia & voluntas vt fiat, tunc dr̄ illud posse de potentia absoluta tm̄. Hæc aūt distin. potentiæ Dei in potentiā absolute dictā & in potētiā ordinatā, vt dicit dn̄s Vlricus argentineñ. in summa sua lib. 2. tractatu. 6. cap. 2. sumitur ex eo qd Augu. super illud Geñ. 19. non possum quicq̄ facere donec exeas. dicit. Sine dubio poterat p potētiā, sed nō poterat per iustitiā. Et est sensus diuisionis: quia sicut potentia diuina ẜm se, oia causat sic eadem potentia operās ẜm rōnem diuini intellectus oia ordinat ẜm rōnem iustitię, Pōt ergo potentia diuina referri ad aliquē effectū dupl'r vel secundū se. & sic respectu ipsius est potentia absoluta, vel inquantū est sub rōne ordinis diuinitus sibi inditi: & sic respectu ipsius est potentia ordinata: quia potētia diuina inquantū operatur ẜm ꝙ ille effectus est ordinatus, & oppositum esset inordinatū, producit hunc effectū, & non potest producere oppositū, ẜm illud. 2. Thi. 2. seipsum negare non pōt. Nec tn̄ cum dicimus oppositū eum posse facere de potentia absoluta cōcedimus eū aliquid posse facere inordinate. Quia cū sua potentia & bonitas sit prima causa omnis ordinis & iustitiæ. ei quod inordinatum & iniustum est, potest Deus circumponere rationē ordinis & iustitię. Et ideo id quod nunc inordinatum & iniustum est fieri, esset ordinatum & iustum fieri si a deo fieret.

Aristot. S. Tho.

Vlricus

¶ Aliqua dici impossibilia a Deo fieri contingit pluribus modis. Cap. 14.

VERVM distinguendum est in his quæ dicuntur non possibilia fieri: quia inter ea sunt quędam quæ habent aliquid diuinæ sapiētiæ & bonitati repugnans inseparabiliter coniunctum, vt peccare mentiri, & huiusmodi. Et ista dicendum est Deum non posse absolute. Quædam vero sunt, quæ non habent de se inconuenientiam ad diuinam sapientiam, sed solum ex ordine, aliquo suæ præscientiæ, quē Deus statuit vel pręuidit secundum suam voluntatem, vt ꝙ caput hominis sit superius & pedes inferius. & huiusmodi Deus potest non facere: quia potest statuere alium ordine in rebus secundum quem sit conueniens, quod nunc propter istum ordinem qui in rebus est, inconueniens videtur. Ex quibus colligitur ꝙ in his quæ diuinæ potentiæ attribui possunt est quatruplex ordo. Quædam. n. sunt quæ nec ipsi potentiæ absolutæ attribuūtur. Vnde simpliciter est dicendū ea Deū nō posse. sicut pati: & duo cōtradictoria simul esse. Quędā vero

de se repugnantiam non habent, sed solū ab exteriori, propter aliquē ordinē a diuina sapientia institutū: & talia asolute dicendū est Deum posse de potentia absoluta. Vel non sunt neganda nisi sub cōditione, vt. s. dicatur non pōt si voluntati eius repugnēt. Vnde ab aliis antiquis doctoribus sic facta est diuisio diuinæ potentiæ. s. absoluta & conditionata. Vnde Albertus in primo. di. 42. sic dicit. Dupliciter dr̄ potentia Dei. s. absoluta & conditionata. Absoluta autē est ipsa in se consyderata. Et hæc pōt omnia sicut Pet. dānar: & Iudā saluare: & hmoi. Potentia vero conditionata dr̄ inquantū respicit conditionem & legem quam Deus bonitate sua nobis indidit qua manente non potest Deus facere cōtrariū: quod faceret si manēte illa damnaret Petrū & Iudā saluaret: quia veritas & iustitia petunt vt Petrus habeat vitā æternā, & Iudas pœnā ęternā. Hęc. n. est lex illa a Deo, vt bonos remuneret, & malos puniat. Hæc Alber. cui cōcordat illa snīa Anselmi dicentis lib. 2. Cur Deus hō. Quod sapientiæ, & iustitiæ Dei repugnat vt cogat aliquem mortem pati sine culpa, quem iustū ad æternā beatitudinem fecit. In quarto aūt gradu sunt illa quæ attribuuntur diuinæ potentiæ, ita vt voluntati & sapientię congruant: & hoc concedendū est Deum posse, & nullo modo negandum. Dicendum ergo beatam virginē aut aliquē aliū aut aliquos homines siue in parua siue in magna multitudine præseruari ab originali pctō non esse de illis quę potētiæ Dei absolute non subduntur, cū contradictionem non implicēt, nec in defectū aliquem vergerēt diuinæ pontentiæ, vt de se patet, nec sunt ex illis quæ ex se inconuenientiā habent ad diuinā sapientiam & voluntatem. Sed ꝯm doctores famosissimos (quos superius eoꝝ sententias referens in medium adduxi) aliqua sunt, quæ habēt incōuenientiā, & ita impossibilitate propter aliū ordinē a Dei sapientia institutum qui nobis innotescit per sacram scripturā & doctores sanctos, in quibus ipse Deus legum cōditor: & ordinis distributor locutus est. Et tale vocatur aliqñ impossibile non simpliciter sed ex suppositione. Vnde. S. Thomas in tertia parte. q. 46. petens an alio modo possibile fuerit saluari genus humanū ꝙ per mortem Xp̄i, respōdēdo ait. ꝙ aliquid dr̄ possibile vel impossibile dupliciter. Vno modo simplr̄ & absolute. Alio modo ex suppositione. Primo mō loquendo possibile fuit: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Luc. 1. Sed ex suppōne aliqua facta, fuit impossibile, quia impossibile est Dei præscientiā falli, & eius voluntatem siue dispōnem cassari. Supposita. n. scientia & pręordinatione Dei de passione Xp̄i, non erat simul possibile Xp̄m nō pati & hoiem alio mō liberari ꝙ p eius passionē. Et est eadem rō (vt inquit) de omnibus quæ sunt pręscita & præordinata a Deo. Secūdum ergo hunc modū, dn̄t doctores, quoꝝ relator sum, ꝙ aliquem præseruari ab ori. pctō, vt virginē benedictā aut beatū Ioan. aut aliū quēcunqꝫ non est impossibile simplr̄, sed ex suppositione talis ordinis instituti a diuina sapientia secūdū quē Deus oium hoium redemptor existeret & saluator. Et de hac impossibilitate loquitur Augu. 2. de baptismo paruuloꝝ (vt superius visum est) mouens quæstionem in forma. vtrum in ista vita homo aliquis vnꝙ fuerit vel esse possit qui nunꝙ pctm̄ habuit, vel habeat vel habiturus sit. Et respōdet dicens. Prorsus (pręter vnū mediatorem Dei, & hominū Xp̄m Iesum) nullū esse vel fuisse vel futuꝝ esse certissimum est. Item idē ibidē eandem qōnē resumēs dicit. In hoc loco. Quæritur vtrū in filiis hominū aliquis sit vel esse potuisset qui non ex pctō ad iustitiā perfectissimā pueniret ac si nullo omnino vnꝙ pctō esset obstrictus. i. obnoxius. Et rn̄det dicens. Si illa vera sunt quæ tam multa de puulis diximus: nec est in filiis hoium qsꝙ talis, nec fuit nec erit excepto vno

mediatore, in quo nobis propitiatio, & iustificatio posita est, per quē finitis inimicitiis pctōrū reconciliamur Deo. Hęc ille. Itē Idē Aug. de fide ad Pet. prope principiū dicit. Dum sibi inuicem vir mulierq; miscentur vt filios generent, sine libidine non est parentum concubitus: ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non pōt sine pctō esse conceptus. Hæc August. Et similia dicta plura reperiuntur tam in Augu. q̃ in Ambrosii libris, sicut in libro de natura, & gratia August. aliqua cōmemorat. Et hoc modo loquendo dicunt doctores, quorum relator sum, ꝙ licet fuerit possibile potentia absoluta virginē benedictā præseruari aut sanctificari in cōceptione sua non tñ de potentia ordinata: quia (vt aiūt) cederet in diminutionē gloriæ Xp̄i, qua est ꝙ ipse vniuersalis omniū hominū redemptor & saluator & caput ecclesiæ omnibus suo merito profundens gratiam redemptionis. Qui. n. sine peccato omni esset, eius redemptione nō indiguisset. Hęc. n. est gloria, de qua Ro. 3. oēs peccauerūt & egent gloria Dei. August. Ambro.

¶ Soluuntur rationes quibus exaduerso probatur virginē beatā de potentia ordinata fuisse præseruatam ab originali peccato & primo prima. Cap. 15.

CLARISSIME iam ostenso qualiter iuxta hunc cōem modū loquendi scholæ theologorum conformiter ad doctrinam sancti Augustini, non fuisse possibile quēq̃ ab Adā descendentē seminaliter, de potentia ordinata præseruari ab originali pctō, consequēter ostendendum est rōnes factas exaduerso in oppositum non procedere. Rationes autem prędictæ in generali reducūtur ad. 3. Prima autem fundatur in eo ꝙ (vt probare nititur) Deus de potentia ordinata potuerit in hac lege de contrahendo originale pc̄m̄ dispensare cū beatissima virgine. Quod deducit primo ex scientia politica in qua apud principem & legis cōditorē semper est potestas dispensandi in legē condita, dum tñ rōnalis causa occurrerit. Secūdo ex sciētia legali. vt. n. (inquit) Hester. 15. habetur, qualiter Asuerus interpretatus est ad Reginam ingredientem ad eū non se extendere legem datam vliter, vt quicunq; non vocatus interius Regis atrium ingrederetur; mortis pœna incūctanter plectendus veniret. nisi fortassis ei Rex aureā virgam extenderet. Tertio ex scientia canonica: in qua parte colligitur summū Pontificem de potentia ordinata in multis legibus canonicis dispēsare. Quarto ex lege diuina in qua tam veteris testamenti tpe q̃ noui, leguntur multæ dispensationes factæ. Sicut patet in lege circūcisionis quę suspensa fuit bene per. 40. annos tēpore. s. quo populus Israel fuit in deserto Iosue. 5. & in lege de obseruantia sabbati. 1. Machabeorum. 2. tempore persecutionis Machabeorum per Regē Antiochū. Et tēpore quo discipuli esurientes ceperunt sabbato euellere spicas. Mat. 12. & in multis aliis similibus. Ex quibus arguit ꝙ pariter sit in proposito dicendum circa legem institutā de contrahēdo origi. pctm̄. ¶ Ad istam rōnem rñdetur negādo añs iuxta superius positā sententiam August. lib. 2. de bap. paruulorum & aliorū doctorum supranominatorum. Et ad probationē per exēpla posita de multis dispensationibus factis. Negatur consequētia. Et hoc multiplici rōne. Tum primo, q̄a illa cōsequentia in nulla schola admitteretur. In tali & in tali lege dispensatū est, de de potentia ordinata. ergo in ista dispensatū est, aut ꝙ de potentia ordinata potuerit dispensari. Non. n. simile aut par iudicium est de omnibus legibus. Potest. n. cōtingere ꝙ dispensatio in vna lege, nulli ordini instituto a diui-

norum superius posita, proprie loquendo non est sufficiens diuisio quæ adducitur exaduerso ad probandū ꝙ hoc fuerit possibile de potentia ordinata. Nō enim dr̄ hoc non posse fieri de potentia ordinata rōne omnipotentiæ. Cū hoc simpliciter diuinæ subdatur potētiæ. Nec rōne sapientiæ simpliciter cū diuina sapientia sit infinita & sic potuerit instituisse aliū ordinē (e. qdū que hoc fuisset conueniēs. Nec rōne diuinę iustitiæ simpl'r cū nil a Deo posset fieri nisi iustū. Sed dicebatur rōne talis ordinis instituti a diuina sapientia, non esse possibile. sicut dictū est, quo pmanēte illud nō videbatur habere rōnē possibilis. Et hoc dictum est suppositū impossibile ex suppōne. Et exēplū positū est de impossibilitate alterius modi liberādi genus humanū. cōtra qd pariter curreret ista rō si vires haberet. Et ita patet ꝙ rō non procedit. Tertio arguebatur exaduerso, ad confirmandam prædictā doctrinam ex illo. Luc. 1. quod angelus dixit ad Mariam. Nō erit impossibile apud Deū omne verbū. nec angelus (vt exaduerso inquit relator, innuit) manifeste loquebatur de potentia absoluta, sed de ordinata potētia. Et similiter qd saluator pdicauit Mat. 10. Oia possibilia sunt apud Deum. ¶ Ad istam rōnem dico negādo ꝙ angelus dicens non erit impossibile apud Deū oē verbū loquatur de potētia ordinata. Ita ꝙ oē verbū diceretur esse possi'e deo de potētia ordinata. Nec hoc pōt haberi ex serie textus, vt dr̄ exaduerso. Sed loquebat de potētia dei simpl'r & absolute. Qd patet manifeste, qm cū p oē verbū intelligatur oē ꝙ cōtradictionē nō importat: vt Nic. de Lira ibi exponit & alii doctores. tunc, oē qd cōtradictionē non implicat diceretur fuisse possibile Deo de potentia ordinata sicut de potentia absoluta. Quod est contra cōem scholā theologoꝝ, vt ex declaratione hoꝝ terminoꝝ superius facta manifestū est. Sequeretur præterea ꝙ de potentia ordinata possibile fuerit totā trinitatē incarnari, immo a tota trinitate naturā lapideā assumi: & aliter genus humanū liberari q̄ per mortem filii Dei: saluari Iudam: damnari Petrum, & ita de innumeris aliis, quæ doctores dicūt possibilia deo de potentia absoluta non tñ de ordinata potentia. Et pariter dicēdum est ad auctoritates alias adductas ad idē. Ex quibus manifeste patet ꝙ primū documentū scholasticū positū exaduerso in q̄tū tāgit possibilitatē pseruatiōis de potētia ordinata, nō sit vsque quaq; probabile: necnō ꝙ rōnes adductę in robur eius non probēt intentum. Nic. de Lira.

¶ In quo ponuntur et rñsiones rōnū exaduerso probantiū ꝙ decuerit. b. v. a Deo præseruari ne originale pc̄m̄ contraheret: quæ sumuntur ex prærogatiua illa qua dr̄ virgo virginū. & primo ad rōnē primā. Ca. 17.

STENSO quod rōnes exaduerso adductę ad probandū primū documētū scholasticū, videlicet ꝙ possibile fuerit de potentia ordinata beatissimā virginē præseruari a Deo ne originale pc̄m̄ cōtraheret: stante nihilominus (vt verbis vtar dñi relatoris exaduerso) in suo vigore veritate fidei & sacræ scripturę sanctorūq; & alioꝝ doctorum recta & finali intentione, nō procedunt aut probent intentū: iam super est hoc idem ostendere de rōnibus adductis pro scholastico documento secundo, videlicet quod decens fuit beatissimam virginem præseruari a Deo ne contraheret originale pc̄m̄. In cuius probatiōis decursu pręmittitur exaduerso quid sacra scriptura intelligat per verbum decentiæ. Et dr̄ ꝙ decentia sit quidam decor siue congruentia ornatus in statu cuiuslibet vltra ea quæ sunt necessitatis, sicut dicimus, ꝙ domum Dei decet sanctitudo. psal. 92. Ita ꝙ quicquid in aliquo

est speciosum siue congruēs suo statui, illud dr̄ esse decens. et ita cōmuniter di-
cimus ꝙ alia sunt quæ pertinent ad necessitatē status prçlatorū: & alia ad decē-
tiā, siue decorem. Qua vocabuli significatione pr̄emissa licet minus complete,
& ad propositum quæstionis paꝝ conferens, vt vr̄, cū qō nr̄a nō petat quid ad
decentiā & ornatū status beatç virginis faceret qualitercūq;, sed petit quid deū
decuerit facere, aut quid a Deo fieri, procedit ex septem attributis quæ cōtinē-
tur aut in sacra scriptura, vel ecclesia vl'r canit. Quæ sunt, ꝙ est virgo virginū
spōsa dei. Benedicta in mulieribus: plena omni grā, omni laude dignissima, cœ-
li Regina, & super oēs choros angeloꝝ exaltata. Arguēs, ꝙ innocentia per im-
munitatem peccati ori. decuerit eā. Et primo ex prima prærogatiua. s. ꝙ virgo
virginū dr̄, arguitur sic. Quæ virgo virginum est, notissimum est. ꝙ decet eam
incorruptio: itaq; ois corruptio longe fuit ab ea, non solum a peccato actuali
mortali, aut veniali, sed simpl'r pro oī puritate quæ est ad decorē virginitatis,
quā dicit nunq̄ esse sub aliqua macula. Vnde non decuit eā fuisse, sine immu-
nitate ab ori. pctō. ¶ Ad istam rōnem dr̄ dupl'r. Primo ꝙ non probat intentū
scholastici documenti: nec etiam rōnes sequētes. Qm̄ cum aliud sit dicere hoc
pertinet ad statum & decentiā talis prælati, & talis militis, aut talis virginis, &
aliud est dicere decēs fuit, ꝙ daret hoc tali prælato aut tali sancto, probare ꝙ
aliqd si haberet a tali plato aut milite, aut psona cuiuscūq; alterius status face-
ret ad ornatū status talis psonç, nō arguit ꝙ decēs fuerit ꝙ deus dederit talē rē
ad decorē facientē talis personç. Cui nāq; dubiū quin faceret ad ornatum prç-
latorum ꝙ omnes essent sanctificati in vtero, ꝙ essent omnes pleni sapientia &
virtutibus. Ad ornatum vero multum faceret ꝙ essent omnes virtute magna-
nimitatis dotati a Deo: & sic de aliis statibus. Cui præterea in dubiū venit ꝙ ad
decorē sacratissime virginis Mariæ cederet ꝙ esset cōcepta de spiritu sancto. ꝙ
ab instanti conceptionis fuisset beata. & ita de multis aliis insignibus præro-
gatiuis filii dei de qbus alias factus est sermo satis profusus. quæ tn̄ nullus sane
mentis diceret ꝙ Deus talia prædictis dederit: cū non dederit nec daturus sit.
Minimum. n. inconueniens Deo (vt inquit Ansel.) est impossibile. Quanq̄. n.
Ansel. per illas rōnes probantur ꝙ ad decorē & ornatū aliqualiter simpliciter loquē-
do) faceret beatæ virginis, ꝙ fuisset immunis ab ori. pctō: non tn̄ propter hoc
redditur veꝝ scholasticū documentū, videlicet ꝙ decuerit ꝙ a Deo prçseruare-
tur ne originale pctm̄ cōtraheret: & maxime cum dicat sanctus Thomas in. 3.
S. Tho. parte & alii doctores supra in tanta multitudine profusa nominati, ꝙ licet hoc
ad dignitatē virginis ptinere videatur, derogaret tn̄ in aliquo dignitati Xpi.
¶ Specialiter descendendo ad rōnem rn̄detur negādo illud qđ exaduerso no-
tissimū esse dr̄, videlicet ꝙ decuerit beatissimā virginē, ex eo quod est virgo vir-
ginū, immunē fuisse ab originali pctō. Ita ꝙ status virginitatis in ea non habuis-
set integrū ornatū suū siue debitā decentiā decoris status sui, nisi fuisset ab origi-
nali pctō immunis. Dupliciter. n. potest aliquid dici pertinere ad decorē & de-
centiā status alicuius. vno modo sic ꝙ sine eo nō esset integer ornatus & decor
tali statui congruus siue debitus. Alio modo dicitur aliquid esse ad decorē ali-
cuius ex eo solū ꝙ ex pn̄tia eius splendidior status ille redderetur. Primo autē
modo loquendo non pertineret ad decorem status virginitatis innocentia si-
ue incorruptio quæ immunitatē dicant originalis peccati. Tū quia vt dicit
beatus Augu. in lib. de virginitate integra. Quid est ab vtero matris sancta vir-
Augu: ginitas. Sed nemo (inquit) mundus in conspectu tuo nec infans cuius est vnius
diei vita super terram. Ecce August. ponit expresse cū integritate, sanctç virgini

tatis immunditiam originalis peccati. Tum secundo, quia si innocentia siue in corruptio quę immunitatē originalis peccati dicit spētet ad ornatum virgini tatis, sequitur ꝙ nulla virgo habuisset nec habitura esset adhuc integrum ornatum virginitatis suæ. Quod absurdum videretur esse. De quolibet.n.eoꝝ cantat ecclesia, Veni electa mea & ponam in te thronū meū: quia concupiuit Rex speciem tuā. Et in canticis dicit sponsus cuilibet. Tota formosa es amica mea. Cyprianus etiā non obstante pctō ori. quod in omnes homines pertrāsiit Ro. 5. dicit ꝙ virgines sunt flos ecclesiastici germinis, & illustrior portio gregis dñici. Cōsequentia tñ patet, quia (vt inquit Apostolus ad Ephe. 2.) eramus aūt & nos natura filii iræ. Ille quippe solus venit cū perfecta innocentia qui non reconciliādus sed oium reconciliator aduenit, sicut ex superioribus tam sacrę scripturæ q̄ sanctoꝝ docto. q̄ determinatiōis ecclīæ colligebatur testimoniis. Vñ August. super psal. 50. diffinita sñia est. In Adam (inquit) omnes peccauerunt. Solus esse innocens infans potuit qui a Deo per Adam non natus est. Et super Io. & habetur in glo. cōtinua. Iste.n. singulariter dr̄ agnus solus sine peccato non cuius maculæ abstersæ sunt, sed cuius macula nulla fuerit. Singulariter hic est agnus: quia singulariter huius agni sanguine solo homines redimi potuerunt. Hęc ille. Non est ergo dicendum ꝙ ad ornatū virginitatis requiratur innocentia illa quę immunitatē dicat ēt culpæ originalis: quæ solo redēptori nostro de spiritu sancto cōcepto propria fuit. Nec Hierony. cū ait in sermone assumptionis ꝙ angelis semper est cognata virginitas intelligit (vt dr̄ ex aduerso ꝓ talis innocentia, & immunitas originalis peccati requiratur ad virginitatis ornatū, cū talis nulli virgini sit cōis, sed rōne alicuius similitudinis in puritate. Sicut ait Beda in glo. exo. 26. quia mortificatis illecebris carnis cœleste in terris. vitam gerunt & inter homines positi angelicā puritatē immitantur quia neq; nubent, nec nubentur. Et Ambrosius (& habetur in gl. 1. Corint. 7. Supergreditur virginitas conditionē humanæ naturæ, per quā hoies angelis assimilantur. Quod dictum est (vt ait antiquus cancellarius Parisieñ. in summa sua) propter incōmixtionē ad rē suæ spei qua non indigent angeli pp incorruptione indiuidui, cū ipsa mentis in corruptione. Et difficilior est incorruptio mētis cū carne corruptibli cōiuncte, Idō præfertur hęc cōtinentia illi quæ est in angelis. Vñ subdit Ambr. Maior est tñ victoria virginū q̄ angeloꝝ. Angeli.n. sine carne viuūt: hoies vero virgines in carne triūphāt. Dimissis ergo ꝑdictis documētis quæ dātur exaduerso dicedū est qđ ad integritatē virginitatis duo reqrūtur, videlicet integritas carnis cū integritate mētis. Quę tāgūtur ab Aug. lib. de nuptiis & cōcupiscētia. Cū ait. Virginitas est in carne corruptibili in corruptionis ꝑpetua meditatio. Et Ambro. li. de virginitate ait. Castitas virginalis est expers contagionis integritas: Ita ꝙ integritas carnis dicatur materiale: propositū vero perpetuo seruandi integritatē illam siue abstinendi a delectatione venerea sit quasi formale & cōpletiuū vt ait Sanctus Thom. in secūda. 2. q. 157. Ornatus vero siue decor virginitatis est sanctitas vitæ. Vnde Hiero. ad Metridialē virginē ait. Adornetur mox sanctitate virginitas, & quia ad hoc maxime operatur charitas quæ forma & decor est omniū virtutū. beatus Bernar. super illud Matt. 25. qđ de virginibus dicitur. Surrexerūt omnes virgines illæ & ornauerunt lampades suas. ita dicit. Castitas sine charitate lampas sine oleo. Subtrahe oleū, lampas non lucet. Tolle charitatem: castitas non placet. Et hoc videtur referri diffinitio illa Augu. libro de virginitate dicētis. Virginitas est per piam continentiā ab omni concubitu immunitas. Pia aūt

Cypriā. August. Glo. August. Hiero. Beda. Glo. Ambro. Glo. Ambro. August. Ambro. S. Tho. Hiero. Bernar.

cet statum dignitatis pōtificalis, vt legitur de benedicto filio suo hebræ. 7. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus. Manifestum est autem ꝙ hæc innocentia prout de Christo dicitur non est talis quo modo vocamus innocentes paruulos, sed prout nūq̄ fuit sub peccato. Ita ergo decet innocentia beatam virginem. ¶ Ad istam rationem dico ad antecedens & ad consequentiam. Ad antecedens dico ꝙ licet deceat statum virginitatis innocentia quæ est perfectio simpliciter, non tñ secundum omnem gradum suum, sicut supra dictum est. Vnde scriptura sacra plures vocat innocentes in pctō originali conceptos. Innocentiæ tñ aliquis gradus est soli Christo proprius. Ad pñtiam vero qua arguitur ꝙ ex quo in auctoritate apostoli innocentia dicta de Xp̄o sumatur pro eo quod est nunq̄ fuisse sub peccato, ꝙ ita sit intelligenda de beata virgine, dr̄ ꝙ nullo modo admittenda est. Tum primo, quia dicit August. lib. 5. contra Iulianū. Corpus Christi inde dictū est esse ad similitudinē carnis peccati: quia omniū hoīum alia caro peccati caro est. Quisquis hoc negat & carnē xp̄i ita cōparat carni inocētiū hominū cæterorū vt asserat vtrāq̄ æqualis puritatis, detestandus hæreticus inuenitur. Tum secundo, quia nulla ratio admittit ꝙ eadem innocentia dicatur esse in reconciliatore & reconciliato. Nec potest reconciliationis locum habere, vbi nunq̄ fuit culpa, sicut superius auctoritate & ratione probatum est, dicente Apostolo Ro. 5. ꝙ cum inimici essemus, recōciliati sumus Deo. Oportet ergo necessario aut negare beatā virginē esse de numero reconciliatorū æterno patri per Xp̄m, quod esset erroneū, aut dicere ꝙ nō sub eadem dignitate innocētia quæ in Christo fuit. f. quæ est nunq̄ fuisse sub pctō, fuerit in beatissima virgine. Et hoc manifeste deducitur. ex illa auctoritate Anselmi quam deducit pro se dn̄s relator exaduerso. Nempe decens erat vt ea puritate niteret qua maior sub Deo nequit intelligi. quia in hoc qd dicit sub Deo. vt ait dn̄s Bonauentura innuit ꝙ puritas beatæ virginis deficit a puritate Christi. Et ideo aliquā maculam (inquit) habuit. Sed non actualē, ergo originalē. Et ideo vult dicere Anselmus ꝙ caruit omni macula actuali, non autem originali. Et cum dicitur ex aduerso ꝙ hæc puritas innocentiæ sub deo potest intelligi, quia reperitur in angelis, ergo illa est attribuenda virgini. Dr̄ primo (vt idem dn̄s Bonauentura ait) ꝙ illud nō potest intelligi rationabiliter. Illud. n. (vt ait) rationabiliter dicitur intelligi, quod rationabiliter cogitatur. Non aūt rōnabiliter cogitatur ꝙ nata de voluptate viri careat originali peccato. Hæc ille. Quod vero adducitur de angelis, non est ad propositum: quia cum in angelis non sit propagatio siue origo vnius ab alio, non potest ibi intelligi nisi culpa actualis: & puritas quę omnem talem culpam actualem excludit. In præsenti autem loquimur de originali, quod in eis locum non potest habere. Et ideo in talibus comparationes huiusmodi cum non cadant inter ea quæ sunt eiusdem rationis licet videantur parum eruditis apparentes, nullas tamen vires habent ad probandum intentum.

August.

Ansel. S. Bonauetura. Ansel.

Bonauētura.

¶ Quomodo dicatur ecclesia sine macula & ruga. Cap. 19.

VINTO arguebatur sic exaduerso ex illo. Augu. in libro de bono virginitatis dicentis ꝙ tam ecclesia q̄ virgo Maria est mater & virgo. Sed ecclesia ita est virgo ꝙ nunq̄ fuit nec erit in ea macula aut ruga. ergo nec in beata virgine. ¶ Ad istam

rationem dicitur,primo ad minorem, ꝙ intelligendo eã ita vl'r ficut vr̃ induci exaduerso,est falsa: & euacuare videtur totum opus redẽptionis factę p Xp̃m. Si enim in ecclesia nũq̃ fuit macula q̃d opus fuit vt eã lauaret Xp̃s sanguine suo? Ait enim apostolus ad Ephe. 5. Christus dilexit ecclesiã & tradidit semetipsum pro ea vt eam sanctificaret mundans eã lauacro in verbo vitæ. Et Io. ait Apoc.

Glo. 1. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Glo. ab originalibus, & actualibus. Præterea. Si in ecclesia nunq̃ fuit macula quomodo inquit

August. August. in primo de baptismo paruulorꝝ, nõ sint ingrati homines gratiæ Dei pusilli cum magnis. A minore vsq; ad maiorem totius ecclesiæ vox est, erraui sicut ouis perdita: omnium membrorum Christi vox est, omnes vt oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nostris? Hæc ibi. Neganda est ergo minor illa. Nec obuiat in contrarium illud quod idem Apostolus ait ad Ephe. 5. Christus dilexit ecclĩã & tradidit semetipsum pro ea: vt eã sanctificaret, mũdãs lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet sibi ipse gloriosam ecclesiam non habentem maculam nec aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Tum primo quia non ait ꝙ non fuerit sub macula: immo præsupponit, quia ad hoc eam sanctificauit & mundauit vt exhiberet eam sibi gloriosam non habentẽ maculã: neq; rugã. Nõ ergo potest intelligi de originali, cũ illa obnoxia fuerit in omnibus membris suis ab ipso Abel a quo ecclesia dr̃ incepisse vsq; ad vltimũ iustũ, qui propagatiõe seminali nasciturus est. Ideo. (vt superius allegatũ est) dicit August. ꝙ vox totius ecclesiæ est a minore vsq; ad maiorem. Erraui sicut ouis perdita. Et ita patet non ita se habere quod pręsupponebatur: nisi quis velit sophisticæ loqui: & vniuersam difficultatẽ nostræ fidei ad sophistariam referre. Tum secundo nõ militat quia si auctoritas illa intelligatur de omnimoda puritate & immunitate ab omni macula, non verificatur pro præsenti statu

August. de ecclesia, sed pro futuro (vt ait Augustinus de nuptiis & cõcupiscentia tractãs præfatum verbũ Apostoli) qui dicit. Vt exhibeat eam sibi nõ in isto seculo, sed in futuro, non habentẽ maculã aut rugã, aut aliquid hmõi. Nam qui mõ eam talẽ esse dnt̃ & tñ in illa sunt, qm̃ & ipsi fatentur se habere peccata. Si verum dicunt, profecto qm̃ mundi nõ sunt a peccatis, habet in eis ecclesia, maculam. Si autem falsum dicunt, quia duplici corde loquuntur habet in eis ecclesia rugã.

August. Si autem se dicunt habere ista non aũt ipsam ecclesiam. ergo se non esse membra eius, nec se ad corpus eius pertinere fatentur, vt etiã sua confessione, damnentur. Hæc August. Eiusdem sententiæ est etiam in sermone super illo verbo primæ. Io. primo. Si dixerimus ꝙ pc̃m̃ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Vbi cũ Pelagius opponeret sic dicens. Apostolus dicit. s. ad Ephe. 5. Xp̃s dilexit ecclesiã & tradidit semetipsam pro ea vt illã sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitę vt exhiberet eã sibi gloriosam non habentem maculã neq; rugam aut aliquid huiusmodi, vt sit sancta &

August. immaculata. Quid est ergo, q̃d dicit, si dixerimus, ꝙ pc̃m̃ non haberemus &c? Respondet August. in primo sermone. Vbi ostenso primo, nullũ. s. hic esse sine peccato ad repellendũ hæreticum, declarat cõsequenter qualiter verba Apostoli sunt intelligenda, ita concludens ex antedictis. Habet ergo (inquit) ecclesia maculas & rugas: sed oratione ruga ostenditur: confessione macula abluitur. Stat ecclesia in oratione, vt mundetur confessione: & q̃diu hic viuitur, sic stat: Et infra. Hoc ergo hic agitur non vt habeat ecclesia maculã nec rugam. Sed

S. Tho. ibi. s. in alia vita. Hæc ille. Cui sententiæ August. conformãs se. S. Thom̃. in tertia parte. q. 8. dicit ꝙ esse ecclesiã gloriosam non habentẽ maculam neq; rugã

est vltimus finis ad quem perducemur per passioné Xpi. Vnde hoc erit in statu patriæ, non autem in statu viæ: in quo si dixerimus ꝙ pctm̄ non habemus nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est. Hæc ille. Est tñ verũ ꝙ loquẽdo de macula peccati mortalis, quo ad mẽbra ecclesiæ, quæ sunt actu numero & merito membra eius, confitendum est ꝙ pro statu pñtis vitæ, ecclesia sit sine macula & ruga. Quæ omnia notantur in Glo. super auctoritate Apostoli prædicta, vbi sic ait. Vt ipse exhiberet Glo. in futuro. Ecclesiã gloriosam Glo. in animam & corpore rutilantem, secunda stola decoram, ecclesiam dico non habentem nunc vel tunc maculam. i. aliquod criminale pctm̄, nec rugam. i. mortale peccatum intus latens sicut est dolus. Duplicitas. n. ruga dr̃, & est sensus. Non habẽtem maculam nec rugam. i. mundam & simplicẽ, quia per actionẽ bonam munda est a macula: & per spem tensa ad superiora, vel ad hmõi. i. peccatũ aliquod pro quo sit damnabilis. Vt sit sancta. Gl. i. hic per bona opera: & immaculata in abstinentia mali, vel de futuro, vt tunc sit sancta per gloriã qua fruetur: & immaculata per corruptionis remotionem. Sicut ergo Christus fudit sanguinem vt lauaret maculam ecclesiæ: & extendit se in cruce vt toleret rugam: sic & viri si opus est debent mori pro saluandis vxoribus & verbo vitę eas instruere vt exhibeant eas Deo. Hęc Glo. Pariter Glo. in cap. omnibus quod est Hierony. 24. q. 1. vbi dicitur ꝙ ecclesia sit sponsa sine macula & sine ruga duplicitatis. Et hęc est sanctitas illa de qua in symbolo dr̃: & vnam sanctã catholicam &c. Ex quibus patet clarissime primo quo sensu minor illa assumpta, videlicet ꝙ in ecclesia Dei nunq̃ fuit nec erit aliqua macula, sit falsa. Secundo patet qualiter intelligendum sit cũ veritate quod dr̃. s. ꝙ ecclesia non habet maculam nec rugã. Tertio qualiter virginitati qua ecclesia virgo dicitur non repugnat in membris suis sub macula, aut corruptione originalis peccati fuisse, immo nec etiã cum veniali esse. Quod manifestius fit si ꝙ Augu. super Io. Ome. 13. tractans quomodo omnis ecclesia. virgo appelletur dicit audiamus. Vbi postq̃ declarauit quomodo virginitas carnis in ecclesia paucorum mẽbrorꝫ est, & omniũ virginitas mentis, quęrit quę est virginitas mentis. Et Respõdet ꝙ virginitas mentis quę est omniũ fideliũ, est integra fides, solida spes, syncera charitas. Hęc ille. Et in glo. super illud Apostoli. 2. Corin. 11. despondi vos vni viro virginem castam exhibere Xpo, vult intelligi ecclesiã totã virginẽ esse, & in omnibus suis membris virginitatem mentis seruare. Vnde ita ait. Virginem castam exhibere Christo. i. virginitate mentis, & si non integritate corporis quæ virginitas mentis est omniũ fideliũ. Hęc ibi. Quare patet ꝙ huic virginitati non repugnet aut fuisse in ori. pctõ, aut actu esse sub macula venialis peccati. Poterat ẽt dici ad rationem factam ꝙ non procedebat. Qm̃ cũ ecclesia nõ sit vnum suppositum humanum quod processit per viam seminalẽ quo modo processit beata virgo, deficit ratio similitudinis: & per consequens virtus rationis.

Glo. Glo. Glo. Hiero. Glo.

¶ Ad idem 6. ratio exaduerso diluitur. Cap. 10.

SEXTO arguebatur sic exaduerso ex dicto Bernardi in sermone qui incipit. Signum magnum apparuit in cœlo &c. Et ponã auctoritatem in forma quia in relatione exaduerso nõ plene seruantur verba auctoritatis. Dicit ita Bernar. Solet aũt luna non modo defectum corruptionis, sed & stultitiã mentis nonnũq̃ vero & ecclesiam huius temporis designare. Illam quidẽ propter mutabilitatẽ. hãc sane propter Bernar.

susceptū aliunde splēdorē. Vtraq; vero (vt ita dixerim) luna, sub Mariç pedibus congrue satis intelligi pōt: alio tñ, & alio mō. Ex ista auctoritate (dicit dñs relator exaduerso) patet manifeste propositū. Primo quia dicit ꝙ defectus corrup. est sub pedibus eius. Scdo quia si eccl'ia huius tpis est sub pedibus Mariæ: & hæc fuit: estq; semper immunis ab oī corrup. peccati. ergo multo amplius. b. v. sub cuius esse pedibus dicitur. ¶ Ad istā rōnē rñdetur primo ꝙ cū apertissima sit doctrina & intentio huius sancti doctoris circa cōceptionē. b. v. qui nō verbis obscuris, non translatis, non terminis explanatione indigētibus, sed terminis planissimis: clarissimis: & intelligibilibus ab oibus, dicit eā pctō ori. obnoxiā fuisse (vt superius multiplici eius testimonio visum est) nō parꝝ dispendiū vr̄, nec coram sapiētibus practicandū, per quandā violentiā velle ex eius dictis extorquere qd nunq̄ intendit. Dico tñ ad rōnē factā ꝙ non militat. Tū primo quia hoc qd dr̄, ꝙ sub pedibus eius fuit oīs defectus corruptionis, nōdum probatū est esse

Bernar. referendū ad tēpus cōceptionis. Neq; doctor ipse gloriosus Ber. cuius auctoritas inducit̄. ita refert, sed ad incarnationis tēpus, vt patet ex ipsa serie textus. vñ ait. Mulier quidē amicta sole. Plane amicta lumine tanq̄ vestimento: in te manet deus: & tu in eo; & vestis eū & vestiris ab eo. Vestis eū substātia tuæ carnis, & vestit te suæ gloria maiestatis. Vestis nube solem, & sole ipsa vestiris. Nouū. n. fecit dñs super terrā, vt mulier circundaret virū, vt mulier sole appareret amicta. Hęc ille. Ex quibus apparet clarissime ꝙ ad propositum cōceptionis in nullo suffragetur auctoritas illius doctoris. Præterea, secunda ratio nō militat qm̄ ꝙ ecclesia semper immunis fuerit ab omni corruptione peccati, quod sumitur exaduerso pro fundamento, superius est improbatum, & militat cōtra auctoritatē scripturæ & sanctoꝝ. ¶ Sed dr̄ exaduerso replicando ꝙ si ponatur illa innocentia in virgine beatissima non in conceptione, sed postq̄ sanctificata est, ꝙ attendendum sit ꝙ sancti laudantes beatā virginē conati sunt attribuere ei singulares prærogatiuas, quæ non inueniuntur in aliis. Qui. n. super cæteros in laude magnificatur, oportet dici competere sibi virtutes prę omnibus aliis, aut saltem ꝙ eidem cōpetant in altiori gradu. ¶ Ad hoc dicēdum est ꝙ ita est in proposito, quoniam ipsa innocētia & puritas & immunitas corruptionis quæ beatæ virgini attribuitur, licet non tempore conceptionis, sed sanctificationis quæ cōceptionem secuta est altioris est gradus & sublimioris q̄ sit puritatis suę innocētia cæteris sanctis omnibus de ecclesia collata. Sicut. n. dicit beatus Ber

Bernar. nardus. Copiosior sanctificationis benedictio q̄in aliis sanctis ab vtero sanctificatis in eam descendit, quæ nō solū ortū sanctificaret, sed etiā vitā eius ab omni pctō deinceps immunē conseruaret. Quod quidē nemini in natis mulieꝝ creditur esse donatū. Quocirca optime dicit beatus Bernar. ꝙ pñs ecclesia quæ tan

Bernar. ta (vt dictū est) sanctificatione nō fuit donata, vt in pñtis vitæ statu, ab oī pœnitus macula. in suis mēbris esset immunis, sit sub pedibus beatissimæ & splendidissimę virginis, quæ vniuersos sanctos supergressa est munere sanctitatis cuius excellētiæ & prærogatiuæ singularis sanctificationis grā & rōne fœcūditatis adiunctæ virginitati. nō aūt rōne puritatis cōcep. (vt dr̄ exaduerso; cātat de beata virgine vlis eccl'ia. Sācta & immaculata virginitas quibus te laudibus efferā nescio Seqtur. Quia quē cœli capere nō poterāt tuo gremio cōtulisti. Et inde nō immerito de virginibus quæ nec hac sanctificationis prærroga. dotatæ sunt nec tāto fœcūditatis miraculo sublimatę hoc nō cantatur. Ex quibus oībus patet clarissime rōne: nullo mō procedere quibus exaduerso tētatū est probare ꝙ ex eo ꝙ. b. M. v. virginū dr̄, immunis fuerit ab ori. pctō. ¶ Sed quæritur exad-

uerso. Quæ ergo cā quare virgo virginū dicatur, si nō singularitate puritatis cōcep. Rñdeo iuxta sñiam eorꝝ doct. quorꝝ relator sum, ꝙ.b. Dei genitrix Maria nō dr̃ virgo virginū rōne puritatis cōcep. suæ, quia soli Xp̃o illa propria fuit, sed rōne aliaꝝ multaꝝ prærogatiuaꝝ quibus ipsa splendidior astris cæteras virgines supergreditur vniuersas. Prima ratio est quia virginitas sua est sublimioris sanctificationis, & per cōsequens puritatis, vt dictū est. Secunda est quia virginitas sua fuit prius deo dedicata. Ideo recte per amigdalū figuratur. Quēadmodū.n. amigdalus inter cæteras arbores prius flores producit, sic etiā ipsa inter cæteras mulieres prius votū virginitatis emisit. Vñ Ber. in sermone assumptionis eiusdē qui incipit. Tēpus loquēdi est. Si reꝝ precia de raritate pēsamus, quæ prima in terris angelicā proposuit ducere vitā, sup oēs est. Tertia ꝗa ipsa beatiss. v. sublimior est: quia mater oīum in virginitate. Ipsa quippe prima sine ꝑcepto, cōsilio, vel exēplo, gloriosum virginitatis munus deo offerens, oēs virgines p imitationē in virginitate genuit. De qua (inqt Alber. Magnus i tractatu de laudibus eius) Soli ei cōuenit ꝙ sit. virgo virginū, & mater omnium virginū. Quarta rō, quia habuit cōiunctā fœcunditatē. Fuit.n. virgo & mr̃. Q d quidē nunꝗ alia habuit nec habitura est. Vñ de ea cantat ecclesia. Gaudiū matris habens cū virginitatis honore. Quinta rō, quia habuit virginitatem trāsfusiuā. Transfundere quidē videbatur radios puritatis suæ in alios. Quippe ꝗuis pulcherrima foret, a nullo tñ vnꝗ potuit concupisci. Eius.n. puritas intuentium corda penetrās, in eis oēs motus illicitos extinguebat. Hinc in sacra scriptura legitur cōparata myrrhę & cedro quæ odore suo habent effugare serpētes. Sexta rō est quia eius virginitas fuit præ omnibus aliis adornatior & splendidior virtutibus. Ipsa.n. est illa mulier de qua in figura dr̃. Apoc. 12. ꝙ habet 12. stellas in capite suo. Ex quibus iam clarissimū habemus ꝙ absq; eo ꝙ beatissima virgo ab originali peccato fuerit præseruata, habuit plures prærogatiuas quibus merito dicenda, & prædicanda venit virgo virginum. Ber. Albert. magnus

¶ In quo respondetur rationibus exaduerso sumptis ex secunda prærogatiua.b.v. qua dicitur sponsa Dei. Cap. 21.

PRAETEREA secūdo principaliter arguebatur exaduerso ex secunda ꝓrogatiua qua.b.v. dr̃ spōsa dei, idē, videlicet ꝙ.b.v. immunis fuerit ab origi. pctō. Et hoc sic primo. Decet (prout legitur in lib. canti. Et Apoc. 21.) sponsam ornatus, pulchritudo, & immunitas ab omni fœditate & macula, ꝙ maxime decere vr̃ beatissimā virginē spōsam altissimi. ¶ Ad istam rationem dr̃ ꝙ non probat intentum. Tum primo quia si militaret, pariter probaretur, ꝙ ecclesia ipsa quæ sponsa altissimi dicitur ad literam in locis supradictis. s. libro canticorū. 2. Apoc. 21. in suis mēbris quorum rōne dicitur sponsa, fuisset immunis ab originali peccato. Quod esset minus catholicū dicere. Patet autem consequentia cum deus non sumpserit eam nisi fuisset decenti ornatu & puritate adornata, vt dicit illud psalmi: Audi filia & vide & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum & domum patris; quia concupiuit Rex speciem tuam. psalmo. 44. Super quo verbo Augustinus ita ait. Vndecunq; venerunt gentes a patre diabolo venerunt, sed patri diabolo renunciauerunt. Obliuiscere populum tuum, & domum pr̃is tui. Fœdā te genuit, cū peccatricem te fecit; pulchrā te iste regenerauit q iustificauit impiū. Obliuiscere populū tuū, & domū pr̃is tui, qm̄ cōcupiuit rex spēm August.

tuam.Quam speciē?nisi quā ipse fecit?Cōcupiuit spēm. Cuius speciē? Spēm peccatricis, inique, impie, qualis erat apud patrē diabolū?Nō. Sed de qua dicitur. Quæ est ista quæ ascēdit dealbata. Ante ergo nō alba, postea dealbata. Hæc August. Item nūquid(dr Iere. 3.)tu fornicata es cū amatoribus multis:tñ reuertere ad me, dicit dñs?Et infra. Voca me pater meus, dux virginitatis meæ tu es.

Glo. Vbi glo. ait. Despōdit.n. Deus animam amplexibus suis. Præterea. Idem incōueniens sequeretur circa quālibet virginem de qua ecclesia canit. Veni sponsa Christi accipe coronā quā tibi dñs præparauit. Plane ex hac propōne posita, exaduerso vr sequi vnū de duobus. Aut ꝙ nulla aīa quæ ori. pc͞tō fuit obnoxia sposa sit dei, aut ꝙ nulla ori. pc͞tō fuit obnoxia. Quoꝝ vtrūq; quātū sapiat de veritate catholica, vnusquisq; paꝝ peritus agnouit. Nō ergo requiritur ad hoc ꝙ aliqua anima dicatur, & sit sponsa dei altissimi ꝙ nunq̄ fuerit sub fœditate, cuiuslibet peccati, sed sufficit ad decentiæ ornatū ꝙ primo tempore dispensationis munda sit & immunis, a fœditate corruptionis. Maria.n. Magdalena licet multiplici fuerit añ macula deturpata, non minus tñ grata sponsa altissimi est, q̄ fuerit aliq̄ alia quæ nunq̄ corruptionibus eius subiacuit. Non enim ex hoc quis dicitur magis gratus deo quia non fuerit in pc͞tō, sed pro eo ꝙ diuinæ lumine gratiæ, quæ gratas Deo animas, facit amplius refulget. Nec vr (salua pace) veꝝ quod exaduerso replicādo inducitur, videlicet ꝙ nullus dubitet quin multo amplius suo sponso sit grata quæ nunq̄ fuit immūda, vtputa leprosa &c. q̄ quę fuit hmōi fœditate mundata. Hoc plane apud Deum ita esse, valde dubiū est, quicquid apud carnales animos minus eruditoꝝ hoīum de hoc contingeret. Ait.n. dñs Eze. 18. Si aūt ipius egerit pœnitētiā ab oībus peccatis suis quę

Glo. operatus est &c. Sequitur. Omniū iniquitatū eius, quas operatus est non recordabor. Vbi glo. ait ꝙ iustū, ante pc͞tōrem, non grauant antiqua delicta. Grauarēt aūt vti ꝑ si minus gratus deo esset post pnīam q̄ fuerit in innocētia. Sane ita liberaliter & profuse diuinitatis clementia condonat offensas: vt ad se conuersis

Glo. nullas improperet. Iacobi. 1. Dat omnibus affluenter & nulli improperat. Gl.

Hugo de Sācto Victore Fragilitatē. Vñ Hugo de sancto Victore libro de arra animæ dicit. Nunc autē tam syncera caritate diligit: ac si semper cū eo perstitisses: nec exprobat tibi rea tū: nec improperat beneficiū. Et si deinceps cū eo perseuerare fideliter, iꝫ sumq; vt decet amare: ac tuum illi amorē incontaminatum cōseruare volueris, maio-

Glo. ra se prioribus datuꝝ promittit. Quare dñs ait animæ, immo ipsi Ecclesiæ. vt ait Glo. Isa. 54. Noli timere Glo. Ecclesia de gentibus. Quia non confunderis, non erubesces. Non.n. te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris: & obprobrii viduitatis tūc non recordaberis amplius. Glo. viro tuo sociata per fidem Præterea. Quis audeat diffinire ꝙ vlīs ecclesia spōsa altissimi minus grata sit Deo Xp̄i sanguine mundata, q̄ si in statu innocentię permansisset maxime cum dicāt doctores cū sancto Thoma in. 3. ꝙ si nō peccasset homo, filius dei incarnatus non fuisset, & per ɔ̄ns natura humana nō ita sublimiter exal

Gregor. tata? Dicit.n. Gregorius. Fœlix culpa quæ talem ac tm̄ meruit habere redēptorem. ¶ Præterea nō vr recipiendū quoquomō in proposito quod inducitur exaduerso cōsequenter, videlicet, ꝙ nō solū dr peccator quis ex pñti, sed ex prę terito. Et ꝙ cōstat ꝙ sancti qui sunt in cœlo hodie nullum habent pc͞m quod aliqñ insuit & tñ vocantur pc͞tōres (salua pace sic dicentis.) Hoc.n. constat nō esse veꝝ. Quis.n. vnq̄ tale audiuit ꝙ sancti in cœlo existentes filii dei facti, pc͞tōres nominentur? Immo vr contrariū sacræ scripturæ. Dicitur.n. Apoc. 22. Omne maledictum non erit amplius: & nomē eius, f. Dei scriptum in frontibus

eo℞. Glo. vocabuntur agni quod est idem quod innocentes. ergo vr ꝙ nõ peccatores. De Maria autẽ Magdalena licet cum primo ad Xp̄m venit lotũ lachrimis pedes dñicos, & veniã postulatura: dicatur mulier quæ erat in ciuitate peccatrix: non tñ post conuersionem inter Xp̄i discipulos legitur appellata siue dicta peccatrix. ℭ Cæte℞ non dicit August. illud quod exaduerso sibi imponitur libro de natura & gratia. Absit. n. ꝙ tam sanctus vir, & doctor tam eximius, de sanctis Dei in sanctuario gloriæ collocatis a quibus extersit Deus omnẽ lachrimã ab oculis eo℞. diceret ꝙ si interrogati essent nunc an peccatum haberent. responderent si dicerent ꝙ pctm̄ non haberent ꝙ veritas nõ esset in ipsis. Dñs aũt relator nõ integre & plene videtur respexisse auctoritatẽ Augustini. Et ideo non immerito, si non plenã eius intelligentiã habuit. Aug. aũt sic dicit vbi supra. Hac ergo virgine excepta, si oẽs illos sanctos & sanctas cũ hic viuerẽt cõgregare possemus & interrogare vtrũ essent sine pctõ: quid fuisse respõsuros putamus? Vtrum hoc ꝙ iste ait. s. ille hæreticus cõtra quem loquebatur, an quod Io. Apl's? Et dicit ꝙ illud quod Io. Apostolus, videlicet ꝙ si dixerimus ꝙ pctm̄ non habemus, nos &c. Ecce ꝙ August. dicens si oẽs sanctos & sanctas dei dũ hic viuerent congregare possemus loquitur ergo de eis secundũ statum pñtis vitæ currentis & non gloriæ. Et maxime hoc patet cũ Aug. in eodem libro hoc notet ꝙ non ait apostolus si dixerimus ꝙ peccatum non habuimus: sed dixit si dixerimus ꝙ non habemus in præsenti. Glo. August. August.

ℭ Ad idem iterum arguitur exaduerso ex eadẽ prerogatiua. Ca. 22.

C AETERVM ex eodem arguitur exaduerso, tertio principaliter sic. Decet eam quæ vnica est sponsa Principis nunq̃ fuisse ancillã & seruã sui hostis. Si ergo virgo beatissima in originali cõcepta fuit, verum est dicere ꝙ sponsa dei aliquando fuit ancilla & serua diaboli. ℭ Ad istam rationẽ dr̄ primo ad añs. 2. ad cõsequens. Ad añs vero cũ dr̄, ꝙ decet eam quæ est vnica sponsa principis nũq̃ fuisse ancillã & seruã sui hostis, respõdetur. Primo ꝙ nedũ decet sponsam principis, sed etiã vnũquẽq; amicum aut seruũ principis, & ita nedũ decet beatã virginẽ non fuisse in originali pctõ, sed nec etiã aliquẽ hominẽ totius mũdi cũ hoc ad ornatũ humanę naturæ pertineat, & oppositũ ad deformitatẽ. Et ideo si ex tali decentia arguitur de beata virgine consequentia necessaria ꝙ fuerit præseruata, ita arguetur de quibusq; aliis. Et maxime de Ioachim & de beata Anna posset argui multũ apparẽter decendo. Decuit. n. ꝙ sponsa vnica principis non esset filia parentũ qui fuerunt qñq; serui, & sclaui diaboli, cũ dicatur ecclesiastici. 3. Gloria hominis ex honore patris. Et tamẽ non sequitur. Secũdo dr̄ sicut superius dictũ fuit ꝙ aliud est dicere hoc fuisse decens isti. i. faciens ad ornatũ huius simpliciter consyderãdo, & aliud ꝙ decuerit a deo fieri. Decuisset. n. multum humanũ genus nõ incurrisse hanc ruinã, nõ dicitur tñ ꝙ fuerit indecens hoc permitti a deo fieri. Consequẽter dr̄, ad consequẽs ꝙ hoc cõsequẽs concedere vr̄ necessariũ s̄m fidẽ catholicam, videlicet ꝙ animæ quę nunc sponsę dei sunt aliquando fuerint aliquomodo seruę diaboli. Quod patet si quis cõsyderet auctoritates supradictas Isaiæ Iere. & Ezechiel. & illam Isa. 52. Cõsurge Israel, solue vincula. Gl. interli. i. peccata, colli tui captiua filia Syon: quia hęc dicit dñs. Gratis venũdati estis. Glo. interli. diabolo. Et sine argento redimemini. Glo. sanguine agni immaculati. Item canti. 6. vbi animã peccatricem vocat ad se sponsus, ait. Reuertere suna- Glo.

Glo. mitis. Quæ interpretatur captiua. Et ita habet Glo. s. vinculis pctóꝝ. Itē Apostolus ad Ephe. 4. loquens de animabus patrum & fidelium existentium in limbo quas Christus ascendens transuexit in coelum, inquit. Ascendens Xp̄s in altū
Glo. captiuam duxit captiuitatē. Gl. i. eos quos Deus captiua erat. Ex quibus oībus patet animas iustoꝝ quæ nūnc Xp̄o tanq̄ dilectissimę sponsæ copulantur, primitus seruituti diaboli subiacuisse. Quod cum necesse sit omnibus confiteri qui Christi sanguine sunt redēpti, vt diffinitio apostolica superius posita ait, ꝙ nō potest dici redemptus nisi qui fuerit vere per peccatum ante captiuus: doctores quorum relator sum, dicunt id veraciter esse concedendum de virgine benedicta ratione contracti originalis peccati.

¶ Ratio alia exaduerso ex eadem prærogatiua inducta diluitur. Cap. 23.

PRAETEREA quarto arguitur sic exaduerso multum decet spōsam ꝙ semper fuerit a suo sponso dilecta, vel dilectam se exhibere, non habendo in se aliquod quod merito deberet odiri. Semel autem peccasse retrahit a perfecta dilectione. ergo beatā virginem sponsam Dei omni dignam dilectione, decuit nunq̄ fuisse odibilē nec peccasse. ¶ Ad istam rōnem licet ex dictis sufficienter pateret solutio, tñ quia multa complectitur, & aduersa pars in ea multum fundare videtur colorē opinionis suæ, respondetur: vt palam omnibus fiat ꝙ nullo modo procedit. Dicitur ergo in primis ꝙ ratio non videtur ad propositum pertinere: cū pro tempore conceptionis de quo sermo habetur, non fuerit sponsa actu Dei sicut nec mater Dei. Vnde in talibus argumētis cōiter fallacia accidentis cōmittitur. Aliquid. n. decebat beatissimā virginē cum sponsa & mater Christi erat actu: quod non videtur ita decuisse eandem pro hora cōceptionis, pro qua talis actu non erat. Secundo dr̄ ꝙ si rō illa aliquo modo procederet, intelligenda veniret de ea causa odii cuius vitatio in potestate fuisset sponsæ: cuiusmodi non est quod per originem cōtrahitur, qm̄ huic vt tali non debetur increpatio. vt superius dictū fuit. Et ideo ratio non facit ad propositū. Tertio dr̄ ꝙ rō nō militat, qm̄ si vires aliquas haberet, pariter probaretur ꝙ oēs animæ iustoꝝ quæ sunt sponsæ dei (secundū illud Apostoli. 2. ad Corin. 11. despondi enim vos viri viro virginem castam exhibere Christo) immunes fuissent ab omni eo quod odiri potuit a spōso. Quod tñ est falsum & contra illud, omnes peccauerunt & egent gloria Dei Ro. 3. Pręterea idem faciliter argueretur de parentibus beatissimę virginis dicendo decere sponsam tanti principis habuisse parētes qui semper fuissent dilecti a sponso: aut ꝙ dilectos semper se exhibuissent non habētes in se aliquid qd merito odiri posset. Cæteꝝ apertissime concluderetur de omnibus seruis Dei. Non paꝝ quippe decet vnūquēq; seruum aut per dilectū fuisse a dn̄o, aut nunq̄ in se habuisse aliquid qd oculis domini displicibile visum esset: maxime si verū esset quod exaduerso asseritur, videlicet ꝙ semel peccasse retrahit a perfecta dilectione. Dicitur ergo ad rōnem ꝙ licet hoc. s. nūq̄ habuisse in se aliquid qd odiri possit a deo vero sponso animaꝝ & decēs fuisset in beata virgine & in cūctis aliis animabus suis nunq̄ peccasse: hoc tñ dicunt doctores, quorum relator sum, non decuisse alicui concedi vt saluatori nostro dignitas illa seruaretur integra: qua est illa de qua inquit Apostolus. 2. Corint. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et ad Romañ. 5. cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Vt. n. superius ostensum est auctoritatibus

bus & rationibus. cum reconciliatio necessario præsupponat fuisse aliquid culpabilitatis, & per consequens odibilitatis in reconciliato, repugnat rationi quod virgo beatissima reconciliata Deo patri per mortem filii dei dicatur, & quod nunquam habuerit in se aliquid ad quod displicibile fuerit. Et cum oēs cōcedant quod nihil habuerit propria operatiōe actu, necesse erit dicere quod habuerit aliquid tale originale contractum.

¶ Deum simul odire & diligere aliquid quis sensus. Cap. 24

SECVNDO respondetur quod cum hoc quod est aliquando habuisse pctm̄ siue aliquid quod odio a Deo haberi potuit stat dilectio dei. Deus. n. ab æterno diligit omnia: nec per diuersa tempora variatur eius dilectio: sed æterna est. Licet quandoque sit in hominibus aliquid qd odio habeat. s. pctm̄. Nihil aūt prohibet aliquē secūdu aliquid diligi, & secūdum aliquid odio haberi. Sicut de reprobis & pctōribus dr̄, quod inquantum mali sunt, odio habentur. Vnde Augu. super Io. & ponitur a Magistro in tertio sententiarum. di. 22. ait. Incompræhensibilis est dilectio atque incommutabilis, qua deus in vno quoque nostrum amat quod fecit: sicut & odit quod fecimus. Miro igitur & diuino modo et qn̄ odit, diligit nos, & hoc quidem in omnibus intelligi potest. Hæc ibi. Quare ecclesiæ de populo Israel quam prius increpauerat, tanquam merentem, ait dn̄s Iere. 31. Charitate perpetua dilexi te: & iō attraxi te miserās. Rursusque. Ædificabo te. & ędificaberis virgo Israel. Et Apostolus de seipso & aliis prædestinatis, ait. Benedictus Deus & pater dn̄i nostri Iesu Christi qui benedixit nos in omni benedictiōe spirituali, in cœlestibus in Xp̄o, sicut elegit nos ante mundi cōstitutionem. Et post. Gratificat nos (inquit) in dilecto filio suo. Super quo Ber. super psal. Qui habitat. Qūo non dilecti iam tunc in illo: qn̄ electi in illo. Quomodo non ei grati, in quo gratificati sumus. Sic ergo Xp̄s secūdum tempus quidem pro impiis mortuus est, secundū prædestinationem pro fratribus & amicis. Hæc ille. Et beatus August. super psal. 44. de ecclesia vniuersali loquens dei altissimi sponsa ait. Ita assumpta est ecclesia de genere humano, vt caput esset ecclesiæ ipsa caro verbo cōiuncta: & cæteri credētes membra essent illius capitis. Nam vis videre quis venerit ad nuptias. In principio erat verbum, & verbum erat apud deū & deus erat verbū. Gaudeat spōsa amata a deo, qn̄ amata? Dū adhuc fœda. Oēs. n. peccauerunt, ait Apostolus, & egent gloria Dei. Et iterum. Et. n. Xp̄s pro impiis mortuus est. Amata est fœda ne remaneret fœda. Non. n. vere fœda amata est, quia non fœditas amata est. Nam si hoc amaret, hoc seruaret: euertit fœditatem, seruauit pulchritudinem. Et, infra. Amemus illum sponsum, Et si inuenerimus in eo aliquid fœdi, nō amemus. Ecce ipse inuenit & amauit nos. Hæc ille. Et Hugo de sancto Victore in libro de arra animæ. O anima cogita quantum diligat qui tanta facere dignatus est propter te. Et infra. Olim cum non esses te dilexit vt conderet. Postea cum fœda esses, te dilexit vt pulchrā faceret. Stat ergo quod virgo beatissima semper fuerit dilecta, licet pro aliqua morula habuerit aliquid contractum, quod odio habetur, adeo, eo modo quo Deus dr̄ odire aliquid. Quod pro eo dr̄, quia affectus odii in deo non cadit cum sit charitas. 1. Io. 4. Sed similitudinarie intelligendus est odire. s. penes punitionis effectum. Vnde Glo. super illud psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatē, ait. Odisti. i. odisse videris dum separas a te. Non. n. odium cadit in Deum. Hæc Glo. Quod vero adducitur. exaduerso nō militat; videlicet quod odio sunt deo impius & impietas eius. Sapientiæ

August. Magr sniarum

Bernar.

August.

Hugo de Sācto Victore

Glo.

Nico. de Lira. 14. ¶ Tum primo quia hoc pro eo dictum est (vt ibi dicit Nico. de Lira) quia fabricator idoli & idolum ab eo factum, vtrumque est causa idolatriç. Tum secũdo, qa noibus illis designatur, id qd est odibile & displicibile deo. s. peccatum. Arguere autem ab accidente ad subiectũ est fallacia accidentis. Præterea non videtur, concedendũ quod dicitur exaduerso, videlicet ꝙ semel peccasse retrahit a perfecta dilectione. Verbum plane prima facie durum auribus peccatoꝝ. Si enim semel peccasse retrahit a perfecta dilectione: quid dicendum erit de eo qui innumera peccata cõmisit? Desperaret fortasse nisi Apostolum audiret consolantem, & dicentem. Vbi superabundauit delictum, superabundat & gratia. Ro. 5. Item nisi audiret ꝙ pater suscepisset filium prodigum, restitui iubens stolam primam, annulũ, & calciamenta Luc. 15. qd erat signum qd restituebatur perfecte dilectioni. Item nisi audiret insuper dominum dicentem Luc. 20. ꝙ filii resurrectionis erunt çquales angelis in cœlis: & ita qui peccatores fuerunt his qui semper innocentes permanserunt, & per consequens çque dilecti. Non enim iuxta conditionem dilectionis hominum iudicandũ est de dilectione dei. Non. n. deus dicitur perfectius diligere vnum q̃ alium quãtum ad affectũ dilectionis, quasi intensius diligat; cum deus hoc modo, çqualiter diligat omnia. Respectu enim cuiuscunque rei in diligendo, dilectio sua habet infinitã efficaciam: Sed dicitur magis diligere ex parte obiecti. s. inquantũ vni vult magis bonum q̃ alteri. Vnde Magister sententiarum vbi superius dictum est, ait. Dilectio dei nõ recipit magis & minus secundum essentiam sed tm̃ ſm efficientiam, vt magis dilecti dicantur quibus ex dilectione ab æterno maius bonum præparauit & in tempore tribuit, et minus dilecti quibus non tantum. Et ideo cum sæpe velit deus maius bonum aliquibus peccatoribus q̃ innocentibus, immo etiã multis hominibus qui peccauerunt maius q̃ multis angelis, tales magis dilecti dicuntur, a deo: & per consequens magis diligibiles dicẽdi sunt, cum deus non diligit magis nisi qd magis diligibile fecit. Hoc ergo qd est aliquãdo peccasse, aut peccatum habuisse non videtur retrahere a perfecta dilectiõe: nisi forte apud eorum animos qui implacabiles sunt, aut prçteritaꝝ iniuriarũ memoriam in pectore semper decoquunt. Q d longe est ab illa suauitate & pietate diuina. Vnde dñs ait per Malachiam prophetam. 3. cap. Placebit deo sacrificiũ Iuda & Hierusalem sicut dies seculi & anni antiqui. Si vero, dicatur exaduerso ꝙ per li perfectam dilectionem a qua retrahit semel peccasse, intelligatur dilectio qua sit perfectç diligibilis persona quæ nũq̃ in ea aliqd displicibile commissum aut contractum inuentum est, tunc verum est quod dicitur. Sed dicunt doctores, quorum relator sum, iuxta auctoritates & rõnes supra positas, talis dilectio solius fuit Christi in toto genere humano. Et probatur per illud Gregorii qui tractans illud Geñ. 6. Pœnitet me fecisse hominem, ita dicit. Sibimet displicuit in peccatoribus quos creauit: In solo autem vnigenito domino nostro Iesu Christo: quia hunc inter homines hominem creasse eum non pœnituit in quo peccatum nullum inuenit. Et idem est Beatus Remigius qui super illud Matth. 3. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: Ita dicit, & ponitur in glosa. continua. In eo bene mihi complacui: quia istum solum sine peccato reperi. Hæc ille. Quod autem aliquis gradus diligibilitatis, aut perfecte dilectionis reperiatur in Christo vnigenito filio dei, qui non reperiatur in virgine benedicta, non debet aliquis Catholicus admirari: cum necesse sit concedere ꝙ deus plus diligat Christum nedum secũdum diuinitatẽ, sed etiã secundum humanitatem, q̃ totam creaturam siue vniuersas creaturas simul, vt

Magist. sñiarũ. Gregor. Remig. Glo.

dicit Sanctus Thomas in.3.distinctio.32.iuxta Magistrum Sententiarum in eadem distinctione. Nec quod arguitur consequenter exaduerso habet locum videlicet ꝙ q3 Christus dilexit plus matrem suã ꝙ̃ quicunq; alius filius suam,ꝙ ideo decuerit vt eam fecerit dignam omnium dilectione simplr. Tum quia de ea pro eo tempore loquimur pro quo ipsa non erat mater dei,nec deus filius eius. Tum secundo quia decebat filium dei aliquam singularem dignitatem dilectionis siue amabilitatis præ cęteris omnibus habere sicut & habuit,quę nulli fuit cõicata. Cuiusmodi dicũt sancti esse istam,nunquã aliquid in se displicibile habuisse (vt habitum est superius.) Verum est tamen ꝙ beatissima virgo habuit omnem dilectionem & amabilitatem citra dilectionem & amabilitatem filii sui,quæ cõmunicabilis erat rationali creaturę. Et illa est ꝙ in ea nunquam fuit aliquid displicibile aut odibile deo quod propria operatione esset actum. Quod nemini sanctorum creditur esse donatum,vt ex dictis Bernardi superius habetur. Non habuisse autem in se huiusmodi displicibile nec propria voluntate operatum nec origine contractum,solius Christi sancti dicunt esse vt Gregorii & Remigii patuit testimonio. Nec oportet ꝙ Christus dederit.b. virgini illud quo dato eximebatur ipsa a numero redemptorum & reconciliatorum deo patri per mortem eius. Hoc enim derogasset gloriæ suæ. Rom.3. Omnes peccauerunt & egent gloria dei.

S.Tho. Magist. sniarũ.

¶ In quo respondetur rationibus ex aduerso sumptis ex eo quod dicitur gratia plena,& primo per auctoritates scripturę. Cap.25.

PRÆTEREA tertio principaliter arguebatur exaduerso ex tertia nominatione qua dr̃ gratia plena. Et arguebatur primo ex illo Hierony. in sermone assumptionis ita dicentis. Bene gratia plena: quia cæteris per partes præstatur. Mariæ vero simul se totam infudit gratiæ plenitudo. Nam & si in sanctis patribus, Patriarchis & Prophetis fuisse gratia creditur: non tamen eatenus plena. Equidem in Mariam totius gratiæ quæ in Christo est plenitudo venit: ꝙ̃ aliter. Ex ista auctoritate multisq; aliis similibus quibus originalia sanctorum sunt plena satis concludi posset inquit dominus relator exaduerso ꝙ in beata virgine fuerit virtus innocentię. Est.n. donum diuinę gratiæ: & fuit in Christo beatissimo filio suo. ¶ Ad istam rationem licet breui sermone posset solutio dari negando consequentiam: & ad auctoritatem Hieronymi dicendo ꝙ non intelligitur vniuersaliter pro omni tempore sui esse sicut ex ipsa circunstantia literæ clarissimum est: nec quo ad omnes effectus gratiæ: verũtamen quia in prædicta auctoritate & similibus pars aduersa videtur magnum fundamentum facere, plenior responsio dabitur ad eam. Vbi duo faciam. Primo remouebo quẽdam falsum intellectum auctoritatis adductę beati Hieronymi & similium loquentium de plenitudine gratiæ. Secundo dabo verum intellectum,& sic soluẽtur oẽs rõnes,quę solent fundari in prędictis auctoritatibus. Pro quo notãdũ ꝙ istius auctoritatis sensus quidẽ põt esse talis, videlicet ꝙ eadẽ plenitudo grẽ quę fuit in xp̃o,fuerit in bea.vir.ita qđ ęquales fuerint in grã. Et inde arguunt quidã qui talẽ sensum colligere vñr ex prędicta auctoritate,ꝙ grã immunitatis ab originali pctõ in bea.virg.fuerit,ex quo fuit in xp̃o. Quod aũt p̃fatę auctoritatis talis intellectus,nõ sit bene sanus,imo (vt aperte dicã) nõ sit Catholicus: patet multiplr. Tum auctoritate sacrę scripturę. Tum ratione manifesta. Tum

Hiero.

Error ex aduerso

determinatione ecclesiæ. Tum ex ipsius Hieronymi testimonio. Tũ ex cõmuni doctrina scholæ theologiæ. Auctoritate aũt sacre scripturæ multipliciter patet. Primo de Xpo p illud Iob. 28. Non adæquabitur ei Topazion de Ethiopia. Super quo verbo Gregorius ait (vt superius allegatum fuit. lib. 18. moralium: & ponitur et in glo. Nullus sanctus quibuslibet virtutibus plenus existat, æquari potest ei de quo dictum est. Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Nos quippe & si sancti efficimur: non, tamen nascimur: quia ipsius naturæ corruptibilis editione constringimur, vt cum propheta dicamus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Ille. n. solus sanctus natus est qui vt ipsam conditionẽ naturæ corruptibilis vinceret ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Hæc Gregorius. Ecce apertissimum testimoniũ ꝙ nullus sanctoꝶ in sanctitate æquari potest ei specialiter in immunitate peccati originalis. Nec potest glosari dictum Gregorii quia de natiuitate in vtero quæ est ipsa cõceptio naturaꝶ loquitur manifeste.

Gregor.
Glo.

¶ Secunda dicitur. psal. 44. Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus (alias præ particibus tuis.) Et idem habetur ad Heb. 1. Vbi glo. ita inquit. Vnxit te Deus tuus oleo letitiæ præ participibus tuis. quia immunis a peccato præ omnibus sanctis. Participes enim sunt omnes sancti: sed ille singulariter sanctus sanctorũ singulariter vnctus, singulariter Xps, vnde oẽs Xpiani vnguntur. Tertio per illud in eodem. Speciosus forma præ filiis hominum. Vbi Glo. causam assignans ait. Quia immunis a pctõ. Quarto ex illo Io. 3. Qui de cœlo venit super omnes est. Quod rõne innocentiæ & immunitatis a pctõ originali. Glo. exponit. vt superius habitum est.

Glo.
Glo.
Glo.

¶ Idem quod prius exaduerso dictum improbatur ex ratione capitis & ex determinatione ecclesiæ. Cap. 26.

RATIONE vero patet sumpta ex ratione capitis quæ Xpo eõuenit ratio omnium membrorum eccle. Colo. 1. Inter quæ conuertatur ipsa virgo gloriosa. Contra rõnem aũt capitis quod sicut altitudine situs ita fœcunditate & perfectione supereminet & virtute, videtur esse ꝙ aliquod membrorum in illo corpore dicatur eandẽ plenitudinem virtutis habere cum capite. Quare beatus Augustinus ad Dardanũ. vt deducit Magister in tertio. di. 13. tractãs illud Apostoli in quo habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter dicit ita habitat, ꝙ omni gratia plenus est. non autẽ sic habitat in sanctis. Vt etiam in corpore nostro inest sensus singularis membris, sed non quantũ in capite. Ibi. n. sunt omnes sensus. In cęteris autẽ est solus tactus. Ita in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis, quia ille est caput in quo oẽs sensus sunt. In sanctis vero solus tactus est, quibus datus est spiritus ad mensuram. Hæc ille. Volens per hoc dicere ꝙ in nullo alio membro ecclesiæ est gratia secundũ omnẽ modũ plenitudinis eius nisi in solo Xpo de quo dicitur Io. 3. Non est datus ei spiritus ad mensuram. Super quo verbo Gregor. ait. Non. n. Deus Xpo filio spiritum ad mensuram sicut cæteris hominibus dedit, sicut Io Baptista dicit. Non. n. ad mensuram Deus dat spiritũ: sed sicut ex toto seipso totum filium genuit. sic eidẽ incarnato spm̃ sanctũ suum totum non particulariter nec per diuisiones sed gñaliter & vñiter dedit. Pater. n. inquit filium diligit singulariter, videlicet non vt filius adoptiuus: & in manu eius omnia dedit, quia sibi penitus æqualem genuit. Et ad idem est Gl. quæ ad Roman.

August.
Magi
sentẽ.
Gregor.
Glo.

Romañ.dicit. Huic homini sine mensura datus est spiritus: cæteris vero diuiditur. Non q̃ ipse diuiditur, sed dona eius omnibus quibus ad mensurā datur, & datus additur donec vnicuiq; pro modo perfectionis suæ propria mensura compleatur. ¶ Præterea. 3. ex determinatiõe ecclesiæ videtur elici ꝙ ille intellectus sit malus. Vt.n.habetur in cle.titu.de hęre.c. Ad nr̃um cõdenatus est error dicentiũ ꝙ homo in hac vita, talem & tm̃ gradũ perfectionis põt acquirere, ꝙ redderetur impeccabilis & amplius in grã proficere non posset. In quo loco dicit dñs Aluarus de Hispania de ordine sacro fratrum minoꝶ & Eps in lib.suo de hęresibus, qui intitulatur collirium fidei, hæresi. 65. ꝙ extirpatus est error ille in quo ita dicit in forma. Sexagesima quinta hęresis est vt alii pseudo religiosi se Marię Christi fore deuotos, fingentes, quin potius ad molendinũ suum aquā & mũdũ trahere volentes, asserunt ꝙ tantum fuit alma virgo Maria plena gratia & spiritu sancto, sicut christus Iesus. Et ꝙ amplius perfectior esse nõ potuit: nec amplius in gratia crescere potuit in hac vita: nec perfectior fuit in morte q̃ in vita. Et sic eam comparant & adęquant Iesu Christo suo & dei filio benedicto. Hęc inq̃ erronea est & falsa & contra scripturā canonicā & diuinam. Et post multa dicit ꝙ dicti religiosi allegant pro se illud Hieronymi in sermone assumptionis beatę Mariæ, vbi dicit ꝙ eadẽ plenitudo gr̃æ fuit in Maria quæ in Christo: sed aliter. Et postq̃ dixit ꝙ si ita intellexisset Hieronymus dictum illud sicut illi religiosi capiunt, ꝙ non esset recipiendus. Dicit aũt in fine capituli. Sed qd plura? Iste error etiam hodie extirpatur in cle.ad nr̃m extra de hęre. Hæc ille. Aluarus eps. Error ex aduerso.

¶ Defenditur Hieronymus ab aduersariis imponentibus ei hęresi quã ipsi sectãtur cõtra cõem Theologoꝶ Scholam. Cap. 27.

PRÆTEREA quarto ex dictis Hierony. ostenditur ꝙ talis nõ fuerit, intellectus eius. Loquẽdo enim Hierony.in eodem sermone de modo assumptiõis dominę nr̃æ, ita ait. Hoc ideo dixerim, quia multorum nostrorũ dubitant vtrum assumpta fuerit simul cũ corpore, an abierit relicto corpore. Et narratis quorũdam dictis, ait. Verũtamen quid hoꝶ verius censeatur ambigimus. Melius tñ deo totũ cõmittimus q̃ aliquid temere diffinire velimus auctoritate nostra qd nõdũ probamus. Hæc ille. Manifestum est autem ꝙ si Hierony.credidisset ꝙ ea gratiæ plenitudo quę fuit in christo fuisset in beata virgine, non dubitasset an simul cũ corpore sicut xp̃s cœlum ascendisset. Præterea si Hierony. ita credidisset, non diceret ꝙ vnica est anima xp̃i quæ sola a peccato est imunis. Et ita habetur in glo.ps. 21. vt superius fuit deductum. ¶ Cæteꝶ ꝙ talis sensus cõmuni Scholæ Theologoꝶ contradicat patet. Cõmunis.n. Schola dicit multiplicẽ plenitudinem .s. sufficientię quę est in omnibus qui saluãtur. & sufficit ad salutem. De qua. 1. Corin. 1. In omnibus diuites facti estis in illo. Et infra vt nihil desit vobis in vlla gratia. Item Ephe. 4. Impleamini in omni plenitudine dei quæ &c. quæ auctoritates nõ sunt intelligẽdę simpl[r]: quia sic etiam argueretur ꝙ præseruati fuissent ab originali peccato vniuersi fideles. Sed intelligendę sunt de sufficienti plenitudine ad merendũ & consequendũ vitam ęternã. Secũda est plenitudo cõparationis, sicut dr̃ actuũ. 1. Repleti sunt omnes spũ sancto. Et Act. 7. Stephanus dr̃ plenus gratia. Tertia est plenitudo copię quæ est in tota ecclesia: quia nulla gratia est quæ nõ sit vel fuerit in aliquo membro ecclesiæ. De qua ad Eph. 4. Hiero. Hiero. Glo.

Ascendit super omnes coelos vt adimpleret omnia,& statim subdit. Et ipse dedit quosdam quidē apostolos &c. Quarta est spālis prerogatiue que fuit in matre dei gloriosa ad vitandū ex omni parte peccatū actuale. De qua dr Luc. 1. Aue gratia plena. Quinta est singularis excellētię quę facit non posse subiacere peccato originali, vel actuali: & disponit ad excellentiā vnionis cum diuinitate. Et hæc præsupponit omnes plenitudines pręmissas: & includit eas: & superaddit eam quæ dicta est, & ideo non manet in mensura alicuius præmissaꝝ plenitudinū. Cum ergo schola cōis theologica dicat ꝙ plenitudo grē singularis excellentię fuit in xp̄o: videtur ꝙ oīum fides sit ꝙ eadē plenitudo grē quæ fuit in christo in nullo alio fuerit. Excluso ergo hoc ꝙ auctoritas Hieronymi non possit cum veritate intelligi eo modo quo dictum est, videlicet ꝙ gr̄a in ea ple-

Hiero. nitudine quæ fuit in xp̄o fuerit in. b. virg. venio ad primum in quo videndū est qualiter intelligenda est ipsa auctoritas Herony. & omnes similes loquētes de plenitudine grę quæ fuit in virgine bn̄dicta. Pro quo notandum est prio ꝙ (vt

S. Tho. ait S. Tho. in. 3. dist. 13.) illud proprie plene haberi dr qd ꝯm oēs modos & drias & effectus suos hr. Et ꝯm huuc modū dicit ꝙ soli xp̄o conuenit plenitudo grē. Vbi ad sciendū qui sunt isti modi & driæ & effectus grē quātum spectat ad propositū est notandū ꝯm Alex. de ales & ꝯm S. Tho. ꝙ hæc plenitudo potest attendi tripliciter. s. ꝯm rōnem causæ finalis efficiētis & formalis. Finis autem

Alex. de Ales. gratiæ est vt nos coniungat deo. Quia ergo xp̄s non solū per cognitionē ac amorē & fruitionē quemadmodū alii sancti fuit coniunctus diuinitati sed etiā p vnionē in psona: ideo gr̄a eius ita plenissime cōsequuta est finē suū vt maior nec esse nec cogitari possit. Et hæc est plenitudo causę finalis. Præterea. videmus ꝙ aliqd habet lucē corporalem tm̄ vt luceat: aliud vt alia illuminet, aliud vt illa illuminantia faciat. Aliud vt oīs illuminatio ab eo fit: sicut est de sole. Et ita ēt est de gratia xp̄i: quia ipse habet grām p quā in se perfectus est, & ex hoc ipso in alios oēs redundat. Ioan. 1. de plenitudine eius nos oēs accepimus. Et hæc est plenitudo causę efficientis. Similiter ēt formalr aliqui sunt gr̄a perfecti quantū ad oēs virtutes & quantū ad expulsionē oīum pc̄torum mortalium. Et ista est plenitudo sufficientię quę est in sanctis, ꝯm quam aliquis dr ita impleri deo vt nihil in eo deo aduersum remaneat. Alicui aūt data est gr̄a quę non solum omnia mortalia sed ēt omnia venialia repelleret. Et hęc plenitudo spālis prerogatiuę est quę fuit in. bea. virg. ꝯm quam ita deo plena fuit vt nihil in ea esset qd ad deum nō ordinaret. Sed xp̄o vlterius data est gratia perficiens ipm non solum quātū ad omnes virtutes sed etiā quātū ad oēs vsus virtutum: & etiā quātū ad oēs effectus grę gratis datę. Et iterum ad omnis peccati depulsionem nō solum actualis sed ēt originalis & potentię peccandi. Et hæc est plenitudo

August. singularis xp̄i secundū rōnem causæ formalis. Et hoc est qd dicit Aug. vt testa

Alex. de Ales. tur Alex. de ales ꝙ accepit grām totalr & vlter. Vnde cōparatio grē xp̄i ad gratias alioꝝ ſcdm plenitudinē & perfectionem est ꝯm ꝙ cōparatur figura circuli ad alīs figuras angulares. Circulus. n. est capacissima figura respc̄tū aliaꝝ.

De multiplici plenitudine grę & quę sit propria Xp̄o. Cap. 28.

S. Tho. Q VIBVS consyderatis, ad vidēdū qualiter plenitudo grē sit propria Xp̄o, & qualiter non dicendū est in veritate cum S. Tho. in. 3. parte. q. 7. ꝙ plenitudo gratiæ pōt attendi dupliciter. Vno modo

ex parte ipsius grę,alio modo ex parte hmôi gratiam. Ex parte quidẽ ipsius gratiæ dr̃ plenitudo esse eo ꝙ aliquis pertingit ad summũ gr̃æ, & quantum ad essentiam & quãtum ad virtutẽ: quia.s.habet gr̃am in maxima excellentia quę põt haberi,& in maxima extensione ad oẽs gratiæ effectus. Et talis plenitudo gratię est propria xp̃i & nulli alteri cõuenit.Ex parte autem subiecti dr̃ gratię plenitudo quãdo aliquis habet plene gratiam scd̃m suam conditionem siue secundũ intensionem prout est in eo intensa gratia vsq; ad terminũ præfixum a deo ſm illud Eph.4. Vnicuiq; nostrum data est gr̃a scd̃m mensuram donationis Xp̃i siue ẽt scd̃m virtutem inquãtum.s.habet facultatẽ gr̃æ ad omnia quæ pertinent ad statum suum siue officium. Sicut Apostolus dicebat. ❴ Mihi autem minimo oĩum sanctorum data est gr̃a hæc,illuminare oẽs &c.Ephe.3. Et talis gratiæ plenitudo nõ est propria Xp̃o,sed cõmunicatur aliis per Christũ. Et de beata virgine loquens in solutiõne primi arti.dicit sic. Beata virgo dr̃ gratia plena non ex parte ipsius gr̃æ: quia non habuit gratiam in summa excellẽtia qua põt haberi: nec ad oẽs effectus gratię. Sed dr̃ fuisse plena gratia per comparitionem ad ipsam: quia habebat gratiã sufficientẽ ad statum illum ad quẽ erat electa a deo vt.s.esset mater dei. Et similiter beatus Stephanus dr̃ plenus gratia: quia habebat gratiam sufficientem ad hoc ꝙ esset idoneus minister & testis dei ad quod erat electus. Et eadem rõne est dicendũ de aliis. Harum tamen plenitudinum (inquit) vna est plenior alia scd̃m ꝙ quis diuinitus est pręordinatus ad altiorem vel inferiorem statum. ℂ Viso ergo ꝙ plenitudo gr̃æ in ea amplitudine & excellentiæ gradus siue vniuersitatis effectus qua cõpetit Xp̃o nõ conueniat, nec fuerit cõmunicata virgini beatissimę,& per ꝯñs ꝙ ita nõ intelligenda sit auctoritas beati Hieronymi, vt a quibusdã intelligitur. Dandus est nũc intellectus auctoritatis Hierony. Et qui ex circũstantiis literæ fuit de mente Hieronymi. Dico ergo ꝙ intelligitur auctoritas Hierony. pro tp̃e cõceptionis filii dei, in quo ipsa diuinitatis & gratiæ plenitudo. b. virg. vtero se infudit. Et non pro tp̃e cõceptionis passiuę eiusdem virginis. Et ꝙ ita sit, patet ex dictis Hierony. Vnde postq̃ dixit. bene plena gratia, quia cęteris per partes prętatur, mariæ vero simul se totam infudit gr̃ę plenitudo: ita prosequitur declarando qđ dixerat. Hoc quippe est qđ Dauid canit. Descendet sicut pluuia in vellus. Vellus itaq; cum sit de corpore, nescit carnis passionem, sic & virginitas cum sit in carne, vitia carnis nescit. Cœlestis plane imbribus virgineũ vellus placido infudit elapsu, vt tota diuinitatis vnda se cõtulerit in carne qñ verbum caro factum est. Hęc Hierony. ℂ Sequens vero auctoritas videlicet. Nã & si in sanctis Pr̃ibus Patriarchis & Prophetis fuisse gr̃a creditur, nõ tñ eatenus plena, in Mariam vero totius gr̃æ quæ in Xp̃o est plenitudo venit. q̃q̃ aliter, pariter intelligitur, sicut patet primo ex ipsa auctoritate præcedẽte istam, quę intelligitur de tempore conceptionis filii dei. Scd̃o ex ipsa quæ sequitur. Vnde sequitur benedicta tu in mulieribus. i. plus benedicta q̃ oẽs mulieres, ac per hoc quicqđ maledictionis infusum est per Euam, totum abstulit benedictio Mariæ: Insuper & gr̃am refudit Christi ortus quam non habuit totus mundus. Ergo quod natura non habuit, vsus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, stupet terra, creatura omnis etiam cœlestis miratur, hoc totum est qđ per Gabrielẽ Marię diuinitus nũciatur & per Xp̃m adimpletur. Hęc Hiero. Ecce manifestũ testimoniũ ꝙ Hiero. nõ loquatur pro tp̃e cõceptionis passiuę virginis Marię, sed loquatur de plenitudine illa qua tota diuinitatis plenitudo venisse & inhabitasse dicitur sacratũ virginis vterum. In qua insuper te audia

S.Tho.

Hiero.

Henri. de asia. mus, quid de ista auctoritate Hierony, dicat ille nostris tēporibus in tota Alemania vir celebris memorię mgr Henricus de Asia in sermone suo eleganti de assumptione eiusdē bea. virg. Dicit enim sic. ℭ Audiamus quid beatus Hieronymus de ista plenitudine dicat. In dei (inquit) genitrice Maria totius grę plenitudo quę in Xpo est venit: q̄q̄ aliter. Hoc tamen dictum beati Hieronymi caute intelligi oportet: quia certum est ꝙ plenitudinem grę Xpi mater ipsius nec habuit pariliter in modo, nec in gradu, nec in omni gratiarū spē, cum dicatur ad Colo. 2. ꝙ in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et Ioan. 3. ꝙ ei non fuit datus spūs ad mensuram. Et ibidem ꝙ super omnes est. Vnde anima xpi in primo instanti esse sui recepit simul totā plenitudinem grę. Item gratiae habuit plenitudinem consecutiuę ad vnionem ipostaticam. Et iterum plenitudinem grę habuit ƺm animam beatifice. Et per consequens virgo Maria nedum nō attigit plenitudinem grę filii sui in modo, sed nec in gradu, nec in omni gratum spē quę in Xpo fuerunt. Nec dicit beatus Hieronymus, ꝙ tota grę Xpi plenitudo in eius genitrice fuerit: sed ꝙ in eam totius gratiae Xpi plenitudo venit. i. secundum aliquos, Xps, in quo est omnis gratia, in eam venit. Vel aliter. Quasi diceret Hieronymus ꝙ de tota plenitudine gratiae de qua omnes accipiunt secundum mensuram suā, mater eius accepit plenitudinē gratiae pro capacitate sui altissimi status. s. maternitatis dei. Haec ille. Ex quibus omnibus superius dictis, patet qualiter omnes rōnes quae fundantur super istis auctoritatibus de plenitudine gratiae loquentibus, nullo modo militant: cum ex non debita intelligētia auctoritatū procedant.

ℭ Quę reliquae rationes exaduerso ad idem factae diluuntur. Cap. 29.

PRAETEREA arguitur sic exaduerso ibidem. Omne peccatum est vulnus quoddam ipsius animę. Vnde sicut caro semel vulnerata & si recuperet sanitatem cicatrix tamē manet: ita in anima, esto ꝙ gloria superueniente non venit in memoriā aut non cum displicentia. ℭ Ad istam rōnem dicendum est ꝙ falsum est qd dr primo de cicatricibus in beatorum corporibus remanentibus in alia vita. Deus autem vt dicit beatus Augustinus in Epistola ad dioscorum, tam potenti natura fecit animam ut eius beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis & in corruptionis vigor. Quicquid autem sit de damnatis de quibus Augustinus, in Enchiridion reliquit sub dubio: & Magister ponit in. 4. distinctio. 44. cum de beatis omnibus diffinit ibi Augustinus ꝙ corpora eorum cum nulla deformitate resurgent. Clarum est autem ꝙ cicatrix vulneris non suscepti pro Christo (quod dico propter martyres) ad deformitatem corporis faceret. nisi velit dominus relator exaduerso dicere, ꝙ etiam cicatrices susceptas pro peccatis vel in peccatis a latronibus vel ribaldis insigniret deus decorare aliquo speciali signo: cum tales contingeret saluari, quod esset vanum dicere. Aliud autem de cicatricibus vulnerum in corporibus martyrum de quibus suo modo dicendum est sicut de cicatricibus vulnerum Xpi. De quibus dicit Augustin. 20. de Ciuitate dei ꝙ semp manebunt in corpore eius in signum gloriosi triumphi. Quod autem dicit, ꝙ cicatrices peccatorum pariter maneant in animabus sanctorum in gloria, magis distat a veritate. Absit enim hoc dicere. cum derogare videatur glorię animarū & perfectioni diuinę virtutis in medico & saluatore nostro Iesu Christo. de quo dicit propheta in Psal. 102. Qui propiciatur omnibus

(Marginalia: August. — August. Magr sniarum — August.)

omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas. Glo. magis. in fine sanabit qñ hoc corruptum induet incorruptionem. Vnde subdit. Qui redimit de interitu vitam tuā qui coronat te in misericordia & miserationibus. Aliud enim est dicere ꝙ maneat peccatorū memoria, & aliud cicatrix peccatorum. ℭ Præterea arguebatur exaduerso ex eode fundamento sicut superius, sic. Non decet vt abundantior gratia cōferatur ei in quo inuenitur macula, ꝙ̄ illi qui semper fuit absq̧ omni labe. Ad hoc rñdetur, quod verum est. Et ideo licet beatissimę virgini fuerit data abundantissima gratia respectu aliorum sanctorum, non tamen ita abundantissima sicut Christo. Ita.n. beatissima virgo est, vt nihil detrahamus de laudibus Christi. Cui plane detractio videretur si aliquid adęquaremus ei in gratia. Glo.

ℭ In quo respondetur rōnibus exaduerso sumptis ex eo quod dicitur benedicta tu inter mulieres. Cap. 30.

AMPLIVS autē arguebatur exaduerso ex quarto vocabulo siue attributo quod est. benedicta tu inter oēs mulieres. Vt.n. dicit Hierony. in prædicto sermone assumptionis. Ideo itaq̧ benedicta inter oēs mulieres. i. plusꝙ̄ oēs mulieres, atq̧ per hoc quicq̄d maledictionis infusum est per Euā, totum abstulit bñdictio Marię. Ex quo sequitur ꝙ beata virgo nō caruit aliqua virtute quæ vnꝙ̄ in muliere fuerit. Constat aut ꝙ Eua habuit virtutē innocētię quia sine peccato creata fuit. Ergo hæc virtus fuit in. b. virg. ℭ Ad istam rōnem dr̄ primo & oēs sequētes ex eisdem auctoritatibus, ꝙ nō procedit. Cuius rō clara est si non solū cortex auctoritatis sed causa dicendi cōsyderetur auctoris, sicut debet fieri apud eos qui veritatis gra inquirendę, laborant in hac re. Hierony. aūt dictū suum nō refert ad cōceptionē passiuā ipsius virginis: sed ad cōceptionē filii dei. Vñ ita ait Hiero. in Maria vero totius grę quę in Xp̄o est plenitudo venit, ꝙ̄ꝙ̄ aliter. Et ideo inquit. Bñdicta tu inter mulieres. i. plusꝙ̄ oēs bñdicta: ac per hoc quicquid maledictionis infusum est per Euā, totum abstulit Marię bñdictio. Iste.n. defectus cōmunis est (salua pace) in rōnibus quę fiunt exaduerso, vt non plane auctoritates allegētur: & quæ dicta sunt aut per scripturā aut p sanctos doctores de bea. vir. aut tpe sanctificationis aut cōceptionis filii dei, referātur ad cōceptionē eiusdē passiuā, & ita sępe exaduerso arguendo cōmittitur fallacia figuræ dictiōis, mutando quid in qñ. Vez quia vt dicit Hiero. in eplā ad Ephe. & hētur in. c. necesse di. 29. Necesse est vt iuxta diuersitatē locoꝝ & hominū & tēpoꝝ quibus scripta diuersa sunt, diuersas cās & argumēta & origines habeant, vt superius dictū est. Necesse erit sacro cōcilio in hac re more antiquoꝝ concilioꝝ agere vt allegata dicta sanctoꝝ in originalibus videantur, & tunc palam fiet omnibus virtus rōnum quę inde sumūtur. Scdo dr̄ ad rōnem negando ꝙ innocentia vt dicit nūquā sub peccato & offensa fuisse, sit virtus. Statū quippe dicit nō virtutē. Vnde triplex a sanctis doctoribus dr̄ status hominis. s. status innocentię, status naturæ corruptæ, status naturæ integræ siue gloriæ. Q d vero nō dicat virtutem patet clarissime. Tum primo quia rō virtutis sibi competere nō pōt: cum non dicat aliquem habitū in mente. Tum secundo quia doctores mouent quęstionē iuxta Magistrum in. 2. dist. 24. vtrum primus homo in statu innocentię habuerit grām & virtutem aliquam. Si tū innocentia virtus esset, fatua esset quō ista. Æquipolleret enim illi quæstioni, an habēs virtutē habeat virtutem, uitiaq.

Hiero.

Hiero.

Magi

Tum tertio quia cum innocētia ista nō restituatur p christi mortem humano generi, si innocentia esset aliqua virtus: tunc aliquam virtutem perdidisset homo per peccatum quā christus passione sua nō restituisset. qd est incōuenientissimū dicere: & contra illud Ro. 5. Nō sicut delictum ita & donum. Glo. Maius est donum dei q̄ delictum Adę, & ideo non sic est efficax peccatum Adę ad damnationem sicut gratia christi ad saluationem. Tum quarto idem patet ex parte pœnitentiæ in qua restitui dicuntur omnes virtutes. De qua dicit Augustin. Prima est res optima & perfecta, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum. Tum quinto patet, de eo qui in puris naturalibus crearetur, sicut multi doctores arbitrati sunt de primis parentibus, innocentia in eo non esset virtus. Dicitur, ergo φ q̄q̄ beatissima Maria nō fuerit concepta in statu innocentię: habuit tñ omnes virtutes: non quidē in conceptione ipsa, sed in sanctificatione ipsam consequente, & multo in ampliori copia & perfectiori q̄ habuerit Eua. Concipi vero in innocentia, solius erat illius imaculati agni qui oium filiorū Adę & Euæ offensas sua innocētia reparaturus veniebat. ¶ Cęterū. 3. cum innocentia quam Eua habuit non dr̄ respectu originalis peccati cū illud nō fuerit natū inesse illi sicut de angelis dr̄, quia nō per originē propagata est, rō non vr̄ ad propositū facere. Pręterea quarto si rō illa ex aduerso aliquem colorē haberet, magis de propinquo argueret φ beatissima virgo habuisset iustitiam originalem in sua cōceptione in qua mulier prima Eua creata fuit quę (vt superius dictū est) erat quædā rectitudo qua anima plene subdebatur deo, & corpus subdebatur animę: quæ tñ non conceditur plene in beata virgine fuisse. Cuius signum est ipsa necessitas mortis, multiplicitas passibilitatis, & ita de aliis potest argui, sicut de imortalitate, & aliis illi statui concessis. Secundo ex eodē arguebatur ex aduerso sic. Status grꝛ̄æ est excellentior q̄ status naturę: sed in illo Eua quæ fuit prima in primo statu hac virtute resplēduit. ergo multo amplius decuit virtus decuit, beatissimā virginē quę fuit prima fœmina in statu grꝛ̄æ. Et videtur inquit ratiōabile sicut de viro in vtroq; statu. s. Adam & xp̄o quorū vterq; innocens fuit. ¶ Ad istā rōnem satis ex dictis pōt patere solutio dicendo φ innocentia nō sit virtus, sicut hic præsupponitur. Secūdo dr̄ φ non est simile de statu innocentię & grꝛ̄æ: quia status iste grꝛ̄æ secutus est pctū primi parentis. In quo quidem peccato cū oēs hoies ab eo naturalr̄ propagandi peccauerint, dicente apostolo. Oēs in Adam peccauerunt Rom. 5. omnis posteritas humani generis intelligitur denudata veste innocentiæ primis parentibus denudatis. Et ideo quātūcunq; status grꝛ̄æ in aliquibus excesserit ex superabūdanti de christi dono statum naturæ primitus institutę: nō arguit φ aliquis seminaliter a parentibus primis descendens concipiatur in conditione primi status. Nec videtur rōnabile qd dr̄ ex aduerso φ simile sit de christo & de beata virgine. Tū primo quia christus nō descendit seminaliter ab Adam. Tum secundo quia christus concipiebatur. vt futurus reconciliator totius mundi: quare decebat cum oīmoda innocentia. Q d̄ beatus Io. optime significauit dicēs. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Io. 1. Beatissima vero virgo ɔcipiebatur in vnā de numero filiorum Euæ deo reconciliandorū per christū, & ita (vt dicunt doctores præfati, quorū relator sum) derogabat dignitati christi vt aliquis alius conciperetur oīno innocens. Talis plane nō habuisset necessariā recōciliationem factā per xp̄m sicut superius euidentissime oñsum est. Et ita patet φ rōnes istę ex aduerso fundatę in virtute innocentię, viribus careant per totū, quia aut procedunt ex falsis: aut deficiunt in forma arguendi.

Ex secunda parte auctoritatis Hieronymi arguitur ad idem exaduerso. Cap. 31.

RÆ TEREA exaduerso arguitur ex particula secunda præfatæ auctoritatis qua dicitur quicquid maledictionis infusum est per Euam, totum abstulit benedictio Mariæ. Ex quo videtur (inquit dominus relator) quod beata virgo immunis fuerit a maledictione quæ per Euam infusa est. Patet quia dicit quod eam abstulit. Quomodo autem illam abstulisset si subiacuisset ipsa eidem maledictioni? Ad istam rationem dico quod nihil facit ad propositum, sicut patet manifeste, considerantibus auctoritatem præfatam beati Hieronymi ex integro. Nō. n. vult Hieronymus quod virgo Maria ipsa per se abstulerit quicquid maledictionis infusum fuit per Euam: quia superflua tunc fuisset incarnatio filii dei & mors eius: quod est blasfemium dicere: quia per eius mortem liberati & saluati dicimur ab ea maledictione quam incurrimus ex peccato primorum parentum. Et ipsa beata virgo pariter nobiscum liberata & saluata est ab ea. In cuius saluatoris cōceptione ipsa decantabat. D. Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Præterea si ratio illa militaret, quoniā beatissima virgo subiacuit mortalitati & multis pœnalitatibus quas contraxit ex maledictione Euæ nobis infusis, non ergo abstulit ipsa quicquid maledictionis nobis infusum est per Euam. Hieronymus autem sicut & cæteri sancti qui similia de beatissima virgine prædicant, hoc attribuit sibi ratione filii sui, qui morte sua abstulit quicquid maledictionis infusum est per Euam, licet non simul tempore: sed vnumquodque in tempore suo. vt ait sanctus Thomas in secūdo distinctio. 3. sicut patet ex ordine huius particulæ auctoritatis ad superiores particulas quibus coniungitur. Quare ecclesia, de beatissima virgine cantans ait. Fœlix nanque es sacra virgo Maria & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus deus noster: qui soluēs maledictionem dedit benedictionem & confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam. Non autem videtur inconuenienter dictum, imo videtur necessario dicendū, quod ipsa dicatur subiacuisse illi vniuersali maledictioni, quæ tollenda erat per filiū eius benedictum: si ipsa ponatur de numero eorum qui morte eius liberandi & redimendi erant a malo a paterna præuaricatione in nos infuso. Et qd dicitur cōsequenter quod ex prædicta consyderatione, dicat Augustin in sermone natiuitatis eiusdem virginis quod maledictio Euæ in benedictionē mutatur Mariæ, non est ad propositū sicut patet si auctoritas ponatur integra quæ est ista. Hæc est flos campi de qua ortū est preciosum lilium, per cuius partū mutatur natura protoplaustorū quo deletur culpa. Preciosum est in ea illud Euæ infœlicitatis eulogium, quo dicit, in tristitia paries filios: quia ista in lætitia parturiuit. Eua enim luxit: ista exultauit. Eua lachrymas, Maria gaudium in ventre portauit: quia illa peccatorem, ista edidit innocentem. Virgo quippe genuit, quia virgo concepit: inuiolata peperit, quia inconcepto libido non fuit. Vtrobique miraculum & sine corruptione grauida & in partu virgo puerpera. Aue (inquit angelus ad eam) gratia plena dominus tecum. Impleta est ergo gratia: & euacuata culpa, maledictio Euæ in benedictionem mutatur Mariæ. Hæc ille. Ex quibus patet manifeste primo quod non solum alia est intentio Augu. in auctoritate illa q̄ dicebatur, exaduerso eo quod fuerit contrariæ intentioni. Quod sic patet. Si conceperit, siue ediderit innocentem, sequitur quod Anna mater sua

Hiero.

S. Tho.

more Euę, eam conceperit non innocentem sed peccato originali obnoxiam.

ℂ Argm̄ ex aduerso sumptū ex auctoritate Hildefonsi soluitur. Cap. 32.

B. Hildefon.

PRÆTEREA qd dr̄ exaduerso videlicet ꝙ ex consyderatione præfata Beatus Hildefonsus Archieps̄ Toletanus dixerit de. b. virgine. Constat Mariam ab ipso peccato originali imunē fuisse: p quam nō solum Euę, matris soluta est maledictio, verum etiam omnibus donata est bn̄dictio. Nullis ergo postq̄ nata est delictis subiacuit, nec originale peccatū in vtero sanctificata contraxit. Nō est ita si auctoritas ex integro referatur. Auctoritas.n.nō incipit vbi inchoata est exaduerso. Sed positum est cōsequēs sine aīte. Incipit autem sic. Denique si nō in matris vtero sanctificata fuisset, eius natiuitas colenda nō esset. Nunc autē quia venerationi habetur, auctoritate totius ecclesię constat eam a peccato originali immunē fuisse per quam &c. Ex quibus verbis integre consyderatis apertissime habetur, ꝙ nō fuit intētio huius sancti illa quę ei imponitur exaduerso. Nō.n.dicit de conceptione beatę virginis ab originali peccato imunē fuisse, sed natiuitatem ex vtero quę illo tēpore celebrabatur, & nō conceptio. Q d ex sua argumentatione manifestū est. Arguit enim eam imunē ab originali peccato fuisse ex eo ꝙ sanctificata fuit in vtero quā sanctificationem in ea pręcessisse inde credendū colligit, quia natiuitas eius ex vtero veneratiōi habetur auctoritate totius ecclesię. Nulli est aūt dubium ꝙ si sanctus p̄fatus de imunitate originalis peccati in cōceptione loqueretur, ꝙ ꝯ ña eius nulla esset. Planū.n.est ꝙ ex hoc ꝙ quis sanctificatus est in vtero: aut ex eo ꝙ eius natiuitas venerationi hr̄, auctoritate vniuersalis ecclesiæ ꝙ nō sequitur, ꝙ imunis fuerit ab originali pc̄ō in cōceptiōe sua. Al's btūs Ioā. bap. qui est sanctificatus: & spūscō repletus ex vtero matris suę fuit, & cuius natiuitas celebris in tota ecclesia hr̄, imunis ab originali peccato eadem forma cōsequentię & virtute rōnis dicendus veniret. Q d tn̄ nō est concedendū. Quare cum nō sit credendū ꝙ vir tantę sapiētię, & sanctimoniæ rōnem fecerit tam parui roboris, videtur dicendum tam pro veritate ipsa quā pro honore sancti arguentis ꝙ nō loquatur de imunitate originalis peccati pro tpe conceptionis sed sanctificationis factę, quę secuta est eam. Q d vero dr̄ exaduerso nō solum illam cām allegat, sed aliam quę nō est cōis aliis sanctificatis videlicet ꝙ per bea. virg. non solum Euę matris soluta est maledictio, sed omnibus cōdonata benedictio, nō obstat. Tū quia nō ita se habet sicut dicitur, videlicet ꝙ illud dixerit tanq̄ causam assignatę imunitatis ab originali peccato, vt patet ex serie literę. Tum secundo quia hoc dato, adhuc ratio non militat ꝙ de conceptione intellexerit. Licet.n.rationes prædictę bene arguant ꝙ in vtero sanctificata fuerit: & ab originali peccato mundata: & ꝙ ampliori benedictione sanctificationis donata cæteris venerit, non tamen arguūt ꝙ cōceptio eius sancta fuerit, omnibus doctoribus sanctis attestantibus illam solius Christi esse prærogatiuam. ℂ Quod vero dicitur cōsequenter in auctoritate prędicta ꝙ originale pc̄m̄ in vtero sanctificata non contraxerit, non militat cōtra prędicta, quia illud refertur ad natiuitatem ex vtero. Q d patet ex consequentia quā facit. Vbi notādum est ꝙ ex plenitudine sanctificationis quā dicitur beata vir. in vtero recepisse, elicit duo videlicet imunitatē orig. pc̄i in ortu, & pc̄i actualis in vita, sic dicens. Nullis ergo postquā nata est delictis subiacuit, nec origi-

nale peccatum in vtero sanctificata cōtraxit. Nec mirari quis debet ꝙ natiuitate ex vtero quis originale dicatur contrahere, aliquantisper extēso vocabulo: quoniā sicut duplex distinguitur natiuitas & origo, ita a doctoribus reperitur vsus huius vocabuli applicari natiuitati vtriq; cum contrahere nihil aliud videatur importare, q̄ ex origine sua trahere. Vnde August. li. de fide ad Petrum, in regula. 24. quæ habetur trāsumptiue in. c. firmissime tene. de cōsecra. di. 4. vbi de paruulis loquens ita ait. Quia & si pctm̄ propriæ actionis nullū habent originalis tñ peccati damnationē carnali conceptione & natiuitate traxerūt. Auguſt.

¶ Sed replicatur, exaduerso contra hoc dicendo ꝙ magna est differentia inter contrahere & trahere. Quicunq;.n. habet in se originale peccatum, non solum quādo egreditur de vtero, sed etiam de quacūq; domo vel ciuitate exeat secum trahit originale pctm̄ donec fuerit sibi dimissum: contrahere, vero quis dr̄ solū in initio vitæ suæ. ¶ Sed (salua pace sic dicentis) si verba Augustini attēdantur non est ad propositū replica. Aug. quidē non dicit ꝙ paruuli ex vtero exeuntes trahunt secū originale. Hoc.n. parꝝ esset dicere, qa similiter diceretur ꝙ trahūt intestina. Sed dicit ꝙ originalis peccati damnationem carnali conceptione & natiuitate traxerunt. Vbi ablatiuus ille importare videtur habitudinem nō localem non temporalē, sed causalitatis & originis. Non sic autem possumus dicere ꝙ quis trahat e ciuitate vel domo originale pctm̄, licet posset dici ꝙ de ciuitate vel domo exiens secū trahat illud: quēadmodū et dici pōt ꝙ in domo existens illud cōtrahit. ¶ Preterea replicatur exaduerso. Dicit Aug. in sermone de sancto Cypriano (vt in duobus antiquis libris propriis luminibus fuit intuitus: antiquis, dico quia in quibusdā nouis breuiariis aliter reperitur) ita dicēs. Hodie naturale martyrum ecclesia celebrat. Quid est hoc fratres? Quando sanctus iste natus est ignoramus: & quia hodie passus est natale huius celebramus. Sed quādo natus est etiam si sciremus nequaq̄ diem illum celebraremus. Illo nanq; die peccatum originale contraxit: isto die pctm̄ omne finiuit. Cæterum ꝙ vsus huius vocabuli contrahere accōmodetur natiuitati ex vtero nō videatur ita extraneum colligi potest ex eo ꝙ sancti reperiuntur illud etiam extēdere ad actualia peccata. Vnde beatus Ambrosius in exameron de opere. 5. diei, ita dicit, de beato Petro loquens. Hoc. s. gallo postremo canente ecclesiæ, propie Petrus culpam suam diluit, quam priusq̄ gallus decantaret negando cōtraxerat. Et beatus August. in primo libro de baptismo paruuloꝝ contra asserētes paruulos non contrahere originale pctm̄. sed post natiuitatem incipere habere propria, ita inquit. Paruulos autē ipsa natura in tacitis infantibus clamat vitæ suæ propriæ, nullū ad hoc contraxisse pctm̄. Et idem dicit in tertio libro. Ambro.

¶ Sed replicatur exaduerso sic. Sanctus Hildefonsus non dicit, non cōtraxit, ex vtero, sed in vtero. Hæc autem est immediata contradictio non contraxit & contraxit in vtero ori. pctm̄. Constat aūt ꝙ si concepta fuit in origi. peccato, verum est dicere ꝙ contraxit. ¶ Ad hanc replicā respondetur ꝙ (salua pace) non est ita vt præsupponitur, quoniā textus ille sic iacet & sic est punctuandus. Nullis ergo postq̄ nata est delictis subiacauit, nec originale peccatum sanctificata contraxit, vbi assignare volens rationem quare eius natiuitas ex vtero immunis erat ab originali peccato, siue quare ea non contrahebat originalē peccatum, assignat hāc, quia. s. in vtero sanctificata fuit. Quod clarissime apparet consyderanti vim suæ argumentationis & dependentiam sequentium ad superiora. Amplius autem hanc eius mentem fuisse inde colligere possumus, ꝙ tā Vincētius historialis, q̄ dñs Iacobus de voragine Archiepiscopus Ianuēn. Vincentius hist. Iacobus de voragine.

Ex quorum tm̄ libris notitiā habemus de prędicta auctoritate: Cum originale non sit hic apud nos, dicentes beatam virginem in originali peccato conceptam (vt superius visum est) & illico ab eodem per gratiam sanctificationis in vtero mundatam in suæ assertionis testimonium adducunt præfatam auctoritatem Hyldefonsi, & illam Bernardi in epistola ad canonicos Lugduneñ. Nō est autem verisimiliter credendum ꝙ viri tantæ sapientiæ & tanta intelligentia dotati adducerent in testimoniū assertionis suæ pfatos sanctos: si eoꝝ libris originalibus respectis intellexissent eos assertionis cōtrariæ fuisse doctores. Verum certitudinem maiorem quæ erit per experientiam de intentione huius doctoris cito Deo dāte habebimus. Quia ego maximā diligentiā iam adhibui cū literis cum certo nuncio ad habendum originale de Hispania: quia verisimiliter tenetur ꝙ ipse qui pro sanctitate sua non est credendū discrepare a sententia sanctorum & doctoꝝ in superioribus nominatoꝝ, nihil dixerit in fauorē opinionis exaduerso, sed magis pro assertione eoꝝ doctoꝝ, quoꝝ ralator (existi.

¶ Alia ratio reputata exaduerso maxima soluitur. Cap. 33.

PRAETEREA arguitur sic exaduerso. Peccatum originale prouenit in genus humanum ex sententia diuinæ maledictionis: ita vt quicunq; nascitur in originali peccato dicit̄ a Deo esse maledictus. Sed decens fuit beatam virginem nō fuisse sub maledictione ista. Scribitur enim Exo. 21. & Leui. 20. & Matth. 7. qui maledixerit patri suo & matri, morte moriatur. Cum ergo Deus dederit istam legem nobis omnibus obseruandā, decuit, ne ꝙ ipse maledixerit matrem suam. Absit hæc cogitatio ab omni pietate fidelium. Hæc dñs relator. ¶ Ad istam ratione q̄ reputatur, vna de maximis. Primo dr̄, ꝙ similiter posset argui ꝙ decuerit auum & auiam Christi ac consanguineos eius non fuisse ab eo maledictos: & possent similes declamationes fieri. Quis. n. tam alienus est a pietate ipsa, vt vniuersam cognationem suam subiecerit maledictioni. Si. n. maledictus est qui exasperat matrem. Ecclesiastici. tertio. Quanto magis qui vniuersam cognationem suam duræ captiuitati subiaceret & maledictioni. Qualiter præterea credendum est, a fidelium cordibus vt is qui per apostolicum os loquens ait. Benedicite & nolite maledicere. Ro. 12. maledixerit ipse vniuerso humano generi: & maxime cognationi suæ: & ei quæ futura erat spōsa charissima. Profecto si in similibus declamatoriis sermonibus iudiciū de pietate fidei consisteret: multo plures ab illa regula apostolica. Non est distinctio. Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Rom. 3. excipiendi venirent. Dimissis ergo istis quæ animos sapiētum in nullo mouere debent a veritate ipsa: notanda sunt aliqua, vt cunctis etiā simplicibus pateat ꝙ rō prædicta nulla sit. Primo norandum cum sancto Thom.

S. Tho. in secunda secundę. q. 16. ar. 1. ꝙ. Maledicere, idē est ꝙ malū dicere. Dicere aūt tripliciter se habet ad id quod dicitur. Vno modo per modū enunciationis sicut aliquid exprimitur, modo indicatiuo. Et sic maledicere nihil aliud est q̄ malum alterius referre: quod pertinet ad detractionem. Vnde maledicti quandoq; detractores dicuntur. De quo potest intelligi quod in psalmo dicitur, quorum os maledictione plenum est. De quo nihil ad præsens. Alio modo dicere se habet ad id quod dicitur, per modū causæ. Et hoc quidem primo & principaliter competit Deo qui omnia verbo suo fecit ꝫm illud psal. Dixit & facta sunt. Cōsequēter aūt competit hominibus: qui verbo suo alios mouent per imperiū ad

aliquid faciendū. Et ad hoc instituta sunt verba imperatiui modi, & isto modo est imperio mouere ad malum alterius. Tertio modo ipsum dicere se habet ad id quod dicitur. q. expressio quædam affectus desiderantis id quod verbo exprimitur. Et ad hoc instituta sūt verba optatiui modi: & hoc mō maledicere est alteri optare malum. ℭ Secūdo notandū est ꝙ secundū ꝙ duplex est malum. s. malū culpæ & malum pœnæ, ita duplex dr̄ maledictio, vt habetur in glo. Gal. 3. sup illo Xp̄s nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictū. Quantū autem tangit maledictionē culpæ prout de ea nunc loquimur dicitur qd Deus neminē maledixit maledictione culpę. Patet ex dictis. Tum primo qm̄ neminē optat incurrere maledictionē culpæ qui vult oēs hoies saluos fieri. Tū secundo quia neminē imperio suo mouet ad peccādū, qui ois mouet ad participationē bonitatis suæ, vt dicit Dionysius. Et vt ait August. lib. 83. q. deus non est causa eius quo homo fit deterior. Et ita falsum est qd exaduerso sæpe repetitur ꝙ aliqua lex diuina sit qua omnis qui nascitur in originali pc̄ō concipiatur. Secūdo ēt falsum est ꝙ quicūq; maledictioni culpæ ori. subiicitur, dicatur illa maledictiōe a Deo esse maledictus, eo mō quo dictū est. & ita p p̄ñs dicēdo ꝙ virgo Maria fuerit concepta in originali pc̄ō: nō sequitur ꝙ maledictione illius peccati a Deo fuerit maledicta. Sed illius maledictionis causa fuit primoꝝ parentū pc̄m̄. Vnde Augu. & habetur in Glo. Deut. 21. Xp̄s redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictū. Adā nāq; in ligno præuaricatiōis corruit. Ideo sibi & posteris maledictionē meruit. De quo pōt intelligi illud Sapientiæ. 12. Semen. n. illorum erat maledictū ab initio. Glo. interli. i. pc̄ō originali. Hac aūt maledictione Xp̄s solus caruit, vt pote in quo benedicēdę erāt oēs gn̄ationes. De qua Christi singulari bn̄dictione immunitatis peccati dr̄ in psal. 20. præuenisti eā in benedictionibus dulcedinis. Vbi Glo. ita habet. Bn̄dictiones dicit immunitatē peccati qua Xp̄s donatus est ēt in cōceptione, vt postea ei peccatum non obesset. Quæ dr̄, dulcedinis quia totum ex gratia fuit. Cū ergo alii amaritudine Adę præueniantur, eum solum præuenit in benedictionibus dulcedinis in immunitatem peccati. Et Cassiodorus in Glo. sua ait. Xp̄m preuentum fuisse benedictionibus dulcedinis, ad differentiam illoꝝ qui preuenti sunt maledictione amaritudinis. i. peccato originali. Hęc ibi.

Diony. August. August. Glo. Glo. Glo. Cassio.

ℭ Ex maledictione pœnę non procedere rationem exaduerso factam probatur. Cap. 34.

CIRCA maledictionem vero pœnę est notandum ꝙ cōtingit loqui dupliciter, quia dupliciter potest contingere aliquem optare vel imperio mouere ad malum alterius, videlicet vno modo sub ratione mali, siue inquantum id quod optatur est malum. q. ipsum malum intendēs. Et hoc est maledicere per se loquendo. Et sic maledicere est peccatum & illicitum: cum repugnet charitati qua proximū debemus diligere, & velle bonum ipsius. Et ita dicitur Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Et tanto grauius est pc̄m̄ quanto persona cui maledicimus amare magis & reuereri tenemur. Vnde Exod. 21. & Leui. 20. dr̄. Qui maledixerit patri suo aut matri sit ille maledictus. Alio modo contingit vt quis optet aut imperet malum alterius sub ratione boni. Et hoc est licitum, nec est maledictio proprie loquēdo, sed p accn̄s: qa principalis intentio dn̄tis nō fertur ad malū, sed ad bonū. Pōt aūt aliqd malū dici iperādo siue optādo sub rōne duplicis boni. Quāq;

sub quidē rōne iusti. Et sic iudex licite maledicit illū cui præcipit iustā pœnam inferri. Et hoc modo omnis pœna inflicta alicui pro aliquo peccato proprio, vel alieno, dicitur maledictio quædam. Nec hoc modo iudex maledicendo patrem aut matrem. s. plectendo aliqua pœna ratione interuenientis demeriti vadit contra præceptum de non maledicendo patri aut matri: quia illud (vt dictum est) intelligitur de primo mō maledicendi. Quādoq; vero sub ratione vtilitatis vt puta cum quis optat aliquem peccatorem pati aliquā ægritudinē aut aliquod impedimentum vt ipse melior efficiatur vel vt saltem ab aliorum nocumento cesset. Quo notato habetur primo ꝙ deus neminem maledicit maledictione pœne primo modo, videlicet. q. intendens ipsum malum principaliter. Non enim delectatur, deus in perditione impioꝝ. Sapiētię primo. Diuina nāq; voluntas quæ essentialiter est ipsa bonitas, non infert malum nisi sub ratione boni iusti, quia. s. ordo iustitiæ hoc requirit aut vtilitatis ratione præstandæ medicinæ. Nam secundo Ethi. dicitur. Pœnæ medicinæ quædam sunt. Vnde propheta. Bonum mihi domine quia humiliasti me. Secundo sequitur ꝙ hoc modo capiendo maledictionem pro pœna inflicta proueniente ex peccato, non est inconueniens dicere beatam virginem subiacuisse alicui maledictioni cum obnoxia & ipsa fuerit multis pœnalitatibus consecutis ex peccato dicente beatissimo Paulo de Christo ad Galat. 3. Xp̄s aūt redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictū. Vbi glo. quæ August. videtur esse, ita habet. Xp̄s licet sit cū sceleratis reputatus, non tamen fuit maledictus maledictiōe culpę. & si maledictione pœnæ. Maledictio enim gemina est. s. pœnæ & culpę. Vnde & maledictū duobis modis dr̄. s. actiue & passiue. s. secundū culpam & secundū pœnā. Et prosequēdo de maledictione pœnæ ita dicit. Factus est pro nobis in rei veritate maledictū. i. mortalis. Mortalitas aūt ex p̄c̄ō est, ideoq; & ipsa maledictio dr̄, & ex ea aliquid maledictū. Ne autem horreas, ꝙ dixit Xp̄m esse maledictum confirmat auctoritate prophetę Moysi subdens, quod dictū est. Maledictus omnis. i. vere mortuus & vere satisq; miser, omnis qui pepēdit in ligno. Et infra. Ideo additū est omnis, ne Christus ad verā mortem non pertinere diceretur, si a maledicto penitus separaretur. Insipiens quidem honorificentia quę Christum a maledicto quod morti coniunctum est separat: & ita vere mortuum negat pependisse, specie quadam falsę carnis, & non veram mortē in cruce soluisse. Contra quod propheta vere mortuum clamat cum ait. Maledictus omnis. i. vere mortuus. Pœna. n. peccati vel ex benedione venit vel ex maledictione. Si ex benedictione venit, optare debes esse in pœna peccati. Si autem optas inde liberari, crede per diuinæ sententiæ iustitiam ex maledictione venisse qua dicitur. Si tetigeritis morte moriemini. Hæc omnia & similia in sententia ponuntur in Glosa. Deutero. 21. & dicitur esse Augustini contra faustum. Ex quibus verbis, & aliis similibus superioribus bene consyderatis: colligitur manifeste ꝙ totus clamor qui exaduerso contra doctores asserentes beatissimam virginem conceptam fuisse in originali peccato: & consequenter subiacuisse alicui, maledicto, nec repugnat illi legi diuinæ de non maledicendo matri: nec habet illam absurditatē alienam a pietate fidelium quæ inclamatur ex aduerso. maxime cum eam aliquibus pœnis subiacuisse omnes affirment: quæ pro eo ꝙ ex peccato proueniunt maledictiones Dei in scriptura dicuntur, vt patet ex dictis. ℂ Præterea ratio prædicta non procedebat. Præsupponebat enim ꝙ tempore conceptionis beatæ Mariæ in quo incurrit maledictum, ipse Deus iam filius esset beatæ virginis. Quod (cum pro eo tempore filius

Glo. August.

lius Dei non esset incarnatus quantum deuiet ab ipsa veritate omnibus notũ est. Nec propterea ꝙ dicitur, Apoca. 13. de Christo. agnus occisus ab origine mundi, ideo vtendum est illis propositionibus. Tum quia auctoritas taliter loquendi (vt ait Augu.) non est data nobis qua spiritus sanctus visus est in scriptura sacra. Tum secundo quia vt Glo. ibidem ait, pro tanto dicitur agnus ab origine mundi occisus: quia. s. occidi præfiguratus fuit in agno quẽ Abel obtulit, siue in Abel quem frater occidit: aut quia dispositum ante erat vt in fine temporum occideretur. Iste autem modus loquendi in scripturis sanctis quando reperitur, exponendus est, vt aiunt doctores, & non extendendus. Nec præterea propter hoc ꝙ ab æterno prouidit Deus eam futuram matrem suam decuit (vt dr̃, exaduerso) eum nõ permittere eam cadere sub maledictione illa vniuersali, qm̃ sicut ab æterno prouidit Deus eam futuram matrem suam: ita nouit eam fore de numero saluandorum per se vniuersalẽ omnium redẽptorem. Et sicut ratione primi dedit ei quæ spectant ad tantam dignitatẽ; ita rõne secundi permisit eam subiici illi maledicto, quod suo sanguine in oĩbus purgaturus veniebat. ¶ Præterea dicitur exaduerso ꝙ hoc quod beatissima virgo exempta fuerit ab originali pctõ maledicto, videtur colligi ex illo verbo angelico. Bñdicta tu in mulieribus, hoc est, tu sola benedicta es cum aliæ sint maledictę. Et hoc verbũ vt inquit dominus relator exaduerso sic exponitur a multis doctoribus. ¶ Ad hoc dicitur ꝙ ex illo dicto non colligitur intentum. Tum quia illud dictum angeli non refertur ad tempus conceptionis beatæ virginis. Tũ secundo quia Glo. sanctorum doctorum & expositorum communium bibliæ quibus magis standum est q̃ aliis, quorum doctrina parum fulget ecclesia, non dant illud intelligere. Vnde Glo. ordinaria ita habet. Benedicta tu in mulieribus quæ sine exemplo, muliebris conditionis & virgo & mater est & Deum genuit. Et ita patet ꝙ rõnes sumptæ ex attributo quarto, videlicet ex eo quod dicitur, bñdicta tu inter mulieres, non probatur illud quod intendebatur exaduerso. Glo. August. Glo.

¶ In quo respondetur, rationibus exaduerso sumptis ex eo quod dicitur omni laude dignissima. Cap. 35.

CONSEQVENTER arguitur exaduerso ex quinto attributo siue nomine quo beatissima virgo dicitur, omni laude dignissima. Et arguitur sic. Laus enim & vituperium dicuntur competere propter vitia & virtutes: Ita ꝙ omnis qui habet duplex vitium, dignus est geminato vituperio, & ita ascendẽdo. Ita similiter est de laude, in quo enim duæ virtutes resplendent, honorandus est duplici laude: cui autem deficit aliqua virtus non attribuitur, ei laus competens illi virtuti. Cum ergo virgo Maria sit omni laude dignissima: oportet dici ꝙ nulla virtus sibi deficiat. Et qa innocentia præclara est inter omnes virtutes, ergo relucet in beata virgine. ¶ Ad istam rationem dr̃ ꝙ si arguere intendãt pro tempore conceptionis, nõ procedit. Tum quia hoc quod est esse omni laude dignissima, non attribuit ecclesia beatæ virgini pro tempore suæ conceptionis, pro quo filii Dei incarnatione non facta, non erat verum dicere ꝙ esset mater Dei. Sed pro eo tempore hoc ei attribuitur & decantatur pro quo iam mater Dei erat. Quod clarissimũ est si plena allegetur auctoritas quæ est ista. Fœlix nanq; es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię Xp̃s Deus noster. Tum secundo ratio præfata nullas habet vires, quia præsupponit talem ecclesiæ in-

tentum esse in cantico præfato ꝙ ita virgo beatissima dicatur omni laude di-
gnissima, ꝙ omne illud ratione cuius aliquis laudandus veniret cōpeteret bea-
tæ virgini. Quod falsum esse omnis catholicus certum habet. Multa quippe lau
de digna & colendissima dicuntur de Christo de quibus ecclesia sancta laudat
prædicat & veneratur eum, de quibus cum veritate beatissima virgo non ve-
nit laudanda. Sicut ꝙ filius Dei est eius filius naturalis, ꝙ conceptus est de spiri
tu sancto, ꝙ natus est de virgine: ꝙ gratiam & virtutes habuit in supremo possi-
bili gradu plenitudinis, ꝙ caput ecclesiæ, ꝙ sanctus sanctorum, & sic de multis
aliis partim superius positis, rōne quoq; aliquibus laudibus veneratur, quibus
nulla creatura digna est laudari. Ecclesia ergo aliquibus laudibus colēdo Chri
stum quibus non colit nec laudat virginem benedictam, dat intelligere ꝙ in
præfata antiphona non loquatur de omni laude simpliciter: sed citra laudes
proprias Christo, de omni laude virtutis quæ creaturę rationali non vnitę di
uinitati possit competere. Inter laudes autem proprias Christo, hæc est (vt su-
perius multiplici auctoritate tam sacræ scripturæ, q̄ sanctoꝝ ostēsum est) inno-
S. Bona uētura. centem fuisse per immunitatē originalis peccati. Quare infert Bonauētura do-
ctor Seraphicus. i. Reuerendissimus pater & dn̄s Cardinalis singulare iubar or
dinis fratrum minoꝝ in tertio. di. 3. ꝙ hoc virgini attribuendum non est. Suf
ficiūt. n. (inquit) virgini aliæ dignitates quas sibi filius cōicauit & dedit: in qui
bus super excellit omnes humanas laudes & deuotiones. & ideo non oportet
Bernar. nouos honores confingere ad honorem virginis quæ non indiget nostro mē-
dacio, quæ tantum est plena veritate. Hæc ille. In quibus verbis secutus est di-
cta beatissimi Bernardi, qui canonicos Lugduneñ. qui videbātur propria Chri
sto attribuere etiam beatę virgini, ita dicit. At valde honoranda est, inquis, ma
ter dn̄i. Bene admones: sed honor reginæ iudicium diligit. Virgo regia falso
non eget honore veris cumulata honoꝝ titulis. Et infra. Si tantundem dede-
ris matri non est hoc virginem honorare, sed honori detrahere. Ex quo verbo
beatissimi Bernar. colligunt doctores, quoꝝ relator sum, duas propositiones.
Vna est ꝙ honori beatæ virginis nullo modo detrahitur sicut nec honori cu
iuscunq; alterius sancti, dicere ꝙ ipsa fuerit peccato originali, obnoxia. Secūdo
ꝙ dicere eam aut aliquē alium hominē sanctum ab Adam propagatum origi-
nali pc̄tō non fuisse obnoxiū cum in hoc detrahatur honori Christi sic detra-
here honori beatissimæ virginis matris suæ & pariter honori omniū seruorū
Dei, quibus hæc dignitas attribueretur. Cæterum tertio ratio prędicta nō pro
cedit: quia præsupponit ꝙ innocentia vt dicit conditionem status. Cnon fuisse
sub pc̄tō, sit quædā specialis virtus, præclara inter alias virtutes. Quod superius
Cassio. satis improbatum est. Quod etiā patet ex illo Cassiodori super psal. 50. ita di-
centis. In baptismo sic oīa mundantur vt illi nos restituat puritati in qua Adā
noscitur esse procreatus. Quod vtiq; falsum esset si de ratione ipsius puritatis
esset (vt videtur ex aduerso dici) nunq̄ sub pc̄tō fuisse. Tum quarto, non proce
dit, quia præsupponit ꝙ nunq̄ fuisse in conceptione sua obnoxia pc̄tō origina
li, ita pertineret ad statum beatissimæ virginis, sicut aliqua virtus dicitur perti-
nere ad statum vnius prælati, vel vnius Reginæ. Falsum. n. est & superius im-
probatum. Verum tamen est ꝙ decebat eam, & ad eius pertinebat statum cum
actu constituebatur mater Dei, vt immunis esset ab omni contagione, & fomi-
te peccati. Et ita factū est. Vt enim superius visum est ex dictis tam glo. Luc. I.
Glo. q̄ doctorum magnoꝝ in conceptione filii Dei, in qua actu constituebatur ma-
ter Dei sanctificata est ita plene: vt fomes ille peccati, quem post pœnitentiam

sanctificationem dicunt mansisse ligatum, substantialiter ablatus esset & penitus amotus.

ℭ Vis alterius rationis inductæ per eadem exaduerso prosternitur. Cap. 36.

PRAETEREA arguitur sic ex eadē radice exaduerso. Sicut laus est nūq̄ peccasse: ita est vituperiū peccasse aliqn̄. Sed vituperiū cū pfectissima laude stare nō pōt. ergo in.b.v.q̄ est oi laude dignissima nūq̄ fuit peccati macula. ℭ Ad istam rōnē dr̄ primo ꝙ cū teste philosopho.2.ethicoꝶ laus & vituperiū consistant in his quæ in potestate nostra sunt, vnde ecclesiastica.31.dicitur beatus qui potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & nō fecit: proprie vituperiū nō debetur ꝗm se his qui concipiūtur in originali pctō, vt superius in principio relationis dictū est. Quod etiam ex ipsa rōne vocabuli patet. Dicitur.n.vituperium vt auctoritas grammatici Papias.s.& Catholicon.dicūt a vita & paro paras, qn̄ aliquid in vitam alicuius parare siue obiicere turpe potest. Et ita vituperiū dr̄ aliquod turpe obiectū in vita alicuius. Ex quo patet ꝙ solum pctō actuali quod quis in vita sua commisit vituperium respondet, & non peccato origine cōtracto. Quare manifestum est ꝙ fuisse sub originali peccato nec est vituperosum persona eius cōsyderata quę concipitur: nec derogat perfectissime laudi debite eidem beatissime virgini, sicut dictum est supra. Derogasset autem gloriæ & honori eius si cōmisisset peccatum actuale quodcunq;. Secundo etiam ratio non procedit quia (vt superius dictum est) perfectio laudis, quæ omnem ignominiam & commissam & contractam excludit nullius est nisi Christi. ℭ Cæterū arguitur, sic exaduerso. Omnia quæ ad laudem pertinēt debent attribui beatæ virgini iuxta sententiam Hieronymi dicētis. Quicquid humanis dicī potest verbis minus est laude eius. Reddens autem causam sui dicti inquit: quia diuinis est & angelicis laudata præconiis. Constat autem ꝙ semper fuisse innocentem, nunq̄ Deo abominabilem, non parua laus sed magna est. ergo decet eam attribui ei. ℭ Ad istam rationem dicitur ꝙ nullo modo procedit. Tum quia si procederet probaretur ꝙ ipsam decuisset omnes laudes Iesu Christi habere, arguendo sic. Omnia quæ ad laudem pertinent debent attribui beatæ virgini. Ista ponitur exaduerso. Sed creare mundum: concipi de spiritu sancto, habere corpus vnitum diuinitati: & ab instanti conceptionis habuisse fœlicitatem æternam, non parua laus est, sed magna. ergo decet tales laudes ei attribui. Quod esset vanum dicere. Secundo ratio nō militat, quia maior propositio est falsa, videlicet ꝙ oīa quę ad laudē ptinent sunt beatæ virgini attribuēda, sicut patet in exemplis positis. Nec hoc Hier. dicit. Nō.n. Hiero. vult in prædicta auctoritate ꝙ quicquid vlr dici potest humanis verbis ad laudem pertinens, sit attribuendū beatæ virgini. Sed tantum vult dicere ꝙ nos in explicando virtutes suas pro excellētia & multitudine eaꝶ deficimus ab eaꝶ narratione. Sicut.n. vincūt intelligentiā nostram: ita etiam supergradiuntur omnē facultatē dicendi. Vnde tali modo loquendi vtitur Augustinus in epistola ad cerilium de morte Hieronymi ita dicens de eodem Hieronymo. Ad ipsum ergo clamemus, & exultemus denuoq; gloriam laudi eius qm̄ dignior est omni laude, nec sumus sufficiētes eū laudare. Et infra. Magnificemus obsecro eū nec taceamus qm̄ maior est oi laude. Nos fas faciamus in populo glorię suę laudes. Et ipse etiam Hiero. de morte Paulę

Hiero. (margin)

Hiero. (margin)

August. (margin)

Hiero. (margin)

scribens, Ita ait. Si cuncta corporis mei membra verterentur in linguam & omnes artus humana voce resonarent, nil dignũ sanctę ac venerabilis Paulę virtutibus dicerem: nobilis gratia, sed multo nobilior sanctitate.

¶ In quo respondetur rationibus ex aduerso sumptis ex eo ꝙ dicitur Regina cœli. Cap. 37.

CONSEQVENTER arguitur sexto in loco principaliter ex sexto attributo, videlicet ex hoc ꝙ dicitur Regina cœli. Et arguitur sic. Omnis.n. prærogatiua aut excellentiæ decor qui pertinet ad aliquẽ statũ si reperiatur in inferioribus decet merito inesse ei quę supremum gradũ in secundo statu tenet. Cum ergo virgo beata sit regina cœli, & reperiatur in militibus palatii sui.s. angelis huiõi prærogatiua ꝙ semper fuerunt innocentes: nunꝗ subiecti maculæ aut foeditati peccati: hoc et similiter fuit in prima muliere Eua. ergo ista prærogatiua multo in beata virgine debuit resplendere. ¶ Ad istam rõnem dicendũ est dupliciter. Primo negãdo maiorem. Non est.n. vera vniuersaliter, nisi quando sit primũ illius omnis natura & gratia: siue ꝙ in omnibus est supremum. Tunc.n. omnis prærogatiua quæ in inferioribus splendet, relucet & amplius & perfectius in tali supremo. Cum vero est solum supremum participatione gratię, nõ oportet hoc ita esse vniuersaliter, videlicet vt in omnibus tale supremũ omnium aliorũ conditiones perfectionales habeat. Multa.n. ad excellentiã pertinẽt angelorũ naturalẽ quæ conditioni humanæ attribuenda nõ veniunt de quibus Magister sententiarũ loquitur in secundo, di. 3. Sicut est naturæ subtilitas, simplicitas substãtię ac immortalitas, perspicacitas intelligentiæ & hmõi: quibus & hominibus simpliciter superiores cõditi sunt: & inter se sunt differentes. Vnde Magister sententiarũ loco prædicto. Credendũ est (inquit) illas spirituales naturas cõuenientes suæ puritati & excellẽtiæ & in essentia & in forma, & in facultate differẽtias accepisse in exordio suę cõditionis quibus alii superiores alii inferiores dei sapientia constituerentur. Originali autẽ pctõ nunꝗ subiacuisse, nõ dicitur pertinere ad donum gratiæ in angelis. sed ad conditionem naturæ: in qua non est vnius ab alio propagatio. Quemadmodũ (vt ait sanctus Thomas in quarto, di. 49.) non est virtutis in angelis ꝙ omnino a delectabilibus carnis abstinent, cum huiusmodi delectationes in eis esse non possint. Et idem contingere videretur quantum ad contractionem originalis peccati in homine qui de terra siue de aliqua materia nouiter in naturalibus crearetur. Secũdo dicitur ad minorem ꝙ (vt ex superioribus notum est) cum innocẽtia per immunitatem peccati originalis, nec in angelis nec in primis parentibus possit dici prærogatiua gratiæ: quia illis non erat natum inesse originale peccatũ cum vitiata propago in eis locum non haberet, sequitur ꝙ solũ respectu actualis peccati prærogatiua innocentiæ in eis accipienda sit & consyderanda. Quare cum sanctissima virgo nunꝗ aliquo actuali peccato fuerit obnoxia, proculdubio prærogatiua innocentiæ, quę in angelis fuit & in primis parentibus, in ea refulsit se credenda est. Stat tamen cum hac prerogatiua innocentiæ ꝙ fuerit in conceptione sua ratione vitiatę propaginis obnoxia originali peccato, quod nõ erat natum inesse in angelis nec primis parentibus.

Magr. sniarum

Magr. sniarũ.

S. Tho.

Alia

¶ Alia ratio ad idem exaduerso ex eodem facta prosternitur. Cap. 38.

PRAETEREA arguitur exaduerso. Nõ decet reginã gratiæ fuisse aliqñ reã culpę: & angelorum dominã fuisse dæmonis vnq̃ ancillã vel ab eodẽ p pc̃tm̃ oppressam. Ergo decuit Regẽ Regũ & dñm dñantiũ præseruare reginã sponsam suam ne a diabolo inimico suo vnq̃ fuisset oppressa. ¶ Ad istam rõnẽ dr̃ multipliciter. Primo quidẽ ꝙ deficit in ea virtus illationis. Hæc quippe cñia nullas apud eruditos habet vires. Hoc nõ decet siue decuit beatissimã virginẽ aut talẽ sanctũ. ergo decuit ꝙ deus ab hoc eã præseruaret. Pari quippe rõne (vt in superioribus cõmemoratũ est) argui posset de oĩbus hoĩbus pro eo ꝙ non decet quẽq̃ hominẽ reũ fuisse culpę aut seruũ fuisse diaboli & maxime de his qui Xp̃o maxima charitate cõiũcti fuerunt. Multa plane permittit deus iustissime & decentissime fieri: quæ non solum non decent homines: sed maxime maculant, inficiunt, & de honestam, sicut ait Magister sententiarum in. 2. di. 32. Vbi ad qõnem qua quæritur, quare Deus animã corpori coniungat sciens eam inde maculari & ideo damnari: dicit. Respõdemus ex altitudine diuini iudicii illud prouenire, nec iniuste id a Deo fieri. Magist. sniarũ.

Tum secũdo rõ nõ procedit quia cum solus Deus sit auctor gratiæ, solus vnus est qui est rex gratiæ per influentiã, & tali cũ sit fontalis origo grẽ & caput influens vniuersis membris ecclesię repugnat quocũq; mõ culpæ subiacuisse. Beatissima aũt virgo dr̃ regina grẽ nõ per influentiã quidẽ, quia hoc solius dei est, sed intercessiõis suffragio. Habere aũt rõne regalis dignitatis hoc mõ respectũ gratiæ, non repugnat in conceptione sua pro eo tempore quo nullus est vsus suffragiorum subiacuisse culpę originali, vt patet manifeste. Alias nullus qui peccato origi. fuit obnoxius intercessione sua posset aliis gratiã impetrare, quod absurdum esset. Tertio, ratio nulla est, quia ex hoc ꝙ virgo bñdicta dr̃ obnoxia fuisse pc̃õ originali, nec ancilla pp hoc dicenda est fuisse diaboli, nec oppressa a diabolo, nec (salua pace) his terminis vtendũ esset inter eos qui ex sacri concilii institutione sanctissima constituti sunt ad inquisitionẽ veritatis, non ad inuehendum & prouocandum animos simplicium quibusdam (vt ita dicam salua pace) falsis testimoniis cũ dicentes eã origi. pc̃õ obnoxiã nõ dicant eã ancillã diaboli fuisse, nec fuisse obnoxiã ori. pc̃õ in conceptione sua sequitur eam ancillã fuisse, diaboli. Q̃m ancilla (vt ex omniũ grãmaticorum doctrina dr̃) est illa quæ mouetur ad seruitiũ alterius. Ancillã. n. ancillari, idem est qđ famulari & seruire. Cũ aũt in conceptione nulla sit cognitio, nec vsus liberi arbitrii nullus est ibi famulatus diaboli nec obsequiũ. Et ideo quanq̃ concepta in originali pro eo quia subiecta damnationi paternæ præuaricationis concipitur a qua non potest liberari nisi per Xp̃m, dicatur aliquo modo concipi captiuitati subiecta, non tamen dicenda est pro tunc ancilla diaboli. Hoc enim nomen actualem exhibitionẽ obedientiæ aut famulatus importare videtur. Præterea. Longe est a veritate & ab omni vera doctrina catholica ꝙ anima cum peccatũ originale contrahat a diabolo, veluti virgo a lenone comprimatur, siue constupretur, sicut videtur dicere exaduerso ponens exemplum de Naaman qui iudicatus est a Rege assuero voluisse opprimere Hester Reginam. Hester. 7. Doctores. n. sancti & Magr̃ sniarum & schola famosa theologorum eos sequens nõ dñt diabolum interuenire in contractione originalis peccati tanq̃ corruptorẽ & & oppressorẽ animæ contrahẽtis, nec hoc videtur concedendum esse: sed solũ eam contrahere dicunt originale peccatum ex corruptione carnis cui coniũ Magr̃ sniarũ.

Augu∫t. gitur. Unde Augu∫t. de verbis dñi & adducitur a Magi∫tro in ∫ecundo. di. 31. dicit. Vitium concupi∫centiæ e∫t quod anima ∫ed ex carne contraxit. Natura quippe non opere Dei cum vitio e∫t primitus in∫tituta ∫ed ex volũtate & arbitrio primorum hominum veniente e∫t ∫anciata, vt non ∫it in carne bonum, ∫ed vitium quo inficitur anima. Hæc Augu∫tinus. Ex quibus mani∫e∫te patet ꝙ minus rõnabiliter imponitur ∫anctis & tam preclaris doctoribus qui in ∫ua doctrina reliquerunt ꝙ virgo Maria fuerit origi. pctõ in ∫ua conceptione obnoxia ꝙ dicant ꝙ a diabolo fuerit oppre∫∫a, cũ de aliis animabus maculam originalis peccati contrahentibus non concedatur. Nõ dubium, qm̃ grauiter ferrent, ∫ic arguentes ∫e ip∫os vocari filios fœminarum con∫tupratarum aut oppre∫∫arum a diabolo aut earum quę concubinæ & meretrices fuerunt diaboli. Quis. n. nedum Theologus ∫ed etiam fidelis vnq̃ audiuit ꝙ diabolus tempore conceptionis ventres concipientiũ intret oppre∫∫urus, ∫iue concubiturus cum animabus

Glo. infundẽdis corporibus. Oppre∫∫io. n. vt vř colligi ex glo. ∫uper illud. Act. 10. qui pertrã∫iit benefaciendo & ∫anando omnes oppre∫∫os a diabolo: corporalem vexationem importare videtur. Quis in∫uper diceret virginem benedictam fui∫∫e filiam parentum quos diabolus oppre∫∫erat, aut filiam eius quæ primitus fuerit diaboli. Tales plane ∫ermones quæ magis inuenti videntur ad cõmouendũ animos ∫implicium, q̃ ad declarationẽ vel inuẽtionẽ veritatis, a viris religio∫is & doctis remouendi ∫unt de medio. Non dubium quin ∫imiles & multum grauiores dici po∫∫ent contra a∫∫ertionem exaduer∫o a quibus hone∫tatis gratia ab∫tinent: cũ doctores huius doctrinæ non ni∫i in priuilegiis Xp̃i & in vniuer∫alitate redẽptionis, & in precio ∫anguinis ∫eu illam fundent. Stat ergo ꝙ aures fideliũ deuote audiant & firmiter credant ∫icut fecerunt ∫ancti ac deuoti∫∫imi beatæ virgini, ꝙ ∫oli Xp̃o no∫tro redẽptori hæc conceptionis puritas conueniat, & per con∫equens credant beatã virginẽ in cõceptione ∫ua originale peccatum contraxi∫∫e. Licet graue ferrent audire & merito, a diabolo eam fui∫∫e compre∫∫am.

¶ In quo re∫pondetur rationibus exaduer∫o ∫umptis ex eo ꝙ dicitur, exaltata ∫uper omnes choros angelorum. Cap. 35.

Mag. ∫ntiarum PRAETEREA arguitur exaduer∫o ex ∫eptimo attributo quo beati∫∫ima virgo exaltata dicitur ∫uper oĩs choros angelorum. Et arguitur ∫ic primo. Sicut allegat Magi∫ter ∫ententiarum in. 2. di. 9. inter angelos con∫tituta e∫t ∫uperioritas ordinũ & per comparationẽ ad excellentiores prærogatiuas gradus dignitatũ & perfectionẽ, ita ꝙ omnis virtus & perfectio quæ reperitur in angeli inferioris ordinis multo magis & maiori gradu in ordine reperitur ∫upremo: & ita ∫ecundũ cõem ∫ententiam doctorum homines a∫∫umuntur ad illos ordines angelorum qui in ∫e habuerũt ∫tatum & virtutes quibus illi ∫plendent. Si ergo beata virgo ∫uper oẽs choros angelorum dicitur exaltata: oportet ꝙ omnes virtutes perfectiones & prærogatiuę angelorum, re∫plendeant in ea. Fui∫∫e autem ∫emper innocentẽ & ab∫q; peccato, angelorum prerogatiua e∫t ∫ingularis. ergo decet eam lucere in beata virgine quæ præ∫idere dicitur ∫uper angelorum ordines vniuer∫os. ¶ Ad i∫tã rõnem & ∫i plana ∫atis ∫olutio po∫∫it colligi ex dictis ∫uperius ad rationem con∫imilẽ, veruntamẽ vt veritas ip∫a in∫tar conditionis ∫uæ ∫plendidior ∫iat, dř ꝙ & ∫i verum ∫it ꝙ de angelorum ordine ad angelos dř: periculo∫um tñ e∫∫et dicere homines ad

illos ordines angelorum nō assumi nisi qui statum & virtutes in se habuerint quibus illi splendent: quia cum Apostolus Paulus qui ordinū cœlestium ampliorem præ cæteris apostolis doctrinam nobis dereliquit de hominibus loquēs dicat. Rom. 5. Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Et per consequens nullus hominum de quibus loquitur resplenduerit illa prærogatiua status innocentiæ & virtute quibus angeli, necesse est sequi vnum de duobus erroribus: aut quod nullus hominum ad æqualitatē sumatur angelorum, quod est erroneum: cum sit contra promissionem Christi dicentis. Luc. 20. Filii remissionis erunt æquales angelis. Et Matt. 22. Erunt sicut angeli Dei in cœlo. Et Dionysius de di. nominibus inquit. quod homines angelorum gloriā sortientur. Aut. 2. sequitur, quod nullus hominum vnquam peccauit, sed semper fuerit innocens sicut angeli beati. Quod pariter erroneum esset dicere. Præterea nec fuit vnquam talis doctrina communis doctorum vt dicitur exaduerso quod homines assumantur ad illos ordines angelorum qui in se habuerunt statum & virtutes, quibus illi splendent. Non. n. in æqualitate status fundata est ratio superioritatis in ordinibus respectu hominū & angelorum, sed in æqualitate meritorum. Vnde Magister sententiarum in. 2. dist. 11. Vbi quærit vtrum decimus ordo erat ex hominibus cōstituendus, dicit sic. Gregorius nāque dicit omnes homines assumendos ad ordines angelorum, quorum alii assumuntur ad ordinem superiorum qui. s. magis ardent charitate, alii in ordinē inferiorum. qui. s. minus perfecti sunt. Ex quo apparet (inquit) non esse de hominibus formandum decimum ordinem tanquam nouem sint sicut angelorum & decimus hominum. Sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum. Hæc ille. Dimissa ergo illa doctrina vt pote sententiæ communi doctorum non conformi; dicendum est cum Magistro sententiarum & doctoribus communiter sequentibus eum quod diuisio ordinū & superioritas in angelis, aliter consyderatur respectu angelorum. Diuisio. n. ordinum in angelis non solum est secundū gratuita, sed etiā secundum naturalia dona. Vnde Magister sententiarum in secundo, di. 9. dicit quod ordo angelorum in gratia similantur sicut & naturalium donorum participatione conueniunt. In hominibus aut respectu angelorum diuisio, & superioritas attenditur secundū merita quorum principium est ipsa charitas quæ ad ordines ducit mansionum cœlestium: vtpote secundum cuius maioritatem potior est coniunctio spūs cum Deo: & non status innocentiæ. Multi plane magni peccatores & meretrices, & per plures publicani præcedent angelos multos in regno cœlorum. Sicut de Maria Magdalena, Matthæo, Paulo, & idem esse dicēdū de aliis quamplurimis de quibus grauia peccata scriptura commemorat, veraciter creditur. Non ergo dicendum est quod penes statum innocentiæ aut pœnes non peccasse, aut nunquam subiacuisse peccato, detur gradus superioritatis ordinis hominibus: sed penes dona gratiæ ampliora. Vnde Isidorus libr. 2. de summo bono. Vnumquemque enim deus de suo fine non de vita præterita iudicat. Ex quibus patet manifeste, quod cum hoc quod virgo beatissima in originali peccato cōcepta fuerit, & non ipsi angeli, stat quod ipsa sit exaltata super omnes angelos: ex quo donis gratiæ omnes eorum supergrediatur virtutes. Præterea ratio non procedebat. quoniam (sicut superius dictum est) angelos nunquam subiacuisse peccato originali non dicitur prerogatiua singularis in eis, quia illud non erat natum aut possibile inesse eis. Sed prærogatiua illa attenditur respectu peccatorum actualium tantum. Hæc autem innocentia semper fuit in sacratissima virgine quæ propriæ vitæ nullum pctm̄ habuit. Vnde ratio non procedit.

Diony.
Magr sniarum.
Gregor.
Magr sniarum.
Isido.

¶ Ratio secunda exaduerso ex eadem radice ad idem formata prosternitur. Cap. 40.

ECVNDO arguitur sic ex adē radice exaduerso. Legitur.n.
8 Apoc. 12. quod Michael Archangelorum princeps pugnans cum dracone & angelis eius insigni victoria eum de sede sua qua cæteris præsidebat, deiecerit. Sed nō vr decens ꝙ supra eos omnes sederet mulier quæ serua fuisset & ancilla antiquissimi hostis per eos ab illa sede suprema in terra prostrati. ¶ Ad istam rōnem respondetur, ꝙ non procedit: Tū quia nō habet veritatē præsuppositū, videlicet ꝙ propterea q.v. Maria dicatur cōcepta fuisse in ori. pctō, ꝙ propter hoc fuerit ancilla siue serua antiquissimi hostis. Esse quippe alicuius ancillā & seruā vt a seruiendo & famulando sumuntur sicut vocabula sonare videntur & sua interpretatione designare, actuale exercitiū li. arbitrii respicere videntur, quo quis tentationis consensu diabolo deseruit secūdum illud Ioan. 8. Qui facit peccatū seruus est peccati. Hoc autem in conceptione paruulorum non est. Ideo non conceditur ꝙ qui conceptus fuit in peccato originali pro illo tempore illo modo fuerit seruus aut seruitor diaboli, aliqua famulatus aut seruitutis exhibitione: nec hoc de paruulo aliquo concedimus. Licet rōne reatus naturæ dicatur ꝙ in ori. pctō concipitur captiuitati subiectus, pro eo, ꝙ in casu primorum parentū totum humanū genus dicatur esse victum & damnationi subiectū. Qd vero dr exaduerso ꝙ Hiero. dicat in sermone de cola. Io. Bapt. ꝙ virgo Maria prostrauerit angelos de coelo, falsum est, sed verba illius sermonis sunt ista. O malum summum diaboli. Per mulierem ab initio diabolus Adam in paradiso prostrauit, & de paradiso exterminauit, per mulierem mitissimus Dauid necē militis sui innocētis in epistolæ dolo mandauit. Et post multa exēpla talia inquit. Et quid dicā de omnibus? Per mulierē angelos cœlo deposuit, p mulierē cūcta omnino prosternit & iugulat, oēs interficit, oēs elidit. Hæc ibi. Videāt nūc dñationes vestræ, si hęc de virgine bñdicta ita intelligenda veniunt quæ de malis mulieribus dicūtur. Vtinā proponens exaduerso diligentius pōderasset dicta sanctorum, anteq̄ ea huius sanctę congregationis auribus prǽsentasset. Secūdo rō nō procedit, quia cōsequentia nulla est, immo si procederet etiā argueretur, ꝙ nullus vnq̄ homo q fuerit aliqñ seruus Luciferi & sociorum eius, debeat super angelos in beatitudine collocari. Qd (vt supra visum est) a fide alienū est. Et tñ patet rō cōsequentiæ si prima valeret: quia nō decet super angelos constitui qui seruus fuit nedū pctō originali sed turpissimis actibus hostium ipsorum bonorum angelorum.

Hiero.

¶ Alia ratio ad idem exaduerso ex eodem fundamento formata deiicitur. Cap. 4.

ONSEQVENTER arguitur sic exaduerso. Sicut Christus dicitur sedere ad dexteram dei patris secūdū humanitatē, quia potiora patris possidet bona, ita beata virgo cum tanq̄ regina dica-
6 tur sedere ad dexteram filii, dicitur ꝙ sit in potioribus bonis filii. Puritas autem ab omni macula annumeratur inter potissima bona. Ergo videtur ꝙ hac puritate beata virgo resplendeat: ¶ Ad istam rationem dicitur ꝙ non facit ad propositum cum in conceptione sua beatissima virgo non dicatur sedisse ad dexteram filii, aut amicta

fuisse sole, aut pœnetrasse abissum diuinæ sapientiæ, & huiusmodi quæ adducũtur exaduerso ex doctoribus, & ideo pro illa hora ratio non militat. ¶ Præterea, probare ꝙ beatissima virgo sit purissima & immaculatissima, quod omnis Catholicus concedit, non est arguere ꝙ in conceptione sua originali peccato non fuerit obnoxia, immo in omnibus argumẽtis similibus committitur fallacia figuræ dictionis quæ sępissime currit in rationibus exaduerso factis, sicut inferius plenius dicetur. ¶ Præterea rõ deficit. Licet. n. Xp̃s secundũ humanitatem dicatur possidere potiora bona patris: non dr̃ tñ illa inquantũ est hõ æqualiter possidere, vt ex fidei fundamentis notũ est. Quanq̃ igitur beatissima virgo dicatur possidere potiora bona cũ filio & inter illa annumeraretur puritas: non tñ sequitur ꝙ æqualiter eam cum filio possideat; quæ inæqualitas attẽdenda est & in tempore & in plenitudine. Qualiter aũt concedendum sit quod dr̃ exaduerso, ꝙ beata virgo Maria sedet a dextris filii, legantur Alexander de Ales, in. 3. & Sanctus Tho. in eodẽ di. 22. vbi quęritur, vtrum soli Christo cõueniat a dextris Dei patris sedere. Vbi non parum mirandum est in quibus sanctoꝝ libris reperit proponens exaduerso ꝙ beatissima virgo sit æqualis Xp̃o in oĩbus, hoc excepto, ꝙ non sit Deus. ¶ Plane in alia prærogatiua & in alia excellentia, oĩum catholicorum doctorum fides tenuit & tenet & tenebit illam humanitatẽ saluatoris nostri oĩum cultu dignissimã; illud organũ diuinitatis: illud sanctissimũ templũ in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter: illam cuius charitas cuius precium passio fuit nostræ redemptionis, q̃ prædictus proponens videatur imponere sanctis. Nec credendũ est hoc placere virgini benedictę vt dicatur, sibi competere omnis excellentia & prærogatiua gr̃æ quæ filio suo competit, excepto hoc solo ꝙ nõ est Deus sicut ipse. Nõ. n. fides nostra hoc patitur: nec aures fideliũ hoc audire debent, vt qui redemptus est, redemptori suo par in gratia & prærogatiuis esse dicatur. Non suffert hęc sacra scriptura quæ sanctũ sanctoꝝ confitetur illud. Daniel. 9. & speciosum prę filiis hominũ. psal. 44. De quo ẽt superius aliqua testimonia adducta sunt scripturæ. Ratio insuper hoc non admittit ꝙ membrũ æquale sit suo capiti ęqualitate virtutis. Vnde August. loquens in libro de sancta virginitate de sanctis in comparatione ad Xp̃m, ait. Hi quanto magni sunt tãto humilient se in omnibus, vt corã te inueniant gr̃am. Iusti sunt, sed non solum iustus tu sed iustificans impiũ. Casti sunt sed eos in peccatis matres eoꝝ in vteris aluerunt. Sancti sunt sed tu etiã sanctus sanctoꝝ. Virgines sunt: sed nati ẽt ex virginibus non sunt. Spiritu & carne integri sunt, sed verbũ caro facti nõ sunt. Hęc ille. Ecce ꝙ August. non solũ pręrogatiua vnionis personalis supergredi Xp̃m dicit vniuersos sanctos: sed multiplici pręrogatiua alia. Quãtũcũq; ergo doctores sancti loquantur de laudibus beatissimæ virginis, semp tñ intelligendę sunt citra illũ cui non est datus sp̃us ad mensurã. Io. 3. Vñ beatus Bernar. Canonicis Lugdunẽn. qui in celebrando festũ conceptionis beatissimæ virginis videbantur eam adæquare honori & pręrogatiuis Xp̃i in puritate conceptionis, ait, hoc nõ debere fieri: quia honor reginæ iudiciũ diligit. Et hoc notasse videtur beatus Anselmus in auctoritate quę adducitur exaduerso in tractatu de conceptione beatæ virginis, cũ ait. Nihil tibi o Dña est ęquale, nihil comparabile. Omne. n. qd est, aut est supra te aut infra te. Qd supra te est solus deus, est. Quod infra te est, est omne quod deus nõ est. Et intelligit per li. Deũ Christũ in vtraq; natura: qa alias cum dicat nihil esse ęquale beatæ virgini oporteret dicere Xp̃m secundũ humanitatẽ inferiorẽ esse beata virgine quod esset stultissimũ dicere. Quod au

[Margin notes: Alex. de Ales. / S. Tho. / Error maximus exaduerso. / August. / Bernar. / Ansel.]

Bernar. tem beatus Bernar. non intendat dicere qd exaduerso sibi imponitur, immo ꝙ contrariū dicat. patet manifeste, si eius dictū diligenti intuitu consyderetur Ait. n. sic in ori. Iure ergo beata Maria sole perhibetur amicta: quia profundissima diuinæ sapientiæ vltra q̃ credi valeat penetrauit abissum: vt quātum sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa. Ex istis autē verbis beatus Ber. non vr̄ dicere. immo nec dicit ꝙ excepto ꝙ virgo Maria nō est deus personali vnione sicut filius suus, omnis excellentia & prærogatiua gratiæ quæ in filio ponitur resplendeat in matre. immo contrariū. Dicens. n. ꝙ quantū creaturæ conditio quæ non est vnita personaliter deo patitur, luci inaccessibili diuinitatis videaẽ immersa: dat expresse intelligi

Bernar. ꝙ citra illam naturā quæ personaliter vnita est Deo, & ita inferius ea, ipsa sit illi luci inaccessibili immersa. Et ita non imponendū est beatissimo bernardo singularissimo defensori priuilegiorꝫ Christi & illius sanctissimæ & adorantissimę humanitatis eius, ꝙ dixerit beatissimā virginē resplenduisse omni excellētia & prærogatiua gratiæ quæ in Christo Dei filio redēptori nr̄o fuit excepto hoc ꝙ non est Deus personali vnione sicut eius filius. Cæteꝝ ꝙ hoc non fuerit de mente sua, maxime manifestant exēpla prædicta: vbi singulariter inter alia has excellentias ponit in Xp̄o, quas in beata virgine negat expresse. s. cōcipi de spiritu sancto, concipi sanctū, & de virgine nasci.

August. ¶ Qd aūt nec beatus Aug. adæquet virginē benedictā Christo in sanctitate sicut exaduerso imponitur ipsum velle dixisse, patet manifeste. Tum quia ipse dicit contra Iulianū libro. 5. ꝙ qui carnē Christi ita comparat carni nascentium cæterorum hominum: vt asserat vtrāq; puritatis ęqualis, detestandus hæreticus inuenitur. & loquitur de omni-

August. bus aliis a Xp̄o. Tum secundo ipse lib. 2. de baptismo paruulorꝫ carnē virginis carnem vocat peccati: qd negat de carne Christi. Tum tertio patet ex ipso testimonio quod inducitur exaduerso pro contraria sententia. Dicit. n. sic beatissimus August. in sermone natiuitatis eiusdem virginis. Quid dignius hac virgine & sanctius potuit exoriri in humano semine. Hæc ille. Cū aūt constet omnibus virginitatē matris Dei confitentibus non humano semine sed ex purissimis & sanctissimis sanguinibus virginis Xp̄i conceptionem celebratam esse, vt

Damascenus. dicit Damascenus: clarissima luce patet beatissimum Aug. per illa verba Xp̄m exclusisse, quo excepto, nihil sanctius ortum virgine beatissima. Et ita salua pace proponentis exaduerso non debet concedi verbum illud quod posuit. s. ꝙ constat ꝙ Xp̄s est ex humano semine. Nec expositio videtur congrua quā ad-

Error verbalis exaduerso. iungit. i. ex purissimis sanguinibus virginis: quia doctores faciunt differentiā magnā inter esse ex humano semine, & esse ex purissimis sanguinibus virginis. Vnde Magister sententiaꝝ in. 3. di. 4. tractans illud Apostoli. Ro. 1. Factum est ex semine Dauid dicit. & sunt verba Ambro. lib. de s. s. Quia. n. non huma-

Magr sniarum Ambro. S. Tho. Damascenus. no semine concepta est caro domini in vtero virginis, & corpus effecta: sed effectū & virtute spiritus sancti. ideo Apostolus dicit. factum non natum. Aliud enim est semine admixto & sanguinis coagulo generare, & aliud est nō per mistionem sed virtute procreare. Item vt Sanctus Thomas tangit in tertia parte. q. 35. ar. 3. Damascenus inquit in tertio sententiaꝝ suaꝝ ꝙ natiuitas temporalis qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodam modo secūdū nos: quoniā natus est homo ex muliere & tēpore conceptionis debito. Super nos autem quoniam non ex semine sed ex spiritu sancto & sancta virgine super legem conceptionis. Præterea non videretur Augu. capere sic esse ex humano semine sicut exaduerso exponitur. Ideo cauenda sunt talia verba & tales expo

ctiones. Ne volendo æquare beatissimã virginẽ Xpo in sanctitate, tã filii q̃ matris detrahatur honori, & fidei Xpianæ integritas offendatur. Alia autem in eadem auctoritate posita, cũ manifestũ sit ex ipsa serie literæ & circũstãtia illorum ad cõceptionẽ referri nõ posse, tãq̃ ad propositũ nõ facientia pertrãseo.

¶ Alia ratio ad idẽ ex eodem fundamento exaduerso facta prosternitur. Cap. 42.

PRAETEREA arguitur sic exaduerso. Dicit Anselmus in orõne ad beatã virginẽ. O bñdicta super oẽs mulieres quæ angelos vi cis puritate: sanctos superas pietate. Ex ista arguitur sic. Sed angli semper fuerunt innocentes, nũq̃ fuerũt subiecti culpæ. ergo nec beata virgo, quæ illos dr̃ superare mentis puritate, culpæ nunq̃ subiecta fuit. Et probat qm̃ qui peccator aliqñ fuit, superare potest innocentem in aliqua alia virtute, sed nunq̃ in puritate: quia ista sibi deficit. ¶ Ad istã rõnem dr̃ negando consequentiã. Consequentia. n. ista ab oibus neganda est, nedũ in beata virgine sed et in aliis sanctis. Et ad probationẽ eũ dr̃, ꝙ qui peccator aliqñ fuit, superare potest innocentẽ in aliqua alia virtute, sed nunq̃ in puritate: quia ista sibi deficit. Dr̃ ꝙ non est verũ. Quod multipliciter ostenditur. Tũ primo per illud Prouer. 25. Aufer rubiginem, de argẽto & egredietur vas purissimum. Ex quo colligitur aperte, ꝙ fuisse sub rugine peccati, non impedit posse habere excellentẽ puritatẽ. Tum secundo patet per illud Apoca. 21. Latera ciuitatis sunt æqualia. Vbi secundum Glo. significatur, ꝙ virtutes gratuitæ sunt æquales. Vnde & Aug. 6. de trinitate, vt allegat Sanctus Tho. ait, ꝙ quicũq; sunt æquales in fortitudine, æquales sunt in prudentia, & in temperantia. Ex quibus etiã aperte videtur ꝙ quæ virtute aliqua gratuita innocentem superat, ꝙ mentis puritate et illum superagrediatur. Tum tertio, quia illud in corporalibus maiori puritate nitere dr̃ quod maiorem conuenientiã habet ad lucem corporalẽ, sicut aqua purior est terra, & aer purior aqua, & ignis ipso aere. Sic in spiritualibus in illo dicitur esse maior puritas vbi maior est lux, quod est quando magis appropinquat ei Deus qui est lux vera. Sed per gratiam gratũ facientẽ, quę est quędã participatio diuinę lucis, efficitur quis magis propinquus diuinæ luci & magis est conformis. ergo necesse est dicere ꝙ vbi est maior gratia gratũ faciẽs, ibi sit maior puritas etiam si ante conuersionem peccauerit q̃ in innocente, sicut patet in multis sanctis. Vnde propheta in psalmus. 50. Asperges me dñe ysopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor. Glo. i. incõparabiliter. Tum quarto, quia secundum illud. 1. Thi. 1. Charitas est de puro corde. Et Actuum 15. dicitur. Fides. s. formata purificans corda. videtur necessario ꝙ vbi maior est charitas ibi sit maior puritas mentis. Sed in his qui peccatores ante fuerunt sępenumero perfectior est charitas q̃ in his qui innocentes fuerunt, immo etiã q̃ in multis angelis: sicut patet de Magdalena & aliis gloriosis sanctis qui in principio magni peccatores fuerunt. Tum quinto. Puritati siue munditiæ cordis attribuitur videre Deum iuxta illud Matth. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Sed multi qui peccatores fuerunt creduntur, in cœlo videre Deum perfectius q̃ multi innocentes: immo q̃ multi angeli. ergo necesse est dicere secundum Catholicam fidem ꝙ tales sancti qui prius peccatores fuerũt, innocẽtes & angelos quibus superiores sunt in beatitudinẽ, mentis etiã supergrediantur puritate. Vnde Chrisostomus in lib. de reparatione lapsi. ca.

Glo.
August.
Glo.

23. In principio ita dicit. Quod autem possint homines per pœnitentiam ad splendorem pristinũ reparari, immo interdum multo clariores effici, iam quidẽ superius ex diuinis scripturis docuimus. Inde deniq; est ꝙ meretrices & publicani hæreditatem regni cœlestis accipiunt: inde & multi nouissimi primi constituuntur. Hæc ille. Non ergo admittendum videtur quod dicitur exaduerso ꝙ qui peccator aliquando fuit, non possit superare innocentem in puritate mentis. Non ergo valebat cõsequentia prima facta exaduerso, Virgo beatissima angelos vincit puritate mentis. ergo nunꝗ̃ subiacuit alicui culpæ. ¶ Præterea ẽt rõ præfata non militat: qm̃ (vt sæpe dictũ est in superioribus solutionibus) angeli non dicuntur puri quia nõ fuerunt sub originali pctõ cũ tale nõ fuerit natum inesse eis. Alias enim dignitas reputaretur in rebus irrationalibus ꝙ sunt pure a peccato, quod est stultissimũ dicere. Laudantur ergo angeli de puritate illius peccati qđ natũ & possibile erat eis inesse, & hoc est actuale. Talis aũt puritas fuit in beatissima virgine. Et iõ in rõnibus exaduerso cũ arguitur ex hoc ꝙ angeli aut primi parentes non fuerunt sub ori. pctõ, ꝙ ita btã virgo nõ fuerit, nulla est apparentia sequelæ aut rõnis. Vana quippe esset argumẽtatio eius qui vellet arguere, ꝙ homo pro eo ꝙ est dignior omni animali non cõcipiatur in culpa. Ex quo aliorum aialiũ conceptio non est alicui pctõ obnoxia. Et cur vana? Quia pctm̃ non est natum inesse cõceptioni taliũ aialiũ sicut cõceptioni hoĩs, & ita similiter nec creationi angelorum nec formationi primorum parentum.

Error ex aduerso.

¶ Epilogus exaduerso factus ad idem ex eodem dissoluitur. Cap. 43.

ULTIMO quasi epilogando vim totius argumẽti documẽti secundi arguitur exaduerso. Iustum est filium ad nutum omnipotẽtem tribuere matri quicquid pertineret ad decentiã status sui inter omnes creaturas supremi. Sed Xp̃s filius beatæ virginis est ad nutum omnipotens. Ergo tribuit ei quicquid pertinet ad decentiam sui status. Constat autem ꝙ matrẽ nunꝗ̃ fuisse exosam a filio, maxime decet maternũ statum. ergo filius hoc ei tribuit. Quod si ita est ergo nunꝗ̃ contraxit culpã originalem. ¶ Ad istam rationem licet satis ex superioribus pateret solutio, ex superabundanti tamen dicitur ad eam vt clarius pateat paruitas suæ virtutis. Et primo ꝙ nullo modo procedit, immo ꝙ ad propositum non videatur facere. Tum primo quia pro tempore conceptionis nec beata virgo erat mater Dei, nec Dei filius, filius eius. Tum secundo, quia licet derogaret decentiæ & decori status eius quæ futura erat mater Dei ex merito propriæ actionis habuisse aliquod displicibile & odiosum Deo: non tamen ex origine illud tale, & maxime pro paruula morula habuisse contractum. Tum tertio quia licet beata virgo concedatur in conceptione sua originali peccato obnoxia extitisse: & ꝙ tale pctm̃ Deo odibile sit, non tamen ex hoc concedendum venit ꝙ ipsa exosa a filio suo vnꝗ̃ fuerit: nec hoc aliquis dicit. Cũ sapiens Deo loquens dicat. Omnia diligis quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Sapientiæ. 11. Et August. de ecclesia loquens (vt superius recitatum est) super psalmũ. 44. ita ait. Sponsa amata est a Deo. Q ñ amata? Dum adhuc fœda. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei. Et iterum. Xp̃s pro impiis mortuus est. Amata est fœda ne remaneret fœda. Hæc ille. Ecce ꝙ licet fœditas ipsa, non ametur, persona tñ dilecta & amata dicitur, quę fœditati ipsi subiecta est. Tum quarto ratio non procedit qm̃ pariter argueretur, ꝙ tota cognatio eius fuerit præseruata ab originali

peccato: qm̄ nulli dubium quin ad statū maternū genitricis filii dei multū decere iudicaretur, nō habere patrē & matrem fratres & cognatos exosos a filio suo: quos tn̄ præseruatos fuisse nullus auderet asserere. Tū quinto, nō procedit ratio: qm̄ añs pro maiori nō habet veritatē in his quæ derogant dignitati filii: cuius dignitas oibus dignitatibus matris præferenda est, cuiusmodi est hoc de quo sermo est (sicut sæpenumero repetitum est in superioribus) vbi oñsum est ꝙ quelibet alium hoīem a christo imunē fuisse a peccato derogat tam priuilegiis singularibus christi ꝙ̄ vniuersalitati redemptionis & reconciliationis pro tunc fiendę per christū. Ex quo patet clarissime, ꝙ ratio ista quæ quodā compēdio vniuersas factas rationes de decentia pręseruationis complectebatur multiplici capite deficit: nec (vt exaduerso iudicatū est) ex per se notis procedit, nisi vocabulum per se noti etiam his accommodemus quæ notissime & apertissime falsa videntur. ❡ Ex his autem omnibus quæ in hoc processu difusę dicta sunt. Quatuor colligimus iuxta doctrinam eoꝝ doctorū, quorum sn̄ias referre mandatū suscepi. Primū est ꝙ soli christo vl̄i redemptori nostro, dei & hominū mediatori hoc est proprium nihil in cōceptione sua cōtraxisse paternis oculis displicibile aut odibile: pro quo expiando necessariū fuerit sacrificium. Secundum est ꝙ non decebat hoc alteri cōmunicari: cū inseparabilem haberet derogationē gloriæ & dignitatis christi. Tertium est ꝙ virginem benedictā conceptam fuisse in originali peccato, in nullo derogat integritati prerogatiuarum eius. Q̄d maxime patet de his quæ assignatę sunt exaduerso, videlicet ꝙ est virgo virginum, sponsa dei, benedicta in mulieribus, plena omni gratia, omni laude dignissima, cœli regina, super oēs choros angelorum exaltata perenniter. Sicut autem non derogat præfatis prærogatiuis eam esse christi sanguine mundatam, & æterno patri reconciliatam, ac eius & dei christum fuisse mediatorem, ita nec eis derogat eam habuisse aliquādo id. s. peccatū sine quo veraciter ista de ea verificari non pn̄t, vt ex doctrina apostolica & ex dictis sanctorū clarissime in superioribus habitum est. Quartum q̄d colligimus est ꝙ rationes quæ exaduerso factæ sunt non habent euidentiā rationis, nec robur tantę virtutis vt quis contra sanctorum doctrinam assertionem ipsam pro qua fiūt pie credens amplectatur.

❡ Explicit pars nona.

❡ Incipit decima pars:

❡ In quo respōdetur, auctoritatibus & rationibus adductis exaduerso, ad probandum ꝙ deus debuit præseruare beatissimam virginem ne originale peccatū cōtraheret. Et in primis cōfutantur aliqua dicta exaduerso de sensu literali sacræ scripturę. Cap. Primum.

OSTENSO sufficienter nō procedere rationes factas exaduerso ad probādū ꝙ decuerit beatam virginem præseruari a deo ne originalem culpam contraheret, iam restat hoc idē ostendere de auctoritatibus & rōnibus quę adducūtur ꝙ deus hoc facere debuerit. Verum quia aliqua pręmittuntur notabilia exaduerso tanꝙ̄ fundamenta dicendorū illa cōmemorare oportet, in primis vt illis in ea parte qua non

recte posita sunt, radicitus euulsis, cętera quæ eisdem inhęrent pariter ruere ne celle sit. In primis aũt distinctio de duplici modo quo verbum debere, põt deo cõpetere, videlicet ex promisso in sacra scriptura expresso, & ex exigentia euidentię rationis. ¶ Ad ostendendũ aũt ꝙ ex sensu literali sacræ scripturę virgo Maria in originali pc̃tõ concepta nõ fuerit, notatur quis sit sensus lr̃alis sacræ scripturę dicẽdus. Et post multa, dicit illũ esse sensum lr̃alẽ sacræ scripturæ quẽ auctor ipsius principalis videlicet sp̃us sc̃tus intendit: & quẽ pronunciat p ora illoꝝ de quibus cõstat ꝙ non voluntate humana, sed spũ sancto inspirati fuerunt locuti, & nos certi sumus ꝙ in eo nullatenus errauerũt. Et applicans proposito prosequitur, sic ex aduerso dicens, ꝙ ille ẽt dr̃ sensus lr̃alis sacrę scripturæ quem sp̃us sanctus pronunciat per os ipsius ecclesię. Ita ꝙ si ecclesia ex intẽtione fundans se inducit auctoritatẽ sacrę scripturę ad aliquid probãdũ, ille ad quẽ inducũtur, dr̃ esse sensus auctoritatis illius, ex quibus vr̃ elicere ꝙ ex auctoritatibus adducẽdis: cũ legãtur in festo cõceptionis per vl̃em ecclesiã (vt dicit) ꝙ ex sensu lr̃ali probetur puritas ꝯceptionis. Pręterea idẽ colligit ex auctoritate Aug. qua sic dicit. Cũ in diuina scriptura ex paucis verbis plẽs itellectus veri & Catholici hñr illũ diligamus maxĩe quẽ constat scriptorẽ sensisse: vel quẽ nõ ipedit circũstantia scripturę, & si cõuenit cũ sana fide, aut saltem quẽ sana fides præscribit. Notãdũ est (inquit) hoc vltimum verbũ quẽ sana fides p̃scribit. Hoc. n. maxĩe vr̃ pertinere ad propositũ nr̃m de cõceptiõe virginis absq; pc̃tõ originali. Dicit. n. ꝙ illum intellectũ debemus sequi, quem sana fides p̃scripsit: Et constat, ꝙ maior multitudo fideliũ hoc tenuit & asserit a tanta tp̃is diuturnitate qui plus q̃ sufficit ad inducendũ præscriptionem. ergo vr̃ ꝙ ille sensus est merito diligendus. ¶ Ad ista, dicendum est per ordinẽ, in quibus maxime vr̃ consistere fundamẽta aduersę partis. De verbo vero debere. an debeat deo attribui cõgruenter expeditionis cã pertranseo. Solũ hoc dicam, ne quis minus

Magist. caute vtatur hoc verbo circa deũ. Q d Magr̃ dicit in. I. sniaꝝ di: 43. sup propositiõe illa quorũdam dicẽtium ꝙ deus nõ potest facere nisi qd iustitia exigit. ꝙ hoc verbũ debet, venenũ habet. Multiplicẽ. n. & inuolutã habet intelligẽtiã: nec deo proprie cõpetit: qui nõ est debitor nobis nisi forte ex promisso. Hæc Magr̃. Vbi Magr̃ solũ ponit hic modũ videlicet ex promisso quo verbũ debere deo põt attribui. De alio vero mõ. s. ꝯm exigẽtiã rõnis qui ponitur exaduerso nihil Magr̃ loquitur. Licet dicatur exaduerso ꝙ sic, imo in eadẽ di. sup propositione ista quorũdã dicentiũ ꝙ deus nõ põt facere nisi ꝙ iustitia exigit, dicit ꝙ exigitionis verbũ de deo cõgrue nõ dr̃, nec proprie accipitur. ¶ Cęterũ qd dr̃ prio ꝙ sensus lr̃alis sacrę scripturę ille sit dicẽdus quẽ auctor illius principalis sacrę scripturę. s. sp̃us sanctus intẽdit: & quẽ pronũciat p ora illoꝝ de qbus cõstat ꝙ nõ voluntate humana sed spũ sancto inspirati locuti sunt, salua semp pace, falsum est ita vl̃iter & indeterminate dictũ. Q d multipl̃r patet. Tũ primo qm̃ ex illa diffinitione sensus lr̃alis sequeretur manifeste, ꝙ nullus sensus scripturæ sacrę pronũciatus p spũm sanctũ ore prophetico aut aplĩco aut ecclĩę vl̃is sit nisi sit lr̃alis. Et ita per spũm sanctũ nihil in sacra scri. pronũciatũ esset p prophetas aut aplõs aut ecclesiã vl̃em ad mysticũ siue spũalẽ sensũ ptinẽs, qui i tres iuxta sctõs doct. diuiditur. s. allegoricũ tropologicũ & anagogicũ. Cõsequẽtia patet ex ipsa data diffinitione sensus lr̃alis exaduerso. Et tñ ꝯ ñs est falsum. Ipsa quippe sacra scriptura ex diuini luminis cui innititur foecũditate, a spũ sancto dr̃ habẽre hos duos sensus. s. lr̃alẽ, & spũalẽ iuxta duplicẽ significationẽ vnã. s. vocum ipsius lr̃æ, & aliã reꝝ significataꝝ per ipsas voces. Et iuxta primã dr̃ sensus lr̃a-

lis, vt ait s. Tho. in. 1. parte, & Nic. de lira in pricipio expositionis biblię. Et S. Tho.
iuxta scdam significationē qua res significatę p voces aliud aliqd significāt ac Nico.
cipitur mysticus siue spūalis: quos Aplus enumerat. 2. Cor. 3. di. Qui idoneos de lira.
nos fecit ministros noui testamēti nō lra sed spū Et Eze. 2. Ecce manus missa est
ad me in qua erat inuolutus liber: & expādit illū corā me qui erat scriptus in-
tus & foris. Scriptura exterior (inquit Nico. de lira) iuxta intelligentiā gl. or Glo.
dinarię est sensus literalis qui est patentior & per voces imediate significatur.
Scriptura autē interior est sensus mysticus siue spūalis qui est latentior: quia p
res vocibus significatas designatur. Ex quo mālfeste patet ꝙ ex quo vtroqꝫ sen
su. l. lrali & spūali dicatur a spirtu sancto liber sacrę scripturę scriptus, qd diffi
nitio data exaduerso sensus lralis nō sit accipiēda. Pręterea scdo hoc patet ex
eo ꝙ Glo. ordinaria ex sanctoꝝ dictis collecta sup bibliam & beatus Grego. in Glo.
moralibus sup Iob. & s. Isodorus in lib. de mysticis significationibus sup Pen-
thatheucū repetitis vicibus cōmemorat in multis locis sacræ scripturæ spūm
sanctum per ora prophetaꝝ talia & talia intellexisse & pronunciasse, de quibus
tñ manifestū est ꝙ talis nunꝗ fuerit sensus literalis. Vnde Hiero. super Oseam Hiero.
prophetā dicit ꝙ prophetę ita loquebantur de factis pñtibus ꝙ ēt intenderēt
futura significare. Et Grego. 15. moralium dicit ꝙ sacra scriptura oēs sciētias Gregor.
ipso locutionis suę more trāscendit: quia vno eodēqꝫ sermone dum narrat ge-
stum prodit mysterium. Tū. 3. hoc vr manifestū ex illo apli ad Gal. 4. dicentis,
qm̄ Abrahā duos filios habuit vnū de ancilla & vnū de libera. Sed qui de ancil-
la ꝯm carnē natus ē, qui aūt de libera per repromissionē: quę sunt p allegoriā
dicta. Et sequitur. Hęc. n. sunt duo testamenta. Ecce ꝙ sensus pronunciatus per
spūm sanctum ore eius qui non errauit in scriptura sua, non est literalis, sed al-
legoricus. Ergo diffinitio ista non fuit bene assignata.

¶ Non quicquid ex sacris lris ecclesia pronūciat in officiis vel diffinitionibus ad aliqd significādū pronūciat vt significandū ꝯm sensum lralē. Cap. 2.

TVM. 4. hoc oībus clarissimū sit ꝙ cōsyderationis suæ oculos exten dunt ad ea quæ ecclia vlr pronunciat in officiis sanctoꝝ quæ non vnr ꝯm sensum lralē cōpetere eis. Sicut patet de euāgelio qd vlr ec-
clesia pronunciat in festo assumptionis bea. virg. Intrauit Iesus in quoddā Ca
stellum & mulier quędā Martha noie accepit eum in domum suam: & huic erat
soror noie maria &c. Item patet in illis quę ecclesia pronunciat in festo Ioā.
Bap. sumpta de Iere. Hiere. 1. Priusꝗ te formarē in vtero noui te, & antequā
exires de vulua sanctificaui te & prophetā in gentibus dedi te. Et dixi. a. a. a. dn̄e
deus ecce nescio loqui qa puer ego &c. Et ita patet de multis aliis. Plane drīa
maxima est inter ista duo, videlicet hoc qd scriptura pronunciat de tali sancto
in veteri testō videlicet aut Isa. aut Iere. &c. sit veꝝ dicere de alio sancto in no-
uo testō. Et dicere ꝙ sensus lralis est de vtroqꝫ. Et ideo ex hoc ꝙ ecclesia vliter
pronūciat aliquid de sacra scriptura de aliquo sancto nō arguitur ꝙ scriptura
illa ꝯm sensum lralē loquatur de illo sancto, sicut psupponitur exaduerso. Als
oporteret dicere ꝙ idē textus ꝗ inumeros sensus hēret lrales. Q d forte i scho
la theolo. vanū esse iudicaretur. Nec ecclia tales scripturas de sctis pronūcians
facit hoc ad probandū sanctitatē sctōꝝ: sed sanctitate eoꝝ probata prio & no-
ta facta ecclesię per ea testimonia quæ sufficientē faciūt fidē sanctitatis alicuius
ad hoc ꝙ cultu vlis ecclesię venerādus vēiat. Tūc ecclesia ꝯsyderatis virtutibus

eius & comparatis ad virtutes & gratias prędecessorum sanctorum qui figura fuerunt sequētiū.de quibus.s.antiquis scriptura iuxta literalem sensum loquitur, ordinat ecclesia ꝙ tales scripturę etiam legantur de illo: licet ad sensum literę de eo nō fuerint dictę. Vnde fides quā ecclesia vniuersalis habet ꝙ beatus Ioan. Bapti. fuerit sanctificatus in vtero, nō est collecta primo ex eo ꝙ ecclesia pronunciat in epistola suę festiuitatis, videlicet ex illo quod dr̄ Iere. 1. priusq̄ te formarem in vtero noui te: nec hoc inducit ecclesia in epistola ad probandum ꝙ sanctificatus fuerit, sed collecta est aliunde.s.ex illo Luc. 1. spū sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Similiter fides quam habet ꝙ beatus Aug. sit sanctus, nō est collecta ex scriptura quā legit in officio eiusdē. Quasi stella matutina in medio nebulę, & q̄si luna plēa in diebus suis & quasi sol refulgēs &c. sed ex aliis testimoniis suscipiens veritatem sanctitatis eius, appropriauit sibi illam scripturam iuxta virtutes sibi datas a deo, & ita de aliis. Nec ex hoc iterum ꝙ nunc per illas scripturas ecclesia per ora prædicatorum probat sanctitatē eorum sanctorum quibus appropriatę sunt arguitur, ꝙ scripturæ illę ad literam sint dictæ de eis: quia ex talibus auctoritatibus nō capitur, probatio sanctitatis eorum, ex eo quia ita scriptum est in tali loco scripturę, sed quia creditur ꝙ ecclesia approprians eis tales scripturas diuinas, non appropriasset nisi certificata prius fuisset virtutes illas resplenduisse in illis, quæ præfatis scripturis de aliis ad literam dictis exprimuntur. Et hoc modo ex scriptura intellecta etiā mystice iam per ecclesiā appropriata sumitur aliqua declaratio aut probatio eius. Sicut ꝙ beata Agatha fuit virgo, sumitur argm̄. ex eo quia ecclesia talem scripturam de ea legit quā nō nisi virginibus adaptat. Licet enim ex mystico sensu per se non capiatur efficax argm̄ ad probandū, sumitur tamē aliqua probatio aut declaratio de congruo aliquo alio pręsupposito, vt dicit Nico. de Lira super ep̄lam ad Hebrę. cap. 1. Vbi postq̄ ostendit ꝙ illud. 1. Paralip. 22. Ego ero illi in patrem etiam ad literam, sit dictum de Christo, dicit ꝙ dato ꝙ hæc auctoritas ad literam nō possit exponi de christo, sed tantū scdm sensum mysticum, tamen eam bene inducit apostolus ad suū propositū. Licet.n. argumentum efficax non habeatur de scriptura per sensum mysticum, propter qđ ex solo sensu mystico nō est arguendū: tn̄ si prius habeatur auctoritas ex sensu literali ad probandū propositum, bene pōt alia auctoritas adiūgi in sensu mystico ad idem declarandū de congruo. Et hoc est qđ dicit Augu. in epistola ad Vincentium donatistam. Quis autē nō impudentissime nitatur, aliquid in allegoria positum pro se adducere nisi habeat manifesta testimonia quorum lumine illustrentur obscura. Patet ergo ex dictis ꝙ licet omnis ille sensus sacræ scripturę literalis sit dicendus que ecclesia suo decreto diffinit & declarat expresse literalem esse: nō tamē oīs ille quem pronunciat vniuersaliter in laudes sanctorum aut adducit ad aliquē persuasionem faciendā, aut congruitatem ostendendam, sit sensus literalis. Multa enim deducit tam scriptura q̄ ecclesia in diffinitionibus suis etiam ad declarationem aliquorum: & ostensionē congruitatis, quæ nō literalr̄ illa loquūtur, sed solum figuratiue, & arguitur ex vno in aliud propter correspondentiā analogicā figurę ad figurandū siue figuræ ad rē. De sacra vero scriptura exempla ponendo, creditur esse illud ab aliquibus quod apostolus ait. 1. Corint. 9. vbi ostendens ꝙ prædicatori in area dn̄i laborāti dandus est sumptus a populo probatur per illud qđ Deutero. 25. scribitur non alligabis os boui trituranti. Non.n. arguitur, hoc ex sensu literali vt vr̄ colligi ex Nic. de Lira in eodem loco, qui ait, ꝙ pręceptum de ore bouis triturantis

Nico. de Lira.

August.

Nic. de Lira.

turantis non alligando,fuit figura de victu nō negando prædicatori. Vñ ait Apostol. An nō pp nos vtiq dicit?Immo qa figura est propter figuratū. Hæc Nico.Et idem vr dicendū de illo Ioā.20.vbi dr,vt ipleretur scriptura.s.Exo. 12.Os non cōminuetis ex eo.Non.n.hic est probatio facti ex illo textu sicut creditur exaduerso sed ōnsio est potius correspondentię veritatis ad figuram. Vnde Nico.de lira ita dicit in eodē loco.Agnus.n.paschalis fuit expressiua figura passionis christi.Et ideo ordinatiōe diuina cōstitutum est vt ossa agni paschalis nō frangerentur,vt sic figura & veritas correspōderent: quia veri agni ossa non sunt fracta in cruce.Hæc Nico.De diffinitionibus ecclesię hoc idem patet in illa extrauaganti,vnā ecclesiā,vbi pro vnitate ecclesię deducitur illud Geñ.6.In cubitu cōsumabis summitatē eius.Item illud Io.19.de tunica incōsutili xpi,quæ scisa non fuit sed desup eam sortes missę sunt. Et tñ planū est q ad literam scriptura nō loquitur de vnitate ecclesię: licet figuratiue in illis designari censeatur.Et similiter dicendū vr de multis aliis q aliqñ ipsę figuræ adducantur in talibus ad ostēsionem q ita futurę esset in rebus figuratis. Et ita patet q non vr vniuersaliter verum q quotiens ecclesia vniuersalis adducit aliquam auctoritatem sacrę scripturæ in aliqua diffinitione aut declaratione alicuius rei,q consequenter iudicanda sit talis scriptura ſm sensum literalē illud innuere,licet bene sequatur q mystice aut figuratiue illud innuerit. Nec propter hoc tñ negatur,quin plures sensus literales possint esse sub eadē litera. Ex hac tñ concessione nō sequitur ergo talis & talis sunt ēt literales. Nic. de Lira.

¶Quis sit dicendus sensus literalis sacræ scripturæ secundum veritatem. Cap. 3.

STENSO autē non esse conuenientē diffinitionē datam ex aduerso sensus literalis, iam restat oñdere quis sit dicendus veraciter sensus literalis. Pro quo notādū est (vt inquit sanctus Tho. S.Tho. I quolibeto.7.ar.14.) q sacra scriptura ad hoc diuinitus est ordinata vt per eam nobis manifestetur veritas necessaria ad salutem. Manifestatio autem alicuius vel expressio,pōt fieri de aliquo rebus vel verbis in quantum s.verba significant res, & vna res pōt esse figura alterius. Auctor autem rerū nō solum pōt verba accōmodare ad aliqd significandū,sed etiam pōt res disponere in figuram alterius.Et ideo ſm hoc in sacra scriptura dupliciter manifestatur veritas. Vnomodo secundum q res significantur per verba,& in hoc consistit sensus literalis. Hæc ille.Ex quibus verbis,& ex his quę ponit in.q.1. pricę partis s.Thomas,capitur ista diffinitio sensus literalis sacræ scripturæ. Sensus sacræ scripturæ est ille,quē intendit auctor principalis eiusdem scripturæ qui per voces in lra contentas,exprimitur siue figuratur.Sensus vero spūalis dicitur qui ex significatione siue figuratione rerū per voces significatarū accipitur. Qui ſcdm q veritas illa significata per res ordinatur ad aliquid operandum, aut credendū,aut sperādum,diuiditur in tres sensus videlicet moralem siue tropologicum,allegoricum,& anagogicū,de quibus est ille cōmunis versiculus. Litera gesta docet,quid credas allegoria moralis quid agas,quo tendas anagogia.Et hoc sufficiat dixisse de sensu literali ad ostēdendū probationes factas ex aduerso fundatas in diffinitione literalis sensus sacræ scripturæ assignata ex aduerso,nullas habere vires.Cæterum nec militat qd consequenter inducitur, ex aduerso ex auctoritate Aug.de prescriptione videlicet q iam multitudo fi

delium prescripserit sibi hunc sensum esse sacræ scripturę. ℂ virginē non fuisse in originali peccato conceptam. Q d patet multipliciter. Primo ex ipsa auctoritate Aug. quę inducitur exaduerso si formaliter & ex integro inducatur. Dicit. n. sic August. in fine primi libri super Gen̄. Cum diuinos libros legimus in tanta multitudine beatorum intellectuū qui de paucis verbis eruuntur & sanctitate catholicę fidei innuitur: id potissimum diligamus, qd apparuerit cum sensisse quem legimus. Si aūt hoc latet, id certe qd circūstantia scripturæ nō impedit, & cum sana fide concordat. Si autē scripturę circūstantia percunctari atq; discuti non pōt, saltim id solum qd fides sana præscripsit. Hæc Aug. Hæc autē regula cum solum datur ad cognoscēdū qn̄ vnius scripturę plēs dantur sensus veri, quis eorum sit potior & magis sequēdus, nō ē ad propositū opponētis exaduerso. Tum prio quia sensus scripturę in hac materia quē hn̄t doctores, quorū relator sum, & sensus qui datur exaduerso, simul veri esse non pn̄t. Tū scdo quia si ad propositū facit, stabilit & roborat singularitatē priuilegii puritatis conceptionis saluatoris nostri Iesu xpi. Q d manifeste patet sic arguendo. Ille sensus est magis sequendus qui magis apparuerit fuisse de mente auctoris & scriptoris. Sed ita est de isto, vt patet ex superioribus positis auctoritatibus scripturę cum glosis sanctorum qui interpretasse censentur sensum quē spiritus sanctus habuit in scriptura sua: in quibus habitum est ꝙ solus xp̄s fuit in conceptione sua a peccato originali imunis. ergo &c. ℂ Secūdo sic. Sensus ille ꝙ, virgo Maria fuerit imunis ab originali pct̄o in conceptione sua nō vr̄ stare cū circunstātia sacrę scripturę, vt superius visum est de multis auctoritatibus. Item tertio hunc sensum. ℂ ꝙ solus xp̄s vtpote qui oium aliorum mundator & reconciliator ac redēptor est, hoc priuilegio puritatis cōceptionis fuerit donatus, sana fides sanctorum patrū semp habuit, sicut multiplici auctoritate eorum superius deductū est. Scdm aūt snias & doctrinā sanctorum quos interptes suę scripturę spiritus sanctus posuisse censetur, iudicandū est de intelligentia scripturę, & de sensu illius & non ƒm multitudinē quorūcunq; aliorum. Quare mos sacrorum conciliorum antiquorum fuit semp diligenter inuestigare quid sancti patres, nō quid multitudo, de scriptura sacra sentirent. Et iuxta doctrinā & snias probabiliū patrū diffinire de fide: & nō ad multitudinē votorum ppli. Q d maxie in hac materia vitandum est multiplici de causa, & potissime pp profunditatem & singularitatē materię, ratione cuius populus rudis nō intelligens quid est contrahere originale pct̄m, pro magna parte, hoc per id intelligere vn̄r, ꝙ est nō per ꝯcubitum maris & fœminę esse cōceptū. In cuius signum in multis locis depingunt virginē benedictā ex solo osculo conceptā esse. Immo qd grauius est & citissime per ecclesiā radendū in nōnullis clericorum breuiariis scribitur historia beatæ

Error pessimus Annę hn̄s verba quę sequūtur, ipsi Ioachim per angelum dicta, videlicet. Propter qd reuertere ad coniugē tuā: & iuenies eam hn̄tem in vtero de spū sancto. Pro quo gr̄as offeres deo, & semen eius erit bn̄dictum, & ipsa erit bn̄dicta & mr̄ bn̄dictionis ęternę constituetur &c. Quæ verba quo ad illam partem ꝙ Anna erat in vtero habens de spiritu sancto, quanto sint conforma fidei nr̄ę & an sint pręiudicialia priuilegiis xp̄i, ecclesia sponsa sua examinet & iudicet. Tum secūdo præfata ratio exaduerso nulla redditur pręsupponēs illud qd falsum est, videlicet ꝙ multitudo fidelium iam præscripsit earū auctoritatum quæ adducuntur exaduerso esse talem sensum, & intellectū videlicet ꝙ virgo Maria ab originali pct̄o in cōceptione sua fuerit imunis. Q d ēt falsum apparet ex alio. Tū primo quia glo. sanctorum patrū & maiorum doctorum sacrā scripturā exponentiū aliā

dicunt esse intelligētiam præfatarū auctoritatū q̄ dicatur exaduerso sicut patebit cū ad singulas rñdebitur. Tū tertio quia (vt superius plane inductum est) antiqua fides ecclesiæ hæc semper vr̄ fuisse ꝙ solus xp̄s in cōceptione ab originali p̄tō fuerit imunis. Præterea. 3. Aug. non dicit ꝙ sensus ille magis est prosequendus quē multitudo p̄babit, quia forte in hoc dedisset fauoré multis infidelibus aut hęreticis qui in maiori multitudine sunt q̄ xp̄iani. Sed ait quem sana fides prędabit. Q d aūt assertionem exaduerso sana fides præscripserit, nōdum probatum est: nec expectatur posse probari.

¶ Rñdetur auctoritatibus inductis exaduerso primo in gñali. Cap. 4.

IS igitur fundamētis partis aduersę taliter euulsis, iam ondendū venit ea quę in illis fundabantur non procedere. Et primo de auctoritatibus, ad quas dupl'r duxi rñdendū. Primo quidē ad oēs in vniuersali, scdo ad quālibet in particulari. Pro rñsione autē dāda cōi ad oēs auctoritates quę adducūtur, exaduerso sunt cōsyderanda aliq̄. Primo quidē iuxta sup̄ius allegata, & dicit s. Tho. tam in. 1. parte, q̄ in quoli: 7. ꝙ ea quę sunt fidei non p̄nt efficaciter probari per rōnem humanā: quia excedunt facultatem intellectus. Ideo probatio in talibus debet fieri per auctoritatem diuinā: quę falsum cōtinere non pōt. Quare per ipsam solam efficax accipitur prob. tio apud eos qui recipiunt eam vt diuinā. Scdo consyderandum est ꝙ licet sacra scriptura multiplicem habeat sensum, nō tamen efficax capitur argm̄ nisi per sensum literalem ex auctoritate August. præallegata ad Vincentium donatistam: qui expresse illud dat intelligere: quicquid dicatur exaduerso. Q d autem ex sensu spirituali nō accipiatur efficax argumentum, nō est (vt ait s. Tho. in quoli. superiori. q. 7. ar. 4.) propter defectum auctoritatis: sed rō inefficacię sumitur ex natura similitudinis i qua funditur sensus sp̄ualis. Vna. n. res pluribus similis esse pōt: & vni & eidem similis & dissimilis ꝯm aliam & aliā rōnem. Et iō nō pōt ab ista qñ in scriptura proponitur, procedi ad aliquā determinationē, aut argui indifferēter, sed erit fallacia ꝯsequētis aut ęquiuocationis aut amphibologiæ. Exempli causa. Leo pp aliquā similitudinem alicuius proprietatis significat xp̄m. Propter aliquā autem aliam designat diabolum. Vñ per hoc ꝙ aliquid de leone dr̄ in sacra scriptura, ad neutrum pōt fieri processus efficax in arguēdo. Immo si ex tali sensu processus sumeretur arguendi, qñ ꝗ contraria affirmarētur de eodē: & sępenumero, ea quæ soli deo propria sunt, creaturis arguerētur cōuenire, cū eadem res similitudinarie reperiatur dicta in sacra scriptura de deo & de sanctis eius. sicut lux, sol. & similia. Tertio cōsyderandum est circa sensum lr̄alem, ꝙ dupl'r sumitur in sacra scriptura. Q ñq; enim exprimitur in propriis terminis. Sicut in illo Ioā. 1. fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioā. Aliqñ autē exprimitur sub verbis translatis siue per similitudinē dictis. Sicut est illud. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qd ad literam dicitur de beato Ioāne, qui tamen non natura, sed virtutis aut officii similitudine angelus est nuncupatus. Ex sensu autē lr̄ali p̄io modo expresso capitur simpliciter efficacia ad arguendum. Ex sensu vero lr̄ali scdo modo expresso. s. in terminis translatis siue figuratis, non vsquequaq;, nisi quātum currit rō similitudinis. Q̄m vt ait Diony. in epistola ad Titū. Symbolica Theologi. i. quæ ex similibus procedit, non est argumentatiua. Immo per Diony. maximum periculum est ex similitudinariis locutionibus velle indifferēter ar-

guere. Hoc enim genere argumentationis errasse viri qui beatum Ioã. bap. nõ
Glo. hominem sed angelum dixerunt:& assumpsisse corpus humanum. Quorum er-
August. ror, cõmemoratur in Gl. quadã super prophetam Aggeũ. Quare optime dicit
Augu. in de doctrina xpiana cauẽdum esse in scriptura ne propriam locutionẽ
capiamus vt figuratiuam, vel econtra figuratiuam sumamus vt propriã: quia
tunc litera occidit. Quarto consyderandum est (vt etiam exaduerso consydera
tum fuit) pro intelligẽtia vera auctoritatũ tp̃s ipsum pro quo propositio sacrę
scripturæ redditur vera affirmans aut negans vnum de alio. Cum. n. nõ omne
quod dr̃ de aliquo: etiam in sacra scriptura, pro omni tp̃e siue semper est dicen
dum ei cõuenisse, pręnecessaria est cõsyderatio circũstantię temporis pro quo
Tyton. scriptura loquuta est. Vnde inter. 7. regulas Tytonii quas Augu. cõmemorat
August. in de doctrina christiana, & Isidorus lib. de summo bono ca. 20. Quinta in or-
Isido. dine vocatur regula de tp̃ibus. Quę cõsyderatio necessaria est omni homini
sacræ scripturæ arcana rimanti, si non vult in laberintum erroris impingere,
Isido. vt dr̃ in cap. sciendum di. 29. Vbi sanctus Isidorus ita ait. Plura capitula ex
causa, ex persona, ex loco, ex tempore, consyderanda sunt, quorum modi qa me-
dullitus non indagantur in erroris laberintum nõnulli intricando impingũ-
tur, cum ante iudicant q̃ intelligant: ante inculpant q̃ iterando lecta, perqui-
Hiero. rant. Et Hiero. in epistola ad Ephe. & habetur in cap. necesse, ea. di. ita dicit. Ne
cesse est vt iuxta diuersitatem locorum & hominum, & tẽporum, quibus scripta di-
Gregor. uersa sunt, diuersas causas & argumenta & origines habeant. Et Grego. in fine
6. lib. morum. In omni qđ dr̃, necesse est vt causa tp̃s & persona pensentur.
¶ Vltimo consyderandum venit q in hmõi symbolicis prædicationibus, re-
spicienda est qualitas & quantitas proprietatis cuius ratione fit hmõi transla-
tio prædicationis. Qualitas quidem proprietatis siue ratio de eo est consyde
randa. Sicut cum Leo dr̃ de aliquo, consyderandum est ſm quã proprietatẽ dr̃
de eo, & ſcđm quam non, quare tropus siue figura est in parte & non in toto, &
ſcđm quam rõnem dr̃ de vno & negatur de alio. Planum. n. est q non eadem
ratione prædicat scriptura Leonem de deo & de diabolo. Quantitas etiam cõ
syderanda est. Non. n. proprietas ęque plane conuenit omnibus: sicut patet de
luce dicta de deo & sanctis, & de similibus dictis in sacra scriptura de deo & de
sanctis: quibus tñ non ęqualiter conueniunt proprietates nominum. Magnus
quidem error consurgeret si par iudiciũ, arguendo fieret perfectionis aut virtu
tis ex vnitate vocis prędicati cõmunis. ¶ Quibus præmissis datur vna solu-
tio facilis ad auctoritates adductas exaduerso: & conformiter ad solutionẽ da-
tam in relatione sua per venerabilem collegã meum prouincialem Lombar-
dię, videlicet q auctoritates præfatæ nõ probant intentum: quia ex sensu lite-
rali earum vnde sumitur argumentũ efficax, non põt haberi nec colligi id qđ
intenditur, videlicet q virgo Maria in cõceptu fuerit ab originali peccato im
munis. Sicut patet consyderanti tam circũstantiã literæ, q̃ glosas sanctorum do-
ctorum. Profecto non parum mirũ esset q hic sensus literalis esset, & tñ faciens
ad laudem beatissimę virg. & latuerit a tantis tẽporibus sanctos illos doctores
quorũ lumine doctrinę fulget ecclesia ex quorum dictis collationata est ista gl.
ordinaria biblię qua maxime ecclesia se iuuat in intelligentia sacræ scripturę.
Præterea non minus stupendũ esset q ex sensu literali sacrę scripturæ collige-
retur id cuius sancti doctores sicut sanctus Aug. s. Anselmus, Eusebius, Bernar-
dus. s. Thomas & tot tantiq; sacræ Theolo. professores & expositores biblię,
sicut superius nominati sunt, contrarium dixerint, scripserint, imo scripturæ

sacrę

sacræ repugnare multi ex eorum asseruerint. Cæterum quomodo credendum est quod filius Dei qui matrem suam tam gloriosissimæ dilexit, quam tam sublimiter exaltauit, & quamplurimũ voluit honorari, per sensum hunc literalẽ sacrę scripturæ ad laudem eiusdem sacratissimæ genitricis Dei maxime pertinentem ab illis sanctis doctoribus abscõderit quos potiores interpetres scripturæ suæ ordinauit? ¶ Illa autem quæ exaduerso mouentur contra solutionẽ istã probando quod auctoritates præfatæ ex eo quod ecclesia eas pronunciat de beata virgine, de ea intelligendæ sint ad literã, soluta sunt in superioribus. Vbi ostensum est illa esse dicta absq; rõne sufficienti. Tum quoniam ista consequentia non valet, hanc scripturã pronunciat ecclesia de beata virgine. ergo ad literã siue secundum sensum literalem de ea loquitur. Ecclesia. n. non facit sensus literales in scriptura: licet possit diffinire & declarare aliquos esse tales. qd nõ est factũ hic. Tum secundo quia posito quod præfatæ auctoritates ad literã intelligẽdæ essent de beata virgine, nõ propter hoc adhuc probatur intentũ. Tũ quia nulla eorum loquitur de conceptione beatæ virginis quod fuerit ab origi. pctõ immunis. Tum quia ea quæ illis auctoritatibus designantur, nõ attribuit scriptura, nec ecclesia vniuersalis, beatissimæ virgini pro tempore cõceptionis suæ. Sed quædam pro tẽpore sanctificationis, quædam pro tẽpore natiuitatis suæ ex vtero, quædã pro tẽpore cõceptionis filii Dei, quædã pro tẽpore splendidæ conuersationis suæ, quædam pro tempore assumptionis suæ gloriosę, sicut ex responsione ad singulas auctoritates in speciali danda palam erit.

¶ Respondetur primæ auctoritati in speciali. Cap. 5.

LICET autem per ea quæ dicta sunt posset satisfieri plene ad oẽs auctoritates adductas, per ambos venerabiles magistros proponẽtes exaduerso: verũtñ pro serenitate aiorum, ne supersessio ipsa ab vlteriori responsione eorum aliqua sinistra intentione ab aliquo interpretari valeat: vt quod in omnibus satisfiat motiuis partis aduersæ, ac notissimũ fit quod nulla auctoritas ac nulla rõ militat aduersus doctrinã hanc doctorum, quorum relator sum, ad singulas auctoritates adductas exaduerso per ambos venerabiles relatores: & per quẽdam aliũ venerabilẽ magistrũ in suo sermone, iam respondendũ est. Et obseruabitur ille ordo quẽ in canone bibliæ præfatæ auctoritates tenent. ¶ Prima autẽ auctoritas hoc ordine, est illa Gen. 3. vbi dñs ad serpentẽ ait. Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, & semen tuũ & semen illius: ipsa conteret caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius. Ex qua sic arguitur exaduerso. Ista auctoritas secũdũ expositionẽ multorum doctorum & inductionẽ ecclesiæ intelligitur de beata virgine. Vnde si de ipsa pronunciatũ est quod cõteret caput serpentis. i. diaboli vr̃ quod nunquam illi subiecta fuit. De multis nãq; sanctis legimus quod vicerunt hostẽ malignũ, sed non contriuerunt caput eius. Vnde quia hoc tanquam pro singularissimo pręconio ad laudẽ beatę virginis hic exprimitur, oportet intelligi illud et pro singularissimo modo. ¶ Ad istã auctoritatẽ dr̃ quod nullo modo probat intentũ. Quod multipliciter ostenditur. Primo quidẽ quia (vt dicit Aug. & deducit Nic. de Lira in expõne literali eiusdẽ auctoritatis) per mulierem illam de qua dñs loquitur intelligitur rõ inferior, quã serpens diabolus impugnare prius suggestionibus nititur: cuius caput conteri dr̃, cum ei in principio tẽtationis resistitur. Vnde gl. ibidem quę dr̃ esse Gregorii in moralibus primo libro ita dicit. Caput serpentis conterere, est initia suggestionis August. Nico. de Lira. Glo. Gregor.

Isido. male solicite consyderationis a cordis aditu extirpare. Et beatus Isydorus super Penthateuchum exponens. sic ait. Inimicitias ponam inter te & mulierem & inter semen tuum, & semen illius. Semen Zabuli, peruersa suggestio est. Semen aut mulieris, fructus est boni operis, quo peruersae suggestioni resistitur. Ipsa caput conteret, si eum mens in ipso initio male suggestionis excludit. Haec ille. Ex quibus patet quod commune est omnibus sanctis qui tentationis initia ab aditu cordis sui excludunt caput serpentis conterere. Unde glo. super illud psal. 73. Tu confregisti capita draconis, ita dicit inter alia. Caput est initium peccati quod est superbia: quod mulier sancta ecclesia sensualitati confringere precepit. Et ut inquit Cassianus in collationibus sanctorum patrum. postquam dixerat quod in cunctis generibus vitiorum serpentis caput oporteat obseruari, dicit quasi in fine libri septimi. Respice Iudam Apostolorum numero deputatum, quia noluit serpentis huius caput letale conterere, qualiter eum suo veneno peremit. Ex quibus manifeste ostenditur quod ista consequentia non est necessaria. Iste contriuit caput serpentis. ergo nunquam fuit sub aliquo peccato, & ita postea quae dicta sunt exaduerso vniuersa carere fundamento veritatis. Secundo auctoritas adducta, exaduerso nihil arguit: quia glo. interli super verbo mulierem habet. in ecclesiam. & super verbo ipsa conteret caput tuum, habet ecclesia, quia resurgente Xpo conteret caput, gl. quod est mors. Tum tertio non est ad propositum, quia & si beatissima virgo fuisset praeseruata a contritione ori. peccati, & non propter hoc competeret ei auctoritas illa pro illo tunc: quia cum ipsa pro tempore illo nullum habuerit vsum liberi arbitrii, non potest dici quod exercitium habuerit cuiuscunque virtutis quo mediante gessisse bellum cum serpente dicatur, & eius caput contriuisse. Sanctificati quidem in vtero & pueri in baptismo dicuntur facti filii Dei per gratiam: licet a diaboli potestate liberati dicantur: non tamen caput contriuisse diaboli: quoniam cum non interueniat ex parte eorum aliqua cooperatio, sed sola operatio diuina hoc efficiat: non eis, sed soli Deo contritio capitis serpentis ascribitur secundum quod dicitur psal. 73. Tu contribulasti capita draconum in aquis glo. i. Annihilasti capita draconum. i. immundorum spirituum. in aquis baptismi, in iustificatione. n. adultorum bene concurrit cooperatio nostra, dicente Aug. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. In iustificatione aut quae datur in baptismo puerorum, aut in iustificatione in vtero, nulla operatio concurrit ex parte iustificati: vt dicit Sanctus Tho. Praeterea quarto concesso quod ad literam diceretur de beata. v. non sequitur tamen propter hoc intentum, quia auctoritas non dicitur de ea respectu. o. p. quod per ipsam esset conterendum: sed ratione suggestionis diaboli: cuius omnis suggestio per eam plenius & victoriosius ac singularius quam per alios sanctos conterenda & anihilanda erat sicut manifeste patet si expones sanctorum sequi velimus, & quas sequi oportet pro nostra honestate & famosorum postillatorum bibliae. Dicit. n. Rubertus eps Carnoten. tractans hoc verbum in quodam sermone natiuitatis eiusdem beatissimae. v. Quid est, fratres in hoc loco caput serpentis conterere nisi principalem diaboli suggestionem. i. concupiscentiam resistendo superare, & infra. Et si interrogetur in quo serpentis caput ipsa contriuit, nimirum eo & virginitatem simul & humilitatem sanctificauit deo. Virginitate namque seruata probatur extinxisse concupiscentiam mundi. humanitate vero quae facit pauperem spiritum, concupiscentia mentis, sicque principali suggestione diaboli victa, vitiosum caput pede virtutis contriuit. Haec ille. Insuper beatus Ber. super missus est exponens eandem auctoritatem de beata virgine, ait. Ipsa conteret caput tuum. Cui haec seruata est victoria nisi Mariae? Ipsa proculdubio caput contriuit venenatum. quae omnimodam malignam suggestionem tam de carnis illecebra quam de mentis superbia deduxit ad nihilum. Haec ille. Ad idem est beatus Isydorus in glo. super penthateucum quae est hic in libraria apud

(Margin: Glo. — Cassia. — Glo. — Glo. — Glo. — August. — S. Tho. — Ruber. — Bernar. — Isido. — Glo.)

nos,ita dicit. Quidã aũt hoc qđ dictũ est inimicitias ponã inter te & mulierem de virgine de qua natus est dñs intellexerũt: quia ex illa nasciturus erat ad vincendũ inimicũ, & ad mortẽ cuius ille auctor erat destruendã promittebatur sicut scriptũ est in Dauid. De fructu vẽtris tui pœnã sup sedẽ tuã. Et id qđ subiectũ est, & illa cõteret, caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius, de fructu vẽtris Mariæ qui est Xp̃s intelligunt. Tu.n. supplantabis vt moriatur: ille aũt te deuicto resurget, & caput tuũ cõteret, qđ est mors. Sicut Dauid dixerat ex persona p̃ris ad filiũ. Sup aspidẽ & basiliscum ambulabis & conculcabis leonẽ & draconẽ. Hæc ille. Et conformiter ad eundẽ sensum, Nico. de Lira. d. ꝙ aliqui p̃fatã literã exponũt de. b. v. Dicit. n. sup illo & ipsa cõteret caput tuũ. s. mediãte filio cuius p̃tãte, p̃tãs dæmonis est contrita. Et ita patet tam ex dictis sanctoꝝ q̃ postillatoris Nico. ꝙ licet auctoritas inducta singularitate conueniat beatæ virgini pro excellentia singularitatis suaꝝ virtutũ q̃ aliis sanctis: nõ tñ probat intentũ de puritate cõceptionis. Nec id qđ inducitur ex beato Bernardo in sermone. Signũ magnũ apparuit in cœlo, loquitur de tali conculcatione serpentis, sicut dr̃ exaduerso. Qđ satis patet ex ipsa serie literæ auctoritas: & maxime si ex integro afferatur in medium. Dicit. n. sic beatus Bernar. Insipientia vero oĩs longe sub pedibus eius: vt penitus absit hæc ab insipientiũ mulieꝝ numero &, collegio virginũ fatuaꝝ. Immo verus & vnicus ille stultus & totius stultitiæ princeps qui vere mutatus vt luna sapientiã perdidit in decore suo, sub Mariæ pedibus conculcatus & contritus, miseram patitur seruitutem. Nimiꝝ ipsa est a deo quondam promissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pede contritura, cuius plane calcaneo in multis versutiis insidiatus est: sed nõ sine causa. Sola. n. contriuit vniuersam hæreticã prauitatẽ. Alius non de substãtia carnis suę xp̃m ędidisse dogmatizabat. Alius paruulũ nõ peperisse, sed reperisse sibilabat. Alius vel post partum virgo cognitam blasphemabat. Alius dei matrem audire nõ sustinens magnum illud nomẽ theothocos impiissime suggillabat. Sed cõtriti sunt insidiatores, conculcati supplantatores, confutati derogatores, & beatã eã dĩc oẽs gñationes. Deniq; & cõtinuo natus per Herodẽ draco insidiatus est parenti, vt nascentem excipiens filiũ deuoraret eo ꝙ inimicitiæ essent inter semẽ mulieris & draconis. Hæc beatus Bernar. Quę vt manifestũ est in nullo suffragantur proposito arguentis exaduerso. Et ita patet ꝙ auctoritas prima inducta exaduerso non facit ad propositum. Nico. de Lira. Bernar.

¶ Rñdetur ad. 2. & . 3. auctoritatẽ exaduerso inducta in sp̃ali. Cap. 6.

SECVNDA autẽ auctoritas, quæ inducitur exaduerso est illa. Exo. 21. Archã de lignis sethim cõpingite. Ex qua auctoritate sic arguitur exaduerso. Archa ista diuini sanctuarii, Archa inq̃ fœderis, dr̃ beata virgo. Sed illa facta est ex lignis imputribilibus. ergo. b. v. mr̃ nõ fuit in putredine originalis peccati concepta. ¶ Ad istã auctoritatẽ & rõnem simul dr̃ ꝙ non procedit. Tum primo quia ad literam vnde argumentatio sumitur auctoritas illa de beata virgine non loquitur. Tum secundo quia vt colligitur, ex Gl. Bedæ expõ mystica illius auctoritatis secundum illam rõnem imputribilitatis, non videtur posse conuenire nisi soli carni quę nunq̃ fuit caro peccati cuiusmodi est sola caro Christi, vt in superioribus auctoritate Ambr. & Augus. visum est. Glo. autẽ Bedę exponentis dictã auctoritatẽ de xp̃o ita ait. Archa primo fieri p̃cipitur in qua Xp̃i incarnatio figuratur. Hæc de lignis sethim cõpingitur, q̃a nõ in carne peccati sed in similitudine carnis peccati venit Ro. 8. Glo. Beda. Ambro. August.

Bernar. est expositio beati Bernar. in sermone natiuitatis eiusdem, ita dicentis. Denlꝙ xp̄s qui nunc inter lilia pascitur, vtiꝙ copiosius apud Mariā, pro liliorꝫ multitudine pascebatur. An nō lilia sunt decus virginitatis, insigne humilitatis, supeminētia charitatis. Hæc ille. ℂ Præterea scdo ꝙ ex illa auctoritate nihil probetur. patet ex eo ꝙ de ecclesia, imo de quolibet iusto, dicit Prophe. Psal. Iustus germinabit sicut lilium & florebit ięternū ante dñm. De quibus tamen ratio præfata non habet locum. Patet ergo ex illa auctoritate, nō posse accipi ꝯñtia valida ad probandum qd intenditur.

ℂ Respondetur ad. 16. auctoritatem exaduerso inductam. Cap. 16.

d ECIMA SEXTA auctoritas est illa Canti. 4. Tota pulchra es amica mea & macula nō est in te. Quę sicut dr ex aduerso p vltimū proponentē a multis sanctis exponitur & ab ecclesia inducitur tanꝗ sit dicta de bea. virg. Et qm̄ sacra scriptura in sensu literali impossibile est ꝙ sit falsa. cū auctoritas hæc loquatur absolute absq; dña tēporis, omni tpe oportet intelligi ꝙ verificetur de bea. virg. Sed si cōtraxit originale peccatum saltem pro illo instanti in quo contraxit non poterat de ea verificari quia pro tunc verū erat dicere ꝙ macula est in te: auctoritas aūt profitetur negatiuę. ℂ Ad istam auctoritatē & rōnem inde sumptā rūdetur dupliciter. Prio quidē dico ꝙ auctoritas illa nō vr ꝑm sensum lrālē accipienda de bea.
Hiero. virgine: ꝗꝗ a multis sanctis doctoribus de ea mystice exponatur: & multo singularius sibi competat ꝗ quibuscunq; aliis sanctis personis quibus adaptari quādoq; legitur. Sicut in Hierony. scribente ad furiam de viduitate seruanda, reperitur, qui ita dixisse legitur. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam &c. Grande pręmium parentis obliti: concupiscet Rex decorem tuum, & dicet tibi: quia audisti, quia inclinasti aurem tuam, & populi tui domusq; patris oblita es, iccirco concupiscet Rex decorem tuum, & dicet tibi. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hæc ille. Id autem qd præsupponitur exaduerso, tanquā indubitatum videlicet ꝙ auctoritas præfata scdm sensum literalem tāquā prophetia de beata virgine sit ęquipollens isti de futuro. Tota pulchra es amica mea & macula non erit in te, sit pure voluntarie dictum clare deducitur ex quatuor. Primo quidem ex eo ꝙ liber canticorꝫ inter prophetiales libros a doctoribus non legitur enumeratus, qui tamen si de bea. virgine ad literā vt dicitur exaduerso prophetaret. nō dubium quin quasi præcipuus pro ipsa celsitudine beatissimę virginis inter propheticos a sanctis doctoribus & expositoribus annumerandus venisset. Secundo hoc idem patet ex ipsa circunstantia literę quę multa continetur quę tantę sanctitatis sublimitati adaptari minime

possunt. Dicitur enim primo in eodem cap. prænominato sic. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. veni de libano sponsa mea, veni, coronaberis: de capite amana, de vertice sanir & hermon, de cubilibus leonum, & montibus pardorum. Vbi Gl. authentica ordinaria intelligens per hoc qualiter ecclesia coronanda est quandoq; ex hominibus desperatissimis quæ habitacula extiterunt dæmonum, ita ait. Amana mons est siciliæ: sanir & hermon montes sunt indię vel iudeę in quibus leones abundabant, per quos dæmonia notantur qui contra nos sęuiunt. Vnde qui conuertuntur quorum corda fuerunt cubicula dæmonum, dum vicissim per eorum confessionem dominus creditur, de leonum cubilibus coronatur de quibus leo pellitur. Hæc ibi. Multa insuper alia colligi possunt in sequentibus capitulis, quæ referuntur ad eam quā amicam pulchram & suauem & decoram, sponsus Christus nominat: quę tamē pro amplitudine dignitatis suę beatissimæ virgini attribuere nullus præsumeret, vt constat eis qui pręfatum librum canticorum familiarem habent studio.

Glo.

¶ Cæterum tertio hoc idem patet, quoniam si locus ille vt propheticus secundum sensum literalem de beatissima virgine loqueretur: verisimile est q; Glo. ordinaria aut expositores notabiles verbum de hoc facerent. Sed nullus qui cōmunis sit biblicorum studiosus hoc asserens reperitur. Respexi recenter Glos. ordinariam Gregorium Bernardum, Guillermum Parisieñ. Alanum, Egidium de Roma Ioan. de verdiaco Nico. de lira, & nullus eorum in hac auctoritate tangit quod exaduerso tam indubitatum præsupponitur. Exaduerso etiam nemo doctorum qui eam ad literam exponit nominatus est. Quod tamen in hac re videbatur fore necessarium vt nota esset sacro concilio, auctoritas taliter exponentium: & eo maxime quia nullus antiquorum doctorum reperitur habuisse hanc doctrinam. Quod autem ista forma arguendi qua solitum est exaduerso argui. hoc ecclesia cantat de beata virgine, aut doctores in sermonibus suis hoc de ea pronunciant ergo sensus literalis est. minime acceptāda sit, plane superius demonstratum feci. ¶ Quarto hoc idem manifeste colligitur ex eo q; omnes doctores theologię quasi communiter in hoc pariter cōcordant q; pie credendum sit beatissimam virginem sanctificatam esse in vtero, & ab omni macula actuali vitam duxisse semper immunem, licet de hoc (vt dicunt) nulla sit scriptura. Plane minime asseuerassent tot tātaq; luminaria ecclesię de sanctificatiōe in vtero & de immunitate eius ab omni actuali macula, nullibi scripturam mentionem facere, si textus ille Salamonis allegatus exaduerso, videlicet tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. ita vniuersaliter extensus vt propheticus ad literam de beatissima virgine venisset intelligendus: nisi vellemus dicere q; illis doctoribus scholæ fidei nostræ splendidissimis iubaribus hucusq; fuerit absconsum, & iam recenter domino proponenti exaduerso reuelatum sit. Q d an ita sit credendum, sacræ synodi iudicio, sicut cætera, iudicandum relinquo.

¶ Vera expositio auctoritatis prædictę contra falsam exaduerso. Cap. 17.

DICITVR ergo q; præfata auctoritas scdm sensum literalem est de ecclesia vt patet ex Gl. ordinaria ibidem. Et ex Nic. de lira expositore sensus literalis bibliæ, & ex multis aliis prænoiatis quę de ecclesia illā prosequūtur & exponunt, nulla mētione de bea. vir. facta.

Vñ gl. ordinaria, ita, ait in eodé loco. Tota pulchra es nõ solũ in electioribus membris quę enumeraui sed etiam in illis qui pusilli & fragiles vñr. ¶ Et super
Glo. illud, macula non est in te, dicit Glo. interli. i. crialis culpæ. Et pari modo glo.
Hiero. habet in ca. omnibus. 24. q. 1. super illud Hiero. Ecclesia est sponsa sine macula & sine ruga duplicitatis. Vbi nõ inutiliter consyderanda veniunt aliqua ex quibus cũ illucidatione veritatis dicta exaduerso sæpe replicata euidéter appa-
Glo. rebunt viribus deficere. Primo quidẽ ꝙ (vt innuit glo. prædicta) de puritate & pulchritudine sanctitatis ecclesiæ, iudicium sumẽdum est ex pulchritudine mẽbroꝝ suoꝝ quę dñr esse filii dei per grãm adoptionis ẜm illud Eccl. 3. filii Sapiẽtię. i. dei ecclesia iustoꝝ. Vñ non est iudicandum de ecclesia tanq̃ de vna particulari persona quę eadem semp mẽbra vniformiter retinet, aut sicut de vna idea platonica a singularibus separata. Secundo cõsyderandum est ꝙ quia a tempore quo Abel fuit a quo ecclesia dr̃ incepisse, nunq̃ defuit fides & sanctitas in aliquibus vel in aliquo, ideo ecclesia nunq̃ nulla dicenda est, siue defecisse a
August. tempore quo incepit. Vnde Aug. super Psal. Sępe expugnauerũt me dicit sic. Olim ecclesia est. ex quo vocantur sancti ecclesia est in terra. Aliquãdo in solo Abel ecclesia erat, & expugnatus est a fratre malo & perdito Caym. Aliquando in solo Enoch, & translatus est ab iniquis. Aliquãdo in sola domo Noe ecclesia erat, & pertulit omnes qui diluuio perierũt: & sola arca natauit in fluctibus & euasit ad siccum. Aliquãdo in solo Abraham ecclesia erat. & quanta pertulerit ab iniquis &c. Ex quo colligitur primo ꝙ nõ repugnat pulchritudini ecclesię quæ sponsa christi in præfato libro canti. dr̃ & soror, amica, sponsa suauis, decora, dilecta, charissima, electa, pulchra, pulcherrima, atq; beatissima prædicatur, ꝙ membra eius oĩa aliqñ fuerint sub macula aliqua. Patet ex supradictis verbis Aug. qm̃ ipse Abel & ipse Enoch, & ipsa domus Noe, & ipse Abraham in quibus aliquando dicitur ecclesia fuisse, sub originali culpa fuerũt licet non si-
August. mul. Et ita de singulis membris in toto pręsentis vitæ decursu dicendum est, dicente Augustino libro primo de baptismo paruulorum. Non sint ingrati homines gratiæ dei pusilli cum magnis: A minore vsq; ad maiorem totius ecclesiæ vox est. Erraui sicut ouis perdita. Omnium membrorum christi vox est. Omnes nos vt oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nostris. Item. Nemo renascitur, in christi corpore, nisi prius nascatur, in peccati corpore. Ex quibus patet qd̃ dicebatur, non esse contra decorem ecclesiæ sponsę christi, ꝙ oĩa mẽbra eiusdem corporis eccl'ię militãtis fuerint qñq; sub macula aliqua peccati, licet non simul quia etiam nõ simul fuerũt. Et ita vr̃ notari in auctoritate illa canti. 4. in qua sponsus ecclesię dicit macula non est in te, nõ autem dicit. nõ fuit. In quo destruitur error dicentium eos solos ad ecclesiam pertinere, qui in peccato nunquã fuerunt, nec futuri sunt. Quorum sectam sequutus Ioannes huuiclef dixit sequens errores in concilio Constantieñ. damnatos, ꝙ Paulus nunquã fuit membrum diaboli, licet fecerit aliquãdo quosdam actus actibus malignantium similes. Item ꝙ præsciti non sunt partes ecclesię cũ nulla eius pars ab ea finaliter excidat, eo ꝙ prædestinationis charitas quem ipsam ligat, non excidit. ¶ Secundo colligitur ex dictis ꝙ non repugnat pulchritudini sponsæ Christi pro statu præsentis peregrinationis omnis macula: sed tãtum macula mortalis quæ sponsam a sponso separat dilectione. Patet ex Glo.
Glo. illa ordinaria bibliæ posita, Canti. 4. & ex glos. alia ordinaria decreti posita vt dictum est in capitulo omnibus. 24. qõ. 1. Item ex illo Ioã. primo. Si dixerimus qd̃ pc̃m̃ non habemus: nos ipsos seducimus, & veritas in nobis nõ est.

Et August. libro primo retractation. cap. 6. post auctoritatem illam Apostoli. Christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea mūdans eam lauacro aquę in verbo &c. dicit sic. Hoc est etiam lauacrum aquę in verbo quo mundatur ecclesia. Sed cum tota dicat quādiu hic est, dimitte nobis debita nostra, non vtiq; est sine macula & ruga aut aliquid huiusmodi. Ex eo tamen qd hic accipit, ad illam gloriam quę hic non est, perfectionemq;, perducitur. Hæc ille. ℭ Tertio colligitur q in auctoritate præfata ad sensum literalem non negatur vniuersaliter oīs macula ab ecclesia sponsa christi, q̄diu in hac peregrinatione decurrit, sicut et patet cum dr̄ primi Machabeo. 4. Elegerunt sacerdotes sine macula hn̄tes voluntatem in lege dei. ℭ Quarto colligitur ex hoc q sanctitati quā ecclesia creditur & prędicatur sancta in symbolo, non repugnat originalis macula in prçterito, nec venialis in prçsenti, vt patet ex dictis. Quinto colligitur ex dictis nūc proxime: & superius cōmemoratis, quātę veritatis sit illa propositio exaduerso posita in replica ad collegam meum. q asserere ecclesiā spōsam dei aliquādo fœdam fuisse, non conueniat religioni christianę. Augustinus. n. (sicut in superioribus visum est) super Psal. 44. de ecclesia xp̄i sponsa, loquens ita ait. Spōsa amata est a deo. Q̄ n̄ amata? quādo adhuc fœda. Omnes n. peccauerunt, & egent gloria dei. Item. Et enim christus pro impiis mortuus est: amata est fœda, ne remaneret fœda. Item glo. ordinaria super illud Iosue 2. Ingressi sunt domum meretricis nomine Raab, & quieuerunt apud eam, dicit sic. Raab interpretatur latitudo. Hæc est ecclesia christi: quæ ex peccatoribus tanq̄ ex meretricatione collecta est. Et infra super verbo illo Raab. Noui q dominus &c. dicit. Vides quomodo meretrix impia & immunda, nunc spiritu sancto repleta, de præteritis credit, & de futuris prophetat. Sic Raab dilatatur & proficit vsquequo in omnem terram exiuit sonus eorum. Hæc Glo. Item Gregorius in moralibus libro. 4. cap. 10. super illo. Nec videat ortum surgentis aurore, dicit. Aurora quippe ecclesia dicitur quæ a peccatorum suorum tenebris ad lucem iustitiæ permutatur. Vnde hanc sponsus in canticorum canticó miratur. d. Quæ est ista quæ progreditur q̄ aurora consurgens, si Aurora quippe electorū cōsurgit ecclesia quæ prauitatis pristinæ deserat tenebras: & sese in noui luminis fulgore conuertat. Hęc ille. Ad idem est Bernardus tractans illud Canti. 1. Nigra sum sed formosa, de ecclesia sermone. xxviii. ita ait. Quāquam sine numero quæ in superficie reperies decolora, in compositione vero decora, tali fortassis modo potest sponsa cum pulchritudine vtiq; compositionis, velo non carere nigredinis. Sed sane in loco peregrinationis suę. Alioquin erit cum eam sibi in patria exhibebit sponsus glorię gloriosam non habentem maculam nec rugam, autem aliquid huiusmodi. At verō si diceret quia maculam non haberet, seipsam seduceret, & veritas in ea non esset. Quaobrem ne mireris quia dixit nigra sum, & rursum nihilominus quia formosa, sic gloriatur. Et infra. Sed audi vnde nigram & vnde formosam se dixerit, an nigram quædam ob tetram conuersationem quam prius habuerit sub principe huius mundi, imaginem terrestris hominis adhuc portans. Formosam vero cœlestis similitudine quam postea commutauit ambulans in nouitate vitę. Et exponens verbum quod sequitur, tabernacula cedar sicut pelles Salamonis, ita dicit. Prius ergo nigra sicut vilissima tabernacula cedar: postea formosa sicut pelles gloriosi Regis. Hæc ille. Quibus sanctorum dictis bene cōsyderatis, manifestata pulchritudine sanctitatis quæ sponsę christi pro statu lutosæ peregrinationis præsentis competit: & quæ pro statu patriæ multa

August.

August.

Glo.

Augu.

Gregor.

Bernar.

Augu. ex aduerso diffuse dicta sunt, pro fundatione assertionis manifeste videbatur ex minus certis processisse. Praeterea an conueniat christianae religioni vel non conueniat dictum illud quod dr a collega meo pronunciatu fuisse, videlicet, ꝙ ecclesia aliquando foeda fuerit vel aliquam maculam habuerit dum in praesenti peregrinatione militat.

¶ Secunda responsio ad praefatam auctoritatem inductam exaduerso. Cap. 18.

SECVNDO respondetur ad praefatā auctoritatem negādo cōsequētiā factā. Dato, n. ꝙ ad literā auctoritas illa, itelligeretur de bea. virg. sicut de ecclesia gloriosi & doctores dicunt eam intelligi, nō sequitur illud qd exaduerso arguitur ex virtute auctoritatis. Non. n. valida vr ista ꝯnīa de bea. virg. Dictum est per multa tempora anteq̄ conciperetur, pulchra erit & sine macula. ergo non fuit concepta in originali peccato, nisi ostēderetur qd nondū est ostensum, ꝙ pro tempore cōceptionis fuerit ei praedictum verbum dictum. Auctoritas quidem quantū est ex intentione dicentis iuxta Glosas & dicta proxime posita, non pro tempore conceptionis intelligenda venit, alias nūquā cum veritate de ecclesia aut anima deuota posset dici qd est cōtra sanctos & Glosēs quae de ecclesia ad lram & de aia deuota mystice illā exponunt. cuius tñ ecclesie sponse xpi oium membrorum vox est. inquit Augu. Errauimus: & ipse traditus est pro peccatis nrīs. Et si

Augus. quis dicat ꝙ non est par iudiciū hñdum in intelligentia scripturae cum de beata virgine exponitur, & cum de ecclesia & de aliis sanctis, profecto verum dicit: & ita fit ab aliis doctoribus clarissimis, quorum relator sum: qui cum de beata virgine exponunt praefatam auctoritatem, ita in prima significatione dicūt eam, tanto sanctificationis munere dotatam, vt eius vita ab omni macula actualis culpe fuerit immunis. ¶ Sed ꝙ ad hoc imparitas iudicii se extendat, vt beatissima virgo sine originali macula in conceptione fuisse dicatur nondum, nec auctoritate nec ratione euidēter probatum est. Quinimo vt doctoribus quorū relator sum (vt in superioribus cōmemoratū est, & in sequentibus etiam ostendetur) ꝙ auctoritas sacrae scripturae, & ratio multiplex, & honoris christi integritas, prohibent ita esse dicendū. Multa plane sunt alia & multi gradus sanctitatis & pulchritudinis penes quos imparitas iudicii locum habet cum scriptura de beata virgine & de aliis sanctis simul exponenda venit, absq; hoc ꝙ eā in immunitate peccati parificemus Christo. Nisi quis vellet ita voluntarie loqui ꝙ sicut cum sponsa dicit sponso, pulcher es dilecte mi, pulchritudo intelligenda veniat ab omni simpliciter macula & pro omni tempore: ita etiam cū sponsus sponsae loquitur, tota pulchra es amica mea, ꝙ par iudicium sumendum sit de pulchritudine sponse. Plane non bene iste videtur loqui, sed irreuerenter de sponso illo qui est sanctus sanctorum, & speciosus prae filiis hominum. Absit enim a fidelium iudicio talis scripturae interpretatio qua sponsae pulchritudo pulchritudini sponsi (qui conditor est lucis eterne) coequāda veniat. Propter cuius pulchritudinem incomparabilem dicitur Iob 25. Stelle non sunt munde in conspectu eius. Quāquam ergo amplianda sit scripture intelligentia vbi de laudibus beatissimae virginis sermo decurrit: ea tamē circūspectione hoc fiendum est, vt non derogetur veritati scripture aut integritati dignitatis & glorie saluatoris nostri. Quippe vt ait beatus Bernardus in epistola ad

Bernar.

Lugdunen. canonicos. Honor Reginę iudicium diligit. Dr ergo secundũ sententias eorum doctorum, quorum relatione facio, ꝙ prefata auctoritas de beata virgine dicta, exponenda & intelligenda sit nõ pro tẽpore conceptionis suæ sed sanctificationis quę proxime facta creditur. Circunstantię enim temporis consyderatio pro quo sacra scriptura loquitur (vt in superioribus dictum est) præneccessaria censetur volentibus scripturam sacram absq; erroris periculo intelligere. Hinc Iudęi repręhenduntur a dño; quia non consyderauerunt tempus pro quo propositiones sacræ scripturę de aduentu eius in carne & circunstantiis eiusdem loquebantur, quibus ad implenda erant: quibus per Iere. 8. capit. inquit. Miluus in cœlo cognouit tẽpus suum turtur, irundo & ciconia cognouerunt tempus aduentus sui: populus aũt meus nõ cognouit iudiciũ dñi. Nullũ autẽ dubium, ꝙ teste Aristo. 1. perierme. vna & eadẽ propositio quæ pro vno tempore est vera, pro alio est falsa. Sicut patet in hac propositione sortes currit, quę eo currente est vera, & eo nõ currẽte est falsa. Sic est in propositionibus fidei quę pro certis temporibus diffinitę sunt. Quãuis autẽ sit eadem fides, quã habemus de christo & quã antiqui habuerunt, tñ quia ipsi præcesserunt Christum nos sequimur, eadem fides diuersis verbis significatur a nobis & ab eis. Nã ab eis dicebatur. virgo concipiet & pariet filium, quæ sunt verba futuri temporis, nos autem idem repræsentamus per verba præteriti temporis dicentes ꝙ virgo concepit & peperit filium. Sic ergo patet ꝙ licet sit semper verũ ꝙ Christus erat nasciturus pro salute humani generis iam tamen adueniente tempore diffinito, falsa est ista propõ, filius dei est incarnãdus quæ ante incarnationem vera erat. Ideo dicit sanctus Thomas in prima secũdę. q. ar. ꝙ peccaret mortaliter qui nunc fidem suam protestãdo dicent christum nasciturum, qđ antiqui pie & veraciter dicebant. S. Tho.

¶ Non oportere auctoritatẽ, sacræ scripturæ absq; dña tpis prolatam pro omni differentia temporis verificari de eo, cum attribuitur ab ecclesia. Cap. 19.

QVOD vero dr exaduerso in deductione inductę auctoritatis, ꝙ cum loquatur absq; omni differentia temporis, oporteat pro oĩ tempore illud de beata virgine intelligi, adiiciens scđo ꝙ hic respondendi modus. s. limitãdo tps pro quo propositio veniat intelligenda si admittatur est nimis periculosus sacrosanctæ fidei & veritatibus, sacræ scripturę (salua pace dicentis) nõ ita se habet. Equidẽ illa regula exaduerso data minime tenẽda est tanq̃ periculosa plurimũ in multis passibus scripturę. Præterea nec ex isto mõ rñdendi dato sequitur periculũ fidei immo necessarius est pro veritate fidei intelligenda, tenẽda, & defendenda. Qđ autẽ non sit secure dictũ, ꝙ id qđ absq; omni differẽtia tpis, scriptura exprimit, de aliquo pro omni tempore suę existentiæ intelligendum sit inesse sibi, manifestum est. Multa quidẽ de bea. virgi. & de Apostolis & aliis pluribus dicta sunt de quibus scriptura plena est, quę tamen eis attribuere pro omni tempore suo, xpianæ religioni minime couenire. De bea. quidẽ virgine Maria nõ oportet exẽpla ponere, cũ ipsa manifesta sint in ecclesiasticis officiis in quibus cõmemorantur admirabiles dignitates suę a prophetis sanctis pronunciatę, quę non in vno tpe diffinito ætatis suę, sed diuersis temporibus adimpletę sunt in ea. De apl's vero inquit ipse Paulus ad Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitut. onem Error ex aduerso.

vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Ecce ꝙ Apostolus sine omni differentia temporis asserit coapostolos suos ante mundi constitutionem esse a deo electos, vt essent sancti & immaculati. Quod tamen dictum pro integritate fidei seruanda, necessario pro aliquo tempore intelligendū & limitandum venit; & non pro omni tempore vitæ eorum accipiendum & extendendum. ¶ Item habetur ex illo Trenorum. 4. ꝙ de Apostolis ecclesia commemorat, candidiores nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo & saphiro pulchriores. Hoc tamen qd a tam longissimis temporibus de apostolis prophetatū erat, ꝙ non pro singulis momentis vitæ eorum ipsis apostolis competerit tota ecclesia nouit. Et ita de multis aliis manifestum est quæ licet simpliciter expressa sint in scriptura sacra absq; differentia temporis, non nisi diffinitis temporibus adimplenda diuina sapientia disposuit, pro quibus solis verificanda sunt dicta quæ illa pronunciant. Quare optime dictū

August. est ab August. in Omelia de pœnitentia & habetur secunda questio. 1. si peccauerit. Distingue tempora & concorda scripturas. Ex quibus manifestum est argumenta illa & rationes ex aduerso factas (salua pace arguentis) inualidas fore, quæ in suppositione illa fundantur, qua dicitur ꝙ ea quæ in scriptura sacra sine differentia temporis exprimuntur pro omni tempore intelligenda & accipienda sunt. ¶ Præterea. Non parum mirandum est ꝙ proponens ex aduerso tam acute impugnet id quod dr de consyderatione circunstantiæ temporis pro debita intelligentia habenda scripturæ, cum ipse eadem regula vtatur in. 7. allegatione sua. Per cuius regulę medium oportet id quod dicit apostolus Hebrę. 9. de Arca testamenti non contradicere ei qd dicitur. 3. Regum 8. & 2. p̄rall. 5. vbi dicitur, ꝙ in arca testamenti nihil aliud erat nisi duæ Tabulæ lapideæ, in qua tamen Apostolus cum tabulis fuisse dicit vrnā aureā &c. ¶ Cæterum non est credendum ꝙ scriptura sacra dum dicit aliquem sine macula fuisse, vniuersaliter de omni macula accipiendum sit & pro omni tempore. sicut patet. Dicitur enim primi Machabeorum. 4. Elegerunt sacerdotes sine macula habentes voluntatem in lege dei. Et ita de multis passibus scripturę quæ breuitatis causa pertranseo, in quibus nulli dubium est, ꝙ cum aliquis dicitur immaculatus non remouetur omnis macula vniuersaliter, cum nullus quātūcūq; sanctus in præsenti vita possit sine peccato viuere, quia si dixerimus ꝙ peccatum nō habemus ipsi nos seducimus &c. primæ Io. 1.

¶ Iudeorum fuit pręfatus error extrema ruina & multorum aliorum causa. Cap. 20.

PRÆTEREA ꝙ modus pręfatus respondendi plerūq; nedum accōmodus sed necessarius sit, vtpote sine quo integritas fidei nō valeat ab aduersariis bene defendi, facile est ostendere. Iudęi nāq; (quātum possum elicere ex doctrina Nic. de lira) ea cæcitate in-

Nic. de Lira. ter alia detinentur, ne credant iam præterisse saluatoris aduentum: quia credunt aut ꝙ ea quæ de eiusdem saluatoris aduentu prophetata erant absq; differentia temporis pro omni tempore illo vniuersaliter sequenti intelligendā venirent. Sicut est illud Isa. 2. quod de aduentu redemptoris ad literā esse omnium sententia confirmat. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi in vertice montium. Et sequitur. Et fluent ad eum omnes gentes. Et infra in eo. c. seqtur. Nō leuabit gens ɔtra gētē gladiū: nec exercebūtur vltra ad plię

Item Isa.49.vbi de credentibus in Xp̄m dr̄. Non esurient neq; sitienter amplius,& nó percutiet eos sol,quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarū potabit eos:& similia quæ pro tēpore isto adimpleta nó vñr, contendunt non dum venisse redemptorē mundi. Pręterea. Hoc idem manifestum facit ipsa professio Christiana,quæ iam cæremonialia veteris legis non obseruat, credens illorum obseruantiam licet sine limitatione temporis fuerit qñq; expressa,necessario cum limitatione temporis, intelligendā vt de multis exēpla ponit facile esset, quæ nedū simpliciter mandata sed imperpetuū etiam obseruāda iuberi videntur. Vnde Baruc.4. Hic est liber mandatorum Dei,& lex quæ est in æternū. Præterea idem patet ex eo quod ecclesia cantat sine distinctione,& limitatione temporis de quolibet cōfessore.Qui prius prudens,humilis pudicus,sobrius castus,fuit & quietus. Et similia quæ omni quasi die, tam in officiis ecclesiasticis quā in ore prædicatorum de multis sanctis in ecclesia pronunciantur.Quę tñ non videntur posse verificari de omnibus pro omni tempore præterito: sicut patet in beato August.& similibus quos historiæ referunt iuueniles annos non habuisse prænominatis virtutibus adornatos.nihilominus tñ ecclesia, sic cantando verum dicit cū non in cortice literæ,sed in sensu sit fides ecclesiæ fundata.Multa alia exēpla tā de scriptura diuina q̄ de ecclīasticis officiis & dictis sanctorum facile est assignare. Sed quia in re clarissima non est opus allegationibus multis pertranseo.Ex quibus manifestum est ꝙ modus respondendi datus limitando ad certum tempus intelligentiam scripturæ diuinæ,vbi cōiter quæcūq; scriptura absolute proferatur,non sit periculosus fidei Christianæ,vt dr̄ exaduerso:sed maxime necessarius,vt ostēsum est. Vbi cōmuniter, pro eo dixi, quia ibi talis respondendi modus introducendus est vbi causa rationabilis hoc efflagitat.s.ad aliquos passus scripturæ intelligendos aut circunstantia literæ, aut rō conuincens.Quæ oīa(vt amplissime in superioribus visum est)concurrere vñr in materia pñti:vt ita veniat necessario exponendus textus ille, si de beata virgine ad literam concederetur scriptus. Inter alias aūt auctoritates superius positas,quæ ad hanc intelligentiam habēdam,mouere vñr.sunt actoritates patris sui Dauid cuius doctrinę,filii doctrina minime contradicere dicenda est,vt pote qui ab eodem spū docti fuerint. Qui propheta Regius multas de Xp̄o excellentias singulares prædixit,quas glosæ ordinariæ sanctorum patrum ad immunitatem referunt originalis peccati competere. Sicut est illud psal.20.Pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.vbi glo.ordinaria. Et Cassiodorus. Glo. Cassiod.
Benedictiones dicit immunitatem peccati qua Xp̄s donatus est,etiam in cōceptione.Et infra.Eum solum præuenit benedictionibus dulcedinis.i. immunitate peccati.Item ait idem propheta.Speciosus forma præ filiis hominum. Qd ideo glo.ait eum dixisse,quia nullus præter ipsum immunis fuit a pc̄ō. ¶ Cęterum nedum ex doctrina p̄ris sui.s.Dauid vr̄ ipsa scriptura filii,sic intelligenda, vt dictum est,verū etiam ex ipsiusmet Salomonis scriptis. Ait.n.ecclesiastes.7. Glo.
Virum de mille reperi vnum:mulierem aut ex omnibus non inueni. Vbi Glo. Hugo
ordinaria habet ita. Virum de mille.i.perfectum. Quam glosam sequens dn̄s Hu Cardiñ.
go Cardinalis primus postillator bibliç.in expōne eiusdem literç ita ait(vt superius habitum est.)Hoc exponitur de xp̄o qui solus extra illam vniuersitatem est,de qua dr̄.Ro.3.Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Et super illud. Mulierem aūt ex omnibus non inueni,ita dicit.Quę aliquid muliebritatis non haberet saltem originalr̄. Virgo aūt originale habuit pp quod eius conceptio non celebratur.Quam expositionem secuti sunt plures solennes alii expositores

tes qui in superioribus nominati sunt. Mouetur etiam secūdo ad sic intelligē-dam præfatam auctoritatem, auctoritate sanctorum qui asserere expresse videntur illam originale cōtraxisse (sicut visum est de Augustino, Anselmo, de Eusebio, beato Bernardo, & Sancto Thoma.) Cæterum tertio perurget nos ad hoc ratio illa quæ insolubilis adhuc videtur stare, videlicet ipsa fuit redempta precio sanguinis Christi, pro ea soluto. ergo prius fuit necessario aliquo peccato obnoxia: non actuali. ergo originali. Consequentia ista non hominis videtur esse sed spiritus sancti quem in diffinitionibus suis apostolicam sedem regere & docere credimus. Apostolica autem sede, teste beato Augustino ore beatissimi Zozimi papæ, ita diffiniuit, vt sepe commemoratum est. Nullus enim nisi qui peccati seruus est liber efficitur: nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatum fuerit ante captiuus. Amplius quarto perurget nos ad sic exponendum auctoritatem præfatam & similes, Christi honor & integritas dignitatis eius. Sic enim sanctos & ecclesiam & beatissimam virginem honore & laudibus extollere debemus, vt in nullo integritati dignitatis & priuilegiorum Christi derogetur. Inter alias autem singularissimas & proprias prærogatiuas eius (vt beatissimus dicit Bernard.) est sanctitas conceptus eius Magna quippe differentia est (vt idem Bernardus ait in Omel. quarta super cantica) esse totum candidum siue pulchrum, & esse totū & semper candidū. Hoc enim quod est esse candidum & semper candidum, soli Xpo est competere qui speciosus est præ filiis hominum. Consimiliter beatus August. tractans illud Io. 1. Ecce agnus Dei dixit. Xpm sine macula non cuius maculæ abstersæ sint; sed cuius macula nulla fuerit. Iuxta quoque sanctorum sniās, doctores ipsi, quorum relator sum, aiunt de nulla aliqua persona in humano genere sic dicendum esse ꝙ sit aut fuerit tota pulchra, vt semper pro omni tempore aut instans vitæ suæ intelligenda sit fuisse pulchra. Quare de beatissima vigine dicunt præfatam auctoritatem dicentem tota pulchra es &c. non ad conceptionē aut morulam referendam esse in qua originali peccato eā obnoxiam esse scripturis suis profitentur, sed ad tēpus sanctificationis primæ quo ad maculā ipsam peccati: ad sanctificationis vero secundæ tempus quo ad eradicationem plenariam fomitis. Quod ipse Bernardus innuere videtur, præfatam auctoritatem de beatissima virgine tractans in sermone assumptionis eiusdem. qui incipit. Hic totum decurrat ingenium. Vbi ita dicit. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: quia spiritus sanctus superuenit in te qui te mundauit. In quo verbo dicūt ipsi doctores, quorum relator sum, beatissimum Bernardum notasse sanctificationem secundam in qua omnino fomes sublatus est ab ea, in qua consecuta est supremum gradum puritatis, quod nemini alteri sanctorum Dei datum est. ¶ Ad idē est Sanctus Thomas in tertia parte. quæst. 2. arti. 4. qui eandem auctoritatem exponit de beata virgine quantum ad immunitatem omnis maculæ actualis. Item ad idem est in tertio sententiarum di. 3. & in tractatu de Aue Maria. Quibus omnibus consyderatis dicunt doctores, quorum sententias refero, non sine causa euidentissime compellenti eos motos esse ad sic dicendum ad sic intelligendū scripturam illam diuinam: vtpote ad, quod eos mouit auctoritas sacræ scripturæ, dicta sanctorum doctorum, determinatio sedis apostolicæ, integritas honoris Christi, ratio insuper multiplex vrgentissima. Et ita patet quod dicendum erat secundum doctores præfatos ad dictam auctoritatem, & ad cætera quæ circa inducta sunt exaduerso in fauorem assertionis contrariæ.

Margin notes: August. Zozimus papa. — Ber. — Bernar. — S. Tho.

¶ Respondetur ad. 17. & 18. auctoritatem exaduerso productã. Ca. 20.

DECIMASEPTIMA auctoritas est ista canti. 6. c. Vna est co lumba mea, vna est formosa mea, perfecta mea. Quæ de beatissima virgine exponitur. Ex qua idem arguunt exaduerso ꝙ prius, dicẽtes per hoc ꝙ dr̃ vna est columba importari aliquam singularitatem perfectionis in ea: quæ non vr̃ conuenire ei si in originali afferatur concepta. ¶ Ad istam dr̃ primo: ꝙ auctoritas ad literam de ecclesia exponitur, quæ vna est iuxta articulum credo vnam sanctam ecclesiam. Quæ columba dr̃ ratione simplicitatis, & quia perfecta omnibus virtutibus. vt gl. interli. habet. Secũdo respondetur negando id quod dicitur, videlicet ꝙ non possit de beatissima virgine exponi specialiter rõne alicuius singularis perfectionis, si in originali pc̃tõ asseratur fuisse cõcepta. ¶ Decimaoctaua auctoritas est illa canti. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens. Quã de beata virgine doctores exponunt & in ecclesia cantatur de ea: ex qua sic arguitur exaduerso ab aliquibus. Aurora est splendor emanans a radiis solaribus, & habet duas conditiones. Prima est ꝙ ex quo oriri cœpit continue consurgit & consurgendo continue crescit splendor eius. Secundo est ꝙ sicut nunꝗ̃ exiuit ab occasu, sic nũꝗ̃ vergit in occasum: sed oriente sole mox a radiis excipitur & transformatur in diem. Et dicũt consequenter ꝙ hmõi conditiones auroræ siue proprietates, nõ possunt competere conceptis in originali peccato. Quare cõcludunt ꝙ si beata virgo concepta fuerit in originali pc̃tõ, nequaꝗ̃ auroræ consurgenti comparari poterit. ¶ Ad istam auctoritatẽ & rõnem inde sumptam dr̃, ꝙ non probant intentum. Tum primo, quia glo. ad literam exponit eã de ecclesia ita dicens. Vox est synagogæ admirantis ecclesiam ascendentem per omnes partes orbis. Consurgens quasi aurora: quia veri luminis ortus in ea mundo post tenebras ignorantiæ monstratur. Ex qua glo. patet non esse verum quod inducitur exaduerso per quendam magistrum in sermone suo facto in hoc sacro concilio. ꝙ in originali pc̃tõ concepti consurgenti auroræ non possunt comparari, cũ ipsa ecclesia quæ cõgregatio fideliũ est ad literam consurgenti auroræ per spm̃ sanctum sit cõparata. ¶ Secũdo auctoritas ad propositũ facere non vr̃, quia licet exponatur & cantetur de beata virgine, non tñ pro tempore conceptionis. Sed aliter pro tẽpore progressus eius ab vtero ex quo sanctificationis splendore tota lucida progressa est, secundũ illud Iob. 3. Nec ortum surgentis auroræ videat. Quod Sanctus Thomas in tertia parte & multi alii expositores exponũt de natiuitate virginis (vt in superioribus plene visum est.) Quod expresse beatus facit Bernar. in sermone natiuitatis eiusdem. qui incipit de gaudiis ad gaudia. vbi dicit ꝙ hęc interrogatio quę est ista quę progreditur sicut aurora. cõsonat natiuitati. b. v. Dr̃ etiam ꝙ scdo intelli̇r pro tp̃e assumptionis. sūę in cuius solẽnitate pdicta auctoritas decantatur. ¶ Tũ tertio auctoritas nõ facit ad propositũ, quia dato ꝙ omnes illę assignatæ proprietates, auroræ cõuenirent, nõ est necesse vt ſm oẽs illas nomen auroræ beatæ virgini attribuatur. Vt enim ex regula superius posita in principio capituli mysticorꝫ, notum manifestũ hr̃, Typus in parte est nõ in toto. Alias non esset Typus sed proprietas. Tum quarto quia aurorę proprietas non est talis qualis assignata est exaduerso, immo proprietas eius est, reliquias quasdam tenebrositatis in principio, sui tenere admixtas, vt ait Gregorius in moralibus. Vnde. 29. moralium, capitulo. 2. tractans illud ostendisti auroræ locum suum, dicit. Quia enim

Glo.

Glo.

S. Tho.
Bernar.

Gregor.

do. Vnde apparet (inquit ex intentione Ambrosii) ꝙ illi fideliores efficiuntur; qui de beata virgine absq; cuiusq̃ defectu maiores excellẽtias credũt. Hæc proponens. ℭ Ad istam duplicem auctoritatem scripturæ & Ambrosii respondetur, & primo ad primam ex primo cap. libri sapientiæ, & dr̃ ꝙ ista non facit ad propositum. Manifestum quidem est ꝙ ex hac generali regula qua dr̃ ꝙ in maliuolam animam non intrabit sapientia &c. non sequitur, ꝙ virgo Maria conceptionem mũdam & sanctam habuerit, nisi ostenderetur (ꝙ nondũ ostensum est, nec expectatur posse ostendi, attenta sanctorum doctrina in contrarium) ꝙ. s. diuina sapientia eam inhabitauerit per gratiam in instanti conceptionis suæ. Vnde auctoritas prædicta (vt glo. innuit) hoc prętendit ꝙ soli mundi corde sapiẽtiam dei possint accipere. Ad auctoritatem vero Ambrosii dr̃ in primis ꝙ minus fideliter est allegata: qm̃ id quod in fine auctoritatis (quod maxime attendendum dicit proponens) non est Ambro. Ambrosius enim sic dicit. Tanto argumenta sibi facilius occurrent, quanto ipse inquirendo fidelior erit. An vero sit honestum taliter in materia fidei auctoritates sanctorum alterare, & imponere sanctis quod nunq̃ dixisse leguntur sacra synodus iudicet. Secundo respõdetur ad eandem auctoritatem quãtum ad eam partem in qua veraciter allegata est, quod ad propositum nõ facit sicut nec præfata auctoritas sacræ scripturæ quã allegat. Clarissimum enim est auctoritatis præfatæ verba consyderãtibus, ꝙ nõ de tempore conceptionis virginis loquitur, sed pro tempore vitæ & conuersationis suę: ex cuius verbis & factis dicit ipse Ambrosius ꝙ colligere possumus argumẽta virtutũ suarum. Q d manifestius fiet si quod sequitur in auctoritate Ambrosii deducatur in medium. Dicit. n. sic immediate post verba superius posita. Ambro. Quis. n. est qui cum iocunda admiratione non speculetur ipsius naturę adolescentis fortitudinem, prudentiamq; ac fidem in colloquio angelico, vbi tã constanter eloquitur: tam prudenter interrogat: tam facile credit? Quis nõ videat aut videndo miretur iusticiam eius, qua sic vniuersa pręcepta legis diuinę satagebat implere &c. Et infra, post testimonium humilitatis temperantię & virginitatis eius, ita concludit. Cum ergo virtutibus supradictis facta eius plena atq; dicta sint, manifestũ est nõ solum attestatione angelica sed etiam rerum argumẽto nullũ genus virtutis beatissimę virgini defuisse. Depromebat itaq; virtutes in cogitatione, & affectu cordis ineffabilem armoniam quã ipsa creatrix & inhabitatrix eius dei sapientia delectabatur audire. Coruscabant foris in superficie sermonis, & actus, vnde possent homines glorificare Deum & exempla salutis accipere. Hæc Ambrosius. Ecce ꝙ beatus Amb. de conceptione virginis non loquitur, sed de eius conuersatione splendida, de qua vniuersalis canit ecclesia, cuius vita gloriosa cunctas illustrat ecclesias. Cęterum ꝙ beatus Ambrosius nõ fuerit partis aduersæ, sed eorum doctorum, quorum relator sum, patet ex auctoritatibus eius superius allegatis & inductis in quibus solum Xp̃m asserit mundã & sanctam habuisse conceptionem.

ℭ Respondetur ad auctoritates inductas a. 20. inchoando vsq; ad 26. exclusiue. Cap. 23.

VIGESIMA auctoritas est illa sapientiæ. 7. videlicet. Est. n. vapor virtutis Dei & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei syncera, & ideo nihil inquinatum incurrit in illam. Ex qua auctoritate arguunt idem quod superius. ℭ Ad istam dr̃ breuiter ꝙ non probat intentum. Tum primo quia auctoritas ipsa ad literam non põt

competere cõceptioni cuiuscunqꝫ carnali quæ cõmixtione seminũ viri & mulieris celebrata est, vt ex ipsa manifestatione terminoꝝ pót quis ẽt parũ eruditus colligere. Sed ad literã auctoritas loquitur de illa sapientia diuina. i. Dei filio. Et hoc ẽt ſm naturã diuinitatis. Vnde glo. interli. sup illo verbo, vapor est
Glo. lucis æternæ, hẽt sic. Splendor gloriæ consubstantialis æqualis & coæternus. Itẽ super illo. Nihil inquinatũ incurrit in ista dicit. Sũmo bono nõ appropin-
Nico. de lira. quat malũ, sed semp simpl'r bonũ est. Et istã expõnẽ sequitur. Nico. de Lira. Q d vero dr̃ exaduerso, ꝙ Sanctus Tho. eã exponit de beata virgine nõ vr̃ ita se ha-
S. Tho. bere, immo de ipsa sapientia diuina illã exponit; sicut patet in. 3. s̃niaꝝ, di. 3. Tũ insup auctoritas inducta arguentis intẽtũ nõ probat: qm̃ & si aliquo mõ de beatis. v. exponenda veniret, nondũ probatũ est ꝙ pro tpe conceptionis. Q d probandũ erat, & non supponẽdũ. ¶ Vigesimaprima auctoritas est ista in eodem cap. Candor est lucis æternæ, & speculũ sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. ¶ Ad istã auctoritatẽ eadem r̃nsio est quæ ad præcedẽtẽ. ¶ Vigesimasecũda auctoritas est ista in eo. cap. Est. n. hæc speciosior sole & sup oẽm stellaꝝ dispõnẽ luci cooperata prior inuenitur. ¶ Ad istã est eadẽ solũo quæ superius, cũ glo. totũ hoc caplm̃ splendoribus plenũ de diuina, sapientia intelli-
Glo. gat & exponat. ¶ Ad istã pariter dr̃, ꝙ ad literã exponitur de Xp̃o. Vñ glo. interli. ita habet. Quia solus sine pc̃õ, vel immunis a pc̃õ. Et ita auctoritas magis militat in oppositũ q̃ pro intentione arguẽtis. ¶ Vigesimaquarta auctoritas est ista ecclesiastici. 24. Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante oẽm creaturã. Ex qua arguunt sic exaduerso. In hac auctoritate, quæ de btã. v. a multis exponitur. datur intelligi ꝙ ipsa vniuersis cæteris creaturis dignior sit, tam hoibus q̃ angelis. Sed angeli nũq̃ fuerunt pc̃õ subiecti. ergo nec ipsa. ¶ Ad istã auctoritatẽ dr̃ ꝙ nõ probat intẽtũ. Tũ primo quia ad lr̃am nõ de ea, sed de diuina sapiẽtia increata intelligitur & exponitur, sicut ex ipsa serie literæ & circunstantia manifestũ est. Glo. ẽt interli. super illo verbo. Ego. s. sapientia. ex ore
Glo. altissimi. dicit secũdũ diuinitatẽ. Tũ secũdo nõ probat intẽtũ. qm̃ dato ꝙ auctoritas præfata exponatur de. b. v. mystice, vt. s. dicatur, primogenita añ oẽm creaturam inquantũ primitate quadã dignitatis & excelleñ. multiplicis prærogatiuæ pręire cęteris oibus & antecellere præmissa & ordinata est. Cõsequentia tñ inde facta nullas habet vires, vt sępenumero ad similes ꝯñas in superioribus dictum est. Ex eo quippe ꝙ aliquis hõ in sacra scriptura angelus noiatur sicut beatus Io. Malachiæ. 3. & Mat. 11. non sequitur ꝙ sit superior dignitate angelis. Sic igitur. b. virgo non sequitur pro tanto ꝙ origi. pc̃m̃ nunq̃ cõtraxerit, nisi probaretur, ꝙ tẽpore conceptionis prerogatiua illa dignitatis sibi cõueniret. Q d nondum hic est factum. Pręterea (sicut superius cõmemoratum est sæpe) non subiacuisse ori. pc̃õ non est dignitas in angelis. Virgo aũt beatissima ab omni illo pc̃õ immunis fuit, qd natũ est angelis inesse & cuius immunitas in angelis laudabilem exprimit dignitatem. Ex quo facilis patet r̃nsio ad rõnes omnes similes quæ inducũtur ex parte dignitatis aut nobilitatis angelicę. ¶ Vigesimaquinta auctoritas est illa in eodem cap. In omni gente & in omni populo primatum habui. Ex qua arguitur exaduerso idem ꝙ prius. ¶ Ad istam aũt auctoritatẽ pariter sicut ad superiorẽ dr̃, ꝙ ad literam de sapiẽtia increata dicitur & exponitur. Vnde immediate præcedit in textu ex parte diuinæ sapientiæ. Girum cœli circuiui &c. Et glo. expresse dicit, ꝙ in illis omnipo-
Glo. tentia & fortitudo diuinæ sapientiæ designatur. Secũdo dr̃, negando cõsequẽtiam quia quanq̃ auctoritas præfata de. b. v. sane mystica interpretatione expo

natur vtpote quia ipsa præclarior vniuersis mr dei effecta in oi pplo & in omni gente primatū dñationis & dignitatis regalis adepta sit. stat tñ hoc ꝙ ista ꝓrogatiua sanctitatis non ei conuenit sed soli regi reseruata sit.

¶ Respondetur ad. 26. vsq̧. ad. 30. auctoritatē exaduerso propositam exclusiue. Cap. 24.

VIGESIMA SEXTA auctoritas est ista ibidem. s. Ab initio & ante secula creata sum & vsq̧ in seculū non desinam. Et de beata virgine exponitur & in eccl'ia cātatur, ex qua argūnt idē ꝙ prius exaduerso dicētes oportere aliq̄ singularitatē in virgine bñdicta assignari, & nō solū in vita, sed in ipso vitæ initio cuius cā hoc singularius de ea exponitur & dr̄ q̄ de quocunq̧ alio. Sed non vr̄ posse esse aliud nisi sanctitas conceptionis. ergo &c. ¶ Ad istam auctoritatē dr̄ quod non probat intentū. Tum primo quia ad literam auctoritas illa intelligitur & exponitur de incarnationis mysterio. Vnde glo. ita ait. Sacramentum incarnationis ante secula, præstitum & prædestinatum permanet in seculum seculi. Secundo dr̄ concedendo ꝙ et̄ de beata virgine exponitur a doctoribus, sed mystice. Et hoc rōne alicuius singularitatis quā habuit, cuius cā singulr̄ præ cæteris creaturis pręuisa creari dr̄. Sed negatur ꝙ hæc singularitas fuerit sanctitas conceptus, sed alia a doctoribus famosissimis in suis postillis assignata. quæ triplex est. Primo quidem ꝙ singulariter dr̄ præuisa creari: quia in operibus creationis multipliciter fuit figurata. Et inde est ꝙ nunc planetaꝝ, nūc arboꝝ, nūc lapidū preciosoꝝ proprietatibus in sacra scriptura dr̄ a doctoribus designari. Tum secundo quia præ cæteris sanctificatis citius post aiationem suā sanctificata est. vt dicere posset. Ab initio. s. durationis meę inesse naturali, eo mō quo dr̄ Io. 8. Ille homicida fuit ab initio. i. paꝝ post initium suæ creationis, & ante secula quantū ad dignitatis prioritatem creata sum. i. de nihilo peccati perducta ad esse grāæ sanctificationis, vt exponit dñs Vlricus de Argentina in summa sua li. 5. cap. 2. Tū tertio ab initio singulr̄ præuisa creari dr̄, quia ad celsitudinē, dignitas materni tatis Dei pręuidebatur creari, & iō merito dicere poterat prę aliis singularius. Ab initio & ante secula creata sum. i. præuisa creari absq̧ eo ꝙ dicatur, ꝙ sanctam habuerit conceptionē. Habere quippe priuilegiū sancti conceptus (vt ait beatus Ber.) ipsi soli sancto sanctoꝝ oium redemptori dño Iesu Xp̄o propriū vr̄ esse. ¶ Vigesimaseptima auctoritas est illa lib. & ca. prioribus. In habitatiōe sancta corā ipso ministraui. Ex qua auctoritate idē arguitur exaduerso qd' prius pro eo (vt dñt) ꝙ habitatio sancta nō patitur maculā. ¶ Ad istā auctoritatē dr̄ ꝙ in nullo probat intentū. Tū primo quia ad lr̄am de Xp̄o dr̄. Vnde glo. ita dicit. In habitatione ecclesiæ, ritum disposuit verę religionis. Tum secundo quia etiam de beata virgine exposita ad propositum non facit: cum beatissima virgo in cōceptione sua nullo famulatu aut ministerio obsecuta fuerit dño, cū pro illo instanti vsum rōnis non habuerit. Et pręterea (sicut sępissime repetitū est) non oportet vt qd pro aliquo tēpore sanctū est, semp sanctū fuisse credatur. Semp q̄dē sanctū fuisse sancti docto. (vt dictū est) solius sancti sanctoꝝ illā asserūt prærogatiuam esse. ¶ Vigesimaoctaua auctoritas e illa ibidem. Quasi cedrus exaltata sum in libano, & quasi cypressus in monte Syon. Ex quā idem arguere nituntur exaduerso dicendo ꝙ credrus & cypressus sunt arbores imputribiles. Et ideo si beatissima virgo eis debebat comparari, necessarium

Glo. Bernar. Glo.

erit ꝙ in conceptione sua aliena fuerit a putredine peccati, originalis. ℂ Ad istam auctoritaté respondetur ꝙ non probat intentum. Tum primo, quia ad literam exponitur de membris Xpi.i.sanctis: de quibus tñ erroneum esset dicere
Glo. immunes eos fuisse ab originali peccato. Vnde glo. sic ait. Hæc nomina arborum & montium eminentioribus Xpi membris conueniunt qui dicere possunt Xpi bonus odor sumus, & quoꝝ conuersatio in cœlis est. Odor quoq; cedri serpentes interimit, & sancti doctores virtute verbi repellunt hæreticos. Tum secũdo ad auctoritatem dr̃ negando consequentiá quę ex ea elicitur, qm̃ nulla est, vt ex dictis patet. ℂ Vigesimaprima auctoritas est illa quæ in eodem sequitur. Quasi palma exaltata sum in Cades. Ex qua arguunt exaduerso dicentes ꝙ palma signum est victore & titulus triumphalis: & ꝙ talis palmæ gestatio conuenit beatæ virgini super vniuersos filios hominum, pro eo ꝙ singulariter caput serpentis contriuit. ℂ Ad istam auctoritatem dr̃ ad propositum in nullo deseruire. Tum primo quia ad literá de ecclesia exponitur quę (vt ait gl) quasi palma exaltata est: quia ecclesia ab idoloꝝ cultura ad verum Deum translata est.
Glo: Tum secundo. quia quilibet iustus palmæ in sacra scriptura comparatur, secũdum illud psal. Iustus vt palma florebit in domo dñi. Pręterea tertio licet verũ sit ꝙ ipsa præ cæteris singularius & sublimius caput serpentis contriuerit, non propter hoc tñ arguitur ꝙ in conceptione sua ab originali pctō fuerit immunis, vt clarissime monstratum est in responsione ad primam auctoritatem quæ erat illa Geñ. 3. Ipsa conteret caput tuum.

ℂ Respondetur ad. 30. auctoritaté etiam inductá exaduerso vsq; ad. 35. exclusiue. Cap. 25.

TRIGESIMA auctoritas est illa ibidem. Quasi oliua speciosa in campis. Ex qua arguunt idem quod prius exaduerso dicétes ꝙ oliua semper est viridis, & speciosa, & per consequens significat ꝙ beata. v. sanctam habuerit cóceptionem. ℂ Ast istam pariter sicut ad pręcedentes dr̃, ꝙ non probat intentum. Omnes. n. istę rõnes eodem quasi defectu laborát. Non probat aũt dicta auctoritas intentum. Tum primo quia
Glo. ad literam de ecclesia exponitur. Vnde glo. ita ait. Per hanc ecclesia significátur quę campos totius mundi decore illustrat: & speciali gr̃a per vnctionem chrismatis signat. Tum secundo ex illa auctoritate non probatur intentũ: quia consequentia quę fit, nulla est. Alias oporteret eadem virtute rõnis dicere omnes iustos in conceptione sua sanctos fuisse & speciosos nulli pctō vnq̃ obnoxios, cum de quolibet scriptura dicat. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dñi. psal. 57. Et ipsi ecclesiæ spũs sanctus dicat. Filii tui sicut nouelle oliuaꝝ in circuitu mensæ tuæ. psal. 127. Ad magnos & plures via pararetur errores (sicut superius commemoratum est sæpe) si ex talibus attributis mysticis & similitudinariis non pensatis causis dicendi aliisq; merito consyderandis circunstantiis, indifferéter argueretur. ℂ Trigesimaprima auctoritas est illa ibidem. Sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Ex qua idem arguunt ex opposito quod prius. Ad istam auctoritatem etiá respondetur eodé modo quo prius ad superiores responsum est, videlicet ꝙ non probat intétum. Tum quia Glo. hoc exponit de humilibus ita dicens. Hæc herbæ odoriferę significát humiles spũ: qui quasi colore purpureo, vestiti mœrores dñicę passionis pro dño parati sunt pati. Et tñ non dicuntur ab originali pctō immunes fuisse. Tum secundo

cundo quia licet de beatissima virgine mystice exponatur & singularius multo ei & pro excellentia & magnitudine humilitatis & aliarum virtutum eius conueniat, q̄ cæteris sanctis: nihil tn̄ facit ad materiam conceptionis. ℭ Trigesima secunda auctoritas est ista ibidem. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ex qua, quia myrrha dr̄ arcere vermes & putredinem a rebus putrefactibilibus, arguunt idem exaduerso vt prius. ℭ Ad istā auctoritatem dr̄ ꝙ eodem defectu laborat quo præcedentes. Non.n. probat intentum. Tum primo quia ad lrām per eam (vt ait Gl.) cōtinētia sanctorum designatur. Et ad istum sensum tanto excellentius. v.b. conuenit quanto eius continentia singularior fuit & sublimior q̄ continentia cæterorum membrorum ecclesiæ, sed ad conceptionis propositum non facit. Tum secundo, quia etiam sic exposita, non probatur inde ꝙ.b.v. cōueniat pro tempore conceptionis sed pro tempore sanctificationis, quæ tāta fuit (sicut superius dictum est) vt in aliorum animis vermes et extingueret concupiscentiæ carnalis. ℭ Trigesimatertia auctoritas est illa ibidem. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Ex qua idem arguunt exaduerso & eadem rōne sicut de cypresso, dn̄tes virtutem esse vitis, odore suo buffones extinguere & effugare serpentes. Quare.b.v. si vitis dicenda sit necesse est inquiunt dicere ꝙ ipsa odore suæ conceptionis extinxerit buffones.i. diabolum. ℭ Ad istam auctoritatem dr̄, sicut ad superius inductas, per eam non probari intentum arguentis. Tum quia ad lrām de Xp̄o dr̄. Vnde glo. interli. habet illud. Io. 15. Ego sum vitis vera, & vos palmites. Fructificaui suauitatem odoris, glo. per orbem spargendo euangelii prædicationem. Secūdo dr̄ siue rn̄detur concesso ꝙ etiam de b.v. exponatur negando cōsequentiam. Quippe si ista rō militaret omnes sancti ab ori. pctō immmunes venirent dicendi, cum de eis dicatur canti. 2. Vineæ florentes odorem dederunt. Et de ecclesia dicatur in psal. 127. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Quāq̄ ergo de beata. v. illud et exponatur, nō est necesse ad tempus cōceptionis referre vt sæpe dictū est. ℭ Trigesima quarta auctoritas est illa ibidem. Quasi plantatio rosæ in Ierico. Ex qua idem exaduerso arguunt sicut prius, dicētes qd̄ sicut rosa orta de sentibus nullum trahit aculeum, ita virgo Maria si rosa dicenda sit, ex sentibus.i. parētibus ori. pec. infectis nata, ꝙ oporteat dicere ꝙ fuerit sine aculeo ori. peccati. ℭ Ad istam auctoritatem respondetur ꝙ non probat intentum. Tum primo quia auctoritas illa ad literam de ecclesia videtur intelligi ratione martyrū. Vnde gl. ita ait. Rosa dicta est eo ꝙ rutilo colore rubeat. Et est quasi plantatio rosæ in Ierico, cum odor virtutum in passione martyrii redolet in sanctis. Tum secundo quia exposita de beata virgine, non probatur ꝙ rōne puritatis aut sanctitatis, quam in conceptione sua habuerit sit ei attribuenda, sed aut ratione virginitatis secundum illud Ieronymi in sermone assumptionis eiusdem dicentis. Beata virgo dei genitrix cuius candor virginitatis ac si plantatio rosæ in Ierico specialis refulsit: Aut referēdum est ad sanctificationem ipsam quæ secuta est cōceptionē & natiuitatē præcessit, ob quā sanctificatiōis grām quia nata est sancta canit de ea sancta mater ecclesia in eius natiuitate sicut spina rosam genuit Iudea Mariam.

Glo. Glo. Glo. Hiero.

ℭ Rn̄detur ad 35. vsq; ad auctoritatē. 39. exclusiue. Cap. 26.

TRIGESIMA QVINTA auctoritas est illa ibidē quæ sequitur. In me grā omnis vitæ & veritatis. Ex qua, idem arguunt exaduerso dicentes ꝙ si in ea fuit oīs grā. ergo immunitas a pctō.

sta scriptura arguentis proposito nō deseruit, quia & si de b eatis. v. aliquo modo exponatur, nō tñ rōne conceptionis suæ, sed ratione gñationis filii Dei. Ex eo ꝙ ipsa quasi qdā nobis veluti fluuius dorix medicinā peperit salutis. Et sicut aquæductus sancto fœcūdatus spū, eū nobis genuit qui totius mūdi maculas lauit, secūdū illud. Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos. ſ. a peccatis nr̄is in sanguine suo. ¶ 3 8. auctoritas est illa Isa. 1 1. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet. Quę auctoritas dr̄ de. b. v. Ex qua sic arguitur exaduerso. In virga denotatur rectitudo. Cum ergo. b. M. virga dicatur esse, videtur ꝙ nunꝗ in ea fuerit origi. p̄ctm̄. Vnde Ambrosius in sermone de Gabaonitis dicit. Hæc est virga in qua nec nodus origi. nec cortex venialis culpæ fuit. Et notandum (dicit etiam dn̄s relator exaduerso) ꝙ in auctoritate prædicta ponitur verbum egredietur. Vbi euidēter inquit notatur ꝙ a primo suo egressu, siue ortu debuit esse in ea tanꝗ in virga rectitudo. ¶ Ad istā auctoritatē dr̄ ꝙ non probat intentum, quia auctoritas ipsa loquitur de egressu non quidem illo primo sic dr̄ exaduerso quo res primo exiuit in esse naturæ: qui in cōcep. seminū vel naturali inceptiſſe dr̄: sed in egressu natiuitatis ex vtero. Quod satis aperte colligitur. Tū primo ex ipsa cōi rōne nominis. Egressus. n. (vt aiunt gramatici) quasi extra egressus dr̄ in lucem prodiens. Vñ. Papias ait. Egredi. i. de vno loco ad aliū exire. Tum secūdo ex ipsa expōne doctoꝝ qui egressum illum de natiuitate ex vtero intelligunt & exponunt. Tū tertio, ex proprio vsu ecclesiæ quæ prædictam auctoritatē in eiusdem natiuitatis solēnitate cōmemorat & frequentat: in quo egressu sanctificationis munere opimata egressa est, vt (iuxta ea quæ ante parte de singularitate & eminentia sanctificationis eius dicta sunt) nulla curuitas praui operis, nullus fructex concupiscētiæ carnalis, nullus nodus difficultatis boni operis, nullus cortex culpæ venialis potuerit virgæ regiæ adhærere. Et ita auctoritas inducta propositum de puritate conceptionis non probat. Ad id vero quod in eius cōfirmationem adducitur de Ambrosio qui in sermone de Gabaonitis dr̄ dixisse. Hæc est virga in qua nec nodus origina. nec cortex venialis culpæ fuit, dicitur primo ꝙ facta accurata diligentia talis sermo non reperitur. Nec Vincētius historialis eius libros enumerans libro. 1 8. capl'o. 3 2. de eo mentionem facit: nec etiam Augustinus videtur hunc librum Ambrosii nominasse (salua pace domini relatoris exaduerso dicentis contrarium) in libro secundo contra pelagianum. Perlectus est quippe ille. & liber contra Pelagianum ad marcellinum: & secundus contra Iulianū pelagianæ hæresis defensorem: & nullus talis sermo aut tractatus nominatus ibi reperitur. Quare apud multos habetur illa allegatio suspecta, & oportebit necessario tandem ꝙ ad parentum præsentiam veniat, si fidem aliquam facere debet. Secundo dicitur dato ꝙ ita sit sicut dicitur exaduerso, ꝙ cum beatus Ambro. (vt ex superioribus patet teste beatissimo Augustino, secundo libro, contra Iulianum) repetitis vicibus asserat & dicat solū Xp̄m immunem fuisse a p̄ctō in conceptione sua, verbū illud non est intelligendū aut referendū pro tempore cōceptionis. b. v. cū nec de conceptione eius non loquimur: sed referēdū est ad natiuitatē ex vtero in qua rōne præcedentis sanctificationis in vtero mundata exiuit a nodo ori. p. quia (sicut dictum est supra) ita plene sanctificata est vt nodus origina. peccati. i. ligatura illa in qua homo dicitur quasi ligatus & captiuus in lege peccati, vnde nascitur difficultas bene operandi, in ea nō manserit, de qua Apostolus ad Romanū. 7. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem. Glo. per consensum & operationem. In legem. p. i. Glo.

Ambro. (margin, beside "in sermone de Gabaonitis dicit")

Ambro. (margin, beside "in sermone de Gabaonitis dr̄ dixisse")

in peccatum. Et ita beatissimus Ambrosius conformiter ad alia dicta sua loquens, est intelligendus.

¶ Respondetur ad 39. auctoritatem exaduerso productam. Cap. 27.

TRIGESIMANONA auctoritas exaduerso est illa salutatio qua angelus Gabriel beatissimam vir. salutauit dicens. Aue gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus. Ex quibus quatuor particulis quadrupliciter arguitur exaduerso. Ex prima aũt particula. s. Aue, sic. In illa auctoritate Angelus salutat beatissimam virginem primo tanq̃ carentem omni ve. Sed ori. pc̄m est vnum & singulare ve. humani generis. ergo maxime ab hoc immunem esse eam salutatione significare vr. Ex secũda particula sic. Beatissima. v. ab angelo plena grã noiatur. Sed immunitas ab ori. pctõ est de numero graꝝ, & non minima. ergo ipsam habuit virgo beata: Ex tertia particula sic. Angelus dicit ei, Dñs tecum. Quod a sanctis exponitur, sic. Tecum in corde, tecum in vtero. tecum in auxilio. Sed vbi est pñtia diuinitatis non potest esse macula ori. peccati. ergo illud qd prius. Ex quarta particula sic. Pro singularissima laude dictũ est eidẽ. Bñdicta tu in mulieribus intelligendo prout superius. S. Thom. exposuit, ꝙ ipsa sola fuit immunis ab oi maledictione lata in hoie rõne ori. peccati. De cuius exemptione ab omni maledictione euidenter docet nos Ber. in sermone vigiliæ natalis dñi dicẽs. O btã Maria sola inter mulieres bñdicta, sola a gñali maledicto libera, & a dolore parturientium aliena. Item in sermome assumptionis ait Maria virginitatis primiceria, sine corruptione fœcũda, sine grauedine grauida, sine dolore puerpera, sola inter oẽs mulieres a cõi maledicto & dolore parturientiũ aliena. Et ne dicatur ꝙ hoc intelligitur solũ de dolore partus, subiungit statim. Si reꝝ pcia de charitate pensamus nihil posset rarius inueniri. Siquidẽ in oibus his nec primã similẽ visa est, nec habere sequentẽ. Ex illis auctoritatibus Ber. dicit dñs proponens exaduerso ꝙ manifeste cõcluditur intentũ. ¶ Ad istã auctoritatẽ & rõnes inde sumptas. Primo vnica rñsio datur ꝙ auctoritas prędicta nõ vr ad propositũ arguentis qcq̃ iuuamẽti afferre, cũ hæc salutatio nõ fieret. b. v. qñ cõcipiebatur, sed qñ altissimi obũbrata virtute cõceptura erat Dei oipotẽtis filium. Secundo rñdetur ad quãlibet particulã per se. Et ad primã cũ dicebatur, ꝙ angelus salutãdo. b. v. dicens. Aue. designabat eam immunẽ esse ab omni ve. Rñdetur ꝙ si arguens vlr loquatur de omni ve tam culpę q̃ pœnę: suppositum non habet veritatem. Non ne aliquibus pœnalitatibus subiecta fuit & ve doloris, cum eius animam gladius acerbissimi doloris pertrãsiuerit in passione filii sui Luc. 2. Si vero loquatur de ve culpæ. tunc verum est quod præsupponitur, videlicet ꝙ salutabat eam tanq̃ carẽtem ve ori. peccati, & ita erat: qm̃ ab illo anteq̃ ex vtero nasceretur mundata erat & purificata. Sed ex hoc non habetur intentio arguentis. Ex virtute. n. auctoritatis illius salutationis nõ põt veraciter colligi ꝙ ve culpæ semper caruerit. Alias oporteret dicere oẽs illas mulieres quas Xps post resurrectionẽ salutasse dr, dicens Auete. Mat. 28. ab oĩ ve peccati semper extitisse immunes. Q d periculose diceretur. Dicẽdũ est ergo ꝙ angelus bñ & vere dixit. Sed ex hoc nihil arguit ad propositũ, cũ angeli verba nec de cõcep. loquãtur, nec ad cõcep. videãtur referri, qnimo referri vñr ad ve pœnalitatis maledictionis quo sexus fœmineus in pariendo, & in cõcipiẽdo premitur & afflictus est. Quia. n. futurum erat de proximo vt ipsa esset mater dei, & hoc sine omni maledictione sexui inflicta fœmineo, quia sine corruptione

grauida,

grauida,sine dolore puerpera,& cũ integritate fœcũda.Cuius ob causam iocũditatis & lætitiæ Angelus ait ei.Aue. Vñ Grego.& hr in glo.cõtinua, ita dicit. Gregor. Cõtra vocem serpẽtis æditã mulieri, dirigitur nũc sermo ad virginem. Illa doloribus partus est de pctõ punita:in hac per gaudiũ mœstitia pellitur,vñ iocunditatẽ nõ absurde pñunciat Angelus virgini.d. Aue. ℂ Ad scdam rõnẽ fundatã in illa particula.s.gra plena.rñdetur negãdo ,ñam. Cuius rõ est manifesta tam ex superioribus q̃ ex ipsa forma auctoritatis. Licet n.ex ea bene sequatur pro eo tpe quo salutabatur ꝙ immunis fuerit a pctõ originali, nõ tñ pro tpe cõceptionis, ad qd nõ vr posse bene referri ꝙ angelus ait ei,aue plena gra, si consyderetur rõ potissima qua præ cæteris gra dr esse plena. Quã beatus Ber.pertractans, & hoc verbũ exponens dicit. Legimus Stephanũ plenũ gra, & aplos plenos spũ sancto,sed longe & dissimiliter a Maria:quia nec in illo corporalr habitauit diuinitatis plenitudo:nec illi cõceperũt de spũ sancto. Hęc ille. De qua plenitudine superius copiose dictũ est & ostẽsum ex plenitudine illa nõ sequi id qd intẽditur exaduerso. Ad tertiã vero rõnem quę in tertia particula.s.dñs tecum fundabatur rñdetur,ꝙ ex ipsa expõne data exaduerso ostẽditur non facere ad propositũ,vt de se patet. Qd ẽt ex illo colligitur ꝙ beatus Ber.sup eodẽ verbo dicit. Dñs tecũ,nõ solũ filius quẽ carne induis,sed ẽt spũs sanctus de quo cõcipis, & ipse pater qui genuit quẽ cõcipis. Hæc ille. Claꝝ aũt est ista nõ cõpetere beatissimę.v.pro tpe suę conceptionis,sed conceptionis filii Dei. ℂ Consequenter dr ad ea quæ inducta sunt ex particula vltima,s. Bñdicta tu in mulieribus. Et in primis dr ꝙ auctoritas ista nõ probat in aliquo intentũ arguentis exaduerso. Absq̃.n.eo ꝙ pari mensura cũ Xpo filio Dei & dño saluatore in benedictione immunitatis originalis peccati in cõceptione sua donata nõ fuerit, innumera sunt alia graꝝ & bñdictionum gña quibus ipsa benedicta super oẽs mulieres dicenda veniat & prædicanda. Id aũt qd inductũ est ex Sancto. Thom.in tractatu de Aue Maria,exponendo præfatã auctoritatẽ in nullo fauet intentioni inducentis cũ in eodẽ tractatu expresse dicatur bñdictã.v.in ori.pctõ conceptã fuisse,licet nõ natã,in hoc inter ipsam & Xpm dñiam assignans, vt infra plenius habebitur,in rñsionibus ad ea quę inducuntur ex eodem sic pro parte assertionis cõtrariæ. Simili mõ dr ad ea quę inducta sunt ex beato Ber. Dictũ .n. primũ ex sermone vigiliæ natalis dñi, qui incipit, Hodiernũ quidem sermonẽ ad propositũ nõ facit. Quod palã fit si auctoritas plena inducatur in medium Sic aũt incipit. Ouere noua miracula,cõceptus sine pudore fuit,partus sine dolore. Mutata est inquit maledictio in bñdictionẽ,sicut prædictũ est per Gabrielẽ angelũ. Bñdicta tu inquit in mulieribus. O btã sola inter mulieres benedicta & non maledicta:sola a gñali maledictione libera & a dolore parturientiũ aliena. Nimirũ si dolorẽ non intulit matri, qui tulit dolores mundi,secũdũ ꝙ Isa. ait. Vere langores nros ipse tulit. Hæc ille. Ecce ꝙ nõ de puritate cõceptionis loquitur.sed de illa maledictione mulieꝝ qua cũ pudore concipiunt,& cũ dolore pariunt. Vnde idem Bernardus super missus est. Omel. 3 .dicit ita. Benedicta tu (inquit) in mulieribus: quę illã generalem maledictionem euasisti qua dictum est, In tristitia paries filios: & illam quæ secuta est, maledicta sterilis in Israel, ac singularem cõsecuta es benedictionem,vt nec sterilis maneas nec in dolore parias. Dura necessitas & graue iugum super oẽs filias Euæ, si pariũt cruciãtur, si non pariunt maledicuntur. Hæc ille. Et ita manifestum est ꝙ Ber. non intẽdit in verbis illis virginẽ bñdictam immunem asserere in conceptione sua ab origi.pctõ,sed ab illis maledictionibus mulieꝝ. Quod manifestius ẽt fit si sermo

Bernar.

Ber.

S. Tho.

Bernar.

Ber.

Glo.

præfatus vigiliæ natalis respiciatur, in quo (vt superius deductum fuit) solum Xpm dicit ab ori. pctō immunem extitisse. Q đ autē inductum est ex eodē. Ber. in sermone assumptionis. b. v. qui incipit, signum magnum apparuit; in nullo facit ad propositum allegantis, si auctoritas integra adducatur in medium. Sic
Bernar. autē dr̄ vbi supra. Et in his quoq; sydeꝝ plane radiat decus ꝙ virginitatis primiceria, ꝙ siue corruptiōe fœcūda, ꝙ sine grauedine grauida, ꝙ sine dolore puerpera. Et infra. quasi ad duas colūnas, qđ tñ dicebatur exaduerso statim esse positum, dr̄ sic. Et in partu q̄ lucidum est, ꝙ noua concnlcatione noua edidit prolem sola inter mulieres a cōi maledicto & dolore parturientium aliena. Si reꝝ pretia de raritate pensamus quid pōt his rarius inueniri. Si quidē in omnibus istis nec primā similem visa est nec habere sequentē. Hæc ille. Planū quidē est verba ista consyderantibus recte, nihil facere ad intentionē aduersę partis, cum in illis solum eā dicat non habuisse similē de quibus prælocutus erat, videlicet. Primo in hoc ꝙ pɋmiceria virginitatis fuit. Scđo ꝙ sine corruptione fœcunda. Tertio ꝙ sine grauedine grauida. Quarto ꝙ sine dolore puerpera. Ex istis autē ad id de quo sermo nr̄ est, videlicet ad immunitatē ori. peccati in cōceptione
Bernar. passiua. b. v. nulla capitur apparentia argumēti, eo potissime quod Bernar. in sermone eodem apertissime vr̄ asserere oppositū, ita dicens. Nihilominus fulget ēt nouus ille modus conceptionis vt non in iniquitate quemadmodū cæteræ oēs, sed superueniente spū sola, & de sola sanctificatione Maria cōciperet. Hæc ille. Ex quibus verbis planum & claꝝ testimonium colligitur ꝙ sola Xpi conceptio munda a pctō fuerit & sancta. Vbi frequenter libet cōmemorari qđ superius in quadam regula obseruandū necessario esse dixi in hac re, vt originalia videantur, eaꝝ auctoritatū quæ in medium afferuntur. Quo facto pōdus & auctoritas ac virtus cognoscetur eoꝝ quæ inducuntur, per partes hinc & inde.

¶ Respondetur ad vltimam auctoritatem inductam ex aduerso. Cap. 28.

V. LTIMO arguitur ex illo cātico beatæ virginis vbi dicit Luc. 1. Exultauit spūs meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ &c. Ex qua auctoritate præsupponendo ꝙ omnes gñationes tam præcedentes q̄ quæ subsequebantur, eam beatā dicunt & prædicant, arguitur sic. Si virgo Maria dr̄ beata a cunctis gñationibus. ergo etiam ab illis qui fuerunt tēpore suæ cōceptionis. Et si sic. ergo conceptio sua non fuit in pctō ori. quia quādiu in origina. esset, nō beata, sed misera dici deberet. ¶ Ad istam rñdetur. Et primo ad auctoritatē dicēdo ꝙ nō facit pro intentione arguentis. vt patet consyderāti verba auctoritatis, causam dicendi, & tempus, ac ea quæ sancti doctores in eo loco dicunt. Planum quidē
Gregor. Glo. est ad conceptionis passiuę ipsius virginis tempus referri non posse quod inquit. Exultauit spūs meus in Deo salutari meo &c. Vnde Greg. & habet in glo. cōtinua ita dicit. Quia respexit humilitatem, causam manifestat cur se magnificare deberi deceat ac exultare in illo dicens. Quia respexit humilitatem an. suæ. quasi dicens. Ipsæ prouidit, non ego expectaui. humilibus coram contenta, nunc autem ad ineffabile consilium eligor, & exaltor de terra ad sydera. Et
August. Glo. Augustinus & ponitur in eadem Glo. Beata humilitas quæ deū hominibus peperit, & vitam mortalibus ędidit. Et infra. Facta est Mariæ humilitas scala cœlestis, per quam Deus descendit ad terram. Quid est quia respexit nisi quia appro.

bauit! Multi enim videntur in conspectu hominum humiles, sed eorum humilitas a domino non respicitur. Hæc ille. Ecce planum habemus testimonium, quod auctoritas prædicta non potest adaptari tempore conceptionis passiue beatissimæ virginis. ¶ Ad rationem vero quæ fundabatur super particula illa, beatā me dicent omnes generationes, respondetur negando consequentiam illā qua arguebatur, quod si beata dicebatur ab illis qui fuerunt tempore conceptionis suæ quod fuerit eius conceptio sine peccato. Plane hoc non sequitur, quoniam talis prædicatio beatitudinis non referebatur ad conceptionis ipsius virginis tempus, sed ad tempus vnde beata prædicanda veniebat ab omnibus generationibus, videlicet ad tempus conceptionis filii Dei, ad quam electa erat & sublimāda, vt mater esset redemptoris. Vnde ipsa ait. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod verbum Bernardus tractans in sermone secūdo. Pentecostes qui incipit. Hodie dilectissimi, ita dicit. Ex hoc ergo beatā me dicent omnes generationes, quia omnibus generationibus vitam & gloriā genuisti. Licet ergo pro tempore in se existentis beatitudinis necessario sequebatur quod munda esset ab ori. peccato, non tñ hoc tempore cōceptionis suæ sequitur. Et ita patet quod nec auctoritates nec ratio inde sumpta probāt intentum allegantis. Ex quibus omnibus antedictis patet qd dicēdum sit ad singulas auctoritates aduersę partis. Ad quas multas profecto nihil fuisset respōsum, eo quod clarissimum erat proposito non suffragari arguentium nisipropter causas superius dictas, & ne aut fortitudini earum aut contemptui arguentiū ascripta fuisset ipsa supersessio responsionis. Ex quibus declarationibus habitis & responsionibus datis ad auctoritates vniuersas exaduerso deductas per venerabiles magistros & dños meos, patet apertissime per nullam earum nec omnes simul, probatū esse deūm ex promisso debuisse virginem beatissimam ab orig. pctō prçseruasse. Quo manifestato, iam restat percurrere rōnes per eosdem factas, probātes quod ex debito exigentiæ euidentis rationis Deus debuerit virginem gloriosam ne originale contraheret præseruasse: & ostendere illas vacuas esse viribus, dominorum meorum arguentium semper honore saluo.

¶ Ratio sumpta exaduerso ad principale suum propositum ex prçcepto de honoratione parentum diluitur. Cap. 29.

ARGVITVR autē primo sic exaduerso ex rōne præcepti de honoratione parentū. Quicunque filius iuxta continentiam legis debet exhibere matri honorem quæ suæ non derogat dignitati: Exo. 20. Deut. 5. Beata autem virgo fuit mater Dei. Ergo filius suus debuit eam honorare prçseruando eam ne contraheret originale peccatū: ¶ Ad istam rationem respondetur primo quod minor propositio videlicet beata virgo fuit mater Dei, si intelligatur pro tempore conceptionis ipsius. b. v. est falsa. Et per consequens quod pro tunc Deus fuerit filius eius. Quo circa clarissimum est quod pro tunc filius Dei nō erat sub lege obligatus illius prçcepto de honoratione parentum. Et hoc pulchre notat Apostolus cum ait ad Gal. 4. Vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, natum ex muliere factū sub lege. Ecce quod natiuitas ex muliere prçsupponitur debito obseruātię legis. Et ita apparet rōnes omnes illas quç ex precepto de honoratione parentum sumuntur viribus esse vacuas. Secundo respondetur quod filius Dei debuit honorare non quantum potuit de potentia absoluta matrem suam, sicut nec fecit:

sed quantum decuit. Quod & fecit. Non decuit aūt (dīt doctores, quoꝝ ip͡e relator ūm) eā hoc honorę. s. sanc̄ti cōceptus honorasse. Tū primo, qm̄ nō vr̄ decens, vt cōceptio naturalis cuiuscun\[q\] hoīs ēt mr̄is, cōceptioni supnaturali ipsius sancti sanctoꝝ & regis cœlestis q̄tū ad immunitatē culpæ æquipareturꝰ.
Ansel. Hæc aūt rō ex illo Anselmi sumitur dictis (vt superius visum est) li. de conceptu virginali. cap. 12. Illi qui per propagatiōnē naturalē datā Adæ sunt generati, nō pn̄t aut debent Xp̄o in cōceptionis miraculo similari, nec ab origi. peccati macula absoluti pn̄t ōndi. Hęc rō pariter accipitur, ex illo beatissimi,
Ber. & deuotissimi laudatori sacratissimæ. v. Ber. in ep̄la ad Canonicos Lugdunēn̄. Et si quibusdā vel paucis hoīum datū eē cū sanctitate nasci, nō tn̄ cōcipi. vt vni sane seruaretur prerogatiua cōceptus qui oēs sanctificaret, solusq3 absq3 pctō veniens purgatiōnē faceret pctōꝝ. Præterea scdo dn̄t nō decuisse illo honore illā honorasse q a derogassent dignitati xp̄i ẜm quā est oīum vn̄s redēptor. Aiūt enim illo casu virginē. b. nō posse dici a Xp̄o vere redēptā, cū (vt diffinitū & de
Zozimus papa. claratum sit ab ap̄lica sede in qua totius ecclīæ principatus residet iuxta. c. Basilicas. de consecra. di. 4. ore sanctissimi, Zozimi papę) ꝙ nullus nisi qui peccati seruus est liber efficitur, nec redemptus dici pōt nisi qui vere per pc̄m̄ fuerit añ captiuus. Quod ēt in superioribus ex auctoritate August. & Greg. oñsum est esse ita. Sic ergo beatissima. v. quę preordinata erat futura mr̄ Xp̄i in sua cōceptione honorāda erat vt nō derogaret dignitati Xp̄i qd ita factum est. Si quæris in quo honorata est, plane superius ōnsum est qd in duobus. Tum primo, in acceleratione sanctificationis, breuissima nāq3 mora sub peccati originalis macula fuisse dimissa esse creditur. Tū secūdo in copiositate gr̄æ sanctificatiōis, quæ
Ber. iuxta beati Ber. s̄nīam, nō solū in ea maculā ori. detersit, sed oīum virtutū splendore aīum eius adornans ipsius vitā ab oī pc̄tō seruauit immunē. Q̄d nemini aliorꝝ sanctoꝝ creditur esse donatū. Et hoc mō dicēdo honor debitus saluatur virginis integritate manēte, dignitatis & priuilegioꝝ ipsius redemptoris. Tertio d̄r ꝙ rō illa sumpta ex lege de veneratione parentū non procedit. Plane si procederet, plurima in conuenientia, & in fide nr̄a insupportabilia sequi videretur, videlicet ꝙ nedū ipsa virgo btā verū ēt eius cognatio & parentela p̄serua ta fuerit ab ori. peccati macula cōtrahēda. Patet ōnā: qm̄ nulli dubiū quin honorabilius est filiū esse mulieris cuius pr̄ & mr̄ semper fuerint sancti, & immaculati ac in amore & dilectiōe oipotētis Dei q̄ eius filiū esse cuius parētes (vt verbis vtar proponētis exaxa duerso) inimici & hostes dei & serui qnq3 fuerint diaboli. Nulli insup dubiū ē p̄lātioris honoris esse tales hūisse parētes q in nulla macula repti fuissent q̄ eos qui qn̄q3 maculati, & inquinati ac in odio dei fuerint. Scribitur. n. ecclesiastici. 3. Glīa hoīs ex honore pr̄is & dedecus filii pr̄ sine honor. Vñ. Eze. 16. improperatur Israel. Radix tua & gn̄atio tua de terra Canaā. Pater tuus Amorreus, & mr̄ tua Pheresea. Quare si lex de honoratione parentū ita obseruāda a Xp̄o intelligenda venit vt dogmatizatur exaduerso, proculdubio sequitur beatæ virginis parētes etiā præseruatos fuisse ab origi. pc̄tō absq3 quoꝝ præseruatione pari ratione non videtur integer obseruatus honor nec filii, nec virginis, vt p supiora demōstratur. ¶ Scdo arguebatur, principal̄r ex eadē radice sic exaduerso. Sicut qlibet filius tenetur diligere mr̄em suā, ita tenetur p̄cauere oīa quæ sunt cā odii & impedimēta dilectionis. Sed cōstat ꝙ pc̄m̄ ori. est impedimentū dilectionis diuinæ & cā odii. ergo filius eius debuit eā preseruare ne ipsius incurreret odiū. ¶ Ad istā rōnē licet ex superioribus solo sit manifesta, pro ipsa tamē claritate veritatis quæ copiosæ se offert dicendum est

primo ꝙ ratio nõ procedit. Tum primo quia fundatur sup falsis: in hoc videlicet ꝙ pro tẽpore cõceptionis suę fuisset mater filii dei, aut filius dei filius eius: & ideo licet rõ procederet pro tpe maternitatis non tñ pro tpe conceptionis. Secũdo rñdetur ꝙ maior est vera de causis odii pręstiti a persona. Et hoc modo dr ꝙ beatissima virgo tanta benedictionis gratia fuit a deo ab vtero dotata, vt nunq̃ ageret in persona qd odii esset causatiuum, aut qd dilectionis diuinæ ad ipsam præstaret impedimentũ. Odium autẽ sub quo quis pctõ originali obnoxius dr esse, non nascitur ex actu personæ, sed ex conditione originis corruptę: sicut sæpenumero in superioribus auditũ est. Tali autẽ odio qui reconciliandi erant per xpi passionem æterno ac imortali deo patri iux. a testimonia diuina, & sanctorum, fuerunt subiecti qui concipiũtur per carnalẽ propagationẽ (vt supra dictum est) de quorum recõciliandorum numero nullus fideliũ auderet dicere beatissimã virginem nõ fuisse. Verũtamẽ non obstante tali duplici fœditate semper deus dilexisse dicendus est beatam virginẽ. Sicut de ecclesia superius deductũ est. Cęterum tertio sic exaduerso arguitur. Nullus filius plus tenetur diligere suam matrem, q̃ filius dei bea. virg. ergo multo amplius ipsam a tanto malo debuit præseruare. ℂ Ad istam rõnem solutio satis patet ex dictis. Dicitur tñ ꝙ in nullo militat: qm̃ antecedẽs eius fundatur in sæpe negatis, & cõsequentia nulla est. Dr ergo ꝙ quẽadmodũ filius dei dilexit beatissimã virginem plusq̃ quicunq; vnq̃ filius dilexerit aut dilecturus est matrem suam: ita honorauit eam amplius q̃ vnq̃ filius alicuius honorauit suã: nõ tñ sequitur ꝙ hoc honore debuerit eam honorare, rationibus supradictis. Vt enim sępissimę cõmemoratũ est in superioribus ex auctoritatibus sanctorum, hic honor, hæc gloria, hæc singularis dignitas solius saluatoris, solius mundificatoris omniũ, solius reconciliatoris omniũ Iesu xpi domini nostri est.

ℂ Quarta, quinta, & sexta rõ exaduerso super eodem fundamento pcepti de honoratione parẽtũ sumpta diluũtur. Cap. 30.

CÆTERVM quarto arguitur exaduerso sic. beatus Hiero. in sermone assumptionis eiusdem sanctissimę virginis de illo honore materno loquens ita ait. Nec imerito creditur ꝙ saluator omniũ quãtum datur itelligi, ipse per se totus festiuus occurrit: & cũ gaudio eam secum in æterno solio collocauit. Alẽs qũo impleuisse creditur, qd in lege ipse præcepit. honora inquit patrem tuũ & matrẽ tuam. Ex hoc sic arguitur. Plus pertinet ad honorẽ maternũ pręseruare matrẽ ne incurrat aut seruitutem aut vulnus mortis q̃ occurrere ei obuiam. Si ergo christus ex intẽtiõe Hieronymi obligatus erat occurrere obuiam matri honorando eam: quãto magis pręseruare ne incurreret ignominiosam seruitutẽ, vulnus aiæ, & culpam mortalem: quę oĩa continentur in originali culpa. Hęc dñs relator exaduerso. ℂ Ad istam rõnẽ satis patet rñ. ex dictis. Nullam. n. apparentiã habet nec similitudinem ad id de quo loquimur. Magna quippe dñia est de tẽpore assumptiõis beatissimę virg. & de tpe suę cõceptionis. In primo quidem mr dei erat, quẽ iam ante cõceperat, peperat, aluerat, quẽq; totis aiæ viribus charitate plenissima fuerat cõplexa. In scdo vero videlicet conceptiõis suę tẽpore, hęc non erant, quare pro eo lex de veneratione parentũ nõ currebat sicut pro tẽpore assumptionis. Et ita qd inducitur ex Hiero. nõ est ad propositũ. Tum ẽt rõ nõ militat pro eo ꝙ magna dñia est inter honorẽ hũc & honorẽ illum. Honorare Hiero.

aūt filiū dei mſem ſuam occurrendo & honorabiliter collocādo, in nullo derogat dignitati ſuæ, immo cū decebat. Honorare aūt eam honore ſctitatis cōceptiōis derogabat xpi dignitati ſm quam vlis oium hoium erat redemptor, attento ꝙ nō decebat eā propriā quācūq; incurrere culpam. Si aūt nullū oino pctm̄ habuiſſet cōtractū ſicut nec perpetratū ſiue cōmiſſum (vt ſuperiora dicta ſanctoꝝ demonſtrant) nō pertinuiſſet ad numeꝝ redēptoꝝ. Tum tertio rō fctā efficaciā nō habet. Similr quidē argueretur ꝙ debuerit a pœnalitatibus multis pſeruaſſe eam, & ſimilia cōceſſiſſe, qd tū rō non probat. Illud aūt qd in ratiōe facta dñs relator preſupponit videlicet ꝙ originale pctm̄ ſit culpa mortalis; tanq̄ ſufficiēter & euidēter ſupius improbatū dimittitur ad pñs. ℭ Itē. 5. arguitur exaduerſo ſic. Pctm̄ originale eſt oibus filiis Adæ ex ſnia diuini decreti velut quoddā debitū, qd ab ipſis pro pctō primi parētis exigitur. xps autē dicit Mat. 17. ꝙ tributū nō exigitur a filiis propriis ſed ab alienis. Q d cū ita intelligendū ſit ꝙ ēt nec a mre. vr ꝙ nunq̄ debuit deus a ſua matre exigere imputādo eidem quo ab alienis, pctm̄ originale. ℭ Ad iſtam rōnem dr̄ ꝙ nullā habet apparentiam. Præſupponit. n. duo ſuperius ſæpe improbata videlicet primo ꝙ virgo Maria in conceptiōe ſua mr̄ fuerit dei, ſcdo ꝙ pctm̄ originale ex ſnia diuini decreti ſit velut quoddā tributū debitū qd ab oibus filiis Adę pro pctō primi parentis exigatur. Mirū quidem eſt hoc verbum & minus intelligibile. Mirum quidem ꝙ originale pctm̄ (cum iuxta verba dñi relatoris per ſępe repetita) ſit culpa mortalis, offenſa & odium dei & huiuſmodi mala, dicatur eſſe tributum, qd a deo exigitur a filiis Adę. Quis vnq̄ fideliū in ſacris literis legit tale tributū exigi a filiis Adę, ꝙ quis odiat deum, offendat deū, mortaliter peccet? Et intelligibile quidē minus eſt, qm̄ (teſte quaſi vniuerſa Theolo. ſchola) iuxta expreſſam ſniam Anſelmi, carentia iuſtitiæ originalis pro eo culpæ rōnem habet in filiis Adę quia ipſi carent eo qd debebāt & tenebantur habere. Quare clariſſimum eſt, ꝙ ſi ipſi tenentur originale pctm̄ incurrere: & illud quaſi debitum tributū deo perſoluere, ꝙ incurrendo illud non peccant. Dicit. n. Auguſt. in lib. de natura & gratia. Quis. n. inſanus dicat debere peccare, cū id ſit pctm̄, quia non debet fieri: Et ita patet ꝙ rō illa exaduerſo nulla eſt. ℭ Præterea. 6. arguitur ſic exaduerſo. Filius ſapiens lętificat patrem: ſtultus homo deſpicit matrem ſuā. Si aūt xp̄s permiſiſſet mr̄em ſuā originali pctō fœdari: vr̄ ꝙ eam deſpexerit. Sed hoc nullatenus eſt dicēdū ergo &c. Ad iſtam rōnem dr̄ ꝙ ad propoſitū non facit, rōnibus ſupradictis niſi quis vellet dicere illud qd fides xp̄iana nō admittit, ꝙ in ipſa conceptione virginis chriſtus fuiſſet factus homo, & ita filius virginis. Scdo dr̄ ꝙ falſum eſt ꝙ filius dei permittendo bea. virg. originali peccato in conceptione eius fœdari, videatur mr̄em ſuam deſpexiſſe. Et ita dicēdū venit ad omnes ſimiles rōnes, quæ ex eadem radice formantur.

Anſel.

ℭ Ratio ſumpta ex auctoritate beati Ambroſii exaduerſo ſoluitur. Cap. 32.

C ÆTERVM nec iuuamenti aliquid cōfert ad intētionē arguētis id qd de bea. Ambro. ſuper lucā inductū eſt ad confirmationē, videlicet ꝙ maluit dñs de ortu ſuo, q̄ de matris pudore dubitare. Sciebat. n. teneram eſſe virginis verecundiam & lubricā famā pudoris: nec putauit ortus ſui fidem mr̄is iniuriis eſſe attribuendam. Attendenda eſt hęc doctrina (inquit relator) ex qua vr̄ ſequi ꝙ pp cōſeruandū honorē ma-

tris suę etiã id qđ pertinet ad fidem & gloriam sui, xps voluit prætetire. Vnde non vř inconueniens ꝙ pp honorem matris dispensauerit in lege de contractione originalis peccati. Hęc dñs relator exaduerso. ℭ Ad istam dř primo ꝙ dictum Amb. ad propositũ nõ facit arguentis, si intentio dicentis bñ cõsyderetur. Vbi notandũ ꝙ illud loquitur bea. Amb. cãm assignando dispensationis bea. virg. quæ inter alias fuit, ne a Iudęis incredulis ministeriis diuinis, tanquã adultera lapidaretur, iuxta legem datam. Leui. 20. Et ponitur Io. 8. Hoc autẽ qđ dicit, ꝙ maluit dñs de ortu suo q̃ de matris pudore dubitare, non est ita intelligẽdũ ꝙ maluerit præiudicari dignitati suæ & glorię aut fidei hñdę de eius ortu q̃ honori matris suæ, sed alia videtur esse itelligẽtia sana dicti. Cum enim contemptibilis valde reddatur homo si de fornicatiõe nascatur aut adulterio. (vt patet in cap. si gens anglorum di. 56.) Sciens dñs ꝙ iudæi non de facili crederent ipsum de Maria virgine, virginitate remanẽte natum, maluit eos de ortu dubitare quo ortus est de virgine vt crederent eum legitime natũ ex Ioseph semine, q̃ dubitarent de matris eius pudore, credentes eam. s. de fornicatiõe aut adulterio concepisse: ne sic contẽptibilior redderetur xp̃s si crederetur de adulterio natus, q̃ si crederetur de legitimo mřimonio a beata Maria de semine Ioseph conceptus. Maluit ergo dñs istud, non sicut sibi pręiudiciale, sed vt minus contemptibile & magis honestum. Et istud est qđ beatus Bernardus dicit super missus est omelia secunda assignans causam dispensationis eiusdem virginis Tolerabilius & honestius fuit putari christum ad tempus de coniugio natum q̃ de fornicatione. Ex quo patet manifeste ꝙ illud qđ consequenter dicit relator exaduerso, videlicet ꝙ attendẽda est hæc doctrina, ex qua videtur sequi ꝙ propter conseruandũ honorem matris etiam id qđ pertinet ad fidem & gloriã sui voluerit prætesire (saluo honore dicentis) hoc non esse bene consultum. Non. n. credendum est christum talem doctrinam nobis reliquisse attendendã. Qui ait Mat. 10. Qui amat patrem aut matrem plusq̃ me, non est me dignus. Vbi Glo. ait. ꝙ docet amorem suum, parentum amori pręferendũ esse. Et Chrisostomus & ponitur in Glos. continua. Si autem Paulus iubet per omnia parentibus obedire non mireris. In illis. n. dicit obediendum quę non nocet pietati. Etenim sanctum est omnem al'um eis reddere honorem. Hęc ille. Ex quibus patet ꝙ hoc dictum sit a Christo vt pietas fidei omniũ honori parentũ pręferenda sit. Præterea. Ipsa practica christi docet non fuisse illam doctrinã christi quã relator exaduerso attendendam esse dicit. Legitur. n. Lucę. 2. ꝙ cũ xp̃o qui in templo remanserat mater gloriosa diceret. fili quid fecisti nobis? ego & pater tuus dolentes quęrebamus te. Respondit Iesus dicens ad illos. Quid est ꝙ me quærebatis? Nesciebatis qa in his quæ patris mei sunt oportet me esse. Vbi doctores aiunt, per hoc eum docuisse spiritualia temporalibus esse pręponenda. Ad idem videtur esse illud Luc. 8. vbi legitur ꝙ cum nunciatum esset christo seminanti semen fidei ꝙ mater eius & fratres eius starent foris, volentes eum videre, ait. Mater mea & fratres mei ii sunt qui audiunt verbum dei & faciunt illud. Vbi Glo. Ambrosii habet ita. Moralis magister qui de se cæteris præbet exemplum. Pręscripturus cæteris, quoniam qui non reliquerit patrem aut matrem non est filio dei dignus, sententiæ huic ipse primus se subiecit, non quia maternæ pietatis refutet obsequia. ipsius enim præceptum est., qui non honorificauerit patrem & matrem, moriatur, sed vt paternis se ministeriis amplius q̃ maternis affectibus debere cognoscat. Nec tamen iniuriose refutantur parentes, sed religiosiores copulæ mentium docentur.

Bernar.

Error Magnus exaduerso.

Glo.
Chriso.
Glo.

Glo.
Ambro.

esse q̃ corporum. Et Luc.14. Siquis venit ad me & non odit patrem suũ & matrem suam &c. Vbi dicit. Amb. & ponitur in glo. continua. Et.n. si propter te dominus suę renunciat matri dicẽs, quę est mater mea & qui fratres mei, cur tu dño tuo cupias anteferri? Ex quibus apparet ꝙ alia doctrina fuit xp̃i q̃ relator exaduerso dicat. ¶ Pręterea vitio arguebatur, sic exaduerso p id qđ in laudem beati Io. inquit dñs Mat.xi. Inter natos mulierum nõ surrexit maior Ioã. bap. Ex quo datur intelligi ꝙ.b.v. quę est maior illo nõ surrexit ab aliquo peccato. ¶ Ad hoc autẽ breuiter dr̃ ꝙ dicta auctoritas nõ militat in aliquo. qm̃ (vt doctores dicunt solẽnes) sicut & credendũ est, cõparatio christi intelligitur respectu masculoꝝ tantũ. Vnde Albertus sup Luc.c.7. super eodem verbo dicit, sic. Non inquit dñs inter natos. honorẽ deferens matri quę merito & sanctitate omnẽ excellit creaturã. Item Magr̃ Nico. gorrã sup eodẽm verbo, eiusdẽ est sniẽ, ita dicens. Inter natos dicit & nõ ĩter natas, vt excipiatur virgo Maria q̃ prelata est oĩbus sanctis. Ad idẽ est dñs Vlricus in sũma sua lib.5.cap.2.primi tractatus. Ad id vero qđ in cõtrariũ huius r̃nsionis obiicitur, exaduerso videlicet ꝙ quia plures auctoritates quę de cõtractione orig. pec. exprimuntur in genere masculino, sequeretur ꝙ ẽt excipetur virgo Maria & oẽs mulieres. Qđ est absurdissimũ. Dicendũ est ꝙ (salua pace) rõ non procedit. Nec est simile de vno & alio. Qm̃ & si aliquę auctoritates loquẽtes de cõtractione orig. pcti in masculino exprimãtur, multę tñ & pro maiori parte exprimuntur, noĩe cõis gñis, sicut est illud Ro.3. Nõ est distinctio Oẽs.n. peccauerunt & egent gloria dei: & alię superius pluries allegatę, tam de sacra scriptura q̃ de sanctis doctoribus; quorũ virtute arguitur ꝙ sicut nec vir ita nec fœmina vlla ab ista vniuersalitate de contrahendo originale pctm̃ intelligatur seclusa. Qđ non fit in pñti auctoritate de ꝓrogatiua bea. Io. Ex quibus oĩbus patet mãifeste nullas auctoritate nullas rõnes exaduerso (inductas saluo honore dñoꝝ arguentium) procedere, aut intẽtum eoꝝ probare. Quo oñso clarissimũ est ꝙ tertiũ argm̃ positũ exaduerso, videlicet ꝙ filius dei debuerit ꝓseruare bea. vir. ne contraheret originalem maculam, nullis viribus subsistat: cum id nec auctoritate aliqua sacræ scripturæ aut sanctorum doctorum, nec cuiuscunq; rõnis euidentia fulciri roborariq; monstratum sit &c.

Ambro.
Glo.
Alber. Magnus
Nico. Gorran.
Vlricus.

¶ Explicit pars decima operis.

¶ Incipit vndecima pars.

¶ In quo r̃ndetur rõnibus inductis ad probandũ quartũ documẽtum partis aduersę, videlicet ꝙ beatissima virgo præseruata de facto fuerit ab origi. pctõ. Cap.1.



DATIS iam anterioribus sufficiẽter r̃nsis ad ea quæ pro tribus documentis scholasticis noiatis exaduerso sunt inducta, reliquum est nunc ostendere, qualiter ea quæ pro quarto documento roborando producta sunt, nõ probent intentum. Vbi notandũ ꝙ in processu huius documenti exaduerso primo præsupponitur ꝙ materia de resurrectiõe bea. virg. & sui corpis glorificatiõe pro tpe Aug. filis erat disceptationis vt pñs materia. s. de qua loquimur. Secũdo. Cum multa generalia inquit conti-

tineantur

neantur in sacra scriptura de reductione corporũ humanorum in puluerem, aut de resurrectione omniũ simul in fine mũdi, de quibus multas auctoritates & originalia sanctorum duxit in medium, videantur huic glorificationi virginis nõ minus q̃ isti de preseruatiõe ab originali peccato obuiare, dicit ꝙ materia assumptionis beatissime virginis non reputatur minoris difficultatis q̃ de qua nũc agitur. Item. 3. ex eodem fundamẽto presupponit ꝙ minoris repugnantie ad fidem vr̃ esse si (prout inquit exaduerso dr̃) vniuersales auctoritates de necessitate fidei sit intelligere absq; omni exceptione. Quibus præsuppositis ex. 7. punctis sermonis sancti Aug. de assumptione bea. virg. quæ notabilia. 7. nominanda duxit, armatur processus, formando rões pro sanctitate conceptionis ex quibus beatus Augu. glorificationẽ corporis eiusdẽ virginis astruere, conatus est. Verum antequã descendatur ad singula in speciali que adducũtur exaduerso processu nominato, duo agenda sunt. Primo ostendã suppositionẽ præfatã quo ad singula, nõ habere veritatẽ, secundo oñdetur in cõmuni, ꝙ Aug. processus quo glorificationẽ corporis bea. virg. probat non possit seruire proposito siue intentioni arguentis. Suppositio autẽ posita exaduerso primo in hoc deficit quod primo presupponit: videlicet ꝙ materia de resurrectione bea. virg. in corpore glorioso fuerit tpe Augu. similis disceptationis cuius est materia pñs de contractione originalis peccati. Nõ est ita (salua pace dicentis) qm̃ q̃q̃ aliqui doctores sancti dubitasse videantur de assumptione corporis bea. vir. sicut Hiero. (vt supra deductũ est ex verbis suis & ex verbis beati Bernar. in sermonibus de assumptione eiusdem bea. virg.) nullus tñ simplr̃ cõtrarium asseruisse, inuenitur. Aug. ẽt eius resurrectionẽ astruens, non simplr̃ se credere eam dicit, sed cum conditione premissa. s. si nõ obuiauerit nedum perspecta auctoritas. In materia vero conceptionis reperiuntur sancti doctores qui tpe August. fuerint sine conditione sed simplr̃ asserentes beatissimam virginem originali pctõ obnoxiam in sua conceptione fuisse. Sicut ex ipsius Augu. dictis, Eusebii & aliorum visum est superius. Et post illud tẽpus reliqui fuerunt: sicut bea. Anselmus, Bernar. sanctus Tho. & alii supra notati doctores, qui idem tanq̃ in fide stabile docuerunt. Et ita patet manifeste has duas materias circa virginem benedictã non similis disceptationis fuisse. Præterea. Suppositio posita exaduerso nõ habet veritatẽ in hoc qđ secũdo ait. s. ꝙ equalis difficultatis sint iste due materiæ. s. de assumptione beatæ Marie, & de præseruatione a peccato originali. Tum primo ex eo quia sancti ipsi doctores qui multos alios a christo iam resurrexisse precrediderunt, negasse simplr̃ repetiuntur aliquem alium a christo sanctum habuisse conceptum. Patet primo de ipso beato Remigio qui dicit. vt in Glos. continua habetur sup primo Mat. 27. ꝙ multa corpora sanctorum qui dormierunt surrexerunt cum christo: pariter etiã in corpore ascendisse cum eo. Cuius verba sunt que sequũtur. Querit aliquis, quid de illis factum sit qui resurgente dño surrexerunt. Credendum quippe est, ꝙ ideo surrexerunt, vt testes essent dominice resurrectionis. Quidam autẽ dixerunt ꝙ iterum mortui sunt & in cinerem conuersi, sicut & Lazarus & cæteri quos dñs resuscitauit. Sed istorum dictis nullomodo est fides accõmodanda: qm̃ maius esset illis tormentum qui surrexerunt si iterum mortui essent, q̃ si non resurgerent. Incunctanter ergo credere debemus, quia qui resurgente dño a mortuis surrexerant, ascendente ad coelos & ipsi pariter ascenderunt. Hæc Remigius in Glo. continua. Hic tamẽ gloriosus doctor sanctus. vt patuit in allegationibus supra positis, neminẽ vult excipere ab ista regula vniuersali de cõtractione originalis peccati; inter oẽs ho

Remig. Glo.

Remig. Glo.

mines solum xp̄m confitens sine peccato fuisse. Vnde dicit sup illud Mat. 3.
hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacuit, quia istū solū sine pc̄ō
Hiero. reperi. Et (vt ponitur in Gl.) ad Rom. 5. dicit: Pc̄m originale est cuius rei sunt
oēs carnaliter geniti. Item Hiero. ipse qui tam de prędictis resurgentibus q̄ de
beata virgine & beato Ioāne euangelista dicta aliorum enarrans in dubio reli
quit. In materia nostra loquens ait, ꝙ sola aīa christi immunis fuit a peccato.
Glo. vt in Glo. Psal. 21. habetur. Item ipse August. qui beatam virginem glorifica
August. tionē corporis accepisse tanta rationū valitudine astruit: nihilominus tamen
eam & de propagine peccati & carnem fuisse peccati confessus est, vt superius
multipliciter fuit ostensum. ex quibus patet manifeste has duas materias non
æqualis esse difficultatis.

¶ Non esse ęqualis difficultatis quæstiones de resurrectione b.v. & de immunitate a peccato originali iterum probatur. Cap. 2.

SECVNDO ex eo hoc patet: quia vnum derogare vr. dignita
ti christi (sicut sępe cōmemoratū est) .s. pręseruatio a peccato ori
ginali. reliquum vero .s. acceleratio resurrectionis in bea. virg. de
qua carnem acceperat suę dignitati sociandam nō derogabat, in
aliquo christi dignitati, sed magis ad eius benignitatē spectare videbatur. Nec
motiuum partis aduersę sufficiens est. Videlicet quia ita propositiones vniuer
sales in sacra scriptura reperiantur de reuersione in puluerem & de resurrectio
ne omnium simul in fine mundi, sicut propositiones dicentes ꝙ omnes ab Adā
seminaliter propagati contrahant originale peccatum. Sane non pariter iudi
candum est, sicut in superioribus dictum fuit de propositionibus in sacra scri
ptura vniuersaliter positis. Plane sicut nec paruus error esset sine aliqua exce
ptione omnes propositiones vniuersaliter expressas accipere: ita maximus er
ror esset omnes cum exceptionibus intelligere. sicut cuilibet etiam parum eru
dito manifestum est. De genere autem propositionum vniuersalium quę exce
ptionē accipiūt ex aliqua grā siue priuilegio singulari, sunt propositiones illę
de resurrectione futura simul hoīum omnium loquētes. Quod patet tū ex illo
Mat. 27. superius inducto. Monumenta aperta sunt, & multa corpora sancto
Glo. rum qui dormierant surrexerunt. In quibus ex dicto beati Remigii iam an̄ po
sito, perpetua completa est resurrectio. Vbi Glo. etiam ordinaria ita ait. Ii cre
August. dendi sunt cum dn̄o ascendente ascendisse simul in corpore. Item patet ex eo ꝙ
S. Tho. de beata virgine ꝙ regnet corporaliter in cœlestibus Aug. dicit: & de bea. Ioā.
Alber. euangelista multi etiam pie credunt, vt ait sanctus Tho. in. 4. distin. 43. & Al
Magnus bertus magnus. De genere autem propositionum vniuersalium non recipien
August. tium exceptionē sunt propositiones de contractione originalis peccati loquē
August. tes. Vnde Aug. in quodam sermone de verbis apostoli qui incipit. Cum autem
semetipsos sentiant sancti. dicit sic de lege peccati. Omne humanū genus huic
gn̄aliter legi sine vlla exceptione subiicitur. Item idē contra Iulianū lib. 6. &
etiam de secūda blasphemia contra Pelagianos. ita dicit. Oēs nos vulneratos
esse pc̄ō prothoplausti, vas electionis probat cū dicit. Nō est distin. oēs. n. pec
cauerunt, & egent gloria dei, dicendo oēs, nullū excipit. Vos aūt dū aliquē ex
cipitis resistis fundatissime fidei, vbi Apl's ait. Per vnum hoīem pc̄m intrauit
in mundū & per pc̄m mors, & ita in oēs pertransiit in quo oēs peccauerūt. Et

habuit prærogatiuam. In hoc vero ꝙ accelerata est eius sanctificatio & copiosioris sanctificationis munere ꝗ cæteri creditur esse donata, super omnes sublimior: & ita in altiori mensura dignitatis & sanctitatis considyeratur. Præterea. Nec ex hoc ꝙ cōi lege ipsa cōtraxisse asseritur orig. pec. cū aliis hoibus paganis grecis, Iudæis, Xpianis, aut hereticis est aliqd inconueniēs, qm̄ ita dicit scriptura. Ro. 3. Nō est distinctio. oēs. n. peccauerūt, & egēt glia Dei. Ecce aplm̄ clamātem & dicentem non esse distinctionem in contractione origi. peccati inter homines. Preterea idem argueretur de parentibus virginis, & in sponso suo, & de charissimis apostolis Xpi ꝙ cum dicitur in ori. concepti non fiat alia cōsyderatio de parentibus virginis, immo Xpi in hac re, ꝗ de hæreticis, ꝗ de paganis, immo (quod plus est) si rō exaduerso aliquid ponderis haberet, ꝗ de asinis. Cū. n. dicatur Ecclesiastes. 3. Vnus est interitus hoium & iumentoꝝ & equa vtriusq; conditio. Sicut moritur homo, ita & illa moriuntur. Pariter argueretur ꝙ. b. v. non fuisset mortua: quia profitendo quis eam mortuam fuisse, videretur eam æquali mensura nedum paganis hominibus, sed & iumentis & bestiis consyderare. quod inconuenientissimū reputaretur a multis. Relinquendo ergo ista tāꝗ minus fidem facienda: & maxime apud eos qui sanctis ponderibus iudicant & ponderant materias fidei, sicut patres sacroꝝ concilioꝝ bn̄ institutoꝝ solitos facere legimus, dicendum est non esse inconueniens beatissimā virg. aliqua habuisse cōia cum aliis hoibus quibuscunq;. Sicut in prædicto sermone Aug. ait, ꝙ Maria cōmunicauit erumnis Euæ, licet non in parturiendo cum dolore, sicut patet in multis passiōibus pœnalitatibus & morte ipsi cōibus & sanctis, & hereticis, & Arrio & Antichristo, & Machometo. Et simili modo ab his doctoribus, quorum relator sum creditur esse de pctō orig. quod cōe est vniuersis lotis & lauandis Xpi sanguine immaculato, quo virginem sacratissimā nullus fideliū lotam, purificatam, mundatā, redēptā, & reconciliatam esse negabit. Quoꝝ oium in superioribus testimonia apertissima commemorata sunt.

¶ Ratio ex sexto dicto Augustini exaduerso male sumpta soluitur. Cap. 12.

SEXTVM autem dictum Augustini vnde arguitur, pro intētione exaduerso est, quod sequitur (altius tn̄ inchoatum ꝗ exaduerso vt ꝗ lōge sic ab intētione allegantis clarius fiat.) Sic aūt ait Aug. Si ergo merito præ oibus viuentibus Mariæ, data est gra, morte

August. erit minuēda? Absit. Quia si oium mors sctōꝝ est pciosa: Marię est pciosissima. quā tanta concomitata est gra vt mr̄ Dei dicatur & sit. Consyderatis his vniuersis vera ratione cōfitendum censeo Mariā in Christo & apud Xpm esse. In Xpo quia in xpo mouemur viuimus & sumus. Apud Christū gloriose ad æternitatis gaudia assumptam, benignitate honoratius susceptam præ cæteris, quā hic gra honorauit præ cæteris: ac ad omnem humilitatē non esse adductā post mortē, putredinis videlicet vermis pulueris: quę suum & omniū genuit saluatorem: in cuius potestate est sanctorum de capite capillum non perire, est & illam alam a corpore integram posse seruare. De cuius potestate si nullus dubitet ecclesiasticoꝝ quin possit Mariam sine corruptione seruare, cur dubitandum est voluisse, quod pertinet ad tantæ benignitatis gram? Si elegit diuina voluntas sola gra inter crepitantes vehementium ignium flāmas non solum puerorum corpora seruare illęsa, verū etiā ipsa vestimēta seruare iniusta, cur abnuat in matre ppria

pria quod elegit in veste aliena! Ionam seruare in vētre ceti præter naturalem vsum, nonne seruiuit gratiæ? Seruatus est Daniel ab intēperatissima fame leonum, non seruāda est Maria ab incineratione tantis dotata meritis dignitatū? Hæc cuncta quæ diximus quia natura vel vsu seruanda non cognoscimus, in Mariæ integritate plus potuisse grām ꝙ̄ naturam non dubitamus. Diuinitatis enim sunt opera quæ dicimus: & ideo possibilia quia sunt omnipotentis. Xp̄s autem dei virtus & Dei sapientia, cuius omnia quæ p̄ris sunt sua sunt vt velle, velle autem omnia quæ iusta & digna. Hæc Augusti. Ex hac aūt auctoritate Augustini dr̄ exaduerso euidentissime demonstrari ꝙ vbi attribuitur beatæ virgini excellens prærogatiua supra cæteros, nihil aliud restat probare nisi ꝙ Xp̄s filius suus hoc possit: & ꝙ illud pertinet ad gratiam benignitatis. Nam si possibile & benignum est, sequitur ꝙ hoc voluit cōcedere matri quam super omnes creaturas dilexit. Cum ergo nullus rōnabiliter dubitare possit an potuerit eam præseruare Deus, & an talis præseruatio ad gratiam pertineat benignitatis, sequitur (inquit) ꝙ voluit: & per consequens quod & fecit. ¶ Ad istam dicendum est primo ꝙ id quod exaduerso dr̄ ex verbis prædictis August. euidentissime demonstrari & haberi euidentissime demonstratur cunctis recte intuentibus, eo ꝙ nunꝙ̄ sic fuerit indifferenter mens aut intentio August. ꝙ̄ ꝙ̄ in illa singulari materia quæ alias circunstantias conuenientiæ & decentiæ habebat ꝙ̄ materia cōceptionis, vsus fuerit tali modo loquendi, videlicet si nullus dubitat quin possit matrem sine corruptione seruare, cur dubitandum est voluisse, quod pertinet ad tantæ benignitatis grām. Ex hoc. n. nō sequitur ꝙ voluerit dicere ꝙ oē possibile secundū se: & quod benignitatē videtur importare erit concessum. Præterea. Si nihil aliud consyderandum veniret in attributione excellentium & singularium prærogatiuarum beatæ Mariæ virginis nisi videre an sit possibile, & an sit benignum siue ad benignitatem pertinens, multa attribuenda venirēt beatissimæ virgini quæ fides cōmunis xp̄iana non habet dicere. Etenim vt̄ non nullis ꝙ possibile fuerit & ad benignitatem satis pertinēs vt parentes virginis benedictæ nunꝙ̄ fuissent inimici Dei, serui dæmonum, & captiui inferni, vt verbis vtar proponentis exaduerso. Præterea ꝙ mater dei esset cōcepta de sp̄ū sancto aut aliūde formata ꝙ̄ de fœdentissima illa libidinosa commixtione seminū viri & mulieris, qua pagani Iudæi, Sarraceni, & vniuersa Barbaries damnatissimoꝗ hominum concipitur & propagatur. Cæteꝝ ꝙ mr̄ Dei non fuerit pœnalitatibus subiecta: & ꝙ transitus eius absꝗ morte fuisse de vita præsenti: quæ tū̄ licet possibilia & benignitatem quandam importare videantur, nequaꝙ̄ tū̄ attribuuntur beatæ virgini. Ex quibus colligitur illam non fuisse intentionē August. quæ dicitur exaduerso. Præterea Secundo dato ꝙ talis intentio fuisset August. minor est falsa. s. ꝙ præseruatio virginis Mariæ a peccato originali ad benignitatem diuinam pertineat. Cum. n. iuxta doctoꝝ, quoꝝ relator sum sententias (vt supra sæpe ostensum est) hoc videaꝰ derogare singularitati grāæ Xp̄i, & vniuersalitati profusæ benignitatis redemptionis humanæ, manifestum erit ꝙ non poterit hoc dici ad Xp̄i benignitatem pertinere.

¶ Rō ex septimo dicto August. exaduerso male sumpta soluitur. Cap. 13.

SEPTIMVM dictum Augu. vn̄ arguitur, exaduerso est ꝙ sequitur. Per hoc digne vr̄ lætari Maria lætitia innarrabili in anima & corpore in proprio filio cum proprio filio per ipsum filiū: nec

illam sequi corruptionis ęrumnam quā nulla secuta est parturiendo tantū filium integritatis corruptio. Vt sit semper incorrupta, quam tāta perfudit gfa, sit integraliter viuens quæ omniū integrā vitam & perfectam genuerit, de qua (vt dixi) quia aliter sentire non audeo, aliter dicere non præsumo. Hæc Aug. Ex ista auctoritate dr exaduerso ꝙ manifeste probatur intentum, quia s.b.v. nulla debet sequi corruptio. ergo nec corporalis nec spūalis. Ad illud immediate respondetur facillime. primo ꝙ Aug. in præfata auctoritate non dicit simpl & absolute sicut dr exaduerso ꝙ.b.v. nulla debuit sequi corruptio, sed loquitur particulariter. s. pro tempore quo corpus eius consecratum, iā fuerit tēplū diuinitatis per incarnationē filii dei: & de corruptione corporis per resolutionē. quāuis & de spūali sicut & de corporali corruptione pro eodem tempore currat virtus argumēti. Secundo dr ꝙ corruptio ori. peccati nō est secuta animam. b.v. Q̄m vt ait magister in secūdo snia℞. di. 3 2. non prius est anima q̄ illi pctō obnoxia sit. Præterea. Ex prędicta auctoritate vbi Augu. ait, quia aliter sentire non audeo. Sic arguitur exaduerso. Ecce ꝙ Augus. non audebat sentire de corruptione corporis Marię. ergo multo minus auderet de animæ vel personæ ipsius culpabili corruptione sentire. Vnde hac de causa fecisse dr, illā exceptionem in lib. de natura & gfa. Vbi (prout allegatur a Magistro sententia℞ in. 3. di. 3.) dicit. Excepta Maria virgine, de qua propter honorē Dñi, nullam prorsus cū de peccatis agitur haberi volo quęstionē. Inde. n. scimus ꝙ ei plus grę sit collocatum ad vincendū ex omni parte pctm̄, quæ illum concipere & parere meruit q̄ constat nullum habuisse peccatum &c. Vbi attendendum dr ex aduerso hoc quod dicit, ꝙ propter honorē dñi nullam cum de peccatis agitur vult haberi quæstionē. Vnde patet (inquit dñs proponēs) ꝙ ex intentione Augu. non stant hæc duo simul. honor dñi nostri Iesu Xpi & beatam Mariā virginem matrem suā esse ream peccati. ¶ Ad istam breuiter rñdetur concedendo totum, ꝙ pro eo tempore quo August. arguebat congruentiā in corruptionis corporis virginei, ꝙ fuit postq̄ actu tēplū fuerat inhabitātis diuinitatis, & pro quo sentire non audebat de corruptione corporis sicut nec de eius culpabili corruptione. Plane sicut corpus virginis bñdictæ ex singularitate illius muneris gfæ qua templum dei factum est, conuenientiā suscepit & congruentiā perpetuæ incorruptibilitatis, ita beatissimæ virginis Marię anima pro eo tēpore ablata totaliter substantia fomitis suscepit cōfirmationē perpetuę firmitatis in bono, sicut superius dictū est. Quare sicut ista duo non stant simul. corpus virginis fuisse sacrarium spūs sancti thalamus dñi, templum Dei, tabernaculum Christi: & esse resoluendum in cineres. Ita ista non stant simul, ꝙ virgo Maria esset vel fuisset mater Dei: & quod alicui corruptioni culpæ pro tunc aut in posterum obnoxia fuisset. Et ita August. pro illo tempore. s. conceptionis filii Dei loquēs in eo quod allegatum est de natura & gratia optime dicit, sed ad propositum proponentis nihil facit. Quod aūt pro illo tēpore loquatur, patet testimonio ipsius Magistri snia℞ lib. & di. assignatis exaduerso. s. in. 3. lib. &. 3. di. ita dicētis. Ex his perspicuū fit quod ante diximus, carnem. s. verbi simul esse conceptā & assumptam, eandemq̄, immo totam virginem spū præueniente ab omni labe peccati castificatā: cui collata est potentia nouo modo gñandi, vt sine coitu viri sine libidine concipiētis in vtero virginis celebraretur conceptus dei & hominis. Et infra. Quod autem sacra virgo ex tunc ab omni pctō immunis extiterit, Augu. euidenter ostendit in lib. de natura & gfa inquiens. Excepta beata virgine Maria de qua propter honorē dñi &c. Ecce testimonio Magri ꝙ Augu. ibi

Magr snia℞.

Magr sniarum

Magr snia℞.

loquitur, pro tempore quo ipsa virgo Maria mater dñi erat. Et quia (vt dicitur ecclesiastici. 3.) Gloria hominis ex honore patris. Dicit beatus August. ꝙ propter honorem dñi nullam cum de peccatis agitur vult habere quæstionem. Sed hoc nihil ad propositum conceptionis passiuę ipsius virginis (vt sæpenumero in superioribus ostensum est) pro quo tempore cum nec ipsa virgo mater esset Dei, nec Deus filius eius: in nullo derogabat honori filii Dei ꝙ beatissima virgo ex quo lege aliorum filiorum Adæ concipiebatur de corrupto semine ꝙ in ipso conceptionis exordio, culpæ etiam subiaceret originali. Quod ex ipsius Augustini intentione manifeste colligitur, qui licet cum de peccatis. s. actualibus ageretur; de ea nullã quęstioné haberi voluit. Expresse tñ cum de peccato originali loqueretur, tam quarto libro super Geñ. ad lrãm q̃ quinto libro contra Iulianum (sicut superius diffuse visum est) eam manifeste sub illo cũ cęteris hominibus includit: solam Christi carnem non de propagine peccati aut carnem peccati fuisse asserens. Quare cum clarissimum, sit Augustinũ in pręfata allegata auctoritate libri de natura & gratia, solũ de actualibus peccatis fuisse locutũ (sicut superius ostensum est) tam ex circunstantia literæ q̃ testimonio principalium doctorum scholæ Theologię, videlicet Hugonis de sancto Victore, Magistri sententiarum, Alexandri de Ales, Alberti Magni, sancti Thomę, Bonauenturæ, & alioꝝ superius nominatoꝝ, qui si non melius, tñ æque bene creduntur, intellixisse Augustinum sicut posteriores, patet omnia ruere & deficere viribus quę exaduerso ex ista auctoritate Aug. taliter intellecta inferũtur.

¶ Ex extremis August. verbis exaduerso rõ sumpta soluitur. Cap. 14.

CONSEQVENTER aũt arguitur exaduerso. Ex eo ꝙ in fine præfati sermonis de assumptione beatissimæ virginis, dicit sic August. Ostensa sunt ex parte quæ taliter arctata sunt me dicere. August. Si autem refragare quis elegerit cum non vult dicere Xp̃m hoc non posse: proferat quare non conueniat velle, ac per hoc non esse. Et cum veraciter Dei consilium in his nosse se manifestauerit, incipiam credere de quibus non possum aliter sentire. Mirabor illũ altitudiné diuini consilii inuestigasse: qué me cũ aplo digna reuerentia, videor debere admirari dñte. O altitudo diuitiaꝝ sapientię & scientię Dei; q̃ incompræhensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vię eius. Et quia secũdũ eũdé Aplm ex pte cognoscimus & ex parte prophetamus. dixi de eis & si non quéadmodũ debui, quéadmodũ tñ me dicere debuisse credidi. Si ergo vera sunt quę scripsi, tibi grãs ago Xp̃e, quia de sancta. v. mre tua, nisi qd piũ, & dignũ, & iustũ est sentire nõ potui. Si ergo dixi vt debui approba Xp̃e, obsecro tu & tui. Qui cũ pre. & spũ. sctõ viuis & regnas &c. Hæc Aug. Ex ista auctoritate Aug. exaduerso notãtur tria ex quibus eliciũtur tria. q. correla. Primũ quidé qd notãdũ esse exaduerso est ꝙ Aug. dicit ꝙ nõ est credédũ alicui dñti virginé nõ fuisse exceptã ab opprobrio conditionis humanæ in putredine corporis, nisi cum manifestauerit se cognouisse cõsiliũ dei, cuius iudicia sunt incõpræhensibilia & inuestigabiles viæ eius. Adiiciendo ꝙ Aug. nõ loquitur, ibi de consilio Dei, qd scriptum erat in canone bibliæ: quia iã saltẽ quantum ad literam oĩbus notum erat, sed vr̃ loqui de consilio Dei quod spãliter venisset in notitiam alicuius per diuinam reuelationem. Attédendum esse (inquit) verbum Augu. quod dicit cuius iudicia sunt incompræhensibilia. Ex quo elicit ꝙ materia quæ militat in derogationem excelletiæ, & prærogatiuæ, b. virgi. debet annumerari inter materias humano iudicio incõpręhẽsibiles.

ita ꝙ non potest haberi certitudo de ipsa nisi per reuelationem tanꝗ de incō-
prælensibili. Hęc dicit dñs proponens exaduerso. Non paꝝ meo iudicio mi-
rabilia. Ad quæ licet non esset necessarium respondere, quia ad materiā nostrā
non faciunt, tamen vt veritas more suo clarior appareat, dr ꝙ ea quę dñr exad
uerso non sunt de mente August. Primo quidem quia dato ꝙ illa propositio
prima, videlicet ꝙ non est credendum alicui dicenti virginem non fuisse exce-
ptam ab opprobrio humanæ conditionis in putredine corporis, nisi cum ma-
nifestauerit se cognouisse consilium dei, sit propō August. (quæ tñ multum di-
stat ab illa quā August. posuit) nihilominus non est veꝝ ꝙ consiliū Dei capiat
ibi August. vt dr exaduerso, non id quod scriptū est in Canone bibliæ. Sed id
quod suscipitur ex aliqua particulari reuelatione. qm̄ Aug. (vt exaduerso supe
rius allegatum est.) dicit in eodem sermone. Si non obuiauerit nedum perspe-
cta auctoritas, vere credo. Ecce dr in eodē sermone ꝙ manifeste, August. dicit se
vere credere si non obuiauerit auctoritas. non autē dicit. si non obuiauerit con
siliū Dei nouiter reuelandum extra sacrā scripturā. Præterea. Miꝝ est ꝙ Augu.
immo nec aliquis Xp̄ianus diceret quod adducenti cōsilium Dei in sacra scri-
ptura expresse non esset credendum, sed expectandum esse consilium Dei noui-
ter reuelandum, cum stultissimū sit expectare a deo consilium reuelandū con-
trarium consiliis eius in sacra scriptura contentis. Cęteꝝ inter omnia consilia
quæ dicuntur esse diuinitus reuelata, tantam excellentiam certitudinis habent
ea quæ in scriptura sacra sunt expressa, vt per illa veniat iudicādum de quibus-
cunqꝫ aliis reuelationibus, an sint reuelationes cœlestes & cōsilia dei, an eius q
se in angelum lucis sæpe trāsfigurare solitus est. 2. Corint. 11. Et ideo inquit
Apostolus ad Galat. 1. Sed licet angelus de cœlo euangelizet vobis præter ꝗ
Glo. quod euangelizauimus vobis. Glo. fide veꝝ, vsu honestum, fine commodū, ana-
thema sit. Ad ipsam ergo sacram scripturam sicut ad inobliquabilem regulam
& certissimam, omnia alia cōmensuranda veniunt & iudicanda. Et ideo. 1. Io.
4. dicitur. Nolite credere omni spiritui. i. omni dicenti se habuisse reuelatio-
nes spiritus sancti: sed probate spiritus si ex Deo sint. Quoniā multi pseudo pro
phetæ exierunt in mundum dicētes. s. se a deo missos & doctos a spiritu sancto;
fingentes se loqui magnalia Dei. Præterea. Secundo notabatur exaduerso in
prædicta auctoritate ꝙ August. dicebat ꝙ attribuere beatæ virgini excellentiā
singularissimę gr̄æ hoc est propriū dignum & iustū. Ex quo elicit, ꝙ cū assertio-
nes hm̄oi præseruationis. s. a pct̄o ori. non dicant nisi quod pertinet ad Dei be
nignitatē, singularēqꝫ prærogatiuā. b. v. & sentiēt in hoc quod de Deo & de ma
tre sua propriū, & dignum, & iustum est sentire, ꝙ eis merito credi debet. ¶Ad
istud rn̄detur ꝙ (salua pace sic dn̄tis). Vtrūqꝫ est falsum. Primo quidem non est
ita ꝙ Augu. dixerit id quod imponitur sibi exaduerso Aug. aūt verba in illo ser
mone de assumptione & glorificatione corporis beatę virginis sunt ista in for
ma. Si vera sunt quæ scripsi, tibi ago gr̄as Xp̄e ꝙ de sancta virgine matre tua nisi
si quod proprium, dignum, & iustum est, sentire non potui. Ex hoc non sequi-
tur, ꝙ dixerit simpliciter se prędicta dixisse, sed sub cōditione, si vera sunt quæ
scripsit. Ex hoc aūt ꝙ in hac materia si verum dixerit regratiatur Xp̄o ꝙ nō ni
si quod proprium est, quod dignum, quod iustum est sentire potuit de beata vir
gine, non sequitur ꝙ dixerit simpliciter ꝙ attribuere beatæ virgini excellentiā
singularissimę gr̄æ sit proprium sit dignum, sit iustum. Quoniam de multiplici
excellentia singularissimæ gr̄æ quæ Christo competit virgini attribuere, non
esset proprium, nec dignum nec iustum, vt in superioribus scripturæ sacræ testi

monio

monio & exemplo in multis patuit. Cæterum, secundo etiam nō videtur habere certitudinem, nec virtus argumentorum exaduerso adhuc in tantum valuit, vt certum aut apparens illud efficere potuerit, videlicet ꝙ asserentes beatam virginem præseruatam esse a peccato originali dicant quod pertinet ad benignitatem & prærogatiuam singularem beatæ virginis, & in hoc sentiant quod proprium, dignum, & iustū est. b. virgini. Q̃m (vt patet tā auctoritate scripturæ iuxta glo. sanctorum, q̃ testimonio ipsorum doctorum sanctorum, & aliorum eximiorum scholasticorum) illa prærogatiua soli redemptori Iesu Xp̄o filio dei est propria, digna, & iusta: & nulli alteri de numero filiorum Adæ: & numero redemptorum, & lotorum Christi sanguine digne & iuste potest attribui. Et ita nisi dn̄s proponēs exaduerso assertionem suam magis probabilem fecerit, q̃ hucusque, non est causa quare ei credendum sit. Consequenter vltimo notatur, exaduerso in auctoritate inducta Aug. & attendendū esse admonetur; verbum. s. illud apostolicū Ro. 11. ab August. allegatum, cuius iudicia sunt incomprehensibilia, & inuestigabiles viæ eius. Ex quo verbo elicitur exaduerso, ꝙ materia quæ militat in derogatiōe excellentiæ, & prærogatiuæ beatæ virginis annumerari debet inter materias humano iudicio incōprehensibiles ita ꝙ non possit haberi certitudo de ipsa nisi per reuelationem tanq̃ de incomprehensibili. Hæc sunt verba dn̄i proponētis, quæ mihi mirabilia facta sunt. Mirabile quidem mihi vr̄ ꝙ materia quæ militat in derogationem excellentiæ Xp̄i, nō ita annumeratur inter materias humano iudicio incomprehensibiles, ꝙ non possit haberi de ea certitudo p scripturas & rōnes humanas sine nouis reuelationibus. Et materia quę derogat seu militat in derogationem excellentiæ, & prærogatiuę beatæ virginis sic annumeraretur inter illas ꝙ non possit de ea certitudo haberi nisi per reuelationē. Tum secundo, quia (vt fuit deductū exaduerso.) August. in eodē sermone de glorificatione corporis beatæ virginis contra cuius excellentiam, & prærogatiuam non parum militare videbatur, dicere corpus eius in putredinem esse resolutum, dicit, ꝙ vbi scriptura nihil nobis commendat, quærendum est ratione, quod consentiat veritati. Ecce ꝙ Augustinus ait quærendum esse ratione, non autem ait reuelatione. Et si talia dicit. August. vbi scriptura nihil nobis commendat, profecto minus expectanda est reuelatio quādo scriptura nobis de materia aliquid cōmendat. Præterea si de materia de qua loquimur certitudo haberi non possit nisi per reuelationem, vt quid patres prudentissimi huius sacri concilii hoc tam laboriosum studium nobis iniunxerūt? Cur præterea si de ea certitudo haberi non possit nisi per reuelationem, dn̄s proponens exaduerso tanto se fatigauit labori, vt per scripturā. 25. quinternorum studuerit ostendere amplectendam fore fidei brachiis cunctis fidelibus partem suam tenentibus. Et ita patet (salua pace domini proponentis exaduerso) ꝙ alia est intelligentia verborum Augustini in præfato sermone q̃ data sit per eum. Ex quibus omnibus manifestum est ꝙ argumentationis processus August. in sermone sæpius nominato, quo corpus beatissimæ virginis pro eo ꝙ fuit thronus Dei, thalamus domini, domus atque tabernaculum Xp̄i, nō fuerit in sepulchro resolutum in cineres: sed animæ beatissimæ virginis illico claritate resurrectionis dotatum, assumptum fuerit in cœlum, ad assertionem probandam exaduerso de sanctitate conceptionis beatæ virginis, nullus sit: nec ad propositum facere videatur. Quare (salua pace) non bene vr̄ æstimari ab illis qui (vt dicitur exaduerso) existimant ꝙ si nulla alia rō aut auctoritas esset nisi deductio ista Augu. in præfato sermone satis operosę persuaderetur piis mentibus sanctitas conceptio- August.

nis beatæ virginis. Ex quibus omnibus manifeste colligitur documētum quartum scholasticum exaduerso positū, videlicet ꝙ beatissima virgo Dei genitrix Maria præseruata fuerit ne vnquā contraheret originale peccatum, quo ad fundamenta & rationes sumptas ex sermone pręfato Augustini, viribus deficere & inualidum omnino esse.

¶ In quo respondetur, rationibus inductis exaduerso ad idem ex priuilegio quo beata virgo dicitur mater Dei: ex comparatione originalis peccati ad veniale: & ex conditione templi materialis. Et primo ex primo capite. Cap. 15.

QVO ostenso reliquum erit iam patefacere idem de inductis aliis rationibus in eadem allegatione. Arguitur autem consequenter exaduerso in robur præfati quarti documenti scholastici ex tribus capitibus. Primo ex priuilegio maternitatis diuinæ. Secundo, ex comparatione origi. peccati ad veniale. Tertio ex cōditione templi materialis legis veteris, quod figura fuit (vt dr̄) beatæ virginis. ¶ Ex primo. n. capite. s. ex priuilegio illo singularissimo atq; excellentissimo gr̄æ maternitatis Dei arguens sic procedit proponens, præsupponens in primis ꝙ vbicunq; fit mentio in sacra scriptura de huiusmodi tā insigni laudis præconio semper denotatur aliquid valde singulare ad excellentiam ipsius supra legem cōem. Et postq̄ hoc visus est exemplariter deduxisse per omnia quasi loca scripturæ in quibus de maternitatis huiusmodi dignitate mētio fit, concludit quasi inductiue ex eodē priuilegio ꝙ virgo Maria merito debeat venire exempta a lege cōmuni originalis peccati. ¶ Ad istam rationem q̄q̄ sufficienter responderetur dimissis quibuscūq; aliis, dicendo ꝙ nō est ad propositum quod de priuilegio maternitatis inducitur, cū pro eo tempore loquamur de virgine bn̄dicta. s. cōceptionis eius, pro quo hæreticum esset dicere quod fuerit mater Dei, tn̄ vt plenior fiat rn̄sio, respondetur negando an̄s. & cōsequētiā. An̄s. n. illud est falsum. videlicet ꝙ vbicūq; fit mentio in sacra scriptura de priuilegio maternitatis semper denotetur aliquid valde singulare ad excellentiā ipsius faciens supra legem cōem. Quod patet in exēplis inductis exaduerso. Nō quidē primo in illo. Luc. 2. vbi dr̄. Et erant pr̄ eius & mater mirantes super his quę dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel: & in signū cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. In istis autem verbis nihil innui videtur valde singulare ad excellētiam beatę virginis pertinens super legē cōem sicut dr̄ exaduerso, vt patet de se. Et maxime cū Augu. dicat de quæstionibus veteris & noui testamēti, & ponitur in glo. continua, ꝙ Simeō dicens. b. v. & tuā ipsius animā pertrāsibit gladius, figurauerit ꝙ ēt Maria per quā gestum est incarnationis mysteriū in morte dn̄i stupore quodam dubitauit videns filium Dei, sic humiliatū vt vsq; ad mortem descenderet. Et sicut gladius pertransiens iuxta hoiem, timorē facit non percutit, ita & dubitatio mœstitiam fecit, non tn̄ occidit. quia nō sedit in animo, sed pertransiuit quasi per vmbrā. Hæc Aug. Qd tn̄ verbū Augu. dicit S. Thom. In 3. parte. q. 27. de dubitatione admixtionis & discussionis iuxta sn̄iam Basilii quem inducit, est intelligendū. Quod vero dr̄ exaduerso ꝙ in hoc notatur ibi singulare vltra cōem legem ꝙ ad pertransitionē gladii animæ mr̄is secuta fue-

August. Glo.

S. Tho. Basilii.

rũ cogitationũ reuelatio cordibus, nõ habet apparẽtiã. Q m̃ (salua pace dicentis) nõ est illa intelligentia illius textus. Vñ Greg. Nicenus: & ponitur in glo. continua ita dicit. Quod. n. dicit vt reuelentur &c. euentũ designat, nõ aũt causaliter ponitur. His. n. oibus euenientibus secuta est erga multos intentionum detectio. Quidã. n. Deũ fatebantur in cruce, alii nec sic ab infamiis & criminationibus desistebant. Et conformiter ibidem Nico. de Lira dicit ꝙ li vt non tenetur causaliter sed consecutiue. licet. n. beata virgo ex passione filii maxime afflicta fuerit, tñ in fide immobilis & firmiter stetit. Alii autem discipuli quantũcũqꝫ solidi, dicuntur dubitasse, & circa hoc mutationes, diuersasqꝫ cogitationum habuisse, quousqꝫ viderũt ipsum a mortuis resurrexisse. Hæc ille. Vbi patet clarissime ꝙ varietas ista mutationis cogitationũ in discipulis Xp̃i non habuit habitudinem sequelę ad pertransitionẽ gladii animæ mr̃is Dei: quæ alicuius singularis excellẽtiæ vltra legem cõem (vt dr̃ exaduerso) importet prærogatiuã. Pręterea. Secundo idem patet in alio exemplo adducto exaduerso. Luc. 2. vbi inuento dño Iesu Xp̃o in templo, ait mr̃. Fili, quid fecisti nobis sic. Ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te, Et ait ad illos. Quid est ꝙ me quærebatis? Nesciebatis ꝙ in his quę patris mei sunt oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt verbum, qđ locutus est ad illos. Et descendit cũ eis, & venit in Nazareth, & erat subditus illis. In omnibus istis verbis, nulla valde singularis supra legẽ cõmunem vr̃ denotari excellentia, nec in verbo vbi ait Christus eis: quid est ꝙ me quærebatis &c. nec in illis quæ sequuntur, & ipsi non intellexerunt verbum, nec in vltimis cum dicitur, descendit cum eis. Tum primo quia illud non fuit singulare beatę virginis, sed cõmunẽ cum Ioseph. Vnde ait. Descendit cũ eis: & erat subditus illis. Tum secundo, quia ibi (vt ait Gregorius & habetur in glo. continua) designatur honorasse parentes quod non videtur supra legem communem esse. Pręterea, Tertio hoc idem patet in exemplo posito exaduerso Io. 2. vbi in nuptiis deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea Dicit mater eius ministris. Quodcunqꝫ dixerit vobis, facite. Ecce in istis verbis, nulla valde singularis excellentia supra legem denotatur attribui sic conuenire beatissimæ virgini. Patet quoniam nec in hoc quod ei dominus ait: quid mihi & tibi est mulier: vt de se patet: nec in hoc ꝙ ait ipsa ministris: quodcunqꝫ dixerit vobis facite, vt gl. Bedę insinuat, quæ dicit, quasi dicat. Licet abnegare videatur, tamen faciet. Nouerat. n. mater eũ piũ & misericordẽ. Cognoscere aũt eũ pium esse & habere confidentiã de bonitate eius, non designat valde singularem excellentiã supra legẽ cõem in. b. v. vt dr̃ exaduerso. Cęterũ patet in exẽplo adducto exaduerso in. c. 19. Io. vbi dñs in cruce pẽdẽs, dixit mr̃i suę. Mulier ecce filius tuus. Et deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. In his enim verbis non designatur aliqua valde singularis excellentia supra legem communem data beatę virgini, vt patet ex duobus. Tum ex dicto beati August. qđ habetur in glo. continua qui ita ait super eodem loco. Hæc nimirum est illa hora de qua Iesus aquam cõuersurus in vinum, dixit matri. Quid mihi & tibi est mulier? Nõdum venit hora mea. Tunc enim diuina facturus, non diuinitatis sed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat, nunc autem humana patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendat humano. Moralis ergo insinuatur locus: & exemplo suo instruit præceptor bonus, vt a filiis piis impendatur cura parentibus tanq̃ lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docẽtis. Hæc Augustinus. Ecce patet ex Augustino pro

Gregor. Nicenus. Glo. Nic. de lira. Gregor. Glo. Glo. Beda. August. Glo.

ulsio facta illa beatæ virgini matri suæ de beato Ioanne qui de ea curam haberet, non designat valde singularem excellentiam supra legem cõmunem ei exhibitam: cum ex dicto August. hæc videatur lex communis pio℞ filiorum curã habere de parentibus. Tum secundo quia (vt inquit Bernardus) plusq̃ gladius fuit sermo ille: mulier ecce filius tuus. Reuera fuit pertransiens vsq; ad diuisionẽ

Bernar. animæ & spiritus. Et subdit Bernardus. O commutationem. Ioannes pro Iesu traditur, seruus pro domino, discipulus pro magistro, filius Zebedei pro filio Dei, purus homo pro vero Deo. Hæc ille. Ex quibus verbis beati Ber. manifeste patet id quod dictum fuit exaduerso esse pure voluntarium.

¶ Ioannẽ ex verbis ecce mater tua, factum fuisse illius filium naturalem erroneum esse. Cap. 16.

QVOD autem dicitur exaduerso ideo denotari in præfato loco singularis excellẽtia beatę virginis supra legem cõem pro eo ꝙ filius Dei tribuit matri suæ alium filium præter cõem legẽ, quadam singulari alia rõne. De qua filiatione dicunt doctores quidã (inquit proponens) quod non fuit filius adoptiuus, sed ꝙ vere fuerit per Xpm factus filius virginis etiam naturalis, absq; præuia gñatione, Deo causante supranaturaliter respectũ maternitatis & filiationis in fundamento & termino, scilicet beata virgine & Ioanne, absq; præuia gñatione. Non videtur mihi probabile, nec securum. Immo examinandum merito veniret, an talis noua doctrina sit magis sepelienda q̃ inserenda quaternis, pro eo maxime quia ex ea eliciũ

Multiplex Error ex aduerso. tur, propones sequentes, quæ fortassis non parum offendere viderentur honorem tã Xpi q̃ beatissi. virginis q̃ & docto℞ sancto℞. Prima est q̃ alius a Christo habuit naturalem matrem virgineín. Secunda ꝙ alius a Christo habuit matrẽ naturalẽ respectu cuius nullus esset pater in terris. Tertia ꝙ Xps habuit fratrem naturalẽ filium Zebedei. Quarta ꝙ virgo Maria habuit plures filios naturales. Quinta ꝙ stat aliquem filium esse naturalem virginis, qui non sit genitus ab ea. Sexta ꝙ aliquis est filius naturalis alterius qui tñ non est de substantia eius: Septima ꝙ virgo Maria habuit filium naturalem qui non esset Deus. Octaua, quod virgo habuit filium naturalem peccatorem. Nona ꝙ beata virgo dilexerit beatum Ioannem euangelistam vt filium naturalẽ. Decima ꝙ aliquis fuerit filius naturalis beatę virginis qui non est ab ecclesia vniuersali hucusq; cognitus & honoratus an talis. Quę propositiones sufficiant pro nũc ad habendam materiam auisandi, an assertio pręfata sit a sacro concilio habẽda probabilis vel non. Motiuum autem quo exduerso probabatur, supra legem communem factum esse aut possibile fieri, videlicet ꝙ beatus Ioan. euangelista filius fuerit naturalis beatę virginis dicẽte Xpo ei: ecce mater tua. & beatæ virgini: ecce filius tuus, nullum est. & fundatur super falso. Non. n. ita se habet ꝙ gñatio respectu maternitatis & filiationis, sit dispositio quędam de genere earum dispositionum transeuntium quæ substantialiter non pertinent ad

Aristo. effectum inducendum, vel causandum respectum. Quoniã (vt ex Aristo. manifeste, colligitur. 5. Meta. in ca. ad aliquid) relatiua secũdi modi, quę. s. super potẽtiam actiuam aut passiuam: aut actionem vel passionem fundatur, necessaria dependentia & essentiali habitudine aut præsupponũt actionẽ vel passionem præteritam: aut dicunt pręsentem: aut insinuant futuram. Vnde faciens ibidem Aristotelis differentiam inter relationes per tempus pręteritum & quæ respiciunt

ciunt futurum, dicit sic. Eorum aūt quæ secundum potentiam: & secundum tempus dicuntur ad aliquid aut quod fecit ad factum, & facturum ad faciendum, sic enim pater filiū dicitur pater. Hoc quidem enim fecit illud aūt passum quid est. Ecce Aristotelem dicentem respectum paternitatis præsupponere fecisse, & respectum filii præsupponere passum esse. i. genitum esse. Cui concordat dictū Augustini dicentis. Filius dicitur quia fit vt ille. s. pater. Respectus ergo filii naturaliter necessario præsupponit genitum esse ab eo cuius dr filius, alias non videtur quomodo duo respectus reales de nouo inessent duobus extremis. s. matri & filio, nulla mutatione reali facta circa quęcunq; illoꝝ. Præterea. Ex eo maxime hoc patet ꝙ doctores catholici in. 3. snīaꝝ, dist. 4. assignāt cām quare Xp̄s secundum humanitatē, licet de spū sancto prædicetur cōceptus, non tn̄ dicatur eius filius naturalis esse, quia non pōt dici ꝙ genuerit eum. Vnde Magister sententiaꝝ ibidē ita ait. Illud. n. mouet quomodo Xp̄s natus de spiritu sancto dicatur, cum nullo modo sit filius spūs sancti. Nunq̄. n. dicturi sumus patrem hominis Xp̄i esse spm̄ sanctū: quia eum spūs sanctus tanq̄ pr̄ eius de virgine genuisset. Quis hoc dicere audebit? scū hoc ita sit absurdum, vt nulle fidelium aures illud valeant sustinere! Hæc tn̄ rō nulla esse videtur, si non necessario ad esse filiū alicuius naturalem requiratur esse genitum ab illo. Cæteꝝ si sunt vera quæ dicuntur exaduerso quō remanet validus processus catholicoꝝ quo contra Valentinum hæreticum dicentem carnem Christi de cœlo descendisse & non esse natam de virgine Maria probatum est, ꝙ ex quo in sacra scriptura mater eius dr̄, necessario sequatur, ꝙ genitrix eius fuerit? Amplius hæc dr̄ia datur a doctoribus inter filium naturalem & adoptiuum. in. 3. sententiaꝝ, di. 8. cum quæritur, vtrum Xp̄s fuerit filius adoptiuus. Necessaria ergo connexione hæc dno ita se amplectuntur. s. gn̄atio passiua & respectus filiationis naturalis, vt non cadat sub intelligentia filium naturalem esse alicuius a quo per gn̄ationem non processerit. Nec hæc inseparabilitas ex defectu potentiæ diuinæ prouenire dicenda est: sed ex ipsa naturali connexione reꝝ adinuicem & essentiali dependētia vnius ab alia. Et ita patet ꝙ motiua partis aduersę quibus persuadebatur ꝙ beatus Ioannes Euangelista ad verbum Saluatoris nostri factus fuerit filius naturalis beatæ virginis deficiant viribus, & per consequens non procedant.

Augus.

Magist. snīarū.

¶ Soluuntur argumenta ex secundo capite supra exaduerso producta. Cap. 17.

CAETERVM arguitur exaduerso principaliter, ex secundo capite. s. ex comparatione. s. ori. peccati ad veniale. Et hoc sic. Virgo Maria pro eo quod est mater dei, debet gaudere supra omnes ꝓgatiua potiori, quæ est ꝙ attribuitur sibi innocētia ab omni culpa veniali. ergo vr̄ ꝙ simile dicendum esset de origi. pc̄ō. Quā consequentiā probat primo ita. Pro eo maxime ꝙ peius est vel per vnicum in ſtans fuisse sub ori. peccato, q̄ multa venialia commisisse peccata. Secundo quia multo magis obprobriosum est origi. contrahere q̄ multa venialia peccata cōmisisse. De cōcepto. n. in origi. peccato non solum est verū dicere ꝙ sit filius proditoris. Sed ꝙ ipse qui contrahit est proditor aut infidelis siue inimicus domino suo. ¶ Ad istam rationem respondetur concedendo, antecedēs. videlicet ꝙ mater debuit gaudere, sicut & de facto gauisa est, præ cæteris prerogatiua maioris puritatis, ita vt ab omni peccato personali siue actuali esset immunis. Negatur tamen cō

sequentia, q si gaudere debuit immunitate actualis peccati, q etiam gaudere debuerit immunitate peccati originalis. Et ad probationem qua probatur ex eo, q originali subesse est maius malum. Respondetur negando cōsequentiā. Quippe (sicut superius visum est) in talibus gratuitis concessionibus non valet consequentia nec a maiori ad minus nec econuerso. Aliqui enim a maiori malo praeseruati sunt, videlicet mortali peccato q nō praeseruati fuerunt ab originali, nec a veniali, sicut patet de sanctificatis in vtero, videlicet Ioan. Baptista, & Ieremia. Similiter ipsa virgo beatissima praeseruata creditur ab omni veniali pctō: sed non ab ipso ori. quod maius malum vr esse q̄ veniale. Omni nāq; pctō tam originali, q̄ actuali carere in statu naturae corruptae priuilegium dīit esse, doctores, ipsi quoq; relator sum, solius Xpi immaculati agni, qui propter delenda peccata nostra, redemptionis hostiam in cruce se obtulit Deo pri. Idem etiā patet in malis corporalibus quoniam praeseruata legitur beatissima. v. (vt superius patuit, iuxta Aug. doctrinam in sermone assumptionis eiusdem) ab aliquibus aerumnis Euae, sicut a partus dolore, subiectione viri, & corruptione corporis post mortem, non tamen ab ipsa morte quam Aristoteles dicit esse vltimum terribilium. 3. ethicorum. Ad probationem vero secundam qua probatur eadem consequentia ex eo q obprobriosius sit contrahere originale pctm̄ q̄ committere veniale. Respondetur, negādo q contrahere originale, magis obprobriosum sit q̄ venialiter peccare. Non est aūt iudicandum in hac re iudicio secularium hoīum aut ambitiosorum, qui obprobrosius iudicant incurrere paruam notam degeneris sanguinis, aut dispendium temporalis honoris, q̄ scelera grandia commisisse, sed iudicio recto & potissime diuino apud quod tanto obprobriosius aliquid iudicatur, quanto defectus ipse plus habet admixtum de voluntario. Cum autem originale pctm̄ origine contrahitur, non operatione personae eius quae concipitur, dicente Apostolo ad Ephe. 2. eramus & nos natura filii irae, actuale vero ex deordinatione volūtatis eius personae quae illud operatur procedat, nulli dubium quin originale peccatum minus sit obprobriosum tanq̄ minus habens de voluntario. Quare salua (pace dñi preponentis ex aduerso) supersedendum fuerat ab impugnatione huius solutionis datae per venerabilem patrem collegam meum, cuius verba si integre resumantur non sonant q originale peccatum non inficiat personam, aut q voluntatem non deordinet contrahentis: contra quem intentum in longum extenditur processus exaduerso. Sed tantum dixit & bene dixit (vt verbis eius vtar) q peccatum veniale, est peccatum personae, procedens ex aliqua inordinatione actuali propriae voluntatis eius qui venialiter peccat. Peccatum autem originale est peccatum naturae procedens ex deordinatione naturae, & contrahitur absq; actu propriae voluntatis eius qui concipitur. Haec ille. Quod autem consequenter in robur dicti sui adiungitur, exaduerso (sine tamē probatione) q cōceptus in originali pctō nedum filius est proditoris, sed etiā proditor. Hoc non videtur benedictum. Tum primo, quia nomen proditoris iuxta significationem eius tam a grāmaticis assignatam q̄ apud vulgū consuetam non videtur cōpetere Adae, nec descendentibus ab eo vniuersaliter. Nec. n. habere videtur scriptura sacra nec sanctorum doctrina, q quaelibet transgressio obedientiae diuinae legis, proditorem constituat transgressorem. Vnde licet Apostoli peccatores essent: solus Iudas inter eos proditor est nominatus. Luc. 6. Caeterum dato q aliquo modo Adam proditor dicendus veniret, probatio tamen qua probatur, q paruulus in originali peccato conceptus proditor sit nominan

ctus pro eo quia tantam vel maiorem habet inclinationem committendi contra Deum peccatum infidelitatis vel aliud quodcunq; pctm̄ mortale quantam habuit Adam pater suus qui fuit proditor, nulla est ex multiplici capite. Tum quia ꝙ paruulus in originali conceptus tantā, vel maiorem habeat inclinationem ad cōmittendū contra Deum pctm̄ infidelitatis &c. quantā habuerit pater eius Adam non vr̄ verū. Qm̄ concupiscentia in Adam erat actualis: in paruulo vero solum habitualis est ex inclinatione vel habilitatione qua quis ad aliquod inhonestum cōmittendū, vel operādum siue ad transgressionē legis inclinatur. Ex hac aūt non sequitur ꝙ iam talis sit. Sicut ex eo ꝙ quis inclinatur ad latrocinandum, vel mœchandū non sequitur ꝙ sit latro vel mœchus. Si enim rō illa exaduerso procederet quæ ex inclinatione ori. peccati ad malū arguit paruulos proditores esse & dici: nedum vniuersi nos, sed etiam parentes Xp̄i & virginis Mariæ, immo omnes etiā innocentes, & cæteri homines proditores, & infideles apostatæ & latrones dicendi venirent, & ita discurrendum esset per vniuersa & singula crimina sceleꝝ, & per flagitioꝝ gn̄a: cū omnes illi concupiscentiæ habituali fuerint obnoxii, qua vniuersi cōcepti in origi. pctō habiles fiunt ad male concupiscendū. Qd plane graue esset audire, & gloriam videretur non paꝝ dehonestare sanctoꝝ. Quare non parum mirandū videtur ꝙ huiusmodi rationes fiant de beatissima virgine quas nedum de sanctis, sed de nobismetipsis nulli dignaremur audire. Magnæ stultitiæ exaduerso.

¶ Ad confirmatio nē præmissæ rationis exaduerso datur solutio. Ca. 18.

CAETERUM ad idem in confirmatione antedictæ rōnis quæ fuit ꝙ si beatissima virgo præseruata fuit a veniali pctō, præseruata etiam credenda sit ab origi. arguitur exaduerso, ex eo ꝙ testimonia sacræ scripturæ (vt inquit proponēs) nō minus repugnare videntur prima facie huic ꝙ præseruata sit ab actuali pctō q̄ huic ꝙ præseruata fuerit ab originali. Adiiciens ꝙ non solum quantū ad immunitatem venialis peccati vr̄ repugnātia, sed etiam ꝙ nata fuerit ex matris vtero absq; peccato, si dicamus (prout exaduerso asseritur) ꝙ auctoritates vniuersales non recipiunt limitationem. Hæc ille. ¶ Ad istā rationem licet ex superioribus responsio haberetur sufficiens, tamen vt veritas clarius splendeat, respondetur ad eam, dicendo ꝙ tripliciter deficit. Primo quidem in hoc quod ait ꝙ non minus repugnare videntur testimonia sacræ scripturæ huic quod dicitur ꝙ virgo Maria nata fuerit sancta, & ꝙ absq; peccato actuali vixerit, q̄ huic ꝙ originale peccatum non contraxerit: & loquimur de scriptura ipsa sancta nō iuxta corticem literæ, sed secundum sensum quem ipse scripturæ auctor per sanctos suos doctores nobis expressit. Quoniam vt ait Hiero. super epistolam ad Galat. Non est putandum in verbis scripturaꝝ esse euangelium, sed in sensu, nō superficie, sed in medula, non in sermonū foliis, sed in radice rationis. Quod autem sanctitati natiuitatis ex vtero.b.v. nullum testimonium sacræ scripturæ veraciter repugnet manifestum est. Tum primo quia nullum tale natiuitatē eius specialiter exprimens reperitur. Tum secundo quia et nullū cōe ad vniuersos hoīes naturaliter propagatos vr̄ sine exceptione se extendens sacra scriptura est. Qd ex eo loco colligr̄ vbi sacra scriptura Iere. & Ioan. bap. sanctas habuisse natiuitates expresse commemōrat. s. Iere. 1. & Luc. 1. Ex quibus scripturis Hiero.

præsupposita alia propositione catholica, videlicet q beatissima virgo omnes sanctos supergressa fuerit sanctitate & diuinæ gratiæ copiosius locupletata muneribus: sequitur, manifeste sine quacunq; repugnatia, q ipsa beatissima virgo sanctam natiuitate habuerit, immo copiosiori sanctificatione bñdictione q dotatá. Præterea q sanctitati vitę eius nullũ testimoniũ sacrę scripturæ repugnet similiter facile est ostendere. Tũ primo qm̃ speciale repugnans nullum est. Tũ secundo, quia ab ipso gñali qd vr oẽs hic viuentes respicere, sancti ipsi doctores

Bernar. eam rõnabiliter priuilegiatá esse dñt & exemptá. Decuit. n. nimirũ Reginá virginum, vt (inquit Bernard.) singulari priuilegio, vitam absq; omni pctõ immunem duceret quæ dum peccati mortisq; peremptoré pareret vitæ iustitiæq; munus omnibus obtineret. Sic aũt non est de immunitate origi. peccati; cui (vt in superioribus multiplicatis vicibus auditũ est) testimonio sacrę scripturæ iuxta authenticas glo. & dicta expressa sanctorum, & dignitas ipsa singularis Xpi sm, quam est vniuersalis redemptor, satis aperte repugnare & contradicere vñr. Cæterum secundo deficit rõ prius facta exaduerso in hoc q dñs proponens imponit q ea pars, cuius relator sum, asserat q vniuersales auctoritates non recipiát limitationé. Salua pace, oppositum dicit eorũ doctrina. Plane non ideo q ipsi doctores, quorũ relator sum, hoc dicunt de vniuersalibus propositionibus de pctõ originali loquentibus: sequitur q de oĩbus vniuersalibus propositionibus de sacra scriptura hoc idem pariter asserant. Causa vero quare propõnes vniuersales de origi. pctõ loquentes dicant præ cæteris non recipere limitationem, multipliciter superius & diffuse assignata fuit. Tum ex circunstantia ipsius literę. Tum ex determinatis in sacris conciliis vniuersalibus. Tum ex multitudine sñiarũ sanctorũ doctorũ. & maxime Aug. Tũ ex multiplici rõne sumpta ex priuilegiis & dignitate Xpi: quæ ita intelligendas eas esse, manifeste declarát.

¶ Plures esse sacræ scripturæ auctoritates vniuersales pro contrario ne peccati originalis q actualis. Cap. 19.

PRAETEREA. Tertio deficit exaduerso in deductione testimoniorũ scripturæ quæ repugnare dicebátur præseruatiõi ab actuali pctõ. Deficit quidem in hoc qd dicit q ex inductis auctoritatibus plures auctoritates vniuersali sermone asserunt omnes homines esse peccatores, & nemině sine pctõ nasci & viuere, q sint illę quæ astruũt de originali loquendo quantum ad sensum qui ex circunstantiæ scripturæ habetur. Hoc. n. (salua pace dicentis) non vř ita se habere. Quod manifeste deducitur per ipsa testimonia adducta exaduerso, quæ magis vniuersaliter loqui videntur. Patet autem primo de illa quę adducitur Iob. 15. Quid est homo vt

Glo. immaculatus sit & iustus appareat natus de muliere? Hęc auctoritas nõ de actuali peccato, sed originali loqui videtur. Vnde glo. ita ait. Eo enim ipso q dicitur homo terrenus exprimitur & infirmus. Ab humo enim appellatus est

Glo. homo. Et vt iustus appareat qui de muliere. i. de corruptione natus est, quæ iniustitiæ propinatrix extat. Super verbum illud etiam quod consequenter dicitur. Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis. Habet glo. per naturam: sed in-

Glo. hærendo immutabili veritati fit immutabilis per gratiam. Super illud vero quod sequitur. Et cœli non sunt mundi in conspectu eius, dicit glo. per seipsos. Et ita patet inducta non facere pro intentione allegantis. Cæterum hoc idem patet in auctoritate sequenti. Iob. 25. Nemo mundus est a sorde

nec infans vnius diei, Nullus profecto diceret hãc auctoritatem de actuali peccato loqui nisi qui vellet errare dicẽdo paruulos vnius diei in vita, actualia habere peccata. ¶ Praeterea, Nõ vr̃ facere ad intẽtionẽ proponẽtis qd inducitur ex Prouer.c.20.sic. Quis potest dicere mũdũ est cor meũ, & purus sum a peccato? Qm̃ (vt notat Gl. ordinaria) nõ dicit textus: quis habet cor mundũ; quia dr̃ Mat.5. Beati mundo corde, qm̃ ipsi deum videbunt. Et in Psal. Innocẽs manibus & mundo corde. Sed ait. Quis põt dicere? quia temerariũ est se laudare. Haec glo. Caeterũ simil'r auctoritas inducta Isa.52. Oẽs nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suã declinauit. Et qd Aug. in lib. de baptis. paruulorũ dicit sup hoc, ꝙ hec vox est omniũ membroꝝ christi manifestũ est ꝙ nõ loquit de actuali pctõ, q̃q̃ dñs proponẽs exaduerso dicit ꝙ manifeste apparet ꝙ loquatur de actuali. Planissimũ est (salua pace eius) ɔtrariũ si iuxta fidẽ catholicã asserere velimus paruulos baptizatos mẽbrũ esse xp̃i, quibus tñ mẽbris nullomodo vox illa cõuenit si de actuali intelligenda venit. Et similiter facile est oñdere de multis ɔñter adductis exaduerso auctoritatibus, sicut de illa Psalm.19. Omnes declinauerunt. Et de illa Psal.115. Ego dixi in excessu meo oẽs homo mẽdax. Si quis auctoritates scripturaꝝ ĩtueatur: quę per me supius adductę sunt cũ gl. suis in fauorẽ partis cuius relator sum: a quaꝝ discursu supsedeo. Tũ quia ex supioribus notũ est qd dico. Tũ breuitatis cã, attẽto ꝙ ea quę dicta sunt sufficiunt oñdere rõnem exaduerso viribus defecisse. Hoc tñ pretermittere nõ potero qd dr̃ exaduerso ꝙ constet ꝙ auctoritas illa Pauli Ro.3. Oẽs peccauerũt & egent gloria dei, de actuali pctõ loquatur. (Salua.n. pace eius) nõ ita vr̃. Tũ prio quia beatus Aug. cõtra Pelagianos hac auctoritate sępissime vtitur ad probãdum paruulos in originali esse ɔceptos. Cuius probatio nulla eẽt, si verũ esset qd exaduerso dr̃ videlicet ꝙ de actuali loquatur. Tũ scdo quia Gl. ordinaria habet ita. Oẽs.n. peccauerũt vel in seipsis vel in Adã, quia sine pctõ non sunt, vel qd original'r attraxerunt, vel qd malis moribus addiderunt &c.

Glo.
Augu.
August.
Glo.

¶ Auctoritates ex Augu. inductę, solum christũ ab actuali culpa excipientes, non militant. Cap. 10.

ED iam reliquũ est ostendere ꝙ etiã auctoritates inductę ex Augustino quę vñr: neminem excipere a pctõ actuali nisi xp̃m non militare. Prima est illa in de fide ad Petrũ. & ponitur in.ca. firmissime tene & nullatenus dubites exceptis illis qui pro christi noĩe sanguine suo baptizantur nullũ hominẽ acceptuꝝ vitã ęternã qui nõ hic a malis suis fuerit p pniãm fideq; cõuersus: & per sacrm̃ fidei & pnię. i. per baptismũ liberatus. Scda est illa ibidẽ in ca.38. Firmissime tene & nullatenus dubites & iustos atq; sctõs hoĩes exceptis is qui baptizati paruuli sunt, sine pctõ hic neminẽ viuere posse. &c. Ad idem allegatę sunt eiusdem snię alię auctoritates Aug. de baptismo paruuloꝝ, & de perfectione iustitiae. Ex quibus dr̃ exaduerso, Ecce ex his apparet ꝙ de necessitate fidei sit credere nullũ adultũ hoiem pręter xp̃m hic vixisse sine pctõ, imo nec potuisse absq; pctõ viuere. Et si vl'iter absq; oi exceptione veniuut dcã illa Aug. intelligẽda sequitur ꝙ credere ꝙ bea. vir. nullum cõmisit actuale pctm̃, manifeste dr̃ militare cõtra veritatẽ fidei. Cuius cõtrariũ cũ teneat vl'is ecclesia nihil absurdius dici posset. Quare non videtur ꝙ sit de necessitate fidei ꝙ dicta Aug. in.1.lib. de fide ad Petrũ debeant intelligi nisi de lege cõmuni, vera esse. Et ita similiter dicendum vr̃ in materia de conceptione

August.

omnium hominū in peccato originali ꝙ loquatur de cōi lege a qua excepta intelligatur bea. vir. rōne priuilegii singularis grāe. ℂ Ad ista dicendū est prīo (sicut in superioribus et dictum est) ꝙ periculosum est par iudicium inferre de oībus propositionibus vl'iter expressis siue in sacra scriptura siue in dictis sanctorū doctoꝝ: sicut exemplariter posset faciliter ostendi in multis: & maxime in illis capitulis Augu. in de fide ad Petrum: quę ita fidei Catholicę congrue re- dicit, vt siquis non solum omnibus sed singulis contraire voluerit, in eo ꝙ singulis eoꝝ cōtumaciter repugnat eisqꝫ contraria docere non dubitat, hæreticus & fidei inimicus atqꝫ ab omnibus catholicis anathematizādus appareat.

August. Dicitur ergo ꝙ allegata exaduerso non militant in aliquo. Quoniam ipse August. qui pręfatas regulas & capitula posuit, excipit expresse beatissimam virginem ab illis quæ de peccato actuali loquuntur. Vnde de peccatis actualibus loquens, libro de natura & gratia, semel pro semper dicit, excepta sancta Maria virgine, de qua propter honorem domini nullam prorsus cum de peccatis agitur habere volo quæstionem. Inde enim scimus ꝙ ei plus gratiæ fuit collatum ad vincendum ex omni parte peccatū q a cōcipere & parere meruit illum quē constat nullum habuisse peccatum. Ex quibus manifeste colligitur ꝙ non tangant beatam virginem capitula illa Augustini vbi de actuali peccato locutio fit, cum intentio loquentis fuerit illam exceptam habere. Vnde Alexander de

Alex. de Ales. ales in secundo libro summæ suæ, quęrens vtrum quis posset esse in hac vita sine veniali peccato, dicit ꝙ si fiat sermo de tota vita hominis: tunc ꝙ aliquis sit sine veniali est de excellenti gratia & singulari sicut videtur beatus Augusti-

August. nus dicere de beata virgine. Hæc ille. ℂ De capitulis vero eiusdem libri vbi de originali peccato non in vno tantum loquitur, sicut dicitur exaduerso: sed in pluribus (sicut in pricipio libri & in capitulis multis sequētibus ostēsum est) non videtur sicut dicendum, cum ab illis non legatur excepta ab ipso Augustino sed magis inclusa, sicut patuit ex superius allegatis auctoritatibus eiusdem Augustini vbi conformiter ad alios sanctos doctores solum christum excipit ab originali peccato, virginem vero benedictam carnem asserens fuisse peccati, & ex propagine peccati conceptam: & propter peccatum Adæ mortuam &

August. similia. Verum vt aliquod testimonium huius ex propinquo in medium proferamus, quid Augustinus in eodem libro de fide ad Petrum quasi in pricipio libri dicat, audiamus. Dei filius (inquit) vnigenitus qui est in sinu patris, vt carnem hominis animamqꝫ mundaret, susceptione carnis atqꝫ animæ rationalis, incarnatus est: & qui est verus deus, homo verus factus est, non vt alter deus esset: alter homo, sed idem deus idem homo. Vt enim peccatum quod in concubitu mortalis carnis generatio humana contraxit aufferret, conceptus est nouo more deus: incarnatus est in matre virgine sine coitu viri, sine libidine concipientis virginis, vt per deum hominem quem absqꝫ libidine conceptum immaculatus ędidit virginis vterus, ablueretur peccatum, quod nascentes trahunt omnes homines, quibus in corpore mortis huius talis est nascendi conditio, vt matres eorum fœcunditatis opus implere non possint, nisi prius virginitatem carnis amiserint. Solus ergo abstulit peccatum conceptionis atqꝫ natiuitatis humanę dei vnigenitus, qui dum conciperetur veritatem carnis accepit ex virgine, & cum nasceretur integritatem virginitatis seruauit in matre. Hæc ille. Ex quibus vniuersi recte intelligentes colligere possunt ꝙ beatissimus Augustinus ab illa lege vniuersali de contractione originalis peccati neminem ab Adam seminaliter propagatum excipere intendit. Tum primo

cum solum christum ab illo generali peccato immunem esse dicat. Tum secundo quia dicit ꝙ vt illud peccatum originale auferret, nouum morem conceptionis elegit. Quæ duo non videntur posse veritatem habere si conceptio virginis quæ consueto more per concubitum viri & mulieris fuit celebrata, munda ab originali peccato, christi conceptionem præcessisse dicatur. Et ita patet ex intentione ipsius beatissimi Augustini ꝙ auctoritates adductę exaduerso ex libris suis, non militant pro intentione allegantis. ℂ Secundo respondetur iuxta illa quæ dicit Bonauentura in tertio distinct. 3. ad auctoritatem illam Augustini de perfectione iustitię, ita dicentis. Esse sine peccato in hac vita de solo vnigenito dictum est. Sed dupliciter loqui possumus de hac vita. Vno modo secũdum omne tempus & statum, alio modo post vsum liberi arbitrii. Si secundum omne tempus, hoc conuenit soli filio dei, quia ipse solus caruit originali peccato. Si vero loquimur non secundũ omne tempus sed post vsum liberi arbitrii, sic conuenit virgini gloriosę de gratia speciali per quam immunis fuit non solum a mortali sed etiam a veniali. Ad idem est Albertus magnus lib. & distinctione eisdem dicens ad eandẽ auctoritatẽ Augu. ꝙ in carne viuere sine peccato contracto & facto, solius sit filii dei. Et eiusdem sniæ est et sanctus Thomas in loco supranominato respondendo ad eãdem auctoritatẽ. Quibus oĩbus habitis hoc clarissime colligi põt, ꝙ nec sacra scriptura nec dicta sanctorum ita repugnant imunitati peccati actualis in bea. virgi. sicut repugnare videtur imunitati peccati originalis. Quare rõnes fundatę exaduerso in suppositione contraria, nullius roboris esse demonstrantur. Bonau. Alber. magnus S. Tho.

ℂ Tertia ratio ex eodem fundamento exaduerso producta soluitur. Cap. 21.

CONSEQVENTER tertio loco principalr arguitur exaduerso in robur quarti documenti ex dispõne veteris tabernaculi, quę figura vĩ fuisse bea. virg. Et arguitur sic in forma. Vt colligitur ex multis locis sacræ scripturæ. s. Exod. 25. & 37. & Leui. 24. talis differẽtia reperitur inter vasa tabernaculi, vt ea quæ spectabant ad vsum sacrificii vel orationis intra tabernaculũ interius constituta, vtputa propitiatoriũ cũ vniuersis calamis, sperulis, emũctoriis, phialis, thuribulis, ac ciathis, nõ de qualis materia, sed de preciosissima omni metallorũ. s. auro & hoc purissimo mandata sint fieri. Si ergo ista quia immediatius, & propinquius spectabant ad templum siue cultum dei mandatum est de auro purissimo fieri, & tanta preciositate materiæ: multo magis videtur ꝙ virgo Maria quæ templũ est & sacrariũ spiritus sancti multo verius fuerit ac propinquius q̃ materiale anti quum, & q̃ illa mysteria templi in multis figurabant nunquã fuerit facta ex carne foetida & abominabilis peccati labe respersa: & loquitur (inquit) pro tempore quo verum fuit eam dicere conceptã, & iam hominem esse, sed quod semper innocentia resplenduerit & puritate. ℂ Ad istam rationem respondetur ꝙ multiplici causa non procedit. Tum primo quia procedit ex allegoricis siue mysticis expositionibus ex quibus argumentum non capitur efficax, vt supra plus fuit plene declaratum. Tum secundo quia iuxta Glo. sancti Isidori & Be- Glo. dę ipsa templi vasa & ornamenta principalia quæ de auro purissimo mandabantur fieri, ipsum xp̃m tanq̃ figuratum principale per ea respicere videntur, Glo. & non beatam virginem. Vnde Glo. dicit. Leui. 25. per arcam corpus christi Beda. Isidor.

Isidorus designa' ex mebris purissimis, quis in similitudine carnis pcti. De propitiatorio dicit Isido.sic. Propitiatoriu xps est, qui inter deu & hoies medius propitiator iteruenit. Vñ Ro.3. que posuit deus propitiatore per fide in sanguine ipsius.

Cadela. De cadelabro vero dicit Beda. Candelabru de auro purissimo xpm significat, in quo natura humanitatis fulsit lumine deitatis vt mudi candelabru fieret, cuius lumine pctoꝝ tenebras suas mudus agnosceret. Ex auro mudissimo, quia natura sine culpa suscepit. Hęc ille. Et ita patet ꝙ de b.v. ro no habet plene locu. Tu tertio quia si ro procederet tuc oes fideles electi fuissent in coceptioe sua a labe ori.pec. mundi. Patet ꝯña: quia Gl. dicit. Per vniuersa ductilia quæ de au-

Glo. ro purissimo mundata sunt, intelligi mebra xpi. Vñ gl. super illud pondus ca-

Glo. delabri cu vniuersis vasis suis, habebit talentu auri purissimi dicit sic. Hoc est oe corpus xpi cu ipso.i.oes electi a summo vsqꝫ ad infimu. Tu quarto quia si ro procederet sequeretur cotra veritate fidei ꝙ coceptio bea.virgi. non fuisset de

Iniqua verba exaduerso. propagine peccati, siue de materia illa humana vli coi ceteroꝝ hoium: ex qua dicit proponens exaduerso ꝙ redditur aia abominabilior ipsi deo & angelis ꝗ teplum horrendis stercoribus plenu. Tu quinto ro prædicta no e euidens vt apparet exaduerso. Qm dato ꝙ bea.vir. fuerit ſm aliquid figurata per vasa & ornameta templi & singulariori mo ꝗ cæteri electi qui (no obstate ꝙ fuerint & sint verius teplum dei ꝗ materiale tabernaculu ſcdm illud. 2. Cor. 6. Templum sanctu dei qd est vos) fuerut orig. peccati abhominabili labe respersi, no sequitur ꝙ ista deauratio quę spualis gratię est, inceperit in bea.virg. ante animationem aut pro tempore coceptionis naturaꝝ. No quidem ante aiatione:

Tum quia auru diuinę grę a deo per aiam descedere itelligitur in corpus. Vt

Albert. Magnus n. Ait Alber.in.3.di.3.in solutione vnius similis articu. Ordo est in partibus hominis ad deum: ita ꝙ corpus est sub aia & aia sub deo. Quare effectus gratię

Diony. per aiam debet transire in corpus, iuxta illud Dionysii ꝙ lex diuinitatis est per prima media: & per media postrema adducere. ¶ Cęteꝝ prędicta deauratura no est intelligeda coueniffe bea.virgini pro tpe animationis de quo post istam


Bernar. ronem Bernardi qua dat in Epla ad Lugduneñ. Canonicos.s. propter peccatu qd inerat, sunt duę rones coes doctoꝝ superius repetitę. Quaꝝ pria est, quia habere deaurata coceptioem solius est illius humanitatis xpi quæ ab ipso instati suę formatiois tabernaculu fuit diuinitatis cuiusmodi no fuit bea.vir. Scda est quia si bea.vir deaurata & pura habuisset conceptionem: cum natiuitatem & vita sancta habuerit, nihil in eius aia purgandu aut mundandu ꝯsyderandu occurreret, rone cuius in numero dealbatoꝝ & redeptoꝝ xpi sanguine coputanda veniret. Qd in magna derogatione dignitatis tam xpi ꝗ ipsius virginis cedere videretur. Ex quibus patet prio ꝙ licet veꝝ sit ꝙ bea.virg. verius fuerit templum dei & sacrariu spus sancti ꝗ vnqua fuit templum illud materiale: & multo insuper specialiori modo ꝗ cæteri sancti, nihilominus tñ non sequitur ꝙ pro tempore conceptionis suæ fuerit deaurata auro sanctificatis gfæ. Hoc.n.(vt dictu fuit) solius xpi fuit priuilegium. Ex ipsa tñ singulari ꝓrogatiua qua bea. vir. (sub xpo tñ) cæteris sanctis supereminet, bñ sequitur ꝙ ipsa copiosiori munere gfæ & citius cęteris oibus sanctis fuerit pręuenta bñdictioe sctitatis. Et per ista patet rñsio ad argm quorūda dicetiu ꝙ spale habitaculu dei spali modo debebat ꝑparari. Hoc.n.veꝝ est, & ita factum est. Sed non per præseruatione ab originali peccato: Sed per celeriorem præuentione bñdictionis & copiosius munus sanctificatiois. ¶ Qd vero dr ꝯnter exaduerso ꝙ præfatam consyderationem habet Glo. super illo verbo Canti. primo. Murenulas aureas faciemus

tibi,

tibi vermiculatas argento: Exponendo.n.de b.v.dicit Gl.vt dr exaduerso. Murenulę sunt perplexa scripturarum dogmata: aurum, spūs intelligentię: argentū, nitor eloquii & grata eloquētia. Vel per murenulas intellectum perplexum & profundum scripturarum intelligas, per aurum vero virtutū suarum eminentiā & dignitatem accipias: quia nō solum hęc virgo prudens prę cęteris sanctis, diuina profundius intellexit: verum et lōge super oēs in virtutibus clarius effulsit. Sicut.n.aurum inter alia metalla pręcellit in conditionibus naturalibus: sic virgo beata antecellit oēs sanctos in.12.virtutū prerogatiuis spūalibus ad similitudinē excellentię auri super alia oia metalla. Primo pręcellit aurum in puritate similiter & Maria in puritate.s.animę & corporis. Vñ propitiatoriū & candelabrū & cętera vasa tabernaculi quę designāt Mariā, de auro mundissimo iubentur fieri. Scdo. In qualitate &c. Hęc in prędicta Gl. dicit dñs propo nens exaduerso. ¶ Ad istam gl.dīr duo. Primū est ꝙ (salua pace proponētis) nulla talis Glo.est in loco nominato canticorum. si de Gl. ordinaria biblię loquamur iuxta cōem loquendi sermonē de ea.s.authetica, quę cōiter in marginibus. Aut loquimur de expōne aliorum doctorum qui post Gl. illam ordinariā aliquid exponēdo addiderunt; quę nō gl.sed postilla aut expō noiantur quæ multo minoris auctoritatis sunt. Glo.aut ordinaria sup illud verbū. murenulas aureas faciemus tibi. habet sic. In murenulis scriptura scā quę auro spūalium sensuum fulget interius, & argento cœlestis eloquii splendet exterius. Et nō habet plus de is quę adducta sunt in mediū exaduerso. Scdo dr ꝙ dato ꝙ totum illud qd exaduerso inductū est, fuisset in glo.aut de alicuius doctoris authētici expōne sumptū, nō sequitur pp hoc ꝙ conceptio bea.vir.fuerit sancta. Cū hoc n.ꝙ bea.vir.vniuersos alios a christo pręcesserit puritate mentis & corporis, stat ꝙ eius conceptio sancta nō fuerit: vt cunctis recte intelligētibus notissimū est. Ex quibus oībus manifeste colligitur iuxta snias eorum doctorum quorū relator sum, primo ꝙ nec ex sacra scriptura, nec dictis scōrū, nec ratione euidenti pōt haberi nec probari ꝙ alius a christo saluatore dño nro nec etiā ipsa bea. virgo habuerit conceptionē sanctā siue imunem ab ori.pec. Scdo patet ꝙ rōnes exaduerso sumptę siue ex cōparatione ori.pec.ad actuale peccatū, siue ex dignitate maternitatis, nullo modo procedūt: qm aut peccāt in materia, aut peccāt in forma. Et per cōsequens patet.4.documentū scholasticū exaduerso in quo dicebatur ꝙ beata dei genitrix Maria a deo de facto pręseruata fuerit ab originali peccato, viribus non subsistere.

¶ Explicit pars vndecima. ¶ Incipit duodecima pars.

¶ In quo ponitur solutio rōnum & auctoritatū quibus exaduerso arguitur ꝙ b.v.per pręuenientē sctificatiōis grām in cōceptiōe sua pseruata fuerit ab originali pecca. Sed prio proponitur in quo cōueniant, & in quo differant hę duę doctrinę. Cap. I.



SATISFACTO rōnibus & auctoritatibus quibus exaduerso arguebatur in cōmuni, nō distinguendo de modo pręseruationis, ꝙ virgo beatissima pręseruata fuerit ab originali peccato: Iam rndendum venit ad rationes & auctoritates quibus exaduerso arguitur, ꝙ pręseruata fuerit modo speciali quē vocant per gratiam dispensationis priuilegii aut sanctificationis, factam sibi in conceptione sua. Vbi consyderāo

ctum est, ꝙ in huius rei processu, tria exaduerso in quarta allegatione facta esse reperio. Ad quæ pro debito officii mei per ordinem me aliquid conuenit dicere, quantum pro eorũ fideli propaganda relatione doctoꝝ, quorũ relator sum, necessarium visum fuerit & opportunum. Primo quidem ponuntur, ea in quibus couenire & differre dñr hæ duę doctrinę. scdo quatuor modi prę seruationis tertio prosequendo quartum modũ ponuntur rões & auctoritates in fauorem eius. Circa primũ dr exaduerso hę duę doctrinę, prio ꝯueniunt in possibilitate, nam vtraqꝫ doctrina asserit ꝙ bea. vir potuit sanctificari in vtero ne contraheret orig. pec. Hoc autem qđ exaduerso dicitur verum est, loquẽdo de possibilitate simplr & absolute dicta: siue de possibilitate quę respicit potentiá diuinam absolutam. Loquendo aũt de possibilitate suppositionis aut potẽtia ordinata, nõ conueniunt hę duę doctrinę, sed plurimũ differũt, sicut in superioribus plene ostẽsum est. Scdm in quo dr ꝙ couenjunt ambę doctrinę est ꝙ virgo Maria non de spiritu sancto quõ filius suus, sed concepta est de semine libidinoso modo cõmuni quo oẽs filii Adę. Hoc autẽ qđ exaduerso dr, verum est. licet ista conuenientia in sola voce videatur esse, quoniam (vt videtur nõnullis) dicẽtes conceptioné beatę virginis sanctam fuisse, necesse habẽt asserere eam de spiritu sancto esse, eo attento ꝙ conceptio virginis aliquid habuit supra naturam propter fœcunditatem sterilitatis maternę. Pro quo notandũ ꝙ (vt dicit Bo-

Bonau. nauentura in. 3. di. 3. arti. prio quęrens vtrũ ante animationẽ, caro virginis sanctificata fuerit) spiritus sanctus aliquando operatur, vt spiritus aliquando vt sanctus. Tunc quidem operatur, vt spũs, qñ opus fecit supra naturá. Tunc autẽ vt spũs sanctus operatur, cũ nõ facit solum opus supra naturam sed ẽt sanctificat illud supra quod operatur. In cõceptione aũt solius filii dei qui est sanctus sanctoꝝ nõ solũ operatus est vt spũs, sed vt spũs sanctus. In conceptione vero qua bea. vir. concepta est, operatus est vt spũs. Ideo sola virgo dicitur ꝯcepisse de spũ sancto. Propterea nullius conceptionis solẽnitatẽ celebrat ecclesia nisi solius filii dei in annũciatione virginis Marię. Hæc Bonauentura. Ex quo notabili manifestum habetur, ꝙ si realiter ꝯueniunt ambę doctrinę in hoc ꝙ virgo Maria nõ sit de spũ scto quõ filius eius: ad qđ pietas xpianę fidei nos astringere vr, ꝙ necesse erit ꝙ in hoc etiam conueniat, ꝙ solius xpi conceptio sancta fuerit. Pręterea tertiũ in quo dicũtur ambę doctrinę couenire est ꝙ bea. virgo quia mater dei est, sicut loco, ita excellentię dignitate, & numerosa pfectiõe virtutũ, supra oẽs puras creaturas pręsidet. Et dicit proponẽs ꝙ nõ sit hic comparatio ad excellẽtias seu pręrogatiuas aut dignitates respectiuas. Nam de huiusmodi respectibus constat multos reperiri in aliquibus sanctis quę nõ repeńuntur in virgine. Quẽadmodũ si aliquis exẽplificaret ꝙ nõ habebit illũ respectũ accidẽtalis glię quem Thobias habet: quia vacauit plurimum ad sepulturas mortuoꝝ: ita de exercitio in eleemosynaꝝ largitione, vel aliis operibus misericordię. Nam hoc modo (inquit) diceretur ꝙ aliqua excellentia siue pręrogatiua dignitatis xpo deficeret. Sufficit ergo dicere ꝙ oẽm gradum & excellentiá cœlestis glorię quã ii sancti pro merito operum habuerũt, ipsa possidet copiosius. Nam in cõparatione respectuũ hmõi, nõ attenditur maior excellẽtia glorię. Constat. n. ꝙ patri in diuinis competit gñare & non filio, & tñ in hoc non vr esse maior: qm̃ in omni eo qđ veram dicit excellentiá gloriæ sunt ęquales.

Hiero. Istud dictum vr constare ex supradictis auctoritatibus Hiero. Ansel. & Bernar.
Ansel. qui vniformiter attestantur oẽm plenitudinem grẽ quæ in christo est præter
Bernar. vnionis grãm fuisse in Maria. Hæc dñs proponens. In quibus hoc consyderã-

dum est ꝙ doctrina exaduerso posita, ꝙ bea. vir. excellentię dignitate, & perfectione virtutum, omnem creaturam nō vnitam diuinitati præcellat, cōcordat cum doctrina quã sequimur. In aliis tñ tribus sequentibus propōnibus positis exaduerso plurimū discordat, & fortasse sicut cœlū a terra. Prio quidē in hoc qđ dr ꝙ aliquę excellētię, & prærogatiuæ glorię accidētalis aut dignitatis respectiue, vtpote rñdentes opibus misericordię, repiūtur in sanctis quę nō reperiūtur in bea. virg. Quę doctrina satis mirabilis visa est de beata virgine matre gratię regina misericordiæ. Quæ cū sit suprema in Ierarchia ecclesiastica possidere dicenda videtur oēs excellētias & prærogatiuas gloriæ, tā essentialis ꝙ accidentalis vniuersaliter oīum inferiorum illius Ierarchię. Coium sanctorum hoīum. Quare doctores & maxīe Albertus magnus de laudibus eius, dñt eam, aureolam nedū virginū, sed ēt doctoꝝ & martyrum possidere: vt nihil sit etiam accidētalis gloriæ in aliquo sancto ꝙ in virgine copiosius non fuerit. Vnde de bea. virg. pro eo qđ plenissime oīum sanctoꝝ gaudia & fœlicitatē ac cumulatius oibus possidet, cantat ecclesia illud Eccle. 24. In plenitudine sanctoꝝ detentio mea. Scda propositio exaduerso visa est mirabilior & oino incredibilis, ꝙ loquēdo de hmōi excellentiis & ꝓgatiuis respectiuis accidentalis gloriæ ꝙ aliqua excellētia & ꝓgatiua eēt in aliquo scō quæ xp̃o deficeret. Plane nō vr mihi secure hoc concedendū esse, ꝙ ipsi christo qui est beatitudo & merces sanctoꝝ & a quo emanat quicquid fœlicitatis & excellentiæ tam essentialis ꝙ accidētalis gloriæ est in sanctis, aliqua prærogatiua & excellētia dignitatis gl̃iæ quātūcūꝗ accidētalis aut respectiue, defecerit. Tertia propō quã sufferre nō pōt doctrina quã refero, est ꝙ in omni eo qđ verā dicit excellētiā gloriæ. xp̃s & virgo Maria sint ęquales. Quā propōnē esse cōtra sacrā scripturam & contra oēm rōnem, & non esse de mente eoꝝ doctoꝝ quos inducit proponens superius demonstraui. Sup quibus propositionibus longius, nō diffundo sermonem. Sufficit. n. mihi super illis dominationes vestras auisatas reddere & earum iudicio relinquere ponderandas. Quartum aūt in quo conuenire dicuntur ambę doctrinę (vt exaduerso refertur) est ꝙ beata virgo creditur sanctificata esse in vtero matris suæ ꝙ primū potuit sanctificationis gratia illi inesse. Hoc autem (salua pace dicentis) non est ita. Doctores quidem principales quorū relator sum, non dicunt ita simpliciter & absolute ꝙ sanctificata fuerit beata virgo ꝙ primū potuit sanctificationis gr̃a illi inesse: Sed dicūt ꝙ sanctificata fuit ꝙ primū decenter potuit sanctificari. Licet enim potuerit de potentia absoluta sanctificari in primo conceptionis suæ instanti. Hoc tamen (vt dicunt) non decenter potuit fieri sine præiudicio sacræ scripturæ & dignitatis xp̃i, sicut sępenumero in superioribus habitum est. Et hoc de primo puncto.

Alber. magnus

Error exaduerso.

Error exaduerso.

¶ Quatuor modi præseruationis exaduerso producti examinantur. Cap. 2.

MPLIVS secundo loco pro declaratione (vt dicitur exaduerso) qualiter beata virgo præseruata ab originali peccato intelligenda sit, ponūtur quatuor modi pręseruationis quibus pręseruata intelligi pōt. Primus est per insectionis purgationem, intelligendo ꝙ semina parentum, ex quibus formatum est illud corpus virgineū, fuerint purificata ante infusionem aīæ rationalis nō immundę sed mundę carni vt non contraheret originale peccatum. Et ꝙ isto modo fuerit factum in

S.Bonauetura. beata virgine,vt dicere Bonauentura in.2.distin.31.q.4.vbi ita dicit. Si anima vniretur carni omnino a fomite purificatę vt in bea.vir.fuit,non vr ꝙ talis anima peccatum originale contraheret:licet esset corpus mortale & passibile. Hæc dñs proponens. Hic autem modus,licet deo cui nõ est impossibile omne verbum Luc.1.possibilis fuerit,non tamẽ de facto in conceptione vir.bea. interuenit sicut tam ex dictis sanctoꝝ q̃ pricipaliũ doctoꝝ scholę theo. supius

Alber. Magnus positis manifeste colligitur.Vñ Albertus magnus in.3.distin.3.vbi quęrit vtrum caro bea.virg.sanctificata fuerit ante animationẽ:dicit ꝙ hoc asserere,

Bernar. est hęresis cõdẽnata a beato Bernardo in epistola ad Lugdunẽ.Canonicos. Cæterum nec vnquã doctor ille seraphicus & deuotissimus Bonauentura sentire visus est qđ sibi imponitur exaduerso. Non.n.dicit ꝙ in cõceptione bea. vir.ita contigerit ꝙ anima eius carni purificatę vnita fuerit,sed dicit ꝙ si anima vniretur carni omnino a fomite purificatę.vt in bea.virg.fuit.s.purificata pro tempore intelligendo sanctificationis eius.tunc originale non contrahe-

Bonau. ret.Et ꝙ iste sit intellectus doctoris patet ex verbis eius.Quęrens.n. ipse in.3. di.3.articu.1.vtrum caro virginis sanctificata fuerit ante aĩationẽ,respondit dicens ꝙ caro bea.vir.ante animationẽ non fuit sanctificata,nõ quia deus nõ potuerit carnem virginis purificare,anteq̃ animare,sed quia sanctificatio habet esse per aliquod donum gratuitum,qđ quidem nõ habet esse in carne sed in anima.Hęc ille.Ex quibus manifeste habetur,ꝙ intentio Bonauẽturę,nõ fuit dicere virginis carnẽ purificatam esse ante animationẽ. Et ita patet ꝙ primus modus p̄seruationis assignatus exaduerso ñ habet hic locum.Secũdus modus pręseruationis positus exaduerso quo pręseruatio bea.virg.intelligi potest,est per causalitatis ablationem siue suspẽsionẽ,ita ꝙ deus auferret ab illo semine aut suspenderet illam quę in eo dicit vim causatiuã peccati:quia libidinose cõceptum fuit.Eius exemplũ ponitur in pręseruatione bea.Io.euangelistæ a venenata potatione,& in præseruatione trium puerorum ab igne in fornace Babilonię.Sed hic modus præseruationis(salua tamẽ pace proponẽtis) non est

Ambro. proposito nostro applicabilis,nec exempla data.Q\̃m licet dicatur iuxta Am

August. brosium & August.vt deducit Magister sentẽ.in.2.dist.31.ꝙ anima ex con-

Magist. sortio ad carnem contrahat originale pec.hoc tñ non vr fieri actione carnis

Sñiarũ. in spũm,ita ꝙ caro agat in animam,sicut venenata potatio,aut ignis materialis agit in corpus:cũ corpus in spũm non agat.Vnde Alexand.de ales in.2.

August. sic dicit.Aĩa ex coniunctione sui ad corpus contrahit orig.pec.nõ quia caro agat in animam per se loquendo,sed quia anima cõiungitur carni corruptæ. Hæc ille.Et ita manifestum hr ꝙ nõ est proposito nostro applicabilis modus ille pręseruationis quo exaduerso bea.vir.asseritur posse intelligi pręseruata, videlicet per ablationem aut suspẽsionẽ alicuius causalitatis siue actionis quã caro in animam faceret si suę virtuti relicta fuisset.Exempla etiam posita intẽtioni nõ deseruiunt allegantis,cum caro in animam nõ habeat illam vim causalitatis inducendi orig.pec.quemadmodũ ignis aut potatio venenata vim habent corporis dissolutionem inferendi.Tertius vero pręseruatiõis modus assignatus exaduerso quo bea.vir.dr posse intelligi pręseruata,est per specialẽ priuilegii concessionem concedente deo Annę & Ioachim parentibus eius priuilegium gratię singularis sanctificando ipsos non solum quantũ ad esse personę:sed quãtũ vim naturę vt possent gñare absq; libidine& cõsequẽter sine pctõ originali.Hic autẽ tertius modus(licet deo cui nihil est difficile vel impossibile quantum ad vtrãq; sui partem,possibilis absolute fuerit) nihilominus tamẽ

ꝙ in

ꝙ in conceptione beatę virginis non interuenerit, facile est ostendere. In primis quidem qa nullum tale priuilegium de generando prolē sine peccato originali concessum fuisse beatę Annæ, sed ꝙ soli be. virg. reseruata fuerit hęc prerogatiua, aperte colligitur ex eo qd dicunt doctores ecclesię authentici super illud Luc. 1. Benedictus fructus ventris tui. Super quo verbo dicit Theophilus & ponitur in Gl. continua. Quia vero alię mulieres sanctę fuerunt, quę tamen genuerunt filios peccato inquinatos, subiungit. Bn̄dictus fructus ventris tui. Et Gręcus, & ponitur in eadem Glo. dicit. Solus hic fructus benedictus: quia absq; viro & absq; peccato. Ecce manifestum testimoniū ex textu euangelico sumptum, iuxta tantoꝝ doctoꝝ intelligentiam, ꝙ sola virgo Maria inter omnes mulieres hac prærogatiua donata est ꝙ filium genuit sine peccato. Cæterum ꝙ parentes beatæ virginis nō fuerunt ita plene sanctificati, ꝙ in eis curata fuerit vis naturæ, manifeste ex hoc apparere videtur, ꝙ beata Anna alias proles habuit. i. alias duas Marias nominatas cum eam tres maritos habuisse legimus: quas tamē proles nullus dubitat in originali peccato fuisse cōceptas. Qd videtur non debuisse contingere si ita plene sanctificata fuisset in prima prole, sicut dr̄. Equidem non apparet cōueniens vt vterus qui prolem sanctam & sine peccato semel concepit, ad alias proles imundas & ꝑeccato obnoxias concipiēdū accōmodetur. Qd. n. deo dedicatum est, ad humanos vsus amplius redire nō debet. vt in. c. nulli licet. 12. q. Immo vr̄ satis aperte demonstrari ꝙ cū beata Anna prolem secundā in peccato conceperit, ꝙ ipsa cōcipiendo primā prolem vim naturę curatā siue sanctificatam nō habuerit.

Theo. Glo. Gręcus.

¶ Quartus modus præseruationis applicatus proposito exaduerso, reprobatur per singulas rationes. Cap. 3.

QVARTVS modus pręseruatiōis quo exaduerso ponitur beatissima virgo posse intelligi pręseruata, est per gratiam dispensationis priuilegii aut sanctificationis, factam non parentibus, sed proli: ita ꝙ beatæ virgini pro primo instanti suę conceptionis fuit a deo gratiose concessum vt non teneretur ad legem siue effectum legis de contractione orig. peccati. Hunc autē quartū pręseruationis modū per gr̄am pręuenientem diffuse ipse proponens prosequitur, ostendendo multipliciter, eū & possibilem fuisse & interuenisse de facto in bea. virg. Verum quia de possibilitate simpliciter & absoluta illius modi pręseruationis nedum in bea. vir. sed etiam in quocūq; alio nullus qui deum oīpotentē nouit, dubitat, ideo illa prolixitate dimissa de possibilitate (q̄q̄ ibi multa ponantur quę merito consyderāda occurrerent) venitur ad rn̄dendum rōnibus & auctoritatibus quibus proponens visus est ostēdere, ꝙ de facto bea. vir. illo modo pręseruata fuerit: quia sup de facto currit qō nostra; nō sup possibili absolute. ¶ Rōnes aūt exaduerso factę quatuor sunt. Prima sumitur ex parte puritatis. Sic equidem (inquit proponens) cæteris paribus maiori puritate splendet ꝙ nunq̄ fuit subiectum imunditię, sicut maiori sapientia, in qua nunq̄ fuit nescientia. Ad istam rationem respondetur ꝙ hęc suppositio est falsa vliter loquendo. Et vr̄ esse contra illud Psal. Asperges me domine iso. & mun. laua. me, & super ni. deal. Et cōtra illud Prouer. 25. Aufer rubiginem de argento & egredietur vas purissimum. Cum. n. ęqualitas iuxta Aristo. sit rerum differentium eadem quantitas. Vbi

cum ꝗ concurrit inter aliquos eadem quantitas siue molis siue virtutis necesse est dicere illos tales fore ęquales qualitercunq; ante fuerint differentes. Et quidem vnum aurum dicitur æque purum sicut aliud vbi est æqualis in permixtio actualis siue separatio a fecibus, etiam dato ꝙ vnum illorum ante fuerit fecibus permixtum, aliud vero nequaquã Præterea. Vnus dicitur æquæ sapiens sicut alius homo si ęquale donum habuerint sapientiæ, dato ꝙ vnus illorum susceperit illud in creatione sua, & alius non. Indiffrẽs ergo est ad hoc ꝙ quis dicatur, purus, mundus, & sapiens ęque sicut alius, aliquãdo fuisse vel nõ fuisse sub opposita cõditione. Vnde nisi ita diceretur oporteret asserere ꝙ nullus homo cum ęquali dono sapietię aut puritatis aut gratiæ possit dici ęqualiter purus aut sapiens, aut gratus, sicut angelus qui in sapientia & gratia ac purus creatus fuit, quod non est de hominibus, sed sub oppositis conditionibus. Et pariter facile est arguere de hoibus inter se iuxta disparitatem ne scientię & immunditię pręcedentium in eis. Q d non vr fore concedendum (sicut in superioribus in solutione similis argumenti plenius deductum fuit) qua ratione ita nunc perfunctorie transeo. Secunda ratio fuit ꝙ cum beata virgo fuerit singularis magnificentię super oẽs puras creaturas mundi, decuit eam singularis modus sanctificationis potiusq̃ ille vsitatissimus, quo passim per omnes dies, horas & momenta tam paruuli q̃ flagitiosi priu. peccatores post inimicitias reconciliati, dicuntur a deo sanctificari per hoc ꝙ a peccato purificantur. Ad istam rationem dico tria. Primo ꝙ beata virgo sicut fuit singularis magnificentię super omnem puram creaturam nõ diuinitati vnitam, ita sanctificatio eius fuit singularior & excellentior sanctificationibus oium sanctificatoꝝ & magnitudine & celeritate ac firmitate sanctitatis sicut in superioribus visum est. Scdo dr ꝙ sanctificatio beatę virg. non fuit a peccato cõmisso a quo flagitiosi purificari dicũtur qñ sanctificantur, sed a peccato solo contracto, quia actuale nunq̃ habuit. Et ideo non est verum ꝙ eius sãctificatio fuerit similis sanctificationi flagitiosorũ hoĩum: sed fuit similis ei qua aliquos in originali cõceptos in vtero materno singulari priuilegio ac dono spũssanctus legitur sanctificasse. Tertio dr ꝙ sicut dignitas beatissimę virginis & omium sanctoꝝ est citra dignitatẽ sancti sanctoꝝ Iesu christi saluatoris oium, ita sanctificatio ipsius redemptoris fuit excellentioris & singularis prærogatiuæ q̃ sanctificatio beatæ virg. & quorũcũq; alioꝝ, quę singularitas in hoc attenditur (vt dicunt sancti) ꝙ ille solus sanctificatus est non a peccato, cęteri vero sanctificati, a peccato originali sanctificari & purificari dicuntur, sicut in superioribus visum est. Vnde beatus Bernardus in sermone assumptionis de sanctificatione beatę virginis loquens, dicit eã ab originali peccato priusq̃ nasceretur esse mundatã Et hoc (vt sępenumero visum est superius) necesse vr concedendũ esse si eam dealbatã & lotam xpi sanguine intra membra ecclesię cum residuo christiani populi fateri debeamus. De quo Apoc. 1. Dilexit nos & a peccatis nr̃is lauit nos in sanguine suo. ¶ Tertia ratio exaduerso est quia hic sanctificationis modus reperitur in sanctis & in amicis dei, qualis semper fuisse creditur in bea. virg. Et qd maius est, hic modus etiam competere dr benedictissimo filio suo qui dr in sacra scriptura sanctificatus, & tñ nunq̃ fuit prius sub peccato. Ad istam rõnem respondetur primo ad o añs. Cum. n. dr exaduerso ꝙ ille modus sanctificationis reperitur in sanctis & in amicis dei: aut per amicos & sanctos tam singulari sanctificatiõis modo sanctificatos vt nullo vnq̃ peccato fuerint obnoxii, intelligit homines, aut angelos. Si hoies (quod nõ credo ꝙ tales vnq̃ fuerint) rõnabile fuisset vt eos pro-

Bernar.

priis nominibus explicasset: vt sacra synodus de eorum sancta conceptiõe & prærogatiua sanctificationis informata, eorum dies cõceptiõis vniuersali populo xpiano instituisset colendos. Si vero angelos intelligat, tunc (saluo honore arguentis) consequentia nulla est. Quippe inconuenienter introducitur ad materiam conceptionis & peccati originalis exemplum sanctificationis angelorum, aut etiam primorum parentum: quia sicut nec ex peccati propagine cõcepti sunt, ita nec in eis respectu origina. peccati sanctitas põt designari fuisse. Ad id autem qd consequenter inducitur ꝙ talis modus sanctificationis cõpetere christo videtur qui licet nunquã fuerit primo sub peccato: sanctificatus tamen in sacra scriptura dicitur, pariter negatur consequentia. Talis enim modus sanctificationis, Christi cõceptioni proprius fuit & singularis, vt ait beatus Bernardus in epistola ad Lugdunen̄. Canonicos ita dicẽs. Si aliquibus vel paucis hominũ datum est cum sanctitate nasci: non tamen etiã concipi, vt vni seruaretur sancti prerogatiua cõceptus, qui omnes sanctificaret: solusq; absq; peccato veniens purgationem faceret peccatorum. Ecce sole clarius testimonium, tam sancti tanq̃ deuotissimi capellani beatę virginis, ꝙ solus christus ꝯceptus est sanctus quia solus venit omnium maculas purgaturus. Et ad idem est Glo. super illo. Quod.n. ex te nascentur sanctum, vocabitur filius dei. Luc. 1. Quæ est Gregorii in moralibus, quæ dicit ꝙ ad distinctionẽ naturæ sanctitatis Iesus singulariter sanctus nasci asseritur. ¶ Quarta ratio exaduerso est quia cũ oẽs q profitentur ꝙ beata virgo sanctificata fuit q̃primum sanctificationis gratia illi potuit inesse, constat ꝙ hoc modo intelligẽdo, sanctificatio prius eidem in fuisse potuit q̃ culpa originalis ipsam actualr̃ sua labe cõtaminasset. Ad hoc dicendũ est ꝙ (vt superius dictũ est) nõ est ita sicut p̄supponitur. s. ꝙ doctores ipsi quorum relator sum, dicant talia verba. Nullum.n. eorum legi dicentẽ ꝙ sanctificationis gratia infuerit beatę virgini q̃ primũ potuit inesse (loquẽdo sic simpliciter & absolute de posse). Dicunt autẽ bene ꝙ facta est q̃primũ potuit decẽter fieri. Bene tamen verum est ꝙ Magister Henricus de Gãdauo doctor Parisien̄. ponens beatam virg. in orig. peccato conceptam, pro fundando opinionem suam quæ fuit ꝙ solum per vnum instans in ori. peccato fuerit: & statim ab eo sanctificata & mundata fuerit, dicit sic quolibet. 15. artic. 13. Verisimile est ꝙ q̃ cito sanctificari potuit, sanctificata fuerit.

Berner.

Glo.

Gregor.

Henric. de Gan.

¶ Ad auctoritates ad idem exaduerso inductas respondetur. Cap. 4.

T ITA patet quid dicendũ sit ad rõnes quibus tẽtabatur probari ꝙ sanctificationẽ bea. vir. nullum pręcesserit orig. pec. Quarum rõnum ostensa inualitudine, reliquum est respondere ad auctoritates omnes iductas pro eadẽ parte per reuerendos Magr̃os exaduerso loquentes quas habere potui. Et r̄ndebitur eodẽ ordine ad eas, quẽ sancti eas iducẽtes tenuisse credũtur. Ad quarum aliquas, qa i superioribus variis in locis prout allegabantur exaduerso r̄nsum est, eis nũc breuissime r̄ndebitur. ¶ Prima auctoritas allegata hoc ordine, fuit beatissimi Apl̄i Andreę: q corã Egea iudice persuadens magnitudinẽ mysterii crucis, inter alias rõnes congruitatis hanc intulit dicens. Q d quia de immaculata terra factus fuerat præuaricator, congruũ fuit vt de immaculata virgine nasceretur reconciliator. Ad istã auctoritatem respondetur ꝙ non probat intentũ. Stat.n. bene simul ꝙ de ima-

culata virgine sit natus filius dei,& ꝙ virgo illa cōcepta fuerit in originali pec
cato. Tum quia (vt superius visum est ex auctoritate Augustini) concipi in ori.
peccato in nullo derogat integritati & puritati virginitatis. Tum scdo hoc pa
tet ex eo ꝙ tam in sacra scriptura q̄ in sanctoꝝ dictis multi dicuntur imaculati
quos tn̄ in originali peccato fuisse cōceptos nullus xp̄ianoꝝ dubitare habet.
Vnde psal. 36. dicit propheta. Nouit dn̄s dies immaculatorū. Item psal. Bea
Ambro. ti imaculati in via, qui ambulant in lege dn̄i. Beatus etiā Ambrosius de beata
Agnete loquens in sermone secundo eiusdem, ita ait. Immaculatus dn̄s imma
culatā sibi [illegible] in hoc fragilitatis corpore consecrauit. ¶ Secunda
auctoritas est beati Ambrosii in sermone de gabaonitis. Hæc est virga in qua
nec nodus originalis nec cortex venialis fuit. Ad istam superius rn̄sum est du
Ambro. pliciter. Primo videlicet ꝙ facta exacta diligentia talis liber nec sermo inueni
tur Ambro. nec apud Aug. nec nominatus inter libros eius. Nec apud Vincē
tium historialē ānumeratus reperitur. Secūdo dictum est ꝙ cū teste Aug beatus
Ambrosius repetitis vicibus (vt superiora demonstrauit) solum xp̄m in conce
ptione sua confiteatur imunem a peccato origi. extitisse, necesse est hoc dictum
(si Ambro. sit) nō pro tempore cōceptionis, sed sanctificationis quę secuta est
conceptionē intelligendū esse. ¶ Tertia auctoritas fuit eiusdem sup Lucā. Ma
luit dn̄s aliquos de suo ortu q̄ de matris pudore dubitare &c. Ad istā superius
etiā responsum est & ostensum nihil ad propositū facere. ¶ Quarta auctoritas
Hiero. est Hierony. in sermone assumptionis sacratissimę virginis. qui incipit. Cogi
tis me o Paula & Eustochium. vbi ita dicit. Nulli dubium quin totum ad lau
dem xp̄i & gloriā nominis eius pertineat, quicquid digne genitrici suæ impen
sum fuerit atq; solēniter exhibitū. Ad istam auctoritatem respōdetur, ꝙ ex ea nō
habetur propositū: quia cum iuxta auctoritates & dicta tam sanctoꝝ q̄ doctoꝝ
maiorū in schola Theolo. superius positas hęc prerogatiua singularis sanctę cō
Hiero. ceptionis solius fuerit christi: digne non pōt impendi bea. vir. Vnde ipse Hie
rony. (vt superius fuit deductum sup psal. 21.) dicit. Vnica est anima xp̄i quæ
sola a peccato est imunis. ¶ Quinta auctoritas est eiusdē ibidē Quicquid huma
nis verbis pōt dici, minus est a laude eius: quia diuinis & angelicis excellentius
est prędicata & laudata præconiis. Ad istam auctoritatem iam superius rn̄sum
est per eam nō probari intentū: eo ꝙ non fuerit intentio Hieronymi dicere ꝙ
quicquid humanis verbis dici pōt, attribuendū esset bea. virgini, cum etiam in
eodē loco, an beata virgo assumpta fuerit in cœlum cū corpore sub ambiguo
reliquerit. ¶ Sexta auctoritas est eiusdem in eodē loco dicentis. Bene gratia
plena quia cęteris præstatur per partes: Marię vero simul se tota infudit gra
tię plenitudo. Item Septima auctoritas eiusdē, est in eodem dicētis. In Maria
vero totius grāe quę in xp̄o est plenitudo venit: quāq̄ aliter. ¶ Ad istas duas
auctoritates & ad oēs similes diffuse superius iam rn̄sum est. vbi duplici ostēsum
est ratione per eas nō probari intentū arguentis. Tum prio quia (vt ex circū
stantia literę apertissime colligitur) non loquitur Hierony. pro tempore con
ceptionis beatissimę virg. sed pro tempore conceptionis xp̄i: in quo ipsa diui
nitatis & gratię plenitudo virg. beatissimę vtero se infudit. Tū scdo quia pleni
tudo illa grāe nō est intelligenda fuisse in beata virgine in ea excellentia, & co
piositate qua est & fuit in capite nr̄o xp̄o, cui nō est datus spiritus ad mensurā
Ioan. 3. de quo superius copioso sermone dictum fuit. vbi distincta est multi
plex plenitudo. s. sufficientiæ quæ est in omnibus iustis, & copię quę est in ipsa
ecclesia & specialis prærogatiuæ quæ fuit in beatissima virgine, & singularis
excellentiæ

excellentiæ quę fuit in xpo. Ad cuius singularẽ excellentiã spectare vł imunem fuisse semper ab oi pctõ, sicut ad eum qui oblatio erat futurus per expiationem cæterorum hominũ oium. ¶ Octaua auctoritas est eiusdẽ Hieronymi in eodẽ dicẽis. Canitur in eisdem canticis de ea. Ortus conclusus, fons signatus, emissio nes tuæ paradisus. Vere ortus delitiarum, in quo consita sunt vniuersa florũ genera & odoramenta virtutum. Sicq̧ conclusus vt nesciat violari nec corrũpi vllis insidiarum fraudibus. Fons itaq̧ signatus sigillo totius trinitatis est, ex quo fons vitę emanat, in cuius lumine omnes videbimus lumẽ, quia iuxta Ioãnem, ipse est qui illuminat oẽm hominem venientem in hunc mundum, cuius profecto emissio vteri, supernorum ciuium omniũ est paradisus. Ad istam auctoritatem respondetur nihil facere ad propositum allegantis, vt ex ipsa serie & forma literæ manifestum est. Loquitur quidẽ de integritate virginalis vteri & copia odoramentorũ virtutũ eius ac de fœlicitate & celsitudine partus eius: cum quorũ omnium integritate, stat ꝙ ipsa virgo benedicta in originali peccato fuerit concepta, vt in superioribus ostensum est. ¶ Nona auctoritas est eiusdem Hieronymi in eodem loco dicentis. De isto ventris agro Patriarcha Isaac longe odorans alebat dicens. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni quem benedixit deus. Ad istam auctoritatem quę immediate in Hieronymo præcedentem sequitur; par currit responsio. s. ꝙ non arguit intentum. sicut literam ipsam & intentionem dicentis recte consyderanti clarissimum est.

¶ Datur solutio ad quasdam auctoritates Augustini productas ad idem exaduerso. Cap. 5.

DECIMA auctoritas est Augusti. in lib. de quinq̧ hęresibus, vbi sic dicit (vt quidam exaduerso refert). Stulte, vnde sordes in virgine matre: vnde sordes in domo ad quam fabricator eius & dominus venit, vestem quã non habebat induit, eamq̧ sicut inuenit clausam reliquit. ¶ Ad istam auctoritatem dicitur ꝙ non facit ad propositum. qd patet clarissime si integra deducatur in medium. Dicit autem sic Augusti. Stulte vnde sordes in virgine matre, vbi non est concubitus in homine patre? Vnde sordes in ea quæ nec concipiendo nec pariendo passa est dolorem? Vnde sordes in domo ad quam nullus hospes accessit: solus ad eam fabricator eius et dominus venit vestem quam &c? Quæ auctoritas cum non loquatur de conceptione beatæ virginis sed de integritate & puritate virginitatis, euidentissimum est non facere ad propositum arguẽtis. ¶ Vndecima auctoritas est eiusdem in eodem libro, vbi August. loquens in persona filii virginis ait. Si potuit inquinari mater mea cum ipsam facerẽ, potui & ego inquinari cum ex ipsa nascerer. Sed consequens est falsum. ergo & antecedens. Ad istam auctoritatem respondetur ꝙ corrupte & false allegatur. Et ita in hoc sacro concilio fuit prædicata, & scripta venditur in quodam sermone. Plane si (vt inquit Hieronymus in epistola ad Paulinum). Turpe est scripturam repugnãtem ad aliũ sensum trahere: turpius videtur esse & colligitur ex dictis sextæ synodi contra Macharium, dicta sanctorum studiose corrumpere. Litera autem Augusti. plena & vera est talis. Dicit tibi Manicheę deus creator hominis. Quod est ꝙ te permonet in meam natiuitatem? Non sum libidinis conceptus cupiditate. Ego matrem de qua nascerer feci; ego meo viam itineri paraui atq̧ mundaui;

August.

Hiero.

opus sanis medicus sed ęgrotantibus. Vnde nō venit ille vocare iustos sed peccatores Et infra de christo loquēs ita ait. Et enim expertus est omnia absq; peccato in illa. s. carne quę hēbat similitudinem carnis peccati, quāuis non esset caro peccati: quā tamen similitudinē nō haberet, nisi cętera ois caro esset caro peccati. Ex quibus verbis clare patet beatissimum Augustinum intellexisse virginem Mariam originale peccatum habuisse cum ad esse carnem peccati cuiusmodi dicit esse omnem carnem aliam a xpo in propagatis ab Adā, necessario sequatur qnq; originale peccatū habuisse. Et idē habetur in prima auctoritate.

Glo. enim consequenter. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides vestra. Vbi glo. ita dicit. Quod natum est ex deo vincit mundum. Contemnit enim blandimenta vel aduersitates seculi, & ipsam mortem corporis, & quærit quæ sursum sunt non quæ super terram. Et ne quis sua virtute confidat se posse vincere mundum. subdit. Et hæc est victoria quæ subdit mundum fides nostra. Illa fides, quæ per dilectionem operatur, quæ dei auxilium flagitat. Hæc Glo. Ex quibus manifeste patet ꝙ omnia dicta illa ad actuale peccatum referuntur. Quarto. idem patet & videtur demonstrari eo ꝙ in hac parte cõstat ex litera ꝙ peccatum qđ August. negat de beata virgine, asserit de aliis sanctis: & quod asserit de aliis sanctis, negat de beata virgine, sed constat ꝙ de aliis sanctis & iustis asserit peccatum actuale: quia de illis asserit peccatum qđ pelagiani in illa sua argumentatione negabant. Constat autem de illis ꝙ nulla mentione facta de originali negabant actuale peccatum, moti ex eo ꝙ de peccatis eorum scriptura nihil commemorasset: immo iuste & sancte eos refert vixisse, vt dictum est. Sequitur ergo ꝙ Augustinus in illa auctoritate de beata virgine, nõ de originali sed de actuali loquatur peccato. Quinto hoc manifestum fit maxime pro eo ꝙ omnes doctores famosiores in schola Theologiæ. s. Magister sententiarum, Alexander,

Magist. Albertus, sanctus Thomas, Bonauentura & cæteri superius nominati in. 3. di

sniarũ. stinctio. 3. in expositione eiusdem auctoritatis huius sunt sententiæ ꝙ Augusti.

Alexan. in auctoritate pfata de actualibus peccatis loquatur; quibus profecto pro suæ

de Ales. magnitudine sapientiæ merito credendum videtur de intelligentia Augu. Q đ

Albert. autẽ exaduerso arguitur ꝙ Aug. de originali peccato loquatur ex eo ꝙ in mul

Magnus tis locis eiusdẽ libri sermo fit de originali peccato, nullam habet apparẽtiam

S. Bona sequelæ. quare pertranseo.

uẽtura.

¶ Ad reliquas Augustini auctoritates exaduerso inductas respondetur. Cap. 7.

QVARTA auctoritas est eiusdem Augustini in quodam sermone beatissimæ virginis, ita dicentis. Mox vt virgo in mũdum venit, perfectæ omnis boni virtute resplenduit. Ex qua datur intelligi (vt dicitur exaduerso) ꝙ perfecta omnis boni virtus affuit illi q̃ primum potest intelligi: & ita in primo instan

Augus. ti conceptionis. ¶ Ad istam auctoritatẽ dr ꝙ non probat intentum, immo nõ videtur facere ad propositum. Quoniam magis de natiuitate ex vtero intelligenda venit q̃ de conceptione. Quod ex ipsa circunstantia literæ facile erit õndere, si auctoritas plena & integra afferatur in mediũ, qđ non fit exaduerso. Dicit autẽ sic Aug. Mox vt in mũdũ per humanæ gñonis lineã venit tanta ois boni virtute atq; constantia perfecte resplenduit, vt eam ipsa sapientia dignã vere iudicaret, per quam in oẽs homines veniens, non modo reatum primorũ

August. parẽtum, sed etiam totius mũdi peccata deleret. Hæc Aug. Ex illa auctoritatis particula vbi dr. Mox vt in mundum venit vr̃ innui ꝙ auctoritas dcã nõ de cõ

ceptione sit intelligenda, per quam magis quis in vterum dr venire q̃ in mundum, sed de natiuitate ex vtero per quam homo in mundo nasci & in mundum venire dr. secundum illud Io. 16. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Cæterum secundo, ex illo verbo per humanæ generationis lineam venit, idem vr innui, videlicet ꝙ non intelligenda sit auctoritas præfata pro instanti infusionis animæ, quia ipsa p creatione a Deo corpori infunditur & nō venit in corpus per humanæ gñationis lineā tanq̃ esset ex traduce. Preterea cū non possit intelligi pro conceptione seminum, quia tunc subiectum non erat virtutis, oportet ꝙ intelligenda veniat pro natiuitate ex vtero: & tunc non est ad propositum. Amplius tertio ex sequenti verbo, in quo dr ꝙ omnis boni virtute atq; constantia resplenduit, idem vr. Cum enim splendor super rōne luminis addat diffusionem sui ad extra, nullus proprie potest dici per virtutum opera aliis splendere, nisi ex vtero natus in lucē veniat alioꝝ. Vñ de dño nostro dicit propheta Isa. 62. cap. Egrediatur vt splendor iustus eius. Glo. ex vtero virginis. Secundo principaliter dr sic. ꝙ dato ꝙ ad conceptionem naturaꝝ referendum sit quod dicitur mox vt venit in mundum, dr ꝙ per li mox. non est accipiēdum indiuisibile ipsius conceptionis: quia (vt dicit Bernar.) in cōceptione ipsa sanctificari nō potuit propter pctm̄ quod inerat: sed accipiendum est & intelligendū aliquod tempus breue ipsam conceptionē sequens. Sępe. n. tam in dictis doctorum, q̃ in vsu hominum hmōi termini mox, subito, illico, repente, ab initio pro breui tēpore accipiuntur quod rem consequitur, & non pro instanti ipso quo primo res fit. Et ꝙ ita hic accipiatur, ex superius inductis auctoritatibus Augustini sufficiēter colligitur: in quibus aperte satis videtur sensisse ꝙ beatissima virgo ori. peccatum contraxerit. ¶ Quinta auctoritas est eiusdem Augu. in eodem sermone ita dicentis (vt dr exaduerso.) Puella illa de peccatrice nata propagine, subito versa vice maledictionis Euæ, benedicta facta est. Ad istam auctoritatem dr primo ꝙ non est ad propositū arguentis, sed magis roborare vr assertionem eorū, quoꝝ sñias refero. Quod patet si auctoritas integra & in forma sicut ponitur ab August. proferatur in medium. quod non fit exaduerso. Dicit autem Augu. sic. Puella de propagine Adę nata: de peccatrice progenie orta, subito versa vice maledictionis Euæ, benedicta prædicatur super omnes mulieres. Hæc Aug. Manifestum est autem ꝙ subita mutatio maledictionis Euæ, postquā beata virgo super omnes mulieres prædicatur benedicta, non vr posse referri ad concēptionem passiuam eiusdem virginis: sed magis ad Xpi conceptionē. Vnde ipsa post annunciationem angeli & consensum suum: in quo instanti concepit filiū dei Dixit in Cantico. Ecce. n. ex hoc. s. ꝙ concepi filium Dei: beatam me dicent omnes gñationes. Vnde consyderata gratitudine & altitudine beneficii diuinę incarnationis proprię, subito, hic non videtur accipiendum pro dñia aut circunstantia tempor is) sed prout diffinitur a Dionysio. s. pro eo quod est præter spē. Albertus enim tractans illud Luc. 2. Subito facta est multitudo militiæ cœlestis exercitus, dicit ita diffiniri a Dionysio. Cæterū si (vt placet exaduerso) mutatio illa maledictionis Euæ quæ subito in ortu virginis facta dr, referenda sit ad conceptionem beatę virginis, cum in omni mutatione omne quod mutatur necesse sit intelligere prius fuisse in termino a quo q̃ in termino ad quem 6. physico. oportebit de necessitate intelligere. b. v. aliqñ fuisse sub maledictiōe illa Euæ. Et ita auctoritas tā ex hoc q̃ ex eo ꝙ de peccatrice propagine dicit eā ortā, magis fauere vr assertioni doctrinæ eoꝝ, quoꝝ relator sum, q̃ allegantis.

Glo.

Bernar.

August.

Diony.
Albert.
Magnus

Secundo respondetur ad eam sicut superius dictum est ꝙ li subito nō designat ipsum primum instās animationis, sed accipitur pro valde cito post, quia absq; dubio credendū est ꝙ paruissima morula sub originali fuerit. Et ita auctoritas inducta ad propositum non facit.

Maximus Eps

¶ Respondetur ad vnam auctoritatem beati Maximi, & alteram ecclesiæ, inductas ad idem exaduerso. Cap. 8.

SEXTADECIMA auctoritas est Maximi Epi q ita dicit (vt exaduerso dr.) Ductor mortis diabolus, p cuius inuidiam mors introiuit in orbē terraꝶ, oē humanum genus in primo parēte veneno nequitiæ suæ potauit quasi arborem in radice anteq̄ proles propaginis prodiret vitiauit. Inde est ꝙ radix vitiata quotidie frondet, frondeiq; eius indesinenter per mortem marcescunt: & sæpe contingit ꝙ aurum fulgens reperiatur in luto: & ex pungente spina, pulchre rubēs oriatur rosa. Hoc enim operante prouidentia diuina ex radice vitiata sine vitio prodiit virga, quæ intelligitur beatissima virgo Maria attestante Isa. qui dicit. Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Huius enim gloriosæ virginis figurā tenuit virga illa quæ in ministerio Aaron sacerdotis iubente domino a sancto Moyse in tabernaculo posita atq; altera die sola fronduit, nucesq; protulit, quæ proculdubio sola virgo Maria. fuit quæ dominum peperit, & post partū virgo permansit. Hæc maximus in sermone assumptionis sanctæ Mariæ. Et incipit. Cum aliquid dilectissimi in amore creatoris &c. ¶ Ad istā auctoritatē respondetur ꝙ non probat intentum arguentis. Nam non de cōceptione loquitur. sed de natiuitate eius ex vtero de qua in sermone illo fit mētio. Quod clare patebit si auctoritas plene & in forma sicut iacet in præfato sermone sine mutatione aliqua terminorum legatur in medium. Vbi admirari nō sufficio, quare exaduerso tam frequens fit mutatio verboꝶ in dictis sanctorum. Auctoritas autem præfata sic iacet in forma in præfato sermone. Auctor mortis huic reparationi inuidens, fontem rudem humani generis anteq̄ riuulus natiuitatis per auram spargeretur, veneno suæ mortis immiscere festinauit. Sic ergo genus humanum quasi vnam arborem in radice tenera anteq̄ propagines proderet vitiauit. Inde est ergo ꝙ radix vitiata quotidie indesinenter per mortē marcescit, & sæpe contingit quod aurum fulgens reperiatur in luto. & ex pungente spina pulchre rubens oriatur & rosa. Hoc enim operante prouidentia diuina ex radice vitiata sine vitio prodiit virga quæ intelligitur virgo Maria, attestāte Isa. propheta. Exiet virga de radice &c. hæc ibi. Quibus omnibus bene cōsyderatis magis confirmatur q̄ infirmetur veritas q̄ defendimus tam ex exemplis quæ ponit. s. fontis & radicis, q̄ ex illo vocabulo prodiit quod idē est qd in ante it: q̄ ex verbo prophetico adducto Isaiæ, super quo Glo. dicit interli ꝙ prophetia de natiuitate beatiss. v. ex vtero, in qua sine vitio virgo prodiit intelligenda sit: in cuius testimonium vniuersalis ecclesia prædictam prophetiam in die natiuitatis eiusdem sacratissimæ virginis annua reuolutione commemorat. ¶ Decimaseptima auctoritas est illa quæ per vlem ecclesiam decantatur. Sicut spina rosam genuit Iudæa Mariam. Ad istam auctoritatem faciliter capitur respōsio ex similitudine posita: & ex eo quod sequitur. Dicitur enim ꝙ dictum illud intelligitur de natiuitate eius ex vtero, qua proles venit in lucē hominibus: in cuius natiuitatis solennitate illud cantat ecclesia in qua sine spina

Glo.

peccati nata est ipsa beatissima virgo Maria. Quod vero hæc natiuitas generatio vocatur, colligi potest a beato Augustino in sermone de natiuitate Christi, qui incipit. Saluator noster natus de patre. Vbi loquens de generatione humana filii Dei, dicit sic. Hanc gñationem cuius hodiernum celebramus diem &c. Et idem accipitur ab eodem in sermone eiusdem festiuitatis, qui incipit filius Dei idemq; filius hominis, super illo verbo prophetiæ. Generationẽ eius quis enarrabit. Præterea. Ecclesia sancta in die natiuitatis Christi cantat vniuersaliter per orbem. Beata Dei genitrix Maria cuius viscera intacta permanent. Hodie genuit saluatorem seculi. August.

¶Respondetur ad auctoritatem Anselmi inductam ad idem exaduerso. Cap. 9.

OCTAVA auctoritas est illa Anselmi de conceptu virginali, cap. 18. Decuit (inquit) ꝙ conceptio illius hominis de matre purissima fieret. Nempe decens erat, vt ea puritate interet, qua maior sub Deo nequit intelligi. ¶ Ad istã auctoritatẽ dicitur ꝙ non est ad propositum multiplici de causa. Tum primo quia Anselmus in illa auctoritate non loquitur de puritate quam beatissima virgo habuit in sua cõceptione, sed de puritate quam habuit in conceptione filii Dei: pro quo tẽpore perfectissimum gradum habuit puritatis. Quia nõ solum ab omni pctõ sicut fuit a tempore sanctificationis primæ in vtero, verum etiam a fomite peccati pura fuit: quæ maior puritas fuit q̃ quæcunq; alia sub Christo Deo, rationabiliter intelligi potest. Sed ex hoc non sequitur ꝙ peccatum originale non habuerit. Plane sicut stat ꝙ vas quod habuit quandoq; rubiginem, nunc sit purissimum: ita stat ꝙ virgo Maria contraxerit originale in conceptione sua: & tamen in sanctificatione sua puritatem habuerit illam qua maior sub Deo nequit intelligi. Quod autem loquatur, de puritate virginis pro tempore conceptionis Xpi patet ex verbis suis quæ sunt talia in principio capituli. Quãuis ergo de mundissima virgine filius Dei verissime conceptus sit, non tamen hoc ea necessitate factũ est quasi de peccatrice parente iusta proles rationabiliter generari per huiusmodi propagationem nequiret: sed quia decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret. Nempe decens erat vt ea puritate qua maior sub Deo nequit intelligi virgo illa niteret &c. Ex quo patet ꝙ sic loquitur de mũditia & puritate matris actuali: sicut loquitur de peccatrice matre possibili, vel nõ impossibili. Sed clarum est ꝙ loquitur de peccatrice matre possibili vel nõ impossibili pro tempore conceptionis Christi, non matris. Ergo eodem modo accipiendum est ꝙ loquitur de munditia & puritate actuali virginis matris pro tempore conceptionis Christi: non autem pro tempore conceptionis ipsius matris. Secundo ꝙ præfata auctoritas Anselmi non sit fauorabilis intentioni arguentis. Ex hoc euidenter colligitur, quia non est verisimile ꝙ beatus Anselmus tam splendidus doctor ecclesiæ sibiipsi contradiceret; & signanter in eodem libro. Clare autem haberi potest ex verbis eius ꝙ beata virgo origi. peccatum habuit. Et primo quidem in eodem libro. s. de conceptu virginali, vbi a 12. capitulo, vsq; ad decimumoctauum ostendens Christum sine peccato conceptum esse, semper assignat, pro causa ꝙ de virgine conceptus est. Beata autem virgo de virgine concepta non est. ergo &c. Præterea. Secundo in capitulo decimonono dicit idem Anselmus ꝙ beata virgo Maria fuit munda-

hanc puritatem, sed sub hac maximam, virgo mater habuit. Hæc ille. Ecce qđ quatuor nominatissimi doctores in schola Theologica. s. Alexander, Albert. Sanctus Thomas, Bonauētura, quos sequitur pro maiori parte tota schola, & quorū doctrina post quatuor doctores ecclesiæ videtur ecclesia illuminari, dicunt ita esse sicut dictum est, intelligendam esse auctoritatem Anselmi. Et per consequens patet ꝙ pro assertione exaduerso nullo modo faciat.

¶ Ad auctoritates exaduerso ad idem inductas sub nomine Anselmi respondetur. Cap. 10.

BONA auctoritas est illa quæ eiusdem Anselmi dr̄ esse in lib. 4. quem intitulant de exordio mundanæ salutis, alias de conceptione virginis. Vbi sic dr̄ dixisse. Si quid originalis peccati in propagatione mr̄is Dei extitit, parētum & nō propagatę prolis fuit. Et infra. Castaneam nucem attende. Si. n. Deus castaneæ confert vt infra spinas a spinis remota concipiatur, alatur, & formetur, potuit ne hoc suæ matri conferre? Potuit plane, & voluit. Si ergo voluit, & fecit. Ad istam auctoritatē respōdetur multipliciter. Primo ꝙ talis liber non est beati Anselmi: cuius auctoritas inter doctores scholasticos consueuit cum veneratione suscipi. Quod ex multiplici capite colligitur. Primo quidem ex eo quod doctrina illius libri cōtradicit doctrinæ beati Anselmi quam posuit in libris supranominatis, videlicet cur Deus homo, & de conceptu virginali: quos libros notum est toti ecclesiæ esse ab eo compositos: in quibus manifestissime dicit beatissimam virginem in originali peccato fuisse conceptam. Non est verissimile ꝙ tantus doctor in tam graui materia fidem concernente, contrarius sit sibimet: hoc maxime attento ꝙ in hoc libro qui sibi inscribitur, nulla mentio fiat retractationis superioris doctrinæ. Tum secundo hoc colligitur ex varietate styli & formæ loquendi in hoc libro & in aliis libris eius: quæ tanta est vt manifeste pateat eum ab eiusdē doctoris pectore non emanasse: q̄q̄ aliqua de dictis beati Anselmi in orationibus suis interserātur in eodē libello. Tertio quia doctores antiqui scholę Theologiæ apud quos libri Anselmi in magna veneratione habentur nullam mentionem faciunt de tali libro. Immo Vincentius historialis, qui accuratissimo studio laborauit doctorū maxime sanctorū & famosorum libros inuenire inter eos quos numerat Anselmi, nullam de isto facit mentionem, libro. 26. cap. 7. Tum quarto ex eo, ꝙ doctrina illius libelli in principio sui fundatur super falso, dicens ꝙ solennitas conceptionis beatę virginis tempore beati Anselmi multis in locis colebatur, & ꝙ a quibusdam priscis temporibus frequentiori vsu celebrabatur. Cum beatus Ber. qui fuit post beatum Anselmum multis annis. in quadam epistola repræhendens Canonicos Lugduneñ. de celebratione conceptionis beatæ virginis dicit eandem celebrationem contra ritum ecclesiæ esse & præsumptam nouitatem. Secundo respondetur ꝙ verba illa quæ dicuntur esse Anselmi non ponuntur ita simpliciter & absolute sicut, inducuntur exaduerso, sed sub conditione videlicet sic. Si quis eam primæ originis peccato non omnimode expertem fuisse pronunciat, cum illam ex carnali coniugio maris & fœminæ conceptam constat, si sententia catholica est. ego a catholica & vniuersalis ecclesiæ veritate, nulla rōne volo dissentire. Magnificentiam tn̄ operationum virtutis diuinæ, quadam quasi mentis lippitudine prospicere considerans, videor mihi videre: quia si quid originalis peccati in propa

Ansel.

Vincentius hist.

Ansel.

Bernar.

gatione matris Dei &c. Ex quibus patet ꝙ auctor illius libelli (quicunq; fuerit) cum conditione loquitur, & non simpliciter asserit doctrinam exaduerso, maxime consyderato ꝙ modicum infra dicit sic. Si aliquis ipsam Dei genitricem vsq; ad Christi annunciationem origina. peccato obnoxiam asserit: atq; fide qua angelo credidit inde mundatā, iuxta quod dr̄. fide purificans corda eoꝝ, & Catholicus est. non nego. licet altior consyderatio mentem meam ab hoc diuellat. Nam (vt dixi) matrem dñi super omnia esse perpendens, sublimiori grā Dei q̄ Apostolos & aliud quicq̄ extra Deum filium suum creatū asseritur, ipsa irradiatam, protestor. Igitur si primordia creationis illius alio intuitu q̄ aliorum de propagine Adæ prodeuntium consydero, precor, nemo vultum subsannando auertat. Hæc in libello præfato. Præterea in testimonium huius audiui a quodam baccalario in theologia formato de Anglia nuper transeūte in Curiam Ro. quem de hoc libro interrogaui, qui dicit ꝙ talis liber non tenetur in Anglia esse Anselmi: nec in scholis Theologiæ pro tali suscipitur cum multas doctrinas contineat suspectas: & maximæ doctrinę Anselmi in libro Cur Deus hō: & in de conceptu virginali, contrarias. ¶ Vigesima auctoritas dr̄ esse eiusdem in lib. de cōceptione virginis dicētis sic vt dicitur exaduerso. Si Ieremias (inquit) quia gentibus erat propheta futurus in vulua sanctificatus est, & Ioannes in spiritu & veritate Helyę dn̄m pręcessurus, ex vtero matris spū sancto est repletus, quis dicere audeat singulare totius seculi propitiatorium & vnici filii Dei reclinatorium mox in suæ conceptionis primordio spūs sancti grā fuisse destitutum? Ad istam patet primo responsio ex responsione data ad pręcedentē allegationem, videlicet dicendo ꝙ talis liber non vr̄ esse beati Anselmi. Quod ex rationibus iam dictis patet. Secundo respondetur dato ꝙ tale dictum Anselmi esset, ꝙ auctoritas ista correspondenter ad alia dicta eius in aliis libris intelligenda est. sicut illa Xpi Ioānis. 8. Ille homicida erat ab initio. Et illud primæ Io. 3. Ab initio diabolus peccat, quæ communiter exponūtur sic. Ab initio. i. cito post initiū: quia quod modicum distat, quasi nihil distare vr̄, vt dr̄. 2. physi. Sæpe propter talem propinquitatē non seruatur proprietas sermonis in locutionibus: & ita in hoc loco dictū illud (si sit Anselmi) exponendum est, ita vt li primordio non dicat instans conceptionis sed tempus imperceptibiliter sequens. Quæ distinctio plurimum est necessaria ad rectā intelligētiā dictoꝝ sanctoꝝ doctorum, quia vt dicit Gregorius & habetur extra de verb. sign. cap. præterea. Plerūq; dum verborum proprietas attenditur, sensus veritatis amittitur.

Ansel.

Gregor.

¶ Vigesimaprima auctoritas est quæ dr̄ esse eiusdem Anselmi ad Epos Angliæ in quadam epistola. Non puto (inquit) verū esse amatorē virginis qui celebrare respuit festum suæ conceptionis. Respondetur ꝙ dato ꝙ illa Epistola fuisset beati Anselmi, dr̄ ꝙ ad huc non sequitur propositum: quoniam dicendus est ibi loqui Anselmus non de conceptionis festo celebrando rōne ipsius conceptionis, quam (vt in superioribus sæpenumero commemoratum est) in ori. peccato fuisse asserit, sed rōne sanctificationis, quę in eadem die esse creditur facta: qui autem hac de causa respueret conceptionis suæ festum celebrare cū negare aut dubitare videretur de sanctificatione eius in vtero, nō videretur verus amator esse beatæ virginis. Ex quo manifeste colligitur ꝙ nō valet cōsequentia quæ innuitur exaduerso in allegatione præfatæ auctoritatis, videlicet. Anselmus dicit, non puto verum esse amatorem virginis qui celebrare respuit festum conceptionis eius. ergo dicit eam nō in originali conceptā, vt patet ex dictis. Tum secundo non valet, qm̄ cū festum in die conceptionis seminū non animationis

Glo.

celebretur, si rō illa militaret; oporteret concedere, ꝙ conceptio eius prima die feminum sancta fuerit. Quod non creditur fuisse de mente Anselmi, sicut etiam dicta sua manifeste demonstrant.

¶ Rñdetur ad inductas auctoritates Cirilli, & Ber. ex aduerso. Cap. 11.

VIGESIMASECVNDA auctoritas quę allegatur, est illa Cirilli Patriarchę Alexandrini. qui in tractatu cōtra Nestoriū asserētem ꝙ tēpore gratiæ maledictio culpæ non defuit: sed in Xpo & in Maria non fuit, dicitur sic dixisse. Post filium, temerarium est ponere in virgine Maria maculam aut peccatum. ¶ Ad istam auctoritatē breuiter dr primo quod lectis tam gestis, & decretis Ephesynę synodi in qua condēnatus est Nestorius duas personas in Xpo dogmatizans: ꝗ epl̃is beatissimi Cirilli ad Nestoriū, nulla talis auctoritas ibidem legitur. Secūdo dr ꝙ si talia verba Cirilli in aliquo tractatu suo reperiātur, intelligenda sunt non de originali pro tempore conceptionis suæ, sed de actuali pctō. Cuius rō est, qm̄ ipse beatissimus Cirillus vr̃ satis aperte innuere in ep̃la ad Nestoriū, ꝙ beatis. v. pctm̄ origi. contraxerit. Nam (sicut superius visum est) ipse ait in tractatu prænominato siue ep̃la, sic in forma. Qui dicit eū. s. Xp̃m & per se obtulisse semetipsum oblatio nē, & non potius pro nobis solis: nō. n. pro se eguit oblatione, qui pctm̄ omnino nesciuit, anathema sit, Ex qua auctoritate sicut superius argutū fuit. Necessario vr̃ sequi. b. v. qn̄ꝙ obnoxiā extitisse alicui pctō. non actualī ergo originali. Sic arguēdo: Omnis hō pro quo necessariū fuit offerre oblationē deo p Xp̃m: habuit qn̄ꝙ pctm̄, sed beata virgo eguit vt offerretur oblatio per filiū Deo pri pro ea: ergo sequitur necessario ꝙ qn̄ꝙ habuerit pctm̄. Cōsequētia est formalis. Maior capitur manifeste ex prædictis verbis Cirilli & sacri concilii Ephesini. Minor vero a nullo negaretur fideli, cū virgo Maria necessario eguerit redēptione Xp̃i. Et ita patet ꝙ fides. b. Cirilli vr̃ fuisse ꝙ oīs hō pro quo Xp̃s oblationem deo se obtulit, qn̄ꝙ pctm̄ aliqd actu hūerit, & p ꝯñs. b. v. ¶ Vigesimatertia auctoritas est. b. Ber. qui in sermone scdo natiuitatis Io. bap. qui incipit. Hodie dilectissimi dies illuxit, ita dicit. Cū ergo oēs in iniquitatibus cōcepti sint, nemi nem vnꝗ mortaliū intra materna viscera sanctificatū legimus ꝑter Iere. & Ioā. Bap. ꝗꝗ & de singulari virgine nulla sit ambiguitas quin ipsa maternis cōceptа visceribus sublimioris sanctificatiōis gr̃e mūda sit: vtpote sacrariū illud in quo Deus & Dei filius carnē ferit suscepturus. Ex qua auctoritate sic arguitur ex aduerso ꝙ cū ꝫm Ber. b. v. dicatur sublimiori sanctificationis gr̃e mūdata: & acceleratio tp̄is in sanctificatione nō constituat spāle & aliud genus sanctificationis, vr̃ ꝙ rōnabilr̃ intelligēdū veniat, ꝙ alius sit modus sanctificatiōis eius ꝗ cōis alioꝝ sanctificatoꝝ. videlicet absꝙ præsuppōne pcti. ¶ Ad istā auctoritatē rñdetur ꝙ auctoritas pfata nō facit pro intentione arguētis, sed apertissime cōtra eū. Qd ex multis colligr̃. Primo ex eo qd dicit eā alio sanctificationis gr̃e mūdatā, & infra in eodem sermone ablutā. Ex quo manifestū appareret ꝙ sanctificatio beatæ virginis innuat eam qn̄ꝙ obnoxiam peccato fuisse. Cæteꝝ secundo in eodem sermone idem beatus Bernar. faciens comparationē inter Xp̃m & alios sanctificatos in vtero. s. beatā Mariā, & beatū Ioā. & Ieremiam dicit sic. Vides ꝗ remotiori priuilegio speciosus forma præ filiis hoīum in cōcipiēdo discretus sit. Illi etenim de peccatis concepti sunt, hic de spiritu. & in spiritu sancto concipitur. Hæc ille. Quid clarius dicī pōt: Habito ergo ꝙ beatissimus

ex dictis eiusdem sancti doctoris pro intentione allegantis non facere cum de originali peccato nō loquātur, sed de maledictione cōi mulieꝝ, a qua virgo libera fuit, cū sine virginitatis corruptione fuerit fœcunda: sine grauedine grauida: & sine dolore puerpera.

¶ Ad reliquas auctoritates Bernar. & vnam Riccardi respōdetur. Ca. 12.

Decima septima auctoritas est eiusdem in præfato sermone assumptionis. Signū magnū, vbi ita dicit, vt dr̃ exaduerso. Mihi siq̄dē singularis rutilat fulgor. Primo quidē in Mariæ generatione. Secundo in Angelica salutatione. Tertio in spiritus superuentione. Quarto in filii Dei inenarrabili conceptione. Et infra. Quid ergo sydereum micat in gñatione Mariæ? Plane ꝙ ex regibus orta: ꝙ ex semine Abrahæ. ꝙ generosa ex stirpe Dauid. Si id parum tibi vr̃, adde ꝙ generationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis noscitur accessisse, ꝙ longe ante eisdem patribus cœlitus repromissa, ꝙ mysticis præfigurata miraculis, ꝙ oraculis prænunciata propheticis. Hæc ille. Ex ista auctoritate sic proceditur exaduerso. Si autem in conceptione Mariæ, prout aduersa positio dicit, non fuit nisi opus naturæ & origi. culpæ. quomodo dr̃ rutilare singularis fulgor in ipsius generatione? Attendendum est etiam cum dicit. Adde ꝙ gñationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis &c. Hoc aūt est quod hæc doctrina firmare nititur, in conceptione beatæ virginis fuisse singulare sanctitatis priuilegium. Patet ergo ꝙ hoc priuilegium sanctitatis quod exaduerso tam importune petitur ostendendum, Bernardus asseruit ostensum fuisse a multis iam annis transactis. Hæc dn̄s proponens, exaduerso. Ad istam auctoritatem respondetur, ꝙ nō probat intentum arguentis. Quod manifestum erit si recte consyderentur & ponderentur dicta beati Bernar. quæ allegata sunt, cum aliis quæ in eodem sermone ponuntur. In primis consyderandum occurrit ꝙ dn̄s arguens aliquid addit dictis Bernardi, quod in originali nou inuenio: & maxime vnum terminū de quo ipse facere videtur magnum festum. s. singularis. Vbi. n. dicit ꝙ Bernard. ait. Mihi siquidem singularis rutilat fulgor. Non sic dicit, sed sic. Mihi autem sane rutilat fulgor. Primo quidem in Mariæ generatione &c. non autem ponitur ibi singularis. Præterea ꝙ per illa verba non intelligat beatus Ber. conceptionem beatæ virginis a peccato origi. immunem fuisse, patet ex ipsa declatione, quam ipsemet facit verboꝝ suoꝝ, sic dicens. Quid ergo sydereū micat in generatione Mariæ? Respondit. Plane ꝙ ex regibus orta, ꝙ ex semine Abrahæ, ꝙ ex generosa stirpe Dauid. Hæc ille. Ecce manifeste ꝙ Bernardus per fulgorē illum rutilantem in generatione beatæ virginis illustrem eius fuisse prosapiā intelligit, non autem cōceptionem sanctā. Huius autem fulgor & splendor generationis, cum non repugnat obnoxionitati peccati originalis, doctores ipsi quoꝙ relator sum, vtrūꝙ simul in eius conceptione asserunt interuenisse. Cæterum non probat intentum aduersæ partis per verba quæ sequuntur, cū ait Bernar. Si id paꝝ vr̃, adde ꝙ gñationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis noscitur accessisse, ꝙ longe ante eisdem patribus cœlitus repromissa &c. Q̄m beatus Bernardus hanc singularitatem priuilegi sanctitatis non attribuit generationi beatę virginis in respectu ad conceptionem: cum ipse sæpenumero dicat sanctam habuisse conceptionē solius Xp̄i esse prærogatiuam sed Bernar. illud priuilegium singulare sanctitatis ascribit gñationi beatæ virginis in respectu

KK

ad natiuitatem ex vtero:cuius tam singulare priuilegium sanctitatis fuit:vt nedum sanctus fuerit ortus,sed etiam totius vitę progressus. Q d alteri nemini in
Bernar. natis mulierum creditur esse donatū.Ego puto (inquit Bernard.in epistola ad Lugdúneñ.canonicos) ꝙ copiosior sanctificationis benedictio q̃ in aliis sanctis ab vtero sanctificatis in eam descenderit,quæ non solū ipsius ortum sanctificaret sed etiam vitam eius ab omni peccato deinceps immunem cōseruaret. Q d alteri nemini in natis quidem mulieꝝ creditur esse donatū. Decuit nimirū Reginam virginū vt singulari priuilegio vitam absq; omni pctō duceret, quæ dñi peccati mortisq; peremptorem pareret,vitæ iustitiæq; munus oibus obtineret. Hæc Ber. Quod vero ortus siue natiuitas ex vtero,generationis nomine a sanctis doctoribus exprimatur,notū feci in superioribus ex dictis Aug. & ex testimonio vñis ecclesiæ,quæ de eadē.b.v.in die natiuitatis dñicæ cantans dicit, Beata Dei genitrix Maria cuius viscera intacta permanent,hodie genuit saluatorem seculi. Q d aūt hæc fuerit intentio beati Bernar.in prædicta auctoritate sua,nedum colligi potest ex locis pluribus superius allegatis dictoꝝ suoꝝ, vbi aperte confitetur ortum eam ex vtero sanctum habuisse,non aūt conceptū, veꝝ etiam ex verbis quæ sequuntur in eodem sermone exaduerso allegato,vbi
Bernar. paꝝ infra post prædicta verba,ita dicit Ber. Nihilominus fulget ille et nouus cōceptionis modus,vt nō in iniquitate queadmodū ceterę oēs,sed superueniente spū,sola:& de sola sanctificatione Maria conceperit. Hæc ille. Ecce manifestū testimoniū Ber.ꝙ cōceptio virginis nō fuit sine pctō:nec sancta per oñs. Plane cum dicat sola.v.M.non in iniquitate cōcepit,& cæterę oēs mulieres in iniquitate conceperunt:necesse est dicere scdm eū ꝙ conceptio virginis munda a pctō non fuerit. Sed dr exaduerso ꝙ ne istud Ber. dictum ad cōia redigatur, aduertatur ꝙ quodlibet alioꝝ triū quæ a Ber. specificātur:cū isto,dicit esse insigne miraculū,Et si miraculosa fuit sua gñatio,qūo diceretur dūtaxat opus naturæ vel culpæ? Hæc exaduerso. ¶ Ad ista rñdetur ꝙ in nullo roborant assertionem contrariā. Tum primo qm̄ (salua pace proponentis) in toto illo loco non dicit Bernardus illa tria fuisse insigne miraculū. Bene aūt dicit ꝙ fuit præfigurata miraculis. Secundo dato ꝙ dixerit ꝙ gñatio beatæ virginis fuerit insigne miraculum, adhuc non sequitur quod conceptio eius fuerit sancta. Ex aliis quidem causis dici potest miraculosa. Tum primo ex eo ꝙ ex sterilibus
Ambro. processit. Qua rōne beatus Ambrosius dicit conceptionē beati Ioā. Bap. fuisse supernaturalē. Tum secundo rōne subsecutę sanctificationis quæ miraculosa
Ambro. fuit,& quanto copiosior tanto mirabilior. Vnde Ambro. inter tria miracula quæ contigisse attestatur,in conceptione beati Ioan. secundum nominat sanctificationem eius in vtero. Et ad idem est Ber. in sermone eiusdē superius nominato ita dicens. Mira res & a retroactis seculis inaudita,hoiem cōceptum in pec
Bernar. catis,nasci sine pctō. Et ita clare patet ꝙ auctoritas Ber. inducta bene intellecta, paꝝ attulit emolumenti dño proponenti exaduerso. ¶ Ad alias autem auctoritates eiusdem Bernardi sumptas de sermone præfato. Signum magnum apparuit in cœlo,superius responsum est,& ostensum eas in nullo suffragari intentioni proponentis. ¶ Decimaoctaua auctoritas est Richardi de sancto Victore
Richar. de Sācto Victore qui dr sic dixisse in sermone qui incipit. Nondum erant abyssi. Non decuit (inquit) vt caro Mariæ obnoxia foret qualicūq; culpæ. Nam Dei sapientiæ indignum credimus,vt quam in lucem gentium prædestinauit, prauitatis tenebris sineret inuolui. Non erit ingratus proprie matri,qui patri matriq; honorem præcepit exhibere, Hęc ille. Ad istam auctoritatem dato ꝙ talis sit (quod dico,

quia originale non potuit habere) respondetur ꝙ loquitur non de originali culpa sed actuali. Quod colligitur ex tribus. Primo ex eo ꝙ (vt superius fuit allegatum.) ipse videtur præsupponere beatissimā virginē in ori. pctō cōceptam fuisse, cum de ablatione facta fomitis peccati in sanctificatione secunda loquēs, ita dicat. Superueniente spū sancto in Mariam, & obumbrante ei virtute altissimi, illud solum remansit in ea quod erat ad pœnam: illud totum recessit quod erat ad culpam. Vitiositas omnino recessit, pœnalitas remansit: carnalitas omnino tollebatur, calamitas non amouebatur. Hæc ille. Tum secundo ex eo ꝙ patet ꝙ non loquitur de tempore conceptionis virginis sed pro tempore conceptionis filii Dei, in qua mater dei actu effecta erat & non ante: quo tempore spectabat ad eius dignitatē vt nulli omnino culpæ nec fomiti peccati esset obnoxia. Tum tertio patet ex eo quod inquit Dei sapientię indiguum credimus vt quam ad lucem gentium prædestinauit, prauitatis tenebris fineret inuolui. Prauitas enim peccatum actuale dicit. Vnde grammatici sicut Hugutio & Catholicon, differentiam facientes inter malum & prauum, dicunt sic. Prauus malus & peruersus, sed malus naturaliter: prauus vsu & exercitio. Et ita patet ꝙ in nullo Richardi verba militant contra assertionem eorū doctorum, quorum relator sum.

¶ Ad auctoritates Sancti Thomæ exaduerso male interpretatas Respondetur. Cap. 13.

DECIMANONA auctoritas est Sancti Thomæ cuius dicta allegātur de tribus locis. Primo quidem de primo scripto sententiarum, distinctio. 17. articulo primo quærens vtrum argumentum charitatis habeat aliquem terminum. vbi cū respōderet ad auctoritatem illam Anselmi, decuit vt ea puritate niteret qua maior sub Deo nequit intelligi. dicit ꝙ differt puritatis augmentum & charitatis. Augmentū enim puritatis est secūdū recessum a contrario. Et quia in beata. v. fuit depuratio ab omni peccato, ideo peruenit ad summū puritatis, sub Deo tamē, in quo non est aliqua potentia deficiēdi quæ est in qualibet creatura quantum in se est. Augmētū aūt bonitatis attēditur per accessum ad diuinā bonitatē. Et ideo non habuit virgo summā charitatē qua maior nō possit intelligi, quia etiam profecit in charitate & gratia. Idē quasi ex verbo dicit in eodem libro, distinctio. 43. articulo. 3. vbi ad prædictam auctoritatem Anselmi respondens ꝙ puritas attenditur per recessum a cōtrario, & ideo potest aliquod creatū inueniri quo nihil purius inueniri potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit puritas Mariæ quæ ab originali, & actuali immunis fuit. Sub Deo tamen in quantum erat in ea potentia ad peccandum. Sed bonitas intenditur per accessum ad terminum qui in infinitum distat. s. summum bonum. Vnde quolibet finito bono potest Deus aliquid melius efficere. Hæc ibi. Ex quibus exaduerso dicitur. Ecce q̃ euidentissime Sanctus Thom. asserit de beata virgine ꝙ nulla contagione peccati inquinata fuit. Vnde patet ꝙ nunq̃ peccatum originale eidem actualiter infuit. Et non satis ei fuit hoc dicere, sed addidit (quo nihil clarius dici pōt) ꝙ imunis fuit ab ori. & actuali. Hæc proponēs exaduerso. ¶ Ad ista rñdetur, & dicuntur tria. Primo. ꝙ rationabiliter abstinendum fuisset a S. Tho.

fuerit. ibi cum ait ꝙ fuit in ea depuratio facta ab omni peccato. Quod enim nunꝗ peccato subiacuit, a peccato nō potest dici depurari. Sicut aurum quod nunꝗ fecibus fuit admixtum pro nullo tempore veraciter dici potest ꝙ in eo facta est depuratio ab omni fece. Pānus enim qui fuit semper mundus, falso diceretur ꝙ in eo facta fuerit aliquando mundificatio a sordibus. Secundum testimonium mentis doctoris est ꝙ hoc quod dicit ꝙ ipsa virgo benedicta immunis fuerit a peccato originali, non referat ad tempus conceptionis suæ, sed sanctificationis in qua facta est depuratio illa. Vbi notandum, ꝙ sicut dupliciter dicitur fuisse sanctificatio, ita dupliciter est facta depuratio. In prima. s. sanctificatione in vtero fuit depuratio facta a peccato originali. In secunda vero superueniente spiritu sancto in eam ad conceptionem filii Dei, depuratio facta est a fomite, qui post primam manserat secundum substantiam: sed tamen ligatus, quo sublato, omnino consecuta dicitur summum puritatis gradum. Et ita patet ꝙ dicta Sancti Thomæ. bene intellecta & ponderata, in nullo faciunt pro parte aduersa. Ex quibus elicitur manifeste, ꝙ cum Sanctus Thomas non dixerit simpliciter & absolute ꝙ beata virgo nulla fuerit contagione inquinata, nec ꝙ immunis fuerit ab origi. peccato, nisi (vt patet ex ordine literæ) referēdo se ad tempus in ea factæ depurationis: ex qua dicit eam consecutam supremum gradum puritatis, ꝙ rōnes ex aduerso quibus arguēs probare nititur aut sanctum Thomam non verum dixisse, aut ꝙ. b. v. non fuerit in originali peccato concepta, nullæ sint: cum euidentissimum sit eas ex non recta intelligentia dictorum Sancti Thomæ & ex suppositione non firma emanasse ab arguente.

¶ Motiua ex aduerso contra prædictas declarationes intentionis Sancti Thomæ tolluntur. Cap. 14.

CONTRA hanc autē declarationem mentis sancti Thomæ in qua dicitur ꝙ propositio Sancti Thomæ verissima est relata eo modo quo ipse refert ad tempus depurationis factę, arguitur ex aduerso sic. Primo. Quantūcunq; aliqua conditio nata est inesse alicui pro certo tempore, & nunꝗ in alio si simpliciter verum est dicere ꝙ non fuerit in eo illa conditio: sequitur ꝙ nunꝗ fuerit. Sicut patet exemplariter. Quia enim masculinitas, & foemineitas nata sunt primo inesse homini pro tempore suæ conceptionis & natiuitatis, & non in alio quocunq;: ista illatio necessaria putatur. Iste non fuit masculus. ergo nūꝗ pro tempore natiuitatis suæ, quo nata erat primo inesse masculinitas, nec pro alio quocunq; fuit talis. Cum aūt ita sit in proposito ꝙ originale peccatum solum natū sit inesse in conceptione sua, videtur sequi ꝙ qui fuit immunis ab originali peccato in cōceptione ꝙ nunꝗ fuerit in eo. Si ergo stat in veritate quod sanctus Th. om dicit, de virgine, ꝙ fuit ab ori. immunis. sequitur ꝙ non fuit concepta in eo. cum hoc dicat absolute non autem cum modificatione temporis. Hæc proponens. ¶ Ad istam rationem respondetur ꝙ nihil probat duplici ex causa. Primo quidem quia præsupposuit falsum, videlicet ꝙ Sanctus Thomas sine modificatione temporis illam propositionem dixerit. Clarissimum enim est ꝙ Sanctus Thomas nec intentione nec verbo (si eius verba integra capiantur) ponit simpliciter & absolute illam propositionem, videlicet ꝙ virgo Maria fuerit ab originali peccato immunis, sicut patet

loco viuitur,non est perfecta liberatio ab hac seruitute. Et quidem corpus qd corrumpitur aggrauat anima. Sapientiæ.9.Et vas electiōis Paulus cui datum est in tertiū cœlū ascendere inquit.Ro.7.Infœlix ego,quis me liberabit a corpore mortis huius? Vt.n.ait Glo.super illud Ro.6.destruatur corpus peccati. Per baptismum ergo id agitur vt vetus homo crucifigatur: & corpus peccati destruatur.Non ita vt in ipsa viuente carne concupiscentia respersa in nata repente absumatur:& non sit,sed ne absit mortuo,quæ in erat nato. Quo notato,dico secundo,ꝙ si fiat sermo de peccato orig. quantum ad suum.Formale, siue quantum ad maculam culpę,tunc(sicut dicit sanctus Thomas)loquēdo de originali peccato secundum esse suum formale,ꝙ in beata virgine facta depuratione a peccato per gratiam sanctificationis ꝙ fuit immunis,a peccato originali ita dici pōt veraciter ꝙ quilibet xpianus a tempore quo baptizatus est immunis fuerit suo modo a peccato originali cum dicat Apostolus ad Ti.3. saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.i.per baptismum,& renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde.i.ad remissionem peccatorum & copiam virtutum,vt ait glo. Si vero fiat sermo de originali quantum ad totale suum esse.s.sic materiale,sicut & formale,dicitur ꝙ cum in sola beatissima virgine fuerit illa plena depuratio facta,de nullo aliorum hominum filiorū Adæ potest verificari quod fuerit omnino immunis a peccato originali. Et ita clarissime apparet ꝙ propositio sancti Thomæ vera fuit & sit: qua dicit ꝙ beatissima virgo depuratione facta in ea a contrario.s.peccato,immunis fuerit a peccato originali.Tertio ꝙ nunꝙ fuerit intentionis suæ asserere sanctam eius fuisse conceptionem notum videtur ex dictis suis.Et arbitror ꝙ si exaduerso tam accurate inuigilatum fuisset intelligere doctorē sanctum,sicut impugnare, non interuenisset tanta multiplicatio verborum. Glo. Glo.

¶Ex tertio dicto Sancti Thomæ non haberi exaduerso propositum. Cap. 15.

TERTIVM dictum Sancti Thomæ quod inducitur exaduerso in assertionem partis suæ est illud quod scribitur in expositione salutationis angelicæ,vbi dicens ꝙ beata virgo excedit angelos in tribus,dicit inter alia.Tertio excedit quantum ad puritatem: ꝙ beata virgo non solum fuit pura in se sed procurauit puritatem aliis. Ipsa enim purissima fuit quātum ad culpam:quia nec originale nec mortale,nec veniale peccatum incurrit.Item quantum ad pœnam. Tres enim maledictiones datæ sunt hominibus propter peccatum.Prima est data mulieri.s.ꝙ in corruptione conciperet,in grauedine portaret,& in dolore pareret. Sed ab his immunis fuit beata virgo,quæ sine corruptione concipit, in solatio portauit, & cum gaudio peperit saluatorem.Isa.Germinans germinauit &c. Secunda data est homini ꝙ in sudore vultus sui vescatur pane suo. Ab hac fuit immunis beata virgo quia dicit Apostolus ad Corinthios. Virgines solute sunt a cura huius mundi,sed soli Deo vacant. Tertia fuit communis viris & mulieribus.s. vt in puluerem reuerterentur. Ab hac fuit immunis beata virgo,quia cum corpore ascendit in cœlum.Credimus enim ꝙ post mortem suscitata fuerit & portata in cœlum. Psal. Exurge domine in requiem &c. Si ergo immunis fuit ab omni maledictione.Et ideo benedicta in mulieribus, quia ipsa sola maledictionem sustulit,& benedictionem procurauit,& ianuam paradisi apperuit: & ideo S.Tho.

conuenit ei nomen Maria &c. Ex istis colligit dominus proponens exaduerso, ꝙ Sanctus Thomas manifeste dicit quod intendimus, videlicet ꝙ beata virgo nunq̄ incurrit originale peccatum. Quod etiam deducit a posteriori quia immunis fuit ab omni maledictione lata in homines ratione originalis peccati. Hęc proponens. ❡ Ad istam respondetur primo ꝙ dubium magnum est ꝙ sanctus Thomas illud verbum dixerit. Multis quippe originalibus perspectis, non est reperta illa particula ꝙ peccatum originale non incurrit, sed tantum illa. veniale & mortale non incurrit. Sed dato ꝙ dixerit. respondetur secundo ꝙ (salua pace) non ita se habet ꝙ sanctus Thomas dixerit ꝙ beata virgo nunq̄ incurrit originale peccatum, vt patet legenti dicta sua, immo cōtrarium dicit, quoniam ante illa verba allegata exaduerso dicit ita idem Sanctus Tho. Xp̄s

Thom̄. excellit beatam virginem in hoc ꝙ sine originali fuit conceptus & natus, beata autem virgo in originali concepta est non nata. Ecce manifestum testimoniū eius quod quęrimus & super quo disputamus. Vt quid amplius laboratur vt hic sanctus doctor capiatur in sermone: Cum enim dicit ꝙ in originali concepta fuit & non nata, manifeste innuit, ꝙ aliquando incurrit orig. peccatum. Et ita (salua pace) non recte agitur exaduerso cum imponitur doctori illud cuius contrarium in sua doctrina tanq̄ dignitati & excellentiæ Xp̄i aduersum semper repulisse visus est. Quod ergo postea dicit ꝙ originale peccatum non incurrit, intelligēdum est iuxta superiora verba, eiusdem in natiuitate ex vtero in qua (sicut superius visum est ex auctoritate Augustini) etiam originale trahi dicitur. Sub qua intelligentia, sanctus Thomas ait in pn̄ti loco, ꝙ originale nō incurrit: quia natiuitate ex vtero illud non traxit. Sanctificata enim prius ab illo ex vero progrediens, cum illo non currit. i. non exiuit. Incurrere. n. (vt ait catholicon) est currere contra vel inde. Præterea, quod cōsequenter dicitur exaduerso ꝙ sanctus Thomas deducit a posteriori ꝙ beata virgo nunq̄ incurrit originale quia immunis fuit ab omni maledictione lata in homines ratione originalis peccati, non ita se habet, vt patet intuenti dicta eius. Quāq̄ enim deducendo ꝙ pura fuerit quantum ad pœnam, ostenderit ꝙ ab omnibus illis maledictionibus assignatis immunis fuerit, hoc tamen non fecit in argumentum ꝙ nunq̄ originale incurrit, cū oppositum posuerit in eodem tractatu dicendo eam in originali peccato conceptam. Et ita patet ꝙ ex doctrina Sancti Thomæ recte & sane intellecta, sicut veritatis amatores soliti sunt sanctorum dicta percurrere, nullum habeatur testimonium in fauorem assertionis contrarię. Quinimmo apertissima fit eius sententia conformiter ad alios sanctos doctores: & antiquos vtriusq; iuris professores, quod pro conseruantia prærogatiua & integritate dignitatis saluatoris nostri Iesu Christi qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, necesse sit concedere beatam virginem in conceptione sua originale contraxisse peccatum. quod Christi sanguine lota esse credatur.

❡ Resolutio fructus adeptæ veritatis ex præmisso labore. Cap. 16.

ET ITA patet ꝙ iuxta sn̄ias eorum sanctorum doctorum, quorū relator sum, dicendum erat sub breuitate ad vniuersas auctoritates tam scripturæ sanctæ, quā sanctorum doctorum, quæ exaduerso in colorem assertionis suæ inductæ sunt. In

qua responsione a multis, supersedi exaduerso inductis, maxime circa expositiones & intelligentias sæpe datas ad auctoritates sacræ scripturæ & sanctorum doctorum: & circa propositiones inde elicitas, quibus respondere distuli, non pro earum grauitate seu difficultate, sed, Tum primo quia (salua pace proponentis) sanctorum patrum & antiquorum scripta percurrēti mihi, nedum visę sunt nouiter adinuenta, sed antiquorum patrum in summa veneratiõe habitorum in expositione sacræ scripturę intelligentia & dictis, sępe aduersa. Tum secundo quia cū voluntarie sine scripturę fundamēto, aut authentici doctoris testimonio videantur esse posita nullum virum graue puto illis mouendum esse. Tum tertio breuitatis causa. Plane si vniuersis exaduerso cõgrua adiecissem responsa: relatio nostra nimis prolixa fuisset. Nihilominus tñ credo ꝙ nihil inductū exaduerso efficacię apparētiā hñs, dimiserim insolutū. Quod tamē si de aliquibus ex inaduertētia contigerit, paratus sum illis satisfacere: vt plenam obedientiā adimpleam ministerii per hanc sacram synodum mihi crediti. ℂ Omnibus autē pręmissis consyderatis iuxta eorum doctrinam, quorum sñias refero, licet inferre aliqua cõtra ea quę exaduerso, sequi dicta sunt ex præfatis auctoritatibus & rõnibus superius pro sua parte inductis. Primum quidē ꝙ auctoritates sacræ scripturæ inductę exaduerso, integrę & sanę intellectę iuxta intelligentiā sanctorum & eorum doctorum, quorum doctrina in schola Theologica splendidior est & cõmunior, nullam habēt efficaciam ad probandū ꝙ virgo Maria præseruata fuerit isto quarto pręseruationis modo, qui nominatur per grām sanctificationis pręuenientem: qui tanquā rõnabilior inter quatuor pręseruationis modos assignatos exaduerso in ꝯceptione beatę virginis asseritur interuenisse. Sc̃do infertur ꝙ ex passibus sacrę scripturę inductis exaduerso, sane & iuxta sanctorum intelligentiā ꝯsyderatis, nullum habeatur fundamētum doctrinę de puritate conceptionis beatę virginis. Tertio idem infertur de auctoritatibus sanctorum doctorum si integre & plene respiciantur, & non rescissę aut truncatę, vt experientia nos edocuit. Quarto infertur ꝙ ea quę inducta sunt exaduerso de sacra scriptura & de dictis sanctorum: ac de ecclesiasticis officiis in testimoniū exemptionis bea. virg. ab vniuersali lege contractionis originalis peccati, nullam fidem certam faciūt huius rei pro qua inducta sunt exaduerso. Quinto infertur ꝙ cum doctrina exaduerso nullum verum fundamētū in scriptura sacra aut dictis authēticorum doctorum hēre videat: nec ei rõnis euidentia ex fundamentis fidei collecta veraciter applaudat (vt ex superioribus patet) videtur dicendum ꝙ doctrina eorum doctorum, quorum relator sum, verior & sanior sit ac securior (vt verbis vtar Bonauēturę) vtpote quā auctoritates sacræ scripturę iuxta glo. sanctorum dicentium solum xp̃m ab orig. pecca. immunem fuisse confirment & roborent: quam sanctorum dicta profiteantur expresse: vt de August. Anselmo, Eusebio beato Bernardo sancto Thom. visum est; quā deniq rationes irrefregabiles ostendere visæ sunt: quā pœnę vniuersa iuris diuini & humani famosorum doctorum schola splendida hactenus docuit, & a nobis tenendam, suis cõmendauit scriptis.

ℂ Explicit duodecima pars.

¶ Incipit decimatertia pars operis.

¶ In quo fit specialis cõmemoratio.xv propositionum principalium exaduerso positarum, quę per varia capitula huius tractatus sunt improbatę. In quo etiam specialis fit cõmemoratio an peius sit stare per vnicum instans in originali peccato, q̃ ęternaliter, esse damnatum. Cap. 1.



VONIAM ordo quẽ mihi in dicendũ institui, nõ admisit vt ordinem obseruatũ exaduerso in.xv. propositionibus suis principalibus in earum confutationes prosequerer cõmemorandum duxi eas simul nunc in hoc vnico capitulo, ostendendo quibus in locis huius tractatus vnaqueq; earũ sit cõfutata. Est autem in prima propositio exaduerso ꝙ beata dei genitrix peccatum originale non contraxerit, sed a contractione illius per deum filium suum singulari dotata priuilegio & dono gratiæ præuenta, fuit pręseruata. Huius vero propositionis confutatio quasi per omnia capitula huius tractatus, habetur. Propositio secũda exaduerso est ꝙ, non obstãte huiusmodi seruatione mater dñi potest dici peccatum originale cõtraxisse. Quę propositio confutatur clarissime, & apertissime, ostenditur includere repugnantiam specialiter in ca. 8. Tertia propositio est ꝙ non obstante hmõi pręseruatione, bea. virgo plusq̃ alii homines, a xp̃o redempta dici põt. Cuius propositionis confutatio apertissima habetur in ca.xxi. Quarta propositio est ꝙ nõ obstante hmõi pręseruatione beata dei genitrix virgo Maria vere creditur fuisse purgata. Cuius propositionis confutatio habetur in cap.xviii. Quinta propositio est ꝙ non obstante hmõi pręseruatione bea. virgo sanctificata esse dicitur. Cuius propositionis confutatio habetur in dicto capitu. 18. Sexta propositio est ꝙ non obstante hmõi proseruatione bea. virgo fuit subiecta multis poenalitatibus quę prouenerunt ex primo peccato, nõ tãtum voluntarie, sed necessitate naturę. Huius autem propositionis confutatio clarissima habetur in.capi.xx. Septima propositio est ꝙ non obstante hmõi pręseruatione, concep. bea. vir. fuit citra priuilegium xp̃i. Cuius propositiõis, confutatio (loquendo de ea quo ad imunitatẽ peccati) ponitur in cap. xxii. Octaua propositio est ꝙ non obstante præseruatione prędicta, bea. virgo põt dici in lumbis Abrahę decimata. Huius propositionis confutatio ponitur in cap.xix. Nona propositio est ꝙ si bea. virg. nõ fuisset præseruata ab origi. peccato, christus non fuisset perfectissimus mediator. Huius propositionis confutatio ponitur in cap.xxii. Decima propositio est ꝙ si beata virgo cõtraxisset originale peccatũ: nec fuisset in eo nisi pro tempore imperceptibili vel in vnico instanti, ꝙ peius ei esset q̃ si fuisset damnata ęternaliter quantũ ad poenam damni. Vndecima propositio est ꝙ peius fuisset matri dñi habuisse culpã originalem per vnicum instans tñ, q̃ esse ęternaliter in poena sensus. Et q̃q̃ harũ propositionũ confutatio apud doctos satis aperte colligi põt ex determinatis circa quod quid est originalis peccati in cap. scdo huius tractatus, gra tñ amplioris dandę notitię de falsitate prędictaꝝ propositionũ, aliquid nunc (recitata tñ prius positione exaduerso) dicẽdum venit. Proponens autem exaduerso ad probandũ pręfatas duas vltimas propões: præsupponit duas quas nominat cõmunes animi conceptiones. Prima est ꝙ illud dr esse maius malum,

qd est minus eligibile. Secunda est ꝙ deus sicut remunerat vltra cōdignum, ita punit citra condignum. Ex quibus duabus propōnibus dicit necessario dicendum esse ꝙ existere in minimo peccato mortali vel ꝑ vnicū instans, est maius malum q̃ ęterna damnatio, & per ꝯsequēs q̃ poena sensibilis inferni: cum ęternus ipse cruciatus inferni siue purgatorii quantū ad poenam sensus sit minus malū q̃ carentia diuinæ visionis. Quare cum de duobus malis minus malū sit eligendū: cum minus malū sit carentia diuinæ visiōis q̃ culpa mortalis, nam illa cū sit minus malum redditur pro poena peccati mortalis: sequitur ꝙ quilibet hō debet eligere potiꝰ ꝑpetuo carere diuina visiōe q̃ semel dūtaxat peccare mortaliter. Ex quibus dicit patere euidentiā propōnū prędictaꝝ. Etenim (inquit) si pręfuisset beata virgo & dimissum fuisset in optione sua, nulli dubium quin amplius elegisset carere diuina visione, q̃ peccare mortaliter, seu in eo per vnicū instans esse. Hæc ille. ¶ Sed istis nō obstātibus, propositiōes ꝓdictę (saluo semper meliori iudicio, & super oīa vniuersalis matris ecclesię, cuius principatus a sede apostolica splendet) falsę sunt. Quod ex tribus facillter colligitur. Prio ex illo beatissimi Aug. in Enchiridion ca. 3 4. ita dicētis. De poena paruuloꝝ. Mitissima sane oīum poena erit eoꝝ qui pręter pctm̄ qd dr̄ originale qd contraxerūt nullum insuper addiderunt. Tum scdo ex illo eiusdem Augu. lib. quo contra Iulianum de poenis paruulorum pertractans ita dicit. Ego autē non dico paruulos sine xp̄i baptismate moriētes tanta poena esse plectendos, vt eis non nasci potius expediret: cum hoc dn̄s non de quibuslibet peccatoribus dixerit. Et infra. Quis dubitauerit paruulos nō baptizatos qui solū hn̄t originale pctm̄ nec vllis propriis aggrauantur in damnatione leuissima futuros: quæ qualis & quanta erit quāuis diffinire non possim, non tn̄ audeo dicere ꝙ eis vt nulli essent q̃ vt ibi essent, potius expediret? Hæc Aug. Ex q̄bus manifeste patet ꝙ stare in ori. pec. solum, & maxie ꝑ instās tm̄, maius nō est malū q̃ nō esse natū in mundo, sed stare in peccato mortali est maius malum q̃ natū nō esse in mūdo. Maxime consyderato ꝙ dn̄s ait Mat. 2 6. de tali. Bonum erat ei si natus nō fuisset non aūt ꝙ simplr̄ nō esset. Tum tertio patet falsitas pręfatarū propōnū ex eo ꝙ doctrina cōis habet in di. 3 3. scdi sn̄iarum paruulos in orig. pec. decedentes, non affligi de carentia diuinę visionis: qm̄ ad illam nullo mō fuerūt proportionati: nec actus proprios habere potuerūt, quibus illud summū bonum quo priuati sunt cōsequi potuissent. Vnde q̄q̄ carentia diuinę visionis in damnatis in inferno, grauior esse dicatur q̃ poena sensibilis (vt dicit Chrisostomus libro de reparatione lapsi: & adducitur exaduerso) eo quia cognoscunt se culpa propria illam perdidisse, verūtn̄ hoc in paruulis decedentibus in originali peccato, nō habet veritatē. vt ait sanctus Tho. in. 2. sn̄iarum vbi supra. Immo (vt idem dicit) sine dolore viuentes, de multiplici participatione bonitatis diuinę in perfectionibus naturalibus gaudent. Quare non vr̄ concedēdum ꝙ peius sit per vnicum instans stare in orig. pec. q̃ esse ęternaliter dānatū, siue q̃ poena sensus inferni æternaliter cruciari. Nec rationes exaduerso factę ad propositum facere videntur. Tum primo quia orig. peccatum nō est peccatum mortale, de quo rationes illę habent apparentiam. Peccatum. n. proprie mortale (iuxta cōmunem doctrinam Theolog. vt in. 2. capitu. huius tractatus ostensum est) spēs vel quasi species est peccati actualis. Tum secūdo quia orig. peccatum nullo modo pōt cadere sub electione. Esse. n. ex naturali origine tale, & esse a proposito tale, ad oppositionē reducuntur. vt patet. 2. Physicorū. Vnde q̄q̄ carere diuina gratia & amicitia dei ex electione sit maius malum q̃

August.
August.
Chriso.
S. Tho.

pœna sensus inferni, sicut volunt rationes exaduerso factæ, carere tamē diuina gratia, non culpa propria nec electione propriȩ volūtatis, sed necessitate quadam originis naturalis, de qua inquit apostolus, natura sumus & nos filii irȩ sicut & cæteri. Ephe. 2. non vr esse peius malum ꝙ cruciatus inferni. Et maxime carere dicta gratia modo prædicto tantum per vnicum instans. Quare præmissis cōsyderatis & aliis quæ in Theolo. docti ꝑsto ꝑsit habere ex doctrina sanctorum, non vr ꝙ propositiones præfatȩ exaduerso sint admittendȩ; quæ etiā ita mihi videntur alienȩ nedū a cōmuni doctrina Theolo. sed etiam a cōmuni iudicio rōnis humanȩ, vt superfluum iudicē in confutatione eaꝝ texere longū sermonem. ¶ Duodecima propositio exaduerso posita fuit ꝙ virgo Maria si contraxisset originale peccatū, non peruenisset ad vltimatam innocentiam ad quā fuit perducta. Cuius propōnis confutatio habetur in. xxvi. ca. vbi ostē sum est ꝙ innocentia per immunitatem originalis peccati, soli xpo competebat, qui veluti agnus inocētissimus omniū alioꝝ venerat maculas purgaturus. ¶ Tertiadecima propositio est ꝙ si bea. virgo contraxisset orig. peccatū non peruenisset ad summā possibilem gratiam. Huius propōnis cōfutatio habetur in. xxix. cap. loquendo de possibili gratia secūdum potentiam ordinatā. ¶ Decimaquarta propositio est ꝙ asserere beatā virg. præseruatā fuisse, non sit contra auctoritatem sacræ scripturȩ. Huius propositionis contrariū colligi vr ex multis capłis & maxime ex cap. xi. ¶ Decimaqnta propositio & vltia est ꝙ asserere beatam virginem fuisse ab orig. peccato præseruatam non sit contra intētionem sanctorum doctorum. Huius propositionis contrarium euidentissime ostensum est in ca. xii. Et ita patet quibus in locis præsentis tractatus, præfatæ xv. propōnes, fundamenta præcipua positionis aduersȩ, confutantur & ostenduntur viribus non subsistere.

¶ In quo respōdetur ad allegationem factam multorum doctorum scholasticorum per primum magistrum proponentē exaduerso: qui doctores asserti sunt fauere doctrinȩ contrariȩ. Et ostenditur non ita se habere de multis. Cap. 2.

POSTQVAM (auxiliāte deo) ostēsum est iuxta doctrinam & snias doctorum, quoꝝ sententias referendi officium mihi creditū est, ꝙ nulla sacrȩ scripturæ auctoritas, nulla sanctorum doctorū dicta, nec rōnis euidentia, quȩ exaduerso inducta sunt probāt seu confirmant assertionem contrariā de sanctitate conceptionis bea. vir. Iam reliquum est ostendere, nō facere pro assertiōe prȩdicta oēs illos scholasticos doctores qui in præsentiaꝝ allegati sunt per quēdā venerabilē magistrum in primo loco proponentem exaduerso: sicut & per quosdam alios eiusdem doctrinȩ prosequutores allegantur in tractatibus & sermonibus variis tanquā assertores & testes ac doctores opinionis suȩ. Allegatur aūt inter ipsos beatus Dominicus dux & pater inclytus ordinis fratrum prȩdicatoꝝ, qui in lib. quem de corpore christi contra albigenses hereticos fecisse dr, asseritur dixisse sequentia verba, ꝙ sicut Adam fuit in agro damasceno, de terra virginea & immaculata formatus, sic secundus Adam xps fuit de terra virginea & imaculata formatus, per illud canticorū quarto. Tota pulchra es amica mea. De quo libro dr vincentius historialis cōmemorare ꝙ ter in ignem proiectus, ter resiliuit illȩsus.

S. Dñi.

sus. Ad hanc allegationem rñdetur breuiter, ꝙ dato ꝙ prædicta verba fuissent beatissimi patris Dominici in antedicto libro: de quo tñ certum nullum habet testimoniū, nihil fauoris aut auctoritatis ex illis verbis affertur doctrinę exaduerso: vt manifeste patet. Qm̄ vt superius in capi.xix.habitum est, cum rñderetur ad similem auctoritatem de beato Andrea aplo, simul stant hæc duo. ꝙ de virgine imaculata filius dei natus sit: & ꝙ virgo beata in conceptione sua contraxerit orig. peccatum. Cōcipi quippe in orig. peccato nō derogat (vt ex auctoritate Aug. loco præallegato visum est) integritati & puritati virginis. Secūdo allegabatur sanctus Tho. tam super librum primū sententiaꝶ ꝗ in tractatu super Aue maria. Sed ꝙ hęc allegatio nihil auctoritatis conferat allegantī; notum est in superioribus. vbi apertissime ostensum est primo ꝙ doctrina s.Tho. est ꝙ beatissima virgo Maria fuerit in orig. pec. concepta. De quo plura eiusdē doctoris testimonia inducta sunt in capitu. xii. Prętera, secūdo clarissime ostēsum est ꝙ ea quę inducuntur exaduerso in contrariū de primo sniarum & de tractatu super Aue maria in nullo fauēt assertioni exaduerso, sicut patet in capitu. xxix. huius tractatus. Quantę aūt auctoritatis hēatur quod magr Io. vitalis de ordine sacro fratrum minorum posuisse dr in tractatu suo de conceptione beatę vir. videlicet ꝙ beatus Tho. librum retractationis fecerit de hac materia, honestatis causa pertranseo rñdere. Tertio inducitur pro parte aduersa eiusdē ordinis prædicatorum Robertus holcot in determinatione exomensi quæ incipit. vtrum doctrina Anselmi debeat rōnabiliter, reprobari. Et determinatur ꝙ non. Sed hæc allegatio nil iuuamenti præstat doctrinę exaduerso, vt patet. Tū primo ex testimonio eiusdem doctoris inducto superius in capitu. xiiii. vbi in forma manifeste dicit beatissimā virginē originale peccatū contraxisse. Tū secundo quia determinare ꝙ doctrina Anselmi debeat probari seu acceptari cū beatus Anselmus (vt patuit superius in cap. xii.) asserat bea. vir. in ori. peccato fuisse conceptam; clarissime confirmat propositū ꝯclusionis doctoꝶ quoꝶ sententias refero. Quarto allegatur pro parte aduersa eiusdē ordinis frater Vincentius historialis in lib. viii. cap. cxxi. Sed ꝙ hęc allegatio nihil virtutis conferat doctrinę exaduerso, ex duobus colligitur. Tum primo quia in præfato loco hic doctor nihil de illa materia ex propriis loquitur. Secūdo quia auctoritas illa hildefonsi quę in præfato cap. inducitur per eū non dicit ꝙ bea. vir. in orig. peccato nō fuerit concepta. Sed hoc solum designare vr ꝙ antequā nata in vtero sanctificata fuerit, sicut superius in cap. xxix. fuit luculenter ostēsum cum daretur responsio ad eandē auctoritatem. Quinto fuit allegatus Magister sententiaꝶ in. 3. dist. 3. pro parte aduersa: qui in primo caplo eiusdem distinctionis ita ait. Mariā quoqꝫ spiritus sanctus in eam pręueniens, a pctō prorsus purgauit, & a fomite peccati etiā liberauit: vel fomitē ipsum penitus euacuādo (vt quibusdam placet) vel sic debilitando & extenuando, vt ei postmodū peccandi occasio nulla extiterit. Sed ꝙ in hoc loco inutiliter inducatur Magister sniarum pro parte aduersa nedum ex eodem ca. & sequēti apparet manifeste p ea quæ superius I ca. 14. huius tractatus cōmemorantur in ꝗbus manifeste docetur & determinatur ꝙ virgo Maria concepta fuerit in ori. peccato, verum etiam ex ipsa auctoritate allegata exaduerso clarissime hoc ostenditur ꝙ apertissime hoc designat. Sexto allegatus est de sacro ordine minorum Alexander de ales qui dicitur in infirmitate in qua decessit oppositum eius quod in tertia parte posuerat asseruisse exponendo illud Canticorum quarto. Tota pulchra es amica mea. Sed hęc allegatio nihil roboris tribuit parti aduersæ, qa de re

Rober. holcot.

Vincē. histori.

Magist. sniarū.

Magr sniaꝶ.

Alex. de Ales.

uocatione illa nullum testimonium certum habetur. Habetur aũt clarissima te stimonia eius ꝙ bea. vir. concepta fuit in ori. pec. vt supra in. capi. 14. patet.

Ricard. de media villa. ℂ Septimo allegatus est eiusdem ordinis magister Ricardus de mediauilla qui dr̃ in antiquitate sua, tractatum fecisse super Aue maria, in quo expresse tenere asseritur beatam Mariam in originali peccato non esse conceptam. Sed ꝙ hęc allegatio nihil auctoritatis tribuat doctrinę exaduerso patet, qm̃ (vt superius patuit in pręnominato cap.) ex parte, idem expresse asserit & docet in. 3. sententiarum di. 3. beatam virginẽ orig. peccatũ contraxisse. Q̃d vero hoc reuocauerit, & contrariã doctrinã asseruerit, eadẽ facilitate negatur qua dr̃, quousq̃ de hac reuocatione fides certa fiat atq̃ legitima demonstratio. ℂ Octauo loco

Scotus. allegatus est eiusdem ordinis Scotus subtilis doctor in. 3. s̃niarũ distin. 3. sed ꝙ hic doctor contrariam opinionẽ non diffinite asseruerit, sed solũ cum ꝯditiõe expressa, manifeste colligitur ex dictis suis. Vnde ad quęstionẽ vtrũ virgo beata fuerit concepta in orig. pecca. rñdens dicit sic. Ad q̃onem dico ꝙ deus potuit facere vt tantũ in vno instanti esset in peccato, potuit etiam facere vt per tẽpus esset, & in vltimo instanti illius tẽporis purgaretur. Et ostẽso vtrũq̃ istorũ esse possibile dicit sic. Q̃d aũt horum trium quę ostensa sunt possibilia factum sit, deus nouit. Si autẽ auctoritatibus scripturę & auctoritati ecclesię non repugnat, videtur probabile q̃d excellẽtius est attribuere Marię. Hæc Scotus. Quare non vr̃ q̃d eius dictum det multum roboris doctrinę exaduerso. ℂ No

Nic. de Lira. no allegatur pro assertione exaduerso eiusdem ordinis magr̃ Nic. de lira in responsione contra Iudęum, Sed hęc allegatio nulla est. Tum quia apertissima est huius doctoris doctrina (vt in cap. xiiii. visum est) ꝙ virgo Maria ori. pecca. contraxerit. Tum quia non ita se habet ꝙ per ea quæ in præfato tractatu ponit dicat beatam virginẽ non cõtraxisse orig. pec. sicut ẽt manifestissime in su-

Armachanus. perioribus ostensum fuit in cap. xxviii. ℂ Decimo allegatus est dñs Armachanus de quo dr̃ ꝙ in principio fuerit aduersarius super. 3. s̃niarũ di. 3. sed postmodũ factus eps̃ publice retractauit in sermone qui incipit, Sapientia ędificauit sibi domũ, ostẽdens per istud medium in conceptione virginis nullam fuisse maculam: quia nullus sapiens in domo facit fundamentũ ruinosum. Ad istam allegationẽ dr̃ ꝙ etiam paꝝ auctoritatis cõfert positioni exaduerso. Tũ primo quia notum est ẽt ex cõfessione partis aduersę, ꝙ hic doctor in. 3. s̃niarũ docuit contrariũ. Item idem doctor in. 8. libro de quęstionibus Armenoꝝ. ca. xv. expresse concludit ex sacrę scripturę auctoritatibus ꝙ necesse est dicere oẽs prætet xp̃m ab origine habuisse peccatũ. Et differentiã faciens inter sanctificationẽ eius factam in vtero & sanctificationẽ Io. baptistę, & Iere. dicit (iuxta alias positam a beato Bernardo s̃niam) ꝙ beata virgo nunquã cõmisit peccatũ. Tum secundo allegatio prędicta nõ est alicuius auctoritatis: quia de retractatione illa nullum veridicum & sufficiens inducitur testimonium. Tum. 3. quia nõ est veri simile ꝙ doctor pręfatus qui satis famosus est, tam exili ratiõe motus fuerit ad retractandũ, q̃d cum tãta grauitate in superioribus libris suis docuerit. ℂ Vn

Petrus comest. decimo allegatus est etiã exaduerso in fauorem partis suę Petrus comestor qui de beata virgine loquens, dr̃ ita dixisse. Si fieri posset q̃d arenę puluis & omnes vndarum guttę, rosę, gemmę lilia, flammę, ęthera, cœlicolę, nix, grando, sexus vterq̃, syluarum rami, frondes, auium quoq̃ pennę, ros, gemmę, stellæ, pisces, angues, & aristę, & lapides, montes, conualles, terra, dracones, linguę cuncta forent, minime depromere possent quę sit vel quanta virgo regina Maria. Quæ tua sit pietas, nec litera nec dabit ętas. Hæc ille. Sed allegatio ista nihil firmi-

tatis tribuere videtur assertioni exaduerso. Tum primo quia (vt in ca. xiiii. huius tractatus inductū est) ipse expresse & in specialibus terminis ponit contrarium in sermōe natiuitatis beatæ virginis, sub themate. Alleuiata est terra Zabulon. Tum secundo quia in dictis antepositis præfati doctoris non habetur expresse, nec etiam ꝯñanecessaria ex illis elici potest, ꝙ virgo Maria fuerit absq; ori. peccato concepta. ¶ Duodecimo allegatus fuit Alexander nequā doctor exomen. in sermone quodam suo qui incipit. Fiat lux. Sed hęc allegatio parum roboris dat doctrinę exaduerso quia cum testimonio, etiam aduersę partis hic contrarium dixerit in aliis libris suis, non habet locum eius auctoritas pro parte allegantis quousq; de reuocatione primæ doctrinæ legitimū & indubitatum inductū fuerit testimonium. ¶ Decimotertio allegatus fuit Robertus linconiensis in tractatu de laudibus beatę virginis. Sed hæc allegatio vt legi in quodam tractatulo, suspecta est de veritate. Dicitur. n. ꝙ talis doctrinę nū quā fuit pręfatus doctor. ¶ Decimoquarto allegatur magister Henricus de hassia nouus doctor in hac natione germanica, sed hęc allegatio non videtur multum roboris ac firmitatis tribuere conclusioni exaduerso vt colligi videtur ex dictis eius. Dicit enim in tractatu quē intitulat de macula Bern: qui incipit. Miror satis venerandæ pater Berd. in quo merueris solus tu præ ceteris maculam portare. In quo grauiter repręhendit eos qui præfatum Bernardū asserunt apparuisse cum macula pro eo ꝙ virginem beatā in orig. pecca. asseruit esse conceptam. Vbi positis quibusdam rōnibus & auctoritatibus pro parte affirmatiua conclusionis. dicit sic. His attentis & similibus extimo nemině discretę & maturę ętatis, debere oppositum cōclusionis harū scripturarū & rōnum firmiter asserere & pertinaciter defendere: & per cōsequēs nō est redarguendus Bernardus nec quisquā de errore qui dictis scripturis videtur annuisse. Vnde non possem Franciscum de maironis excusare de pertinacia & inordinato zelo qui respondendo ad auctoritatem Bernardi in epistola allegata dixit Bernardus nō est hic recipiendus. Iura volunt, eū qui bonos ex leui suspitione accusat, non charitatis, sed inuidię stimulis exagitari. Hæc ille. Et infra positis rationibus pro parte negatiua dicit in conclusione tractatus in fine. Colligitur ex prædictis ꝙ nulla pars contradictionis est assertiue prędicanda: nec a quocunq; firmiter asserenda: & opposita reprobanda. Hæc ille. Ex quibus patet qđ testimonium huius doctoris non plus roboris dat vni quæstioni q̄ alteri. Cæterum per proponentē magistrum, vltimo loco inductus est in medium dñs Antonius de butrio tanq̄ assertor doctrinę exaduerso. Sed eius allegatio parum roboris affert alleganti, si præfati doctoris verba allegentur ac ponderentur. Dicit aūt sic super titulo de feriis. Quid de festiuitatibus oībus bea. vir. Mariæ, an oēs sint celebrandæ? Dico ꝙ sic de quatuor. s. Annunciatio in vere, assumptio in æstate, natiuitas in autumno. purificatio in hyeme. Festum aūt cōceptionis hic nō includitur, licet in multis locis celebretur ex deuotione non improbanda, de quo spe. eod. titu. post principium. Et hoc quia fuit ex humano semine concepta & in originali peccato (vt not. de consecr. di. 3. c. i.) sed post cōceptionē imediate sanctificata. Hodie (inquit) audio ecclesiā approbasse opinionē minoꝝ: & illud ꝯ̄iter ꝙ nō fuit cōcepta in originali. Hęc ibi. Ex quoꝝ verboꝝ forma patet ꝙ doctor iste nō asserit opinionē ꝯtrariā, sed narrat vnū qđ est falsissimū. Plane si verum esset ꝙ ecclesia approbasset iam alteram partem, concilium præsens sacrum, non posuisset sub discussione an virgo beata sit in orig. pec. concepta. Ecce ꝙ de testibus inductis exaduerso. xv. eoꝝ aut

Alexan. nequā.

Rober. linconiēsis.

Hericus d'hassia.

Ant. de butrio.

f.per iuramentũ: vel alio debito modo. Cuius iuxta Goffredum duæ distinguntur species. f. canonica & vulgaris. ℭ Secũdo falsum prȩsupponitur in hoc ꝙ dicit ꝙ testes doctorũ, quorum relator sum, in generali tellentur. Falsitas. n. huius colligitur apertissime supra, vbi apertissima testimonia venerabiliũ patrũ habita sunt de contractione origi. peccati. ℭ Tertio falsum prȩsupponitur in hoc quod dr̃ ꝙ plura testimonia sanctorum singulariter loquendo de immunitate peccati in beata virgine recitata sunt q̃ per collegam meũ fuerint allegata. Falsum quidẽ est, si loquatur de imunitate pec. orig. de quo pn̄tis quæstiõis sermo est. Euidenter quidem in superioribus monstratũ est, ꝙ nulla sanctorũ auctoritas est quæ expresse asserat in propriis terminis neq; apud sanum iudiciũ ęquiualentibus, ꝙ beatissima virgo non cõtraxit orig. peccatum.

ℭ In quo respondetur ad miracula quę per aliquos proponentes exaduerso scribuntur: & inducta sunt in medium in fauorem partis aduersę. Cap. 4.

IAM reliquũ est (sub breuissimo tñ sermone) respondere ad miracula quę per aliquos exaduerso in fauorẽ assertionis suę adducũtur. Sunt aũt hęc in duplici differẽtia. Quędã. n. dñr esse facta in attestationẽ & argumentũ colendę & celebrãdę festiuitatis cõceptionis bea. virgi. ex quo arguunt ꝙ veniant pñter in testimoniũ sanctitatis conceptionis beatissimę virginis. Quędam vero dicuntur esse facta in argumẽtum ꝙ eius conceptio sancta fuerit. Prima autẽ esse dicunt notata in epl̃a beati Anselmi archiepi Cantuarieñ. ad coepiscos Anglię, sed scda refert magister Io. aymerici in sermone quem in hoc sacro concilio solicitator huius q̃onis composuit: quę se recepisse asserit de tractatu fratris Io. vitalis de ordine minorum, vbi recitat aliquos, videlicet Alexãdrum nequã, & tres fratres ordinis prędicatorum, & vnum frem ordinis minorũ, variis correptos esse infirmitatibus, quorum etiam aliqui mortui dicuntur, pro eo quod asserebant & prędicabant beatissimam virginem fuisse in originali peccato conceptã. ℭ Sed ad hęc pauca dicenda veniunt: quia parvę aut nullius virtutis existunt. Ad prima ergo miracula dr̃ ꝙ dato ꝙ illa vera fuerint miracula de quo tñ infra in cap. de celebratione festiuitatis conceptionis sermo habebitur specialis, non tñ probant intentũ allegantis: qm̃ cum non sit possibile ꝙ miracula vera fiant aut reuelationes diuinitus ostendantur in testimoniũ doctrinę cuius contrarium tã aperta sanctorum patrũ & doctorũ principalium vtriusq; iuris diuini pariter & humani, firmat auctoritas: præfata miracula si fuerunt, accipienda sunt & intelligenda in testimonium non cõceptionis factę, sed celebrandę festiuitatis ratiõe subsequentis de proximo sanctificationis. ℭ Quãtũ autẽ ad alia miracula paucioribus me absoluam. Dicitur. n. (salua pace allegantis) nisi ampliori testimonio ea roboret q̃ fecerit, ꝙ conficta sunt, & (vt vr̃) nõ recto zelo adinuenta. Patres quippe veteres probatissimę fidei diuersarũ prouinciarũ ordinis nostri sacri, diligenter interrogaui si vnquã talia in suis partibus vidissent vel audiuissent contigisse fratribus aut secularibus tenentibus & prędicantibus beatissimã virginem in originali peccato conceptã: Qui oẽs irridentes prȩfata miracula asserta quę inducta sunt exaduerso, responderunt se nunq̃ talia audiuisse contingere. Quinimmo si vellem huic tractatui inserere quę intellexi accidisse in diuersis partibus, personis tenẽtibus oppositam opinionem & zelo inordina-

Ansel. Ioãnes aymeri.

LL

to,prosequentibus,lo sigillmum constituissem capitulum. Sed quia sacrę synodi institutione iussus sum sanctarum literarum fundamēta perquirere & patrū sniās congregare quibus roborari valeat pars affirmatiua quęstionis, & non somnia & inuentiones hominū, ideo ab hmōi pro debito officii mihi crediti institui supersedendum. Verum de præfatis miraculis quæ scribuntur in epistola quæ dicitur esse Anselmi aliquid dicetur infra vbi de festiuitate conceptionis fiet sermo.

¶ In quo ponitur Correlarium rñsiuū principale ad qōnē propositam in hac sacra synodo Basileeñ. Cap. 5.

a PERTE iam arbitror patere ex superioribus quid correlarię, respondēdū veniat, iuxta doctores, quoꝝ snias in mediū ferre iussus sum, ad quęstionē propositā, qua quęrebatur vtrū magis piū sit credere animā beatę virginis dei genitricis, fuisse, in instāti suę infusionis in corpore pręseruatā ab originali peccato, q̄ credere ipsam virginem conceptā in orig. pec. Correlarium plane rñsiuum ad quęstionē pręfatā iuxta eoꝝ doctrinā sit ꝙ magis pium sit credere beatissimam virg. dei genitricem conceptā fuisse in orig. pec. q̄ oppositum. Q d correlariū rōnibus sequentibus sumptis ex ipsa ratione nominis pietatis, sic ondītur. Oē illud est magis pie credendum qd magis cedit ad excellentiam cultus saluatoris dñi nostri Iesu christi. Sed hoc est hmōi. ergo correlariū veꝝ. Cōsequētia est bona, & Maior sumitur ex declaratiōe facta termini pietatis in. c. 2. huius tractatus, vbi iuxta August. sniam, diffinita est pietas esse dei cultus. Minor vero patet, quia dicendo beatam virginem orig. pec. cōtraxisse, manet integrū priuilegiū christi quo ad hoc ꝙ est concipi sine pec. orig. Præterea. sic manet integra dignitas & excellentia gloriæ & honoris eius quę consyderatur ex eo ꝙ vlis saluator & redemptor est oīum hoium: in quo nō parū ꝯsistit gloria cultus eius. Quibus derogatur (vt præfati doctores dicunt) per hoc ꝙ aliquis homo alius ab eo sine quocūꝗ peccato aut originali aut actuali fuisse dicatur: & per ꝯñs per hoc ꝙ virgo sacratissima in orig. pec. non dicatur fuisse concepta: attento ꝙ pro magnitudine dignitatis suę, omniū fidelium cōis sit pia credulitas, ꝙ eius vita ab omni actuali peccato fuerit imunis. Et confirmatur hæc ratio sic. Omne illud vr magis pie credendū, qd vniuersum populū fouet & cōseruat in fide & deuotione illius necessariissimi, vlis, piissimi precii redēptionis nostrę, sanguinis Iesu xpi. Sed credere ꝙ ois homo alius a redemptore fuerit illo precio emptus & libertati restitutus, magis tenet populū christianū in fide & deuotione necessitatis pietatis ac vniuersalitatis prędicti precii, q̄ assertio dicēs aliquos esse eo precio redēptos, aliquos aūt, siue aliquā, nō. Ergo vr ꝙ tam pro obseruanda integritate vniuersalitatis pietatis exhibitę vniuerso humano gñi sanguine christi: q̄ pro fouendo populo christiano in eius deuotione, magis pium sit credere beatissi. virg. in orig. pec. conceptam q̄ oppositū. Pręterea ad idē arguitur sic. Illud est magis pie credendū, qd cedit magis ad excellentiā cultus debiti bea. vir. Sed hoc est hmōi. ergo correlariū veꝝ. Cōsequentia bona est. Maior vero patet ex scda diffinitione pietatis superius posita. Maior patet, qm̄ (vt in superioribus diffuse monstratū est. ca. 18.) sic seruantur illibata priuilegia eiusdem fœlicissimę virginis inter quę potiora cōmemoratur ꝙ syncera & sctā cōceptione filium dei cōcepit, ꝙ ptia prolem sctām ab omni pctō imunē habuit:

August.

cuius ratione dictum est ei (vt sctorum superius hnt testimonia) Bndicta tu in mulieribus, & bndictus fructus ventris tui. Item quod mater est vris, omnium redeptoris. In quibus non paru gloria cultus huius excellentissime & colendissime vir. Marie cōsistit: quibus aperte derogari visum est patribus, quorum relator sum, si virgo Maria fuerit absque orig. pec. concepta. vt supra patuit. Tertio sic. Oe illud venit magis pie credendu qd magis conforme est sacrae scripturae, sed hoc est hmoi. ergo correlariu verum. Cōsequētia est bona. Maior patet ex superioribus posita tertia diffinitione pietatis, vbi sacra scriptura scia pietatis vocata esse dinoscitur. Minor vero deducta est in superioribus in cap. xi. Item. 4. sic. Illud est magis pie credendum, qd cōsequētia scripturarum & claritate ac virtute rōnū ita probabile est, vt ei nec scriptura nec ratio vera contradicat. Sed hoc est hmoi. ergo correlariu verum: Cōsequētia est bona. Maior patet ex qrta diffinitione pie credibilis superius assignata. Minor vero ostensa est in superioribus capitlis, maxime in quibus ad auctoritates & rōnes inductas exaduerso rñsum est, & osnsum quod in nullo fundare pñt assertionē cōtrariā. vt in ca. 25. 26. 27. 28. et. 29. Et cōfirmatur hec rō sic. Beatissimā virg. nō fuisse conceptā in orig. pec. nulla oña scripturarū, nulla euidentia rōnum sic est probabile quod ei scriptura non cōtradicat. ergo nō est illud pie credendū. Cōsequentia patet ex diffinitiōe quarta pie credibilis, supra posita. Añs patet ex superioribus, vbi auctoritatibus & rationibus probatum est nō posse stare cū auctoritatibus sacrae scripturae iuxta expositiones sanctorum patrum, beatam virginē aut quēcūque alium a xpo imunē fuisse in conceptione sua a peccato originali.

Contra predicta, factas obiectiones exaduerso friuolas esse. Cap. 6.

ED contrarium dicit propōnes exaduerso quod assertio eius & eorū pro quorum doctrina allegationem facit, magis pia dicenda est: quia (vt iquit) cōiter in ecclesia quedā magis pia dñr ad inflamādū affectū q̄ ad instruendū intellectū, ac inibi pietas deuota amplius ispicitur q̄ veritas certa. Pia. n. credulitas nō tam super veritate innititur q̄ sup apparentia & probabilitate, dum falsitas seu veritas ignota est, eius qd piū est. Sicut exempli gratia de sanguine xpi, quod aliquid remansit in terra, nec totus sanguis effusus in resurrectiōne fuerit resumptus, de quo licet s. Tho. alleget plures rōnes quod nō remanserit aliquid, pie tñ creditur contrariū. V si cum doctrina de sancta conceptione bea. virg. excitet & dirigat nutriat & foueat deuotionē fideliū ad religionem & cultū dei. vr quod sit magis pia. Est. n. per se oibus notū quod hāc doctrinam feruentissima deuotiōe quasi oēs fideles audiūt cōtrariā abhorrētes supra modū. Et ex hoc laudē & gloriā dei in memoriā bea. vir. multiplicato religionis cultu, offerūtur deo orōnes & sacrificia. Sed hec rō nullo mō procedit. Qd luce aptissima luce colligitur quod sanctiores, sapiētiores ac deuotiores doctores qui in eccl'a fuisse dñr seu legūtur, qui supius inducti sunt, hāc doctrinā diffusius & aptius docuerūt: & pro xpiano pp'o erudiēdo i suis libris eā relique runt. Dr ergo quod maior propō nō est ad propositū: nec exēpla que inducūtur, cū apertissima sit doctrina sctorum patrū & oīum quasi doctorum famosorum i schola Theo. & iuris canonici in ꝯtrariū. Et ideo breuitatis causa circa illa amplius non extenditur sermo. Palam autem est quod non est dicenda pietas aut deuotio que neglecta sanctorum patrū doctrinā super nouis qbusdā paucorum doctorum au- S. Tho.

beatæ virginis de se aut ratione sui, non sit celebranda. Quæ conclusio tripli ci via ostẽditur. Primo auctoritate. Scdo rõne. Tertio testimonio multorũ doctorũ. Primo quidẽ auctoritate sacrę scripturę videtur per illud probari. Iob 3. vbi de cõmuni oĩum hominũ conceptione quę viri & mulieris cõmixtione peracta est, cuius modi fuit conceptio passiua bea. vir. loquens sub noctis noie ita ait. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Scdo eadẽ conclusio auctoritate patet bti Ber. qui licet pręcipuus fuerit bea. virgi. amator, & honoris eius zelator, nihilominus dure repręhendit Canonicos Lugduneñ. qui conceptionẽ eiusdem virginis celebrabant. Vnde in epistola quã ad eos super hac materia scribit, ita parum post pricipiũ ait. Vnde miramur satis quid visum fuerit hoc tẽpore quosdã vrm voluisse mutare colorem optimũ, nouam inducendo celebritatem: quam ritus ecclesię nescit: nõ probat rõ, non cõmendat antiqua traditio. Nunquid patribus doctiores atq; deuotiores sumus. Periculose pręsumimus quicquid ipsoꝝ in talibus prudentia pręteriuit. Nec vero id tale est, qđ nisi prætereundum fuerit patrum quiuerit diligentiam pręterisse. At valde honoranda (inquis) est mater dñi. Bene admones. Sed honor reginę iudicium diligit. Virgo regia falso non eget honore, veris cumulata honoꝝ titulis & insulis dignitatũ. Hæc Bernardus. Vbi ponderanda & notãda veniunt verba illa Bernar. vbi habet primo, ritus ecclesię nescit illam festiuitatẽ. Scdo ꝙ nõ probat eam rõ: & ita nõ vr rõnalis. Tertio ꝙ nõ cõmendat eam antiqua traditio. **Bernar.** **Bernar.**

¶ Rõne vero sic prefata cõclusio oñditur. Nihil qđ tanq̃ mirandũ venit examinandũ tanq̃ suspectũ, de se aut rõne sui est in ecclesia laudibus festiuandũ, sed conceptio be. vir. fuit hmõi. ergo sequitur ꝙ de se aut rõne sui nõ est in ecclesia celebranda, ꝯña est formalis. Maior est manifesta. Minor vero patet multipliciter ex superius inductis. Vbi aperte visum est tam auctoritatibus sanctoꝝ q̃ euidentia rõnum, & cõi testimonio vtriusq; iuris famosissimorũ doctoꝝ, ꝙ virgo Maria concepta fuerit in originali pecca. a quo munda venit per grãm sanctificationis. Vnde Bernar. in epistola prænominata ad Canonicos lugduneñ. (inquit) si ergo ante conceptum sanctificari minime potuit, qm̃ non erat: sed nec in ipso quidem conceptu in vtero propter peccatum qđ inerat. Vnde restat ꝙ post conceptionem iam existens sanctificationem accepisse credatur, quę excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, non tamẽ conceptionem. Item idem Bernardus in sermone assumptionis eiusdem sacratissimæ virginis dicit sic. Beatam virginem omnimodis constat ab originali contagio sola dei gratia priusq̃ nasceretur esse mundata. Pręterea secũdo arguitur sic ad idem. Statuta vlis ecclesię de sanctorum celebritatibus omnia fundata sunt super sanctitate: vt nullo die pro aliquo sancto solẽnizet i quo vel pro quo persona sctã nõ fuerit cui honor ille defertur. Sed cõceptio virginis beatę nõ fuit sancta. ergo rationabiliter ex se aut rõne sui celebranda ab ecclesia nõ venit. Maior est manifesta cũ statuto Alexãdri tertii qui extra de reliquiis & vene. sanctoꝝ in capi. audiuimus, de quodam qui colebatur, non colendus dicit. Illum aũt non pręsumatis de cętero colere, cum et si per eũ miracula fierent, nõ liceret vobis absq; auctoritate romañ. ecclesiæ venerari. Vbi glo. super verbo miracula, ita ait. Qm̃ miracula qñq; fiunt per malos. 1. q. 1. teneamus. Ideo nõ debet venerari pro sancto quisquis miracula facit nisi ab ecclesia romañ. fuerit per legitimos testes approbatũ. Hæc ille. Tum secundo colligitur illa maior ex statuto Innocentii tertii in generali cõcilio ędito, qui (vt in sequenti capitulo habetur) ita dicit. Reliquias inuentas de nouo, nemo publice venerari pręsumat, nisi **Alexã. tertius.** **Inn. iii.**

prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Prælati vero non permittant eos qui ad eorum ecclesias causa venerationis accedunt variis figmentis aut falsis documetis decipi: sicut in plerisq; locis occasione quæstus fieri consueuit. Vbi glo. super verbo, auctoritate Romani Pontificis, dicit. hoc intelligendum esse receptis prius testibus super vita & miraculis illius, vt extra, de testibus cap. venerabili. Quãquã enim episcopus possit in diocesi sua aliquẽ canonizatũ instituere colendum, non tamẽ non canonizatum sed prius per sedem apostolicam, vt colligitur ex glo. in cap. pronũciandum de consecra. di. 3. Rationabilis plane fuit hæc cõsyderatio vniuersalis ecclesię, videlicet ꝙ celebritas venerationis habenda de aliquo in ecclesia super sanctitate & per legitimos testes approbata fundaretur: qm̃ (vt ait Hiero. super epistolam Pauli ad Philemonẽ, & habetur in ca. si quis. xi. q. 3.) Si quis dixerit iustum iniustum, & iniustum iustũ, abominabilis est vterq; apud deum. Itẽ similiter qui sanctum dicit non sanctum, & rursum non sanctũ asserit sanctum, abominabilis est vterq; apud deum. Item idem (& habetur in sequenti capi.) Si quis hominem qui sanctus non est, sanctum esse crediderit, glo. i. asseuerauerit: & dei coniunxerit societati, xp̃m violat, cuius nos membra sumus. Minor vero in qua dicebatur ꝙ cõceptio beatæ virginis sancta nõ fuerit, patet multipl'r ex superioribus. Cęterũ 3. confirmatur sic. 9. Virgo Maria (vt ait Bernardus in sermonẽ prænominato) nascens festiuis laudibus nõ honoraretur si nõ sancta nasceretur. ergo multo minus cõcepta honoraretur nisi sancta conciperetur. Patet quia cõceptio est causa contrahendi originale peccatũ: non autẽ natiuitas ex vtero. Propter qd plus repugnat festiuitati sanctitatis si sancta nõ est concepta. ergo &c. Hæc autẽ vniuersa argumentatio firmissima redditur ex argumentatione qua beatus Bernardus loco pręallegato vtitur repręhendẽdo Canonicos lugdunẽ. de eo ꝙ conceptionẽ beatę virginis celebrabant. Qui postq; longo discursu probauit ꝙ concep. beatę vir. sancta nõ fuerit, sic concludens ait. Quãobrem si quibusdã vel paucis filiorũ hominũ datum est cũ sanctitate nasci, non tamen & concipi, vt vni seruaretur sancti prerogatiua cõceptus. qui oẽs sanctificaret solusq; absq; pctõ veniens purgationẽ faceret peccatorũ. Solus itaq; dñs Iesus Christus de spiritu sancto conceptus: quia solus & ante conceptũ sanctus. Quo excepto de cęteris vniuersis respicit ex Adã natos qd vnus humiliter de seipso veraciter confitetur. In iniquitatibus conceptus sum & in peccatis cõcepit me mater mea. Cũ hæc ita se habeant, quę nã iam erit festiue rõ conceptiõis? Quo pacto (inquã) sanctus asseritur conceptus qui de spiritu sancto nõ est, ne dicam de peccato est? aut festus habebitur qui minime sanctus est? Libenter gloriosa virgo hoc honore carebit, quo vel pctm̃ honorari, vel falsa vr̃ induci sanctitas. Alioquin nulla ei ratione placebit contra ecclesię ritum præsumpta nouitas, mater temeritatis, soror superstitionis, filia leuitatis. Nam si sic videbatur, consulenda erat prius apostolicę sedis auctoritas, & nõ ita præcipitanter atq; inconsulte paucorũ sequenda simplicitas imperitorũ. Et ante siquidem apud aliquos errorem compereram, sed dissimulabam parcens deuotioni, quæ de simplici corde & amore virginis veniebat. Verum apud sapientes atq; in famosa nobiliq; ecclesia & cuius specialiter filius sum, superstitione depręhensa, nescio an sine graui offensa etiam vestri omniũ dissimulare potuerim. Hęc Bernardus. Vbi non parum ponderanda veniunt prędicta verba huius sancti quibus repręhendit tam insignis ecclesiæ Canonicos. Vbi maxime illa consyderanda sunt inter alia quæ in proposito nostro ab his qui libram iudicii tenent in

ecclesia sancta dei, magna cum grauitate ponderanda sunt: cum sint verba huius tam gloriosi & deuotissimi doctoris Bernardi. Primum est vbi ait. Quomodo festus habebitur conceptus qui minime sanctus est. Secundū est ꝙ gloriosa virgo libenter hoc honore carebit quo vel peccatum honorari vel falsa videtur induci sanctitas. Item ea verba sequētia in quibus festiuitatē illam, præsumptam nouitatem, errorem, & superstitionē appellat. Ex quibus clarissime patet quę fuerit in hac materia beati Bernardi intentio tam super principali quęstione qua quęsitum est, vtrum gloriosa virgo fuerit in originali peccato concepta, ꝗ super accessoria, videlicet vtrum eius conceptio sit habenda festiua. Demum tertia via videlicet testimonio multorum probatissimorum doctorū ꝯclo pręcedens redditur manifesta de quibus in superioribus, amplissima facta est cōmemoratio sub numero videlicet centenario. Vbi omnium fere doctorum antiquorum Theolo. & iuris canonici vna cōmunis colligitur esse sententia quæ ponitur in glos. in cap. pronunciandum de consecra. distin. 3. videlicet ꝙ conceptio beatæ virginis celebranda non est. Cuius ratio ibidem in glo. & ab omnibus aliis doctoribus assignata pariter vna est, videlicet, quia in peccatis concepta fuit sicut & cæteri sancti excepta vnica persona christi. Propter quam rōnem (vt doctor eximius dominus Guillermus antisiodo. testatur in summ a sua) Mauritius episcopus Parisieñ. prohibuit ne festum de cōceptione beatæ virginis celebraretur in ecclesia Parisieñ. vt in prænominato. c. cōmemoratum est. Hac insuper ratione in multis aliis locis catholicis & religiosis supersessum fuit & supersedetur a celebratione huius festiuitatis. Guillerm. antisio.

¶ Secunda conclusio principalis de eodem festo conceptionis declaratur. Cap. 8.

SECVNDA conclusio eorum doctorum, quorū sententias refero, est ꝙ festum conceptionis beatę virginis celebrari potest respectu siue ratione sanctificationis sequentis de proximo ipsam conceptionem naturę: ita ꝙ festiuitas ipsa referatur ad sanctificationem & non ad conceptionem. Quorum ratio est, quia tempus sanctificationis incertum est. Vnde sicut olim instituto Melchiadis Papæ festum quatuor coronatorum fiebat sub nominibus quatuor martyrum propter incertitudinem nominum eorum, sic in die conceptionis potius celebratur festū, ꝗꝗ in die sanctificationis ꝗꝗ festum quod celebratur potius sit sanctificationis ꝗ conceptionis. Vnde sanctus Thomas in tertia parte (sicut plenius inductum est in superioribus) dicit ꝙ ecclesia Romana non celebrat conceptionem beatæ virginis. Et licet tolleret consuetudinem aliquarum ecclesiarum illud festum celebrantium, non tamē per celebrationem huius festi datur intelligi ꝙ in sua conceptione fuerit sancta: sed quia quo tempore fuerit sanctificata ignoratur, celebratur festū sanctificationis potius ꝗ conceptionis in die conceptionis. Vbi considerandum est (vt idem sanctus Thomas ait in quolibeto. 6. art. 7. quęrens vtrum liceat celebrare festum conceptionis dnę nostrę) ꝙ propter hunc diuersum respectū habitū circa conceptionē bea. vir. diuersa cōsuetudo ecclesiaꝝ circa celebrationem conceptionis inoleuit. Nā Rom. ecclesia & plurimę alię considerantes conceptionē eiusdē virginis in ori. pec. fuisse, festū cōceptionis nō celebrant. Aliquę vero ꝯsyderātes sctificationē eius in vtero cuius S.Tho.

tempus ignoratur, celebrant cóceptionem. Creditur. n. ꝙ cito post ꝯceptioné & animę infusionem fuerit sanctificata. Vnde illa celebritas non est referenda ad conceptionem ratione cóceptionis, sed potius ratione sanctificationis. Sic ergo nō est ideo celebranda conceptio prędicta quia fuit sine peccato originali concepta. Hæc sanctus Thomas. Quid aūt seraphicus doctor Bonauentura conformiter ad sanctū doctorem dicat in suo. 3. sententiarū dist. 3. audiamus. Dicit. n. sic. Notandū ꝙ spiritus sanctus aliqñ operatur vt spūs, aliqñ vt sctūs. Tunc quidem, operatur vt spiritus, qñ opus facit supra naturam. Tunc vt sanctus operatur cum nō solum facit opus supra naturā, sed et sanctificat id supra, qd operatur. Dico igitur ꝙ in ꝯceptione solius filii dei qui est sanctus sanctorū non solum operatus est, vt spiritus, sed vt spūs sanctus. In cóceptione vero qua bea. Ioánes est conceptus, siue beata virgo, operatus est vt spiritus. Ideo virgo Maria nō dr concepta de spū sancto. Propterea nullius conceptionis solénitaté celebrat ecclesia nisi solius filii dei in annunciatione virginis Marię. Sunt tñ aliqui qui ex speciali deuotione celebrant conceptioné bea. virg. quos nec omnino laudare, nec simpliciter audeo vituperare, pro eo qd sancti patres q̄ alias solénitates virginis spū sancto donante statuerunt, qui etiam magis amatores & veneratores beatæ virginis fuerunt, conceptionem beatę virginis solénizare non docuerunt. Beatus etiam Bernardus pręcipuus virginis amator & honoris eius zelator illos reprębendit qui conceptionem virginis celebrant. Statuta etiam vniuersalis ecclesię de sanctorum celebritatibus omnia fundata sunt sup sanctitate: vt nullo die pro aliquo sctorū solénizet i quo vel pro que persona sancta non fuerit, cui honor ille defertur. Si ergo sanctitas non erit in virgine ante infusioné animę, nō videtur vsq̄quaq̄ securū conceptionis illius solénitatem celebrare. Nō etiam audeo omnino reprębendere: quia vt quidā dicunt hęc solénitas celebrari non cœpit humana inuentione sed diuina reuelatione. Qd si verum est, sine dubio bonum est solénizare in eius conceptione. Sed quia hoc authenticum non est, non compellimur credere. Quia etiam contra fidem rectam non est, non compellimur negare. Pōt etiam esse ꝙ illa solénitas potius referatur ad diem sanctificationis q̄ conceptionis, quoniā dies conceptionis fuit certa, dies vero sanctificationis incerta est. Et ideo non irrationabiliter solénitas diei sanctificationis statui pōt in die conceptionis non imerito. Quia q̄uis conceptionis diem nō oporteat celebrari pro eo ꝙ non fuit sanctitas in conceptu, pñt tñ irreprębésibiliter animę sanctæ gaudere pro eo. s. ꝙ tunc inchoatum est. Quis audiens virginem de qua salus totius mundi processit conceptā, gratias deo exoluere negligat, & omittat exultare in deo salutari suo, nisi qui erga gloriosam dei virginem minus deuote afficitur, & magis consyderat pręsentia q̄ futura: magis consyderat boni defectum, q̄ fundamentum? Et enim si filius regis claudus nascatur non est de claudicatione dolendum, sed potius de natiuitate gaudendum. Per hunc modum si quis in die conceptionis eiusdem solennizet, attendens magis sanctificationem futuram q̄ conceptionem pñtem, non videtur dignus redargui. Et ideo dixi ꝙ tales, nec laudare audeo, nec vituperare. Credo tñ & confido de gloriosa virgine ꝙ si q̄s hanc solénitatem celebrat, non ex amore vanitatis, sed potius ex deuotione virginis, non credens etiam cōtra illud quod elici potest ex sacra scriptura, ꝙ beata virgo deuotionem eius accepiet. Et si aliquid est in hoc reprębensibile, spero ꝙ apud iustum iudicem dignabitur excusare. Nec huic obuiant dicta Bernar. Potius enim intendit excludere, errorem ne quis credat virginem sanctificatam

(margin: Bonau. — Ber.)

in conceptione, q̄ erga virginem deuotionem nostram minuere: cui nullus potest esse nimis deuotus: ita tamen ꝙ nihil credat, de ea, ꝙ sit contra veritatē sacrę scripturæ, quæ omnem deuotionem nostram tam erga Deum q̄ erga matrem eius præcedere debet. Hæc ille.

¶ Tertia conclusio principalis de eodem festo defenditur. Cap. 9.

TERTIA conclusio est ꝙ si hoc festum instituendum sit, vt in ecclesia celebretur, conuenientius nominandum venit festum sanctificationis q̄ conceptionis eius. Cuius conclusionis probatio & conuenientia accipitur primo ex consuetudine antiquarum tam ecclesiæ Rom̄. q̄ multaꝝ aliaꝝ religiosissimaꝝ ecclesiaꝝ. Secundo ex rōne multiplici. Primum quidem palam fit, si commemoremur ꝙ dn̄s Aluarus sacri ordinis minorum Ep̄s Siluen̄. qui eximius doctor in iure Canonico an̄ fuerat & primarius in Curia Roman̄. dixit in libro suo de planctu ecclesiæ, ꝙ in superioribus allegatum fuit, videlicet ꝙ tempore suo in ecclesia maiori beatę virginis Romæ sub nomine sanctificationis celebrabatur hoc festum. Vnde oratio eiusdem festi sic habebat, Deus qui sanctificationem virginis Mariæ &c. Cæteꝝ hæc sancta antiqua consuetudo ecclesiæ Roman̄. inconuulsa radice mansit in sacro ordine Cartusien̄. Perdurat insuper in multis aliis sacerrimis locis xp̄ianitatis, in quibus sub nomine sanctificationis festum illud celebratur, sicut superius extitit allegatum de religiosissima ecclesia Gerunden̄. in regno Cathaloniæ: & de sacro ordine prædicatoꝝ. Secundo præfata conclusio rōne ostenditur. Et primo sic. Res. n. quælibet a digniori denominada est, sed dignior est sanctificatio q̄ conceptio. ergo conuenientius hoc festum denominandum venit sanctificationis festum q̄ conceptionis: Processus argumentationis notus est. Secundo sic. Conceptio beatæ virginis fuit opus naturale: quia cōmixtione seminum viri & mulieris peracta est, sanctificationis autem opus supernaturale est. vt de se patet. Sed de nullo opere naturali consueuit ecclesia festum celebrare, bene autem de supernaturali. ergo vr̄ ꝙ si festum de conceptione beatæ virginis solennizandum veniat, ꝙ hoc sub hoc nomine sanctificationis, q̄ conceptionis conuenientius fiat. Tertio sic. Sub illo nomine conuenientius instituendum est celebrari hoc festum ab vl̄i ecclesia, sub quo omnis remouetur occasio erroris & dissensionis, inter fideles. Hoc patet cum mater ecclesia summo opere studere debeat veritatem & pacem nutrire, fouere, & firmare inter filios suos, sed hoc melius fit si sub nomine sanctificationis instituatur celebrandum hoc festum, q̄ si sub conceptionis nomine, vt patet manifeste. ergo ita faciendū venit. Consequentia patet, & totius antecedētis processus. Et hæc breuitatis gratia pro nunc circa celebrationem festiuitatis conceptionis beatæ virginis de doctrina eoꝝ doctoꝝ, quoꝝ sententias refero, dixisse sufficiant.

Aluarus Ep̄s.

¶ In quo ponuntur obiectiones contra prædicta & responsiones earum. Cap. 10.

CAETERVM pro pleniori tractatu huius rei inducendæ sunt iam obiectiones quæ exaduerso fiunt contra ea quæ de celebratione festi conceptionis beatæ virginis in præcedenti cap. dicta sunt, & maxime contra ea quę primam conclusionem respiciūt.

Colligendo autem tam ea quæ per primum proponentem exaduerso inducta sunt in prima & septima allegationibus, & ea quæ per vltimum proponentem exaduerso inducta sunt & quæ per alios eiusdem partis defensores per tractatus varios & sermones dicta sunt omnes obiectiones ad numerũ senarium reductæ sunt quæ sequuntur. Arguitur. n. primo ex euidentia miraculorũ, & quasi authoritate reuelationis cœlestis. Adducunt. n. tria miracula quæ dicunt beatum Anselmum Cantuarieñ. Archiepm referre in eplã quam eum asserunt scripsisse ad Coepos Angliç de celebranda conceptione beatç virginis, quorũ primum est. De Helsino Abbate Remesieñ. Cenobii: qui cum in mediis oceani fluctibus venisset angelo ab eo poscenti annuatim celebrare celebrandamq; prædicare cõceptionem immaculatæ virginis, sedata tempestate saluus cum vniuersa cõitiua reuersus est in patriam. Secundum referre dicitur de quodam clerico ordine leuita Regis Vngariæ germano, quem de nuptiis immaculata virgo reuocans admonuit celebrare celebrandamq; prædicare suam conceptionem. Tertium referre dr̃ de quodã presbytero qui in pago gallico canonicus erat: quẽ perpetrati adulterii vitione diuina submersum, immaculata virgo de profundis sequanç gurgitibus post triduum rediuiuum reduxit: sibiq; pro recompensatione suscepti beneficii suam annuatim celebrare celebrandamq; prædicare conceptionem iniunxit. Secundo arguunt ad idem authoritate eiusdem beati Anselmi. qui in eadem epistola dicit. Non est verus amator virginis qui respuit colere diem conceptionis eius. Erubescant iterum insani qui hunc diem colere nolunt. Tertio arguunt ex institutione (vt dicunt) Romañ. ecclesiæ. Dicunt. n. ꝙ ecclesia Romañ. a multis annis instituit hoc festum celebrãdum. Quarto arguunt ex communi vsu & consuetudine populi Christiani. Dicunt enim ꝙ iam vbiq; populus Christianus celebrat & festiuat conceptionem beatæ virginis. Quare videtur ꝙ ab omnibus fidelibus conceptio beatæ virginis sit ab omnibus festiuis laudibus celebranda. Quinto arguitur exaduerso contra rõnem qua sic pro prima conclusione arguebatur. Conceptio beatç virginis non fuit sancta. ergo de se nõ fuit celebranda. dñt (vt refert dominus Petrus de Palude in suo scripto) ꝙ dato ꝙ fuisset concepta in originali peccato, adhuc esset festũ illud celebrandum: quia ex massa illa erat Christus oriundus. Vnde potest (vt dicunt) illa massa dupliciter consyderari. Vel inquantum immunda, vel inquantum est quoddam primarium fundamentum respectu corporis Christi formandi. Modo dicitur ꝙ & si ex illa consyderatione qua est immunda, non debeat festum illud celebrari, in relatione tamen ad sanctum sanctorum qui de illa massa nascebatur, & sumpsit corpus, bene potest festum illud celebrari. Exemplum de festo quod celebratur in natalitio filii Regis non habito respectu ad fragilitatem, sed habito respectu ad futurum regnum, videlicet quia speratur ꝙ erit Rex. Exemplum secundum est eorum de festo dedicationum ecclesiarum. Dicũt enim ꝙ non oportet ꝙ semper in illo die, quo fit festum sit sanctitas formaliter sicut patet in dedicatione ecclesiæ, sed sufficiat ꝙ habeat ordinem ad aliquod sanctum formaliter. Sexto arguitur per ea quæ vltimo proponens dicit, assignans rationem congruitatis, quare in primo die materialis conceptionis beatæ virginis eius solennitas celebretur. Dicit enim ꝙ licet eodem die anima beatæ virginis non fuerit per gratiam sanctificata: multiplici tamen ratione festiuitas hæc coli potest per modum dedicationis. Cõstat enim ꝙ in sacra scriptura aliquid sanctificari dicitur quoniam dedicatur ad Dei cultum, esto ꝙ res adhuc perfecta non sit sed solum habeatur eius initium, puta qñ ponitur lapis

Helsinus abbas.

Ansel.

Petrus de palude.

Primarius ecclesiæ fundandæ cum solennitate ponitur. Lapis primarius huius virginis quæ fuit tẽplũ dñi, est corpus ipsius, ex quo incepit structura totius domus. Pro huius ergo dedicatione primarii lapidis, conceptionis festiuitas potest coli. Secundo quia diuina prouidentia creditur hoc festum institutũ. Quis scit si ea die factum sit a Deo aliquod singulare miraculum circa purificationem seminum, ex quibus formatum est illud virgineum corpus, aut priuilegiũ, vel dispensatio super exemptione beatæ virginis a communi legi de contractione originalis peccati? Tertio quia vt communiter legitur ex historia quæ Hieronymo ascribitur, illo die fuit facta reuelatio Ioachini & Annę super eius futura conceptione. Vnde merito ratione cœlestis miraculi dies festus coli potest. Quarto quia iuxta Anselmum de conceptu virginali, capitulo septimo sæpe diuina scriptura asserit aliquid esse quando non est, quia certum est futurũ esse. Cumq́; (prout hæc doctrina asserere nititur) ex patriarcharum dictis & eloquiis prophetarum inspecta ordinatione diuinę prouidẽtię, certum est beatæ virginis personalem conceptionem in gratia esse futuram: merito primo die suæ conceptionis potest coli. Hæc ille. Hiero. Ansel.

¶ Respondetur ad præmissas rationes has exaduerso factas. Cap. II.

DISTA omnia dicendum venit: & ostendendum in nullo militare contra dicta doctorum quæ in superiori proximo capi'o de celebratione festi conceptionis posita sunt. Ad primum argumentum fundatum in cœlesti (vt dicitur) reuelatione, & in miraculis, respondetur dupliciter. Primo quidem (vt dicit Bonauentura, vt patuit in præcedenti capitulo) huiusmodi reuelatio non est authentica: & ideo non compellimur ea credere quæ de ea in facta sunt. Periculosum plane est quibuslibet huiusmodi visionibus aut somniis tanq̃ cœlestibus reuelationibus passim sine præuio maturo consilio & iudicio & maxime apostolicæ sedis quæ magistra & regula fidei est, credulũ animum accommodare. Posset enim quilibet similes confingere reuelationes de aliis sanctis, & in medium afferre. Quare beatus Bernardus in præfata epistola respondens huic argumento dicit sic in forma. Sed profertur scriptum supernę (vt aiunt) reuelationis, quasi & quiuis non queat scriptum æque producere in quo virgo videatur ad ipsum mandare & de parentibus suis iuxta domini mandatum dicentis. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Ipse mihi facile persuadeo scriptis talibus non moueri: quibus nec ratio suppeditare, nec certa inuenitur fauere auctoritas. Hæc Bernardus. Ad id vero quod dicitur ꝙ beatus Anselmus illa refert & testatur in epistola sua quam ad Coepiscopos Angliæ dicitur scripsisse. Respondetur ꝙ non videtur verum esse (sicut in superioribus commemoratum est) ꝙ epistola prædicta fuerit illius sancti Anselmi, cuius dicta in auctoritate & veneratione suscipiuntur a doctoribus in schola. Quod ex multis colligitur. Primo quidem ostenditur ex tempore quo prædicta reuelatio dicitur esse facta, cui non videtur posse concordare tenor præfatæ epistolæ. Pro quo notandum ꝙ (vt habetur ex prædicta epistola) reuelatio prædicta facta fuit tempore Guilliermi Ducis Normaniæ, qui Regnũ Angliæ fertur conquisisse, cuius tempore fuit etiam beatus Anselmus (vt patet ex Vincentio historiali libro vigesimosexto, capitulo trigesimo sexto.) Bonauentura. Bernar. Ansel.

Vbi colligitur ꝙ beatus Ansel. fuit Anno dñi. 1057. Dictus vero dux Guilliermus mortuus fuit, anno dñi. 1092. vt ibidē Vincētius dicit libro & capīo supradicto. Quo notato manifeste patet ex principio epistolæ prædictę ꝙ beatus Anselmus non fuit auctor illius. Dicit enim in principio epistolæ sic Anselmus &c. Cōceptio veneranda Dei genitricis Marię, dilectissimi fratres, quēadmodum per multa experimenta signorum in Anglia, & in Frācia cęterisq; climatibus celebranda sit olim declarata, me narrante audiat dilectio vestra. Tēpore autem illo quo diuinæ placuit voluntati Anglorꝫ gentem de malis suis erroribus corrigere, suæq; seruitutis officiis arctius astringere, glorioso normanorum Duci eandem patriam debellando subegit. Et infra. Qui cōperto ꝙ duci super hoc indignati essent proceres regni Hellinum quendam Abbatem religiosum in Daciam direxerit &c. Nō dubium ꝙ ex forma loquendi auctoris huius epistolæ clarissimum accipiatur argumētum ꝙ res hæc multo tēpore præcesserat ipsum scribentem. Quare manifestum est ꝙ beatus Anselmus qui ante tēpora præfati ducis fuit, non fuit auctor illius epistolæ. stylus etiam eius non est conformis, sed multū difformis stylo quo vsus est beatus Anselmus in libris suis. Tertio ex contrarietate ad beatum Bernardum. beatus. n. Bernar. qui multis annis posterior fuit beato Anselmo, in epistola sæpius commemorata canonicos Lugduneñ. repræhendit quia nouam inducebant festiuitatē quam ritus ecclesiæ nescit, non probat ratio, non commēdat antiqua traditio. Auctor vero illius epistolæ in principio tractatus, qui de conceptione virginis sibi ascribitur, sic ait. Principium quo sol in mundo processit consyderare volenti occurrit hodierna festiuitas quæ de conceptione beatissimæ matris Dei Mariæ multis in locis recolere a quibusdam præteritis temporibus frequentiori vsu celebratur &c. Ecce manifesta contradictio. Bernardus ait ꝙ est noua festiuitas quam non habebat ritus ecclesiæ. Hic aūt dicit ꝙ multis in locis recolebatur, & ꝙ præteritis temporibus frequentiori vsu celebrabatur. Magis enim est credēdum ꝙ aliquis paruę auctoritatis vir confinxit illam epistolam, q̄ isti duo sancti viri in hac re tam grandi sibi adinuicem contradicerent. Quarto hoc idem colligitur ex personis, siue conditione hominum quibus facta est reuelatio, & quibus iniungebatur hoc festum celebrare, & celebrandum vbiq; prædicare. Vnus eorꝫ. s. secundus, fuit apostata, quia cum ordine esset leuita, consilio parētum suorum contraxisse fertur matrimonium cum quadam iuuencula, & nuptialem benedictionem a presbytero suscepisse: licet vt dr̄ in historia a beatissima virgine post fuerit a nuptiis reuocatus. Alius quidem dr̄ fuisse quidam presbyter adulter. Plane non videtur verisimile ꝙ tales homines eligerentur a beatissima virgine Maria primarii prædicatores celebrandę suæ festiuitatis: eo maxime consyderato ꝙ nulla mentio fit de prælatis ecclesiæ ad quos spectabat: & potissime de sede aplīca sine cuius auctoritate nullus debet venerari pro sancto etiam si miracula faciat, vt habetur in cap. Audiuimus extra de reliquiis & veneratiōe sanctorꝫ. Quinto hoc idem colligitur ex parte causę quæ assignatur in prædicta epistola propter quam esset hoc festum celebrādum: quæ pro sua paruitate siue nullitate non creditur processisse a tanto doctore. Dicit. n. in prædicta epistola. tota mentis deuotione simus soliciti vt nullus nostrum sic rebus temporalibus occupatus, aut propriis delictis desperatus, quin beatissimæ virginis Mariæ conceptionem pro posse suo celebret annuatim. Sicut. n. in sancta ecclesia eius extollitur natiuitas sic debet eius extolli conceptio. Nisi enim conciperetur, nunq̄ nasceretur. Sicut enim ad saluandum genus humanū olim

fuit necessaria eius natiuitas, sic fuit necessaria eius conceptio. Nisi enim cōcipe retur, mundi ex ea redemptor non nasceretur. iussu enim dei concipitur & na scitur. Hæc ille ibi. Sed si hæc rō & causa assignata vt celebretur gloriosæ vir ginis Mariæ conceptio, sit alicuius roboris, audiamus Bernardum in epistola ad Canonicos Lugduneñ. sic dicentem. Quid adhuc addendum hic putamus honoribus? Vt honoretur (inquiunt) & conceptus, qui honorandum præiuit partum. Quoniam si ille non præcessisset nec iste esset qui honoratur. Quod si alius propter eandem causam etiam vtriq; parenti eius festos honores asserat deferendos: sed de auis & proauis id ipsum posset pro simili causa flagitare: & sic tenderet in infinitum & festorum non esset numerus. Hæc Bernardus. Et infra. Quid consequentiæ habet, vt quoniam sanctā præcessit natiuitatē, conceptus reputetur & ipse sanctus? Nunquid quoniam præcessit, eum fecit & sanctum. Et si fecit vt esset: non tamen vt sanctus esset. Hæc Bernard. Non ergo verisimile est ꝙ epistola illa in qua argumentationes tam paruæ virtutis sunt, & (vt videtur) derisibiles: a beato Anselmo dictata fuerit. Sexto hoc idem colligitur ex eo ꝙ doctrina illius epistolæ contradicit doctrinæ eiusdem Anselmi quam po nit tam in libro cur Deus homo q̄ in libro suo de conceptu virginali. Quod ostensum fuit in superioribus. Septimo hoc idem colligitur ex doctrina falsa quæ in eadem epistola continetur quę a beato Anselmo nullo modo credendum est emanasse. Dicitur enim in prædicta epistola sic. Tempus & horam con ceptionis eius hodie celebrare delectet, qua ipse creator animam suæ matris di gnam & sanctissimam corpori virginali eius angelis ministrantibus copulauit Hæc in dicta Epistola. Planum est ꝙ hæc doctrina in schola theologorum pro falsa teneatur, ꝙ anima rōnalis copuletur corpori mediantibus angelis. Doctrina.n. est Magistri sniaꝝ collecta ex dictis sanctoꝝ in. 2. sniaꝝ, di. 17. ꝙ Deus immediate creet animas, & creando corporbius infundat: & ita copulet eas immediate suis corporibus. Vñ Magister ita ibidē dicit. Certissime sentiendum est ꝙ in corpore creantur animæ. Creādo enim infundit eas Deus & infun dendo creat. Sanctus vero Thomas in quarto sententiarum, di. 43. dicit sic. ꝙ sicut anima immediate creata est a Deo, ita immediate a Deo corpori vnitur si ne aliqua operatione angeloꝝ, sicut & animam immediate glorificat. Octauo hoc idem colligitur ex eo ꝙ inter libros beati Anselmi quos enumerat Vincētius historialis lib. 26. cap. 17. de tali epistola nulla mentio fit, nec de aliquo tractatu qui ascribitur sibi de exordio humanæ salutis. Quare vr̄ ꝙ tam epistola q̄ tractatus prædictus sit per aliquem opinionis exaduerso cōfictī, & ascripti false huic glorioso doctori beato Anselmo. Nono etiam ex eo colligi potest ꝙ prædicta epl̄a non sit authentica, nec beati Ansel. quia in dicta epl̄a dr̄ ꝙ illi Helsino abbati quærenti quo officio vteretur in hac festiuitate conceptionis, dr̄ angelus rn̄disse mādādo ꝙ oē officiū qd̄ dr̄ in eius natiuitate diceret in eius conceptione, excepto hoc ꝙ nomen natiuitatis mutaretur in nomen cōceptio nis. Hæc ibi. Sed an hoc obseruetur a celebrantibus præfatam festiuitatem ma nifeste eoꝝ breuiaria & missalia ostendunt ꝙ non. In quo non paꝝ notandi ve nirent de contemptu supernę reuelationis & dispositionis angelicæ, si prædicta epistola authentica esset & tanti doctoris, sicut Anselmus est, testimonio roborata. Et hæc pro prima rn̄sione danda ad primam rationem factam exaduer so sufficiant, quia in superioribus multa alia dicta sunt circa hanc materiam. Secundo rn̄detur ad dictam rōnem ꝙ dato ꝙ reuelatio illa esset authentica, nihilominus tamen in nullo militat contra conclusionem positam doctoꝝ quo

Ber.

Magr sniaꝝ.

S. Tho.

rum relationem facio. Multum quidem differt dicere ꝙ conceptio beatæ virginis sit celebranda, & dicere ꝙ conceptio beatæ virginis de se aut rõne sui sit celebranda. Doctores enim præfati dicentes ꝙ conceptio beatæ virginis per respectum ad sanctificationẽ secure celebrari possit ad quem intellectum accipiendæ essent pręfatæ reuelationes si alicuius essent auctoritatis, dicunt ꝙ cõceptio beatæ virginis de se aut rõne sui, nullo modo celebranda est tanꝗ sancta: cum hoc sit proprium conceptionis solius filii Dei, sicut ex superioribus ex eorum sententiis & doctrina multipliciter est ostensum.

¶ Respondetur ad secundam, tertiam, & quartam rationem exaduerso propositam. Cap. 12.

a D SECVNDAM rationem exaduerso fundatam in auctoritate Anselmi, patet respõsio duplex ex dictis. Primo quidem dicitur ꝙ tale dictum non sit Anselmi, sed confictum ab aliquo alio paruę auctoritatis & sapientiæ viro. Secundo dr̃ ꝙ dato ꝙ dictũ illud Anselmi esset, intelligendum est de eo qui respueret colere festum conceptionis rõne sanctificationis, quæ licet consequuta fuerit ipsam cõceptionẽ naturę ordine, eodem tñ die creditur esse facta. ¶ Ad tertiam rõnem exaduerso respõdetur (ꝙ sicut sæpius repetitum est) falsum est, quod præsupponitur, videlicet ꝙ Romanã. ecclesia hoc festum instituerit celebrandum. Licet. n. tolleret consuetudinem aliquarũ ecclesiarũ celebrãtium hoc festum: non propter hoc dicenda est festum illud approbare aut instituere: quia quod permittitur non probatur, vt in cap. deniq; di. 4. & in cap. hac rõne. 31. q. 1. Præterea dato ꝙ ita esset sicut arguitur, non sequitur tñ propter hoc ꝙ conceptio ipsa beatæ virginis rõne sui aut de se colenda esset. quæ fuit conclusio prima. ¶ Ad quartã rõnem rñdetur etiam dupliciter. Primo ꝙ consuetudo quæ non est super veritate

Cyprianus. fundata nullius est auctoritatis, immo (vt ait Cyprianus) consuetudo sine veritate, vetustas erroris est. Quare (vt idem Cyprianus dicit, & ponitur in capitulo. Si consuetudinem fortassis opponas distin. 8.) consuetudo quãtumuis vetusta quãuis vulgata, veritati est omnino postponẽda: & vsus qui veritati est contrarius, abolendus est. Est autem apud doctores sanctos, quorũ sententias superius, posui firma ac fundatissima veritas ꝙ beatæ virginis conceptio originali pctõ obnoxia fuerit. Quare quicunq; fuerit vsus in oppositum nullius vr̃ esse roboris & auctoritatis. Nec valet quod proponens exaduerso in prima allegatione sua, dicit ꝙ non loquitur ita Cyprianus de consuetudine ecclesiæ. Item ꝙ loquatur de veritate manifesta cuiusmodi non est (vt ait) doctrina eorũ doctorũ, quorum sententias refero. Quod hoc non obstet: patet. Tum primo, quia falsum præsupponitur, si intendat proponens exaduerso dicere ꝙ consuetudo sit vl̃is ecclesiæ celebrare festũ cõceptionis beatæ. v. rõne sui. s. tãꝗ fuerit sancta. Hoc. n. nõ vr̃ verũ. immo dr̃ ab istis doctoribus, quorum relator sum, ꝙ sub hoc respectu a nullo põt religiose celebrari, iuxta doctrinam. b. Ber. superius proxime positam. Superius etiam visum est qualiter multæ ecclesiæ religiosissimę diffuse per orbẽ celebrant hoc festũ sub nõie sanctificationis & nõ cõceptionis. Tum secũdo falsum est ꝙ veritas doctrinæ doctorũ, quorũ snĩas refero, non sit manifesta. Licet. n. expressa diffinitione non sit in scriptura posita, aut ab ecclesia diffinita, verũtñ ex positis in sacra scriptura & diffinitis in conciliis gñalibus, & ex manifeste positis a sanctis doctoribus, & a communi scho

la iuris diuini & canonici, nedum manifesta sed clarissima iā extimatur esse hæc veritas, sicut in superioribus multiplici testimonio per multa capl'a cōmemoratum est. Scd'o dr̄ ꝙ dato ꝙ ppl's simplex qui sapientiā diuinā scrutari non nouit, festum cōceptionis celebraret eo mō quo dictū est: nō esset multū pōderandum. Doctores aūt sequendi sunt & non turba. Non.n. sequendus est ppl's, sed instruendus. Vnde glo. super illud Exo. 23. Non sequeris turbam ad faciendū iudiciū, dicit. Nō pplm: sed doctores: qui licet sint pauciores, sanioris tñ sunt cōsilii. Cum ergo pro hac parte pro qua refero sint quasi vniuersi doctores tā sancti ꝗ scholastici qui fama & virtutibus præstantiores sunt, plus eorum doctrina amplectanda vr̄ ꝗ consuetudo popularis. Glo.

¶ Rn̄detur ad reliquas rōnes factas exaduerso. Cap. 13.

AD QVINTAM rōnem exaduerso rn̄detur, negando añs. Dr̄ enim (vt dn̄s Petrus de Palude qui præfatam rōnē tāgit rn̄det) ꝙ ecclesia festiuat aliquem, aut propter gr̄am, aut pp gloriā. Sicut ergo dr̄, ꝙ in ecclesia nō celebratur festū de mortibus patrum veteris testamenti, quia de morte illa non essent transituri ad æternam gloriam: quia pro tunc erant subditi pœnæ, non gloriæ, sic de conceptione virginis vr̄ dicendū ꝙ de ea solennizandum non est, licet de ipsa formandus esset fons gr̄æ quia pro tunc subiecta fuit culpæ & obnoxia pctō. Et ita cōsyderatio illa qua consyderari poterat massa carnis beatæ virginis vt de ea formandus erat fons gr̄æ, non sufficiebat (vt vr̄ huic doctori) ad fundādum rōnem festiuitatis & solennitatis conceptionis beatæ virginis quæ pro conceptionis hora obnoxia erat peccato: cui repugnabat cultus venerationis. Et ad exemplum primum inductum in confirmatione rōnis de natalitiis filiorum Regum, respondit idem doctor, ꝙ non est simile de festo spirituali quod nō fit de spe, sed de re gr̄æ, vel gloriæ vt dictū est, & de festo carnali qd fit de spe, quę sæpe frustratur. Rn̄deri posset ad hanc rōnem & superiorem & similes ꝙ festum de conceptione beatæ virginis dupliciter potest intelligi celebrari. Vno modo sicut de re sancta per modum venerationis, & hoc modo dr̄ ꝙ non est de ea fiendum festum, cum fuerit conceptio illa pctō obnoxia, sicut dictum est in prima conclusione præcedentis capituli. Alio modo sicut de beneficio accepto per modum gratiarum actionis. Et hoc modo potest celebrari, vt dicit Bonauentura, sicut superius allegatum fuit. Cuius formaliter verba sunt quæ sequuntur. Quamuis conceptionis diem non oporteat celebrare pro eo ꝙ non fuit sanctitas in conceptu, possunt tamen non irrepræhensibiliter animæ sanctæ gaudere pro eo ꝙ tunc inchoatum est bonum nostrum. Quis enim audiēs virginem de qua salus totius mūdi processit cōceptam, gratias Deo persoluere negligat, & omittat exultare in Deo salutari suo, nisi qui erga virginem gloriosam minus deuote afficitur, & magis consyderat præsentia ꝗ futura, magis consyderat boni defectum ꝗ fundamentum? Etenim si filius Regis claudus nascatur, &c. sicut in præcedenti cap. est adlogū inductū. Ad id aūt quod exaduerso. iñr inducitur de celebritate dedicationis ecclesiarum rn̄detur ꝙ nō est simile. Quia dedicatio per se habet ordinē ad sanctitatē & nō ad pctm̄, in cōceptione enim originale cōtrahitur pctm̄. Petrus de palude. Bonauētura.

¶ Ad sextam rōnem quæ quatuor mēbra complectitur, respondetur. Et primo ad primum membrum, vbi dicitur ꝙ ratione dedicationis posse festum coli

flue exosam. Si vero intelligat proponens exaduerso ꝙ hæc doctrina asserat virginem gloriosam in conceptione sua anteꝙ̃ gratia sanctificationis fuisset infusa habuisse aliquid pro aliquo tẽpore aut momẽto contractũ per originem ꝙ Deo displicibile esset & odiosum, verum dicit. Hoc enim asserit hæc doctrina: iuxta apostolum dicentem ad Romañ. 3. Non est diuisio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et ita necessarium est dicere, & confiteri, sicut sæpenumero in superioribus est replicatum, si Xp̃s reconciliator eius dicẽdus sit, quod asserere & confiteri Christiana veritate compellimur dicente Apostolo 2. Corinth. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi; vbi virgo ipsa compræhendi intelligenda est. Reconciliatio autem ꝙ præsupponat peccatũ in reconciliando declarat apostolus dicens ad Romañ. 5. Cũ inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Venit autem hic non inutiliter pro responsione ad omnia inducta exaduerso, commemorãdum quod superius ex doctrina gloriosoꝝ doctoꝝ ostensum est, videlicet hoc mõ. s. naturali origine reum esse culpæ aut filium iræ & similia: & per consequẽs habere aliquid displicibile & odiosum Deo, non est obprobriosum aut vituperosum personæ sic in originali peccato conceptæ, persona tali consyderata secundum se. Vnde & philosophus tertio ethicorum dicit ꝙ propter naturam turpes nullus increpat. Sumus aũt omnes & nos natura filii iræ dicit Apostolus ad Ephe. 2. Quod vero consequẽter dicitur exaduerso ꝙ hæc doctrina asserit beatam virginem primo infectam malitia ꝙ̃ bonitate refertam, falsum est. Licet enim asserat eam originali peccato in sua conceptione fuisse obnoxiam, non tamen asserit eam infectam fuisse malitia. Malitia enim peccatum nominat non originale, sed actuale designat, qđ doctrina ista omnino a beata virgine remouere semper studuit. Simili etiam modo multa alia minus vera testimonia imponuntur exaduerso huic doctrinæ sicut ꝙ asserat beatam virginem prius fuisse dignissimam omni vituperio. Quod quantum a veritate deficiat, quantęq; sit efficaciç, aut apparentiæ ista consequentia, beata virgo concepta fuit in originali peccato. ergo fuit dignissima omni vituperio, etiam parum eruditus aduertere potest. Dicit præterea exaduerso proponens ꝙ hæc doctrina asserit beatam virginem ancillam fuisse diaboli, & vernaculam dæmonis, & similia, quæ quilibet homo de matre sua in originali pc̃õ concepta indignanter fortassis audiret & indignãtius assereret. Quę ꝙ̃ apertissime falsa sint hæc testimonia cõsyderata proprietate vocabuloꝝ in. c. 2 8. huius tractatus oñsum est, vbi ad hęc conuicia, quæ potissima arma sunt prosequentium doctrinã exaduerso, respõsa clarissima data sunt. Secunda differentia haꝝ doctrinaꝝ est ꝙ hæc doctrina zelat omni studio integra priuilegia & prærogatiuas Christi seruare: quas spũs sanctus in sacra scriptura & per ora sanctoꝝ patrum designauit soli Xp̃o competere, inter quas assignata reperitur sanctitas cõceptus siuę immunitas ab originali peccato in conceptione; sicut ostensum fuit multiplici testimonio tam sacræ scripturç ꝙ̃ sanctoꝝ doctoꝝ in cap. 3. huius tractatus, & in cap. 1 6. Doctrina vero exaduerso asserens beatam virginem immunem fuisse in conceptu suo ab originali peccato derogare videtur integritati & prærogatiuaꝝ & priuilegioꝝ Christi. Quantũ aũt sit periculosum priuilegiis principis summi Dei & hominis Iesu Christi Regis Regũ & dñi dominantium derogare aduertat obsecro sacra synodus. Tertia differentia est ꝙ hæc doctrina confitetur Xp̃m superiorem & excellentiorem incomparabiliter omnibus sanctis, vtpote caput, cęteris membris, de qua incõparabili excellentia dicitur Iob. 2 8. Non adæquā-

Glo. Gregor. bitur ei topazion &c. Vbi gl. quæ est beatissimi Gregorii ita habet. Nullus sanctus quibuslibet virtutibus plenus existat æquari potest ei de quo dictum est. Quod nascetur ex te sanctũ vocabitur filius Dei. Nos quippe, & si sancti efficimur non tamen nascimur: quia ipsa naturæ corruptibilis conditione astringimur, vt cum propheta dicamus. Ecce enim in inquitatibus cóceptus sum. Ille. n. solus sanctus natus est. Et loquitur beatus Gregorius de natiuitate in vtero vt patet. Nam sequitur. Qui vt ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex corruptione carnalis copulæ cóceptus nó est. Hæc Grego. Ecce apertissimum testimonium ꝙ in hoc inter alia attenditur incóparabilitas sanctoꝝ ad Xp̃m, ꝙ ipse solus sanctus conceptus est. Hãc autem incomparabilẽ excellentiam sanctitatis in Xp̃o hæc doctrina defendit & prędicat. Doctrina vero ex aduerso asserens beatã virg. immunẽ fuisse ab ori. pctõ, & per cõsequẽs eam in hoc Xp̃o adæquãs præfatã Xp̃i excellentiã supprimere & negare vr̃. Quod q̃ periculosum sit aduertat obsecro prudentia patrum huius sanctæ synodi.

¶ Differẽtia quarta vsq; ad decimam inter has duas opiniones assignantur, & declarantur. Cap. 15.

QVARTA dr̃ia est ꝙ hæc doctrina manutenet, defendit atq; prędicat vera priuilegia quæ spiritus sanctus in scriptura sacra attribuit. b. v. & q̃ ei vt proprie propria cõuenire testatur. Inter quæ hoc vnum præstantissimũ est ꝙ filiũ conceperit sine ori. pctõ. Sicut Luc. 1. colligitur vbi Elizabet eidem loquens ita ait. Bñdicta tu in mulieribus & bñdictus fructus ventris tui. Super hoc Ber. ita loquitur. O beata Maria sola inter mulieres benedicta: sola a generali maledictione libera & a dolore parturientiũ aliena. Intuere obsecro quale sit istud, q̃ nouum, q̃ admirabile, q̃ amabile, q̃ iocundũ. Quid pulchrius q̃ casta gñatio: quid gloriosius q̃ sancta & syncera cõceptio: in qua nihil est pudoris, nihil sordis, nihil corruptionis! Substantialiter enim vtero virginis illapsus, de spiritu sancto conceptus est. Hęc ille. Super verbo vero benedictus fructus vẽtris tui. dicit Theophilus, & habetur in Glo. continua. Quia vero aliæ mulieres sanctæ fuerunt: quæ tamen genuerunt filios peccato inquinatos, subiungit. Benedictus fructus ventris tui. Hæc ibi. Doctrina vero ex aduerso asserens beatam virginem filiam beatæ Annę carnali propagatione sine peccato originali conceptã, derogare vr̃ & labefactare eiusdẽ sacratissimæ virginis Reginę cœloꝝ priuilegia, & prerogatiuas. Quod quantũ habeat periculi, bene doctus aduertat. ¶ Quinta dr̃ia est ꝙ hęc doctrina est magis cõsona pietati fidei sanctoꝝ patrũ. Vnde Seraphicus ille doctor Bonauentura sanctæ Ro. ecclesiæ presbyter Cardinalis in suo. 3. snīaꝝ. di. 3. de hac dr̃ia istaꝝ doctrinaꝝ loquens ita inquit. Hæc opinio est cõior, rõnabilior & securior. Et rõnem assignãs, quare securior dicit. quia magis consona fidei pietati. Quare falsum est qd ex aduerso dr̃ in assignatiõe tertiæ dr̃iæ ꝙ doctrina ex aduerso conformior sit pietati fidei antiquoꝝ & modernoꝝ pr̃m. Cuius falsitatis apertissimũ testimonium accipitur ex eo ꝙ quasi omnes postillæ & expositiones sacræ scripturæ & tractatus & sermones antiquoꝝ pr̃um cõtinẽt hanc doctrinã de conceptione beatæ. v. in ori. pctõ, sicut superius exẽplariter ostensum est in magna parte. Vnde creditur ꝙ hæc doctrina esset fides & traditio antiquoꝝ patrũ ecclesiæ: quæ p̃ũr per multos sequentes sapientissimos doctores modernos fuit & est prosecuta & manutenta tanq̃ vera & syncera atq; in

Bernar.

Theophilus. Glo.

dubitata sanctorum doctrina. ¶ Sexta differentia est quoniam hæc doctrina innititur auctoritatibus sacræ scripturę ad literam, sicut patuit vt supra ex multis capitulis huius tractatus, quare firmissimę & efficacissimę est auctoritatis. Doctrina vero exaduerso nititur quibusdā mysticis ac parabolicis dictis, ex quibus nulla virtus aut efficacia sumitur argumenti, vt ait beatiss. August. ad Vincentiū donatistam, sicut patet manifeste in cap. 27. In quo vbi respondendo argumētis exaduerso ostensum est auctoritates inductas exaduerso in nullo facere pro doctrina illa pro qua inducebantur. Quare sicut dicit beatus Hiero. qđ de scripturis sanctis auctoritatē non habet, eadem facilitate cōtēnitur, qua probatur. August. Hiero.

¶ Septima dr̃ia est ꝙ hæc doctrina adducēdo auctoritates nititur capere intelligentiā scripturæ iuxta traditiones & expōnes sanctorum prm, & nō vltra terminos ab eis impositos sensum extēdere. Doctrina vero exaduerso cōtra cap. relatū. di. 37. vbi dr̃ ꝙ nō est trahenda scriptura ad eū sensum quem sibi vnusquisq; psumit: sed ex ipsa scriptura sensum oportet capere veritatis, vt sanctorum prm glosis & sententiis postergatis ad propriū sensum sanctā trahere scripturā. Qđ supra ostensum est & maxime in ca. 27. In expōne data multarum auctoritatū: & potissime in expositione illius auctoritatis. Tota pulchra es amica mea, de qua multū confidebatur, vbi explīm est q̃ periculosum sit ita effrene & ad libitū sacrā scripturā exponere. Et potissime auctoritatē præfatā quę ēt de qualibet aīa sancta, & de ecclesia dr̃ & exponitur a doctoribus. ¶ Octaua dr̃ia est ꝙ hæc doctrina in rōnibus suis & motiuis quibus vtitur ad probādum. b. v. ori. p. fuisse obnoxiā, nō procedit (sicut ei imponitur exaduerso & male) ex auctoritatibus sacræ scripturæ in gn̄ali tm̄ loquentibus, sed ēt in spāli sicut patet supra vbi auctoritates scripturæ sanctæ de. b. v. spāliter loquētes, & satis aperte iuxta sanctorum glosas profitentes hanc doctrinā inductæ sunt. Doctrina vero exaduerso nulla fulcitur veraciter aucto. scripturę, quę in gn̄ali aut spāli formalr̄ aut arguitiue eā fundare aut roborare videatur (sicut patet supra) vbi vniuersę auctoritates scripturæ inductæ exaduerso ostensæ sunt in nullo facere proposito & intentioni allegātis. ¶ Nona dr̃ia est ꝙ hæc doctrina cōformior est doctrinæ sanctorum. Hæc colligitur expresse superius ex ca. 12. vbi inducti sunt plurimi sancti doctores hanc doctrinā apertissime asserentes & dicentes, sicut Aug. Euse. Leo papa. Io. Damascenus, Maximus, Greg. Ansel. Ber. sanctus Tho. Doctrina vero exaduerso bn̄ cōsyderata nullū sanctū hēt doctorē in veritate. Nullus. n. de inductis exaduerso reperitur qui in spālibus terminis, & de conceptione loquens asserat. b. v. in ori. pctō non fuisse cōceptā. Qđ vero Aug. Ambro. Maximus. S. Hidelfonsus qui inducitur exaduerso in nullo faueant intentioni proponentis aut fundēt doctrinā exaduerso apertissima luce ostensum est superius per varia capitula.

¶ Decima differentia vsq; ad. 15. assignatur. Cap. 16.

DECIMA differentia est ꝙ hæc doctrina est antiquior, immo videtur omnium antiquorum patrum hæc fuisse fides a principio ecclesiæ (sicut in superioribus dictum est) & ostensum ex ipsa antiquitate & multitudine sanctorum doctorum profitentium hanc doctrinā. Ex quibus patet manifeste falsum esse quod dicitur exaduerso in assignatione vndecimæ differentiæ ꝙ ante tempus Anselmi non reperitur, qui expresse hanc doctrinam asseruerit. Doctri

Bernar. na vero exaduerso a beato Bernardo in epistola sæpius nominata ad Lugdu-
Bonau. nen. vocatur præsumpta nouitas, mater temeritatis, soror superstitionis, filia le
uitatis. Bonauentura etiam assignans rōnem quare doctrina hæc doctorum, quo
rum relator sum, sit communior, dicit sic. Communior quidem, quia omnes fe
re illud tenent ꝙ beata virgo habuit originale peccatum, cum illud appareat
ex multiplici eius pœnalitate, quā nō est dicere ipsam per assumptione habuis
se, sed per contractionem. Et infra. Sanctorum autem auctoritati magis concor-
dat, pro eo ꝙ communiter sancti cum de materia ista loquuntur, solum Christū
excipiunt ab illa generalitate qua dicitur, omnes peccauerunt in Adam, nul-
lus autem inuenitur dixisse de iis quos audiuimus auribus nostris virginem Ma
riam a peccato originali fuisse immunem. Hæc ille. Ecce apertum testimonium
tam gloriosi ac famosi doctoris ꝙ nunq̄ audiuit aliquem sanctum dicentē bea
tam virginem immunem fuisse ab originali peccato. ℭ Vndecima differentia
est ꝙ hæc doctrina maxime gaudet & floret euidentia rōnis. In conuincibiles
enim & fundatissimas rationes in firmissimis rupibus sacri canonis fundatas, &
dictis sanctorum, & in priuilegiis ac prærogatiuis tam Christi q̄ ipsius virginis
beatissimæ, sicut pro parte exēplariter, patuit in. 50. rationibus factis in fauo-
rem eius superius assignatis per varia capitula a capl'o. 16. vsq; ad. cap. 22. in
clusiue. Doctrina vero exaduerso nedum nullam habet euidentiam rationis
q̄ q̄ de hoc multa verba faciat. Verum omnes eius rationes quæ nō nisi ex qui
busdam topycis & parabolicis siue mysticis aut manifeste falsis ppōnibus aut
reuelationibus minus authenticis accipiuntur, in materia aut in forma cōiter
deficere reperiuntur. sicut exēplariter ostēsum est per varia capl'a huius tractatus
rñdendo rōnibus exaduerso factis. ℭ 12. dr̄ia est ꝙ hęc doctrina habet fauores
maiores in scholis doctorum. Ostensum. n. est supra & maxime in cap. 14. vbi
testimonia centum patrum & doctorum de vtroq; statu. s. seculari & religioso in-
ducta sunt pro hac doctrina, ꝙ quasi vniuersa schola theologiæ iuris canonici
hanc doctrinā docuit & profitetur. Doctrina vero eorum exaduerso paucissimos
& nouellos habet doctores qui cōparatione doctorum huius doctrinæ (salua sem
per pace) paruissimæ reputationis & auctoritatis existunt. ℭ 13. dr̄ia est quia
Bonau. hæc doctrina pro eo ꝙ iuxta Bonauen. apud doctores sanctos est communior
rōnabilior, securior & pietati fidei cōformior: est magis grata & accepta in au-
ribus sapientium & timoratorum doctorum. Doctrina vero exaduerso, quia non est
apud sanctos doctores cōis, nec vsquequaq; rationabilis videtur. cū derogare vi
deatur Xp̄i dignitati & prærogatiuis, nec cōformis sit pietati fidei quę in gn̄a
libus cōciliis & p sanctos patres hactenus extitit declarata, est nō ita grata apud
eruditos & solidos animos & timoratas conscientias: eo potissime consydera-
to ꝙ deuotissimi doctores & ad beatissimæ virginis prædicandas & excolen-
das laudes ardentissimi atq; studiosissimi, sicut Anselmus, Bernardus, & San-
ctus Thomas, Albertus Magnus, Alexander, & Bonauentura, & multi alii su-
perius nominati apertissime hanc doctrinam asseruerunt, & suis cōfirmant scri
ptis. Quod vero dicitur exaduerso in assignatione octauæ differētiæ, ꝙ doctri-
na hæc est ita cunctis populis Christianis exosa ꝙ vsq; ad auditum non patiū-
tur illam deferri: & ꝙ doctrina exaduerso sit omnibus accepta & gratissima,
falsum est. Doctrina enim hæc cum explicatur & declaratur debito modo, assi
gnando rationes & fundamēta eius & necessitatem populis illis Christianis est
gratissima, quibus sapit Christianæ religionis doctrina. Quod vero aliquibus
minus eruditis exosa sit & minus grata, plane hoc euenit, aut quia oculis
ægris

ęgris odiosa est lux, quę puris est amabilis, vt ait Aug. aut pp sinistras informationes & relatiões scādalosas quę frequēter factę sunt p eos qui doctrinā exaduerso prosecuti sūt. De quibus.n. nr̃is forsaſſis dicit Apls. 2. ad Tim. 4. Erit.n. tps cū sanā doctrinā nō sustinebūt, sed ad sua desideria coacernabūt sibi magros prurientes auribus: & a veritate quidē auditū auertent ad fabulas aūt ɔuertent. Vbi nō inutile erit ɔsyderare qualr fuerit introducta doctrina exaduerso, an p sedem apostolicam magrām fidei ad quā recurrendū est quotiens ratio fidei vētilatur, vt nr̃ in cap. quotiens. 24. q. 1. An per sacra cōcilia vbi cōsueuit pplus xpianus quasi de fonte doctrinā salutarē fidei haurire, quia (vt inquit sapiens) Multitudo sapientū sanitas est orbis terrarū. Certe nō, sed in multis locis cum violentia, cū minis introducta est, cū infamationibus, quorū multa narrare possem in spāli circa modos studia & practicas obseruatas per nōnullos aduersæ partis prosequutores in introductione pfatę doctrinę. Sed honestatis gr̃a pertranseo. ℭ Decimaquarta dr̃ia est qm̃ hæc doctrina asserit bea. vir. redemptā a xp̃o precio sanguinis sui, & per ɔñs xp̃m redēptorē vlem. Doctrina vero exaduerso dicens bea. virg. nullius vnq̄ peccati seruitute captiuā, in re negat eam a xp̃o esse sanguinis sui precio redēptā, & per ɔñs negat xp̃m vlem esse redēptorem. Equidem diffinitio est aplicę sedis (vt superius sæpe cōmemoratū est) facta ore beatissimi Zozimi papę ꝙ nullus nisi qui peccati seruus est liber efficitur, nec redēptus dici pōt nisi qui vere per pctm̄ fuit ante captiuus. Quare manifestum est falsum esse qd dr̃ exaduerso assignatione septimę dr̃iæ, ꝙ doctrina illa asserat bea. vir. redemptā esse perfectissimo modo. Hęc.n. cōfessio profecto solum est verbalis, sed negatio realis: quia profecto vbi nō pōt rō redēptiōis quę fit per preciū solutionē siue satisfactionem fundari, non pōt dici quis redēptus, sicut amplissime ostensum fuit in cap. xi. huius tractatus, q̄ periculosum sit negare xp̃m vlem esse redēptorem totius humani gñis, aduertat sacra synodus, cū huic vniuersalitati derogare, sit derogare glorię, dignitati, & coronę xp̃i. Ber. Magr̃ sniarū. S.Tho.

ℭ Reliquę. 6. differētię inter has duas positiones explicantur. Cap. 17.

DECIMAQVINTA dr̃ia est ꝙ hęc doctrina asserit bea. vir. lotā siue mundatā fuisse xp̃i sanguine de quo Apoc. 1. dr̃. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nr̃is in sanguine suo. Doctrina vero asserens bea. virg. nullę vnq̄ maculę obnoxiā extitisse, hoc negat. Sicut ostēsum est superius. c. 12. Quā aūt hoc securū sit confiteri, ponderet obsecro sancta synodus. ℭ Decimasexta dr̃ia est ꝙ hęc doctrina asserit bea. vir. reconciliatā esse morte xp̃i. Doctrina vero exaduerso asserēs eā nulli vnquā culpę obnoxiam, eius negat xp̃m esse reconciliatorē & mediatorē, sicut apertissime demonstratū est in c. 22. huius & supius tractatus. ℭ Decimaseptima dr̃ia est ꝙ hæc doctrina asserit beatiss. virg. indiguisse oblationē summi nr̃i sacerdotis xp̃i de qua ad Ephe. 5. tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā deo in odorē suauitatis, doctrina vero exaduerso asserens bea. vir. nullo vnq̄ pctō obnoxiā, dicit eam nō indiguisse oblatiōe & sacrificio xp̃i sicut ex declaratione cōcilii Ephesini ostensum est in c. 22. huius tractatus. Hoc aūt quantū periculi cōtineat & dignitati sacerdotii xp̃i deroget, aduertat sacra synodus. ℭ Decimaoctaua differētia est ꝙ hęc doctrina asserit bea. virg. pertinere ad ouem illam centesimā quę periisse dr̃, p̄io homine errāte: pro qua quęrenda & saluanda coelestis ille pastor relictis nonaginta nouē. i. angelica multitudine ad terrā descēdisse cre-

dicitur, sicut dr. Mat. 18. & Luc. 15. Doctrina vero exaduerso asserens eã in ori. pctõ non fuisse conceptã, cũ actuale nullũ cõmiserit, ad centesimã ouem ea in-

Augu$t. nuit non pertinere, cum teste. b. August. lib. de baptismo paruulorũ, totius eccle siæ vox sit, Erraui sicut ouis perdita. Omnium membrorũ Xpi vox est. oẽs nos sicut oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nris. Ista plene patet supe in cap. iã ante sæpe repetito. ¶ 19. dña est q̃ doctrina hæc asserit. b. v. ianuã regni cœlestis apertã esse claue passionis Xpi. Vt. n. ait Innocentius Papa, &

